ιε'. Ὁ τὰ νεογνὰ βαπτιζόμενα λέγων μηδὲν ἕλκειν ἐκ τῆς τοῦ Ἀδὰμ ἁμαρτίας τὸ καθαιρόμενον, ἐπάρατος· διὰ γὰρ τοῦ ἑνὸς, καὶ ὁ θάνατος, καὶ ἡ ἁμαρτία παγκόσμιος.

ις'. Ὁ δοξάζων τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν μόνην ἄφεσιν τῶν ἤδη πεπλημμεληκότων ὑπέχειν, ἀλλὰ μὴ καὶ τῶν μελλόντων βοήθειαν, δὶς ἐπάρατος.

ιζ'. Ὁ κηρύσσων, ὅτι δίχα τῆς χάριτος δυσχερεστέρως μὲν, ἀλλ' οὖν ἐκπληροῦμεν τὰς ἐντολὰς, τρὶς ἐπάρατος· *Χωρὶς γὰρ ἐμοῦ*, ὁ Κύριος εἶπεν, *οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν*.

Τοῦ Θεολόγου θεολογοῦντος ὅτι, ἐὰν εἴπωμεν ὅτι ἁμαρτίαν ἐν ἡμῖν οὐκ ἔστιν, ἑαυτοὺς ἀπατῶμεν· καὶ ὁ παρερμηνεύων ὅτι οὐκ ἀληθῶς, ἀλλὰ ταπεινοφρόνως εἴρηκε τοῦτο, ἀνάθεμα.

ιη'. Ὁ παραφράζων τὸ, *Ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν*, τὰ τῶν πολλῶν λέγων, οὐχ ἕκαστον, καὶ τὰ οἰκεῖα, ἀνάθεμα. Μετὰ πολλῶν καὶ τὸν Δανιὴλ βλέπων λέγοντα, *Ἐξομολογοῦμαι τὰς ἁμαρτίας μου, καὶ τὰς ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ μου*.

ιθ'. Κριτὴς ἐπιζητηθεὶς ἐκ τῶν δύο μερῶν ἀπερίγραπτος.

κ'. Περιφρονῶν ἐπίσκοπος τὴν ὑπὲρ τῶν αἱρετικῶν ἐπιμέλειαν, καὶ ὑπομιμνησκόμενος, εἰ ἐπὶ τῆς ἰδίας διάγοι, ἐπὶ ἓξ μῆνας ἀνεύθυνος· ἐπιμένων δὲ καὶ μετὰ τοῦτο τῇ ῥᾳθυμίᾳ, ἔξοι τὸ ἀκοινώνητον.

κα'. Ὁ κατήγορος ἐκ τοῦ ἰδίου οἴκου μάρτυρας οὐ καθίστησιν.

κβ'. Τὸν μὴ ἐλεγχθέντα κοινωνίας στερήσας ἐπίσκοπος, στεροῖτο καὶ αὐτὸς τῆς ἑτέρων ὁμοίως.

Τῶν ἐν τῷ Τρούλλῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως.

α'. Ἡ τῶν ἀποστόλων πίστις ἀκαινότμητος. Ἡ ἐν Νικαίᾳ ὁλόκληρος, ἡ τὸ Ἀρείου δόγμα βαθμοὺς εἰσάγον θεότητος διὰ τοῦ ὁμοουσίου κατέστρεψεν.

β'. Ἡ ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ Μεγίστου σύνοδος ἀπαράτρωτος, ἣ Μακεδόνιον, δοῦλον εἰπόντα τὸ ἅγιον Πνεῦμα, καθῄρηκεν.

γ'. Οἱ ἐπὶ τοῦ Μικροῦ Θεοδοσίου εἰς Ἔφεσον συνιόντες σ' ἀσεβέστατον Νεστόριον, ἄνθρωπον ἰδικῶς καὶ Θεὸν ἰδικῶς εἰπόντα τὸν Κύριον, ἐξήλασαν.

δ'. Οἱ κατὰ τὴν Χαλκηδόνα τῷ Μαρκιανῷ συνελθόντες ἀείμνηστοι, Εὐτυχέα δοκήσει τελεσθῆναι τὸ μέγα μυστήριον φράσαι τολμήσαντα καθελόντες· καὶ Νεστόριον, καὶ Διόσκορον, τοὺς ἐκ διαμέτρου τὰ ἴσα παραλογίσαντας.

ε'. Εἰς τὴν βασιλεύουσαν ε' καὶ ξ' καὶ ρ' ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ συνελθόντες, οἱ Ὠριγένην σωμάτων καὶ ψυχῶν περιόδους ἀποφηνάμενον, καὶ Θεοδώρητον κατὰ τῶν ιβ' κεφαλαίων Κυρίλλου θρασυνθέντα, ἀναθεματίσαντες.

ς'. Ἐπὶ τὴν Βύζαντον ὑπὸ Κωνσταντίνου συνελέχθη σύνοδος, ἥ τε Ὀνώριον τὸν Ῥώμης, καὶ Σέργιον τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ἓν θέλημα καὶ μίαν ἐνέργειαν δογματίσαντας ἀποβέβληκεν.

ζ'. Τὰ παρὰ τῶν ἑτεροδόξων κλοπιμαίως ἐμβεβλημένα ταῖς διὰ Κλήμεντος τῶν ἀποστόλων διατάξεσιν, ἀποκήρυκτα.

η'. Ἱερεῖς δίγαμοι, καὶ ἀμεταμέλητοι καθῄρηνται· οἱ δὲ τὸ κακὸν ἀπελάσαντες, τῆς λειτουργίας ἐπὶ ῥητὸν παύσονται χρόνον· οὐκ εὐλογεῖ γὰρ ὁ τραυματίας. Καὶ οἱ παρανόμως γαμήσαντες, καὶ οἱ μετὰ τὴν χηρείαν συζυγέντες, μετὰ τὸν ῥητὸν χρόνων τοὺς βαθμοὺς γνωριζέτωσαν, ἀπρόκοποι μένοντες, δηλαδὴ τὴν συζυγίαν ἀφέμενοι· οἱ δὲ μετὰ τὸν ὅρον, καὶ λυόμενοι, καὶ καθῃρημένοι μενέτωσαν.

θ'. Κληρικὸς νύμφῃ Κυρίου συναπτόμενος, καθαιρείσθω· λαϊκὸς δέ, ἀφοριζέσθω.

ι'. Καὶ εὐνοῦχος ἱερεὺς, θεραπαινίδας, ἢ ἑτέρας, πλὴν τῶν ἀνυπόπτων μὴ κεκτήσθω προσώπων.

ια'. Ὁ χειροτονηθεὶς, εἰ καὶ ζεύγνυται, καθαιρεῖται.

ιβ'. Καὶ ὀφφίκιον ἔχων διάκονος, εἰ μὴ τοποτηρητὴς ᾖ πατριάρχου, ἢ ἐπισκόπου πρὸ τῶν πρεσβυτέρων καθεζόμενος, ἁπάντων ἐσχατώτατος ἔστω.

ιγ'. Εἰσιέναι καπηλείῳ κεκώλυται κληρικὸς, καὶ ἔχειν κωλυθήσεται μᾶλλον.

ιδ'. Ἄζυμα Ἰουδαίων ἀπόπτυστα· ὁ δὲ καὶ ἰατροὺς αὐτοὺς προσκαλούμενος, ἢ συλλουόμενος, ἐκπτωτος.

ιε'. Εἰ καὶ λέλεκται μὴ ἐκβάλλειν γυναῖκα, ἀλλὰ τῆς ἐπὶ τὸ κρεῖττον προκοπῆς προμηθούμενοι, τῷ χειροτονουμένῳ προέδρῳ μηκέτι συνοικεῖν γυναικὶ παραγγέλλομεν.

ις'. Ἐὰν οἱ Ῥωμαῖοι τὸν εἰς διάκονον καὶ πρεσβύτερον προαγόμενον ἀφεῖναι τὴν γυναῖκα βεβούληνται· ἡμεῖς ἐῤῥῶσθαι τὰ διακόνων καὶ πρεσβυτέρων βουλόμεθα συνοικέσια· ὁ δὲ βιαζόμενος λῦσαι, καθῃρημένος.

ιζ'. Πρεσβύτερος τριακονταετίας ἐνδέων, καὶ διάκονος εἰκοσιπενταετίας, καὶ διακόνισσα τεσσαρακονταετίας, καὶ εἰκοσαετίας ὑποδιάκονος, εὐκαθαίρετοι.

ιη'. Γινωσκέτω ὁ λέγων ἑπτὰ διακόνους εἶναι, κατὰ τὸ εἰρημένον ταῖς Πράξεσιν, ὅτι οὐ περὶ τῶν διακονούντων τοῖς μυστηρίοις ὁ λόγος, ἀλλὰ περὶ τῶν τραπέζαις ὑπηρετούντων.

ιθ'. Ὁ προσδεχόμενος ξένον κληρικὸν, καὶ χειροτονῶν, σὺν τῷ κακῶς χειροτονηθέντι καθῄρηται.

κ'. Ὁ διὰ βαρβαρικὴν ἐπιδρομὴν μετανάστης, παυσαμένης τῆς ἐπιδρομῆς, παλινοστείτω τῇ καθ' ἣν Ἐκκλησίαν κεκλῆρωται· εἰ δὲ μὴ, μετὰ τοῦ προσειληφότος ἀφοριζέσθω.

κα'. Ὁ προεστὼς Ἐκκλησίας κατ' ἐξαίρετον, ταῖς Κυριακαῖς διδασκέτω τὰ δόγματα, καὶ διερμηνευέτω μὴ οἰκοθεν, ἀλλ' ὡς οἱ θεῖοι Πατέρες διέλαβον.

6. Byzantii a Constantino coacta est synodus, quæ Honorium Romæ, ac Sergium Constantinopolis, episcopos unam voluntatem unamque operationem dogmatibus suis docentes ejecit.

7. Quæ apostolorum sanctionibus, Clementis opera editis, furtim ab hæreticis inserta sunt, repudianda.

8. Sacerdotes bigami atque impœnitentes gradu moti sunt : qui vero malum a se removerunt, sacro munere usque ad certum tempus abstinebunt : neque enim benedicit vulneratus. Et qui contra leges matrimonium contraxerunt, et qui post viduitatem conjugium inierunt, post certum tempus gradibus suis restituantur, ita tamen, ut ad altiores non promoveantur, conjugio scilicet dimisso. Qui vero etiam post definitum tempus, dissoluti et depositi maneant.

9. Clericus cum Domini sponsa matrimonio copulatus, deponatur : laicus vero excommunicetur.

10. Eunuchus sacerdos ancillas aut alias, exceptis personis quæ suspicione vacant, ne habeat.

11. Ordinatus, etsi matrimonio junctus sit, deponitur.

12. Diaconus etiam officium habens, nisi vicarius sit patriarchæ aut episcopi, si ante presbyteros sedeat, sit omnium postremus.

13. Ingredi cauponam prohibitus est clericus, magis etiam habere prohibebitur.

14. Azyma Judæorum respuenda : qui vero etiam medicos ipsos ad se vocat, aut cum iis lavatur, ejiciendus est.

15. Etsi dictum sit non esse ejiciendam uxorem, tamen profectui in melius prospicientes, præsidi qui ordinatur, ne amplius cum uxore habitet denuntiamus.

16. Quamvis Romani eum qui ad diaconatum et presbyteratum promovetur, uxorem dimittere voluerint, nos diaconorum ac presbyterorum connubia valere volumus; qui autem dissolvere coegerit, deponetur.

17. Presbyter triginta annis minor, et diaconus viginti quinque, et diaconissa quadraginta, ac subdiaconus viginti, deponendi sunt.

18. Qui dicit septem diaconos esse, juxta id quod in Actibus dictum est, sciat, non de iis qui mysteriis deserviunt, sed de iis qui mensis ministrabant, sermonem esse.

19. Qui suscipit externum clericum eumque ordinat, cum male ordinato deponitur.

20. Qui propter Barbarorum incursionem locum mutavit, ubi cessaverit incursio, revertatur ad eam Ecclesiam in cujus clerum ascitus est : sin vero, cum eo qui ipsum suscepit segregetur.

21. Qui Ecclesiæ eximio quodam modo præpositus est, Dominicis doceat dogmata, atque interpretetur non suo marte, sed sicut sancti Patres exposuerunt.

22. Qui in perpetuum depositus est, atque in laicorum ordinem redactus, pœnitus tondeatur, idque solum : sin vero, comam nutriat.

23. Et qui immaculatam communionem impertiendo obolum exigit, aut aliam speciem, deponatur.

24. Clericus qui ad circenses ascenderit, aut thymelicis ad nuptias ingressuris non recedit, deponatur.

25. Rusticanæ et quæ in vicis sunt parœciæ, si per triginta annos possessæ fuerint, teneantur : infra vero, controversia de iis moveri poterit.

26. Presbyter qui in illicitum inciderit matrimonium, depositus cathedræ solum particeps sit, omni piaculo expurgatus.

27. Uvæ a quibusdam incruento sacrificio adhibentur : hoc vero quominus quisquam amplius audeat, decreto cautum est.

28. Presbyteri qui in Barbarorum Ecclesiis versantur, etsi uxorum commercio ad tempus abstineant, tamen ne amplius cum iis quolibet modo consuetudinem habeant.

29. Patrum nonnulli die divinæ Cœnæ postquam cœnassent, offerebant : visum est igitur synodo hoc non amplius fieri.

30. Nisi cum consensu episcopi, in oratorio quod est intra domum, non offeres.

31. Eorum, qui solum aquam in sacrificium adhibebant, hæresim tollens Chrysostomus, Quando, inquit, passus est Dominus et resurrexit, vino usus est. Hoc accepto Armenii vinum solum offerunt, nescientes ipsum etiam Chrysostomum et Basilium, ac Jacobum vino aqua misto usos fuisse, sobisque ut ita offerremus tradidisse. Si quis igitur aut vino solo, aut aqua sola, non vero mista utatur, deponatur.

32. Ordinatione dignus, et qui in sacro censetur genere, atque alio, ordinetur : qui vero non est tonsus, ac benedictionem consecutus est, in ambone sacros sermones non leget.

33. Episcopo vita excedente, clerus acta illius servabit : si autem non relictus est clericus, metropolitanus ipsa custodiet usque ad alius ordinationem.

34. Episcopus qui propter Barbarorum incursionem throno non præsidet, propriam sedem obtineat ordinetque, atque omnia sacerdotii munera validissime fungatur.

35. Monachus decennio solitariam vitam deget. Licet enim divus Basilius eam quæ detonsa est septemdecim annos exigere censuerit, verum quoniam, præcipiente Apostolo, viduam in Ecclesia sexaginta annos natam eligendam esse [a], Patres diaconissam quadragenariam fieri dixerunt : validiore facta Ecclesia, nos quoque citius sigillum monacho imponimus.

36. Qui includendus est, triennium in monasterio prius degat, ac priusquam includatur ubi alium

[a] 1 Tim. v, 9.

κβ'. Ὁ [illegible]ῶς καθῃρημένος, καὶ εἰς τοὺς λαϊκοὺς ἀπωσθείς, μεταμελόμενος κειρέσθω καὶ μόνον· εἰ δὲ μή, τὴν κόμην ἐπιτρεφέτω.

κγ'. Καὶ ὁ τῆς ἀχράντου μεταδιδοὺς κοινωνίας, ὀβολὸν ἀπαιτῶν, ἢ ἕτερον εἶδος, καθαιρείσθω.

κδ'. Κληρικὸς ἱπποδρομίαις ἀνιὼν, ἢ μελλόντων εἰσιέναι θυμελικῶν ἐν γάμῳ μὴ ἀφιστάμενος, καθαιρείσθω.

κε'. Ἀγροικικαὶ καὶ ἐγχώριοι παροικίαι τριακονταετίαν ἐχόμεναι, κατεχέσθωσαν· ἔνδον δὲ, τὸ ἀμφισβητήσιμον ἔξουσι.

κς'. Πρεσβύτερος ἀθέσμῳ περιπεσὼν γάμῳ, καθαιρεθεὶς καθέδρας μετεχέτω καὶ μόνον, παντὸς διαλυθεὶς τοῦ μιάσματος.

κζ'. Σταφυλαὶ πρός τινων τῇ ἀναιμάκτῳ θυσίᾳ συνάπτονται· τὸ δὲ μηκέτι τολμᾶσθαι, διώρισται.

κη'. Καὶ οἱ ἐν βαρβαρικαῖς Ἐκκλησίαις ἱερεῖς, εἰ τῆς τῶν συμβίων προσκαίρου ὁμιλίας ἀπέχονται· ἀλλ' οὖν μηκέτι ταύταις καθ' οἱονδηποτοῦν ὁμιλείτωσαν τρόπον.

κθ'. Τινὲς τῶν Πατέρων τὴν ἡμέραν τοῦ θείου Δείπνου μετὰ τὸ δειπνῆσαι προσῆγον· ἔδοξε τοίνυν τῇ συνόδῳ τοῦτο μὴ γίνεσθαι.

λ'. Εἰ μὴ μετὰ γνώμης ἐπισκόπου, ἔνδον οἴκου εἰς εὐκτήριον, οὐ προσάγεις.

λα'. Τὴν τῶν ὑδροπαραστατῶν ἀναιρῶν αἵρεσιν ὁ Χρυσόστομος, Ἡνίκα, φησὶ, πέπονθεν ὁ Κύριος, καὶ ἐγήγερται, οἴνῳ ἐχρήσατο. Τοῦτο λαβόντες οἱ Ἀρμένιοι, οἶνον προσάγουσι μόνον, οὐκ εἰδότες καὶ αὐτὸν τὸν Χρυσόστομον, καὶ Βασίλειον, καὶ Ἰάκωβον οἴνῳ μεμιγμένῳ ὕδατι κεχρημένους, καὶ ἡμῖν οὕτω παραδεδωκότας προσάγειν. Εἴ τις οὖν ἢ οἴνῳ μόνῳ, ἢ ὕδατι μόνῳ, ἀλλ' οὐχὶ μεμιγμένῳ χρῷτο, καθαιρείσθω.

λβ'. Ὁ χειροτονίας ἐπάξιος, καὶ ἐξ ἱερατικοῦ τελῶν γένους, καὶ ἐξ ἑτέρου, χειροτονείσθω· ὁ δὲ μὴ κεκαρμένος, καὶ εὐλογίας τυχὼν, ἐπ' ἄμβωνος ἱεροὺς λόγου; οὐκ ἀναγνώσεται.

λγ'. Τελευτῶντος ἐπισκόπου, ὁ κλῆρος διαφυλάξει τὰ πράγματα· εἰ δὲ μὴ ὑπολέλειπται κληρικὸς, ὁ μητροπολίτης αὐτὰ διαφυλάξει ἕως τῆς ἑτέρου χειροτονίας.

λδ'. Ὁ διὰ Βαρβάρων ἔφοδον μὴ ἐπιστὰς τῷ θρόνῳ ἐπίσκοπος, καὶ καθέδραν τὴν οἰκείαν ἐχέτω, καὶ χειροτονείτω, καὶ πάντα τὰ τῆς ἱερωσύνης ἐνεργείτω βεβαιότατα.

λε'. Ὁ μονάζων, μονάσει δεκαετής. Εἰ γὰρ καὶ ὁ θεῖος Βασίλειος τὴν ἀποκειραμένην τὸν ἑπταικαιδέκατον ἀνύειν χρόνον ἀπέφηνεν· ἀλλ' ἐπεὶ τοῦ Ἀποστόλου ἑξηκονταετῆ οὖσαν τὴν ἐν Ἐκκλησίᾳ χήραν ἐγγυῶντος, οἱ Πατέρες τὴν διακόνισσαν τεσσαρακονταετῆ γίνεσθαι, κραταιοτέρας τῆς Ἐκκλησίας γεγενημένης, καὶ ἡμεῖς ὀξύτερον τὴν σφραγῖδα τῷ μονάζοντι σημαινόμεθα.

λς'. Ὁ ἐγκλεισθησόμενος τριετίαν προδιάγων ἐν τῷ μοναστηρίῳ, καὶ πρὸ τῆς ἐγκλείστρας ἕτερον

ἐνιαυτὸν μετιών, οὕτως εἰσίτω. Καὶ μὴ ἐξιέτω, εἰ μὴ βιάζοιτο θάνατος, ἢ πρὸς τὸ κοινὸν λυσιτέλεια.

λζ'. Μελανείμων, καὶ ἀκερσεκόμης ἐρημίτης, εἰ μὴ κειρόμενος ἐγκαταλέγοιτο μοναστηρίῳ, τῆς πόλεως ἀπελαυνέσθω.

λη. Ἄδειαν ἅπας, ὁ τὴν ζάλην τοῦ βίου φεύγων, καὶ εἰς μοναστήριον εἰσιέναι βουλόμενος, ἀπενέγκοιτο.

λθ'. Μοναχὸς ζευγνύμενος, ἢ πορνεύων, δεχέσθω τὸ τοῦ πορνεύοντος ἐπιτίμιον.

μ'. Οὐκ ἀμφιάσουσιν οἱ γονεῖς σηρικοῖς τὴν προελομένην μονάσαι, καὶ οὕτω τὸ σχῆμα περιθήσουσιν· ἀνάμνησις γὰρ τοῦτο τοῦ ῥέοντος κόσμου.

μα. Οὐκ ἐξεισι μονάσασα τῆς μονῆς, εἰ μὴ μετ' εὐλογίας τῆς προεστώσης· καὶ μηδὲ μόνη, ἀλλὰ μεθ' ἑτέρας πρεσβυτίδος· ἐξώκοιτος δὲ τὸ ἐπίπαν οὐ γίνεται. Κατὰ ταὐτὸ καὶ μονάζων, εἰ μὴ μετ' ἐπιτροπῆς ἡγουμένου, τῆς μονῆς μὴ ἐξιέτω.

μβ'. Οὔτε γυναῖκα χρεὼν ἀνδρῶν καθευδῆσαι μοναστηρίῳ, οὔτε γυναικῶν ἄνδρα.

μγ'. Ἡ διαζευχθεῖσα τοῦ ἐπισκοπὴν δέξασθαι μέλλοντος, μετὰ τὴν χειροτονίαν εἰσιέτω εἰς μοναστήριον, τῆς ἐπισκοπῆς πορρωτάτω, καὶ ἀπολαυέτω τῆς προνοίας τοῦ ἐπισκόπου.

μδ'. Ὅσα κατὰ γνώμην ἐπισκόπου πέπηγε μοναστήρια, οὐκέτι κοσμικὰ καταγώγια γίνεται, οὐδὲ κοσμικοῖς ἀνδράσιν ἐκδίδοται.

με'. Οὐδὲ τὸν λαϊκὸν κυβεύειν δέον, οὐδὲ μίμον εἶναι· οὐδὲ θεάτρου, καὶ κυνηγίων ἀνέχεσθαι.

μς'. Διόλου τῆς Τεσσαρακοστῆς, δίχα Κυριακῶν καὶ Σαββάτου, τὰ ἁγιασθέντα προσάγεται.

μζ'. Τοὺς ἀναδεχομένους παῖδας ἀπὸ βαπτίσματος, οὐ συναφθῆναι ταῖς τῶν παίδων ἐάσεις μητράσιν· εἰ δέ τις καὶ συναφθείη, μετὰ τὸ ἀποσυναφθῆναι, καὶ τὸ ἐπιτίμιον γνοίη.

μη'. Οὐ συγχωρήσεις ἐξαδέλφῃ συζυγῆναι ἐξάδελφον, οὐδὲ θυγατρὶ καὶ μητρὶ υἱὸν καὶ πατέρα, οὐδὲ δυσὶν ἀδελφοῖς μητέρα καὶ θυγατέρα, οὐδὲ δυσὶν ἀδελφαῖς ἀδελφούς. Εἰ δέ τι τοιοῦτον καὶ γένοιτο, μετὰ τῆς διαλύσεως ἑπταετίαν ὑποπιπτέτωσαν.

μθ'. Οἱ Ῥωμαῖοι τὰ τῆς Τεσσαρακοστῆς νηστεύουσι Σάββατα· ὑπομιμνήσκει τοίνυν ἡ σύνοδος καὶ ἐπὶ τούτων κάνονα κρατεῖν.

ν'. Οἱ Ἀρμένιοι ὠὰ καὶ τυρὸν τοῖς τῆς Τεσσαρακοστῆς ἐσθίουσι Σάββασιν· ὥρισται τοίνυν πᾶσαν τὴν οἰκουμένην καὶ τούτων ἀπέχεσθαι· εἰ δὲ μή, πάντως ἀφορίζεσθαι.

να'. Λαϊκὸς οὐ μεταδίδωσιν ἑαυτῷ· εἰ δὲ μή, ἑπταήμερον ἀφορίζεται.

νβ'. Ἐν εὐκτηρίοις ὑπερεχόντων ἔνδοθεν οἴκων, οὐκ ἐπιτελέσουσι βάπτισμα.

νγ'. Εἴ τις ὑποκρίνεται δαιμονᾶν, τὰ τῶν δαιμονώντων ἐπιτίμια ὑποστήσεται.

νδ'. Ὅστις ἑαυτὸν ἑκατοντάρχοις, ἢ μάντεσιν ἐπιδῷ, ὡς τι τῶν ἀπορρήτων μανθάνειν. ἐξαετίαν ὑπο-

annum exegerit sic ingrediatur, neque egrediatur, nisi mors aut communis utilitas cogat.

37. Solitarius pulla veste indutus atque indetonsus, nisi tondeatur monasterioque includatur, urbe expellatur.

38. Quilibet vitæ procellam fugiens, atque in monasterium ingredi cupiens, ejus rei licentiam habeat.

39. Monachus matrimonio junctus, aut fornicans, fornicatoris pœnam subeat.

40. Parentes filiam, quæ solitariam vitam degere instituerit, sericis vestibus non induent, sicque habitum ei circumponent. Hoc enim labentis mundi admonitio est.

41. Monialis non egredietur e monasterio nisi cum benedictione præpositæ; neque vero sola, sed cum altera seniore. Foris autem nequaquam pernoctet, similiter et monachus, nisi cum præfecti venia, monasterio ne egrediatur.

42. Neque mulierem in virorum monasterio, neque virum in muliebri dormire oportet.

43. Quæ a futuro episcopo separata est, post ordinationem ingrediatur monasterium, procul ab episcopi domo, ac episcopi cura fruatur.

44. Quæcunque ex consensu episcopi exstructa sunt monasteria, non amplius sæcularia diversoria fiunt, neque sæcularibus hominibus efocantur.

45. Neque laicum alea ludere oportet, neque histrionem esse, neque spectaculis et venationibus indulgere.

46. Per totam Quadragesimam, exceptis Dominicis et Sabbato, sancta offeruntur.

47. Susceptos a baptismate filios, eorum matribus copulari non sines, si quis vero copulatus fuerit, post separationem, pœnam quoque subeat.

48. Non permittes patrueli matrimonio jungi patruelem, neque filiæ et matri filium et patrem, neque duobus fratribus matrem et sororem, neque duabus sororibus fratres. Si quid vero tale factum fuerit, post dissolutionem, septennio pœnitentiæ subjiciantur.

49. Romani Quadragesimæ Sabbatis jejunant. Admonet igitur synodus in his etiam canonem valere.

50. Armenii ova et caseum Quadragesimæ Sabbatis manducant. Statutum est igitur totum orbem ab his etiam abstinere; sin vero, penitus excommunicari.

51. Laicus sibi ipsi communionem non impertit; sin vero, septem diebus excommunicatur.

52. In oratoriis, quæ sunt intra magnatum ædes, baptismum non peragent.

53. Si quis simulat se a dæmonio agitari, dæmoniacorum supplicia subibit.

54. Quisquis se centurionibus aut vatibus addicit, ut secreti aliquid discat, sex annos pœnitentiæ sub-

jaceat : eodem modo et qui juramenta extorquet.

55. Qui circulatoribus et nebulonibus adhæret, ac fato et fortunæ credit, ab Ecclesiæ conventu arcendus est.

56. A fidelium vitæ ratione auferantur pascua et brumalia, et saltationes in deorum honorem necnon comicæ, satiricæ et tragicæ personæ, atque invocatio Bacchi in torcularibus, risusque in doliis. Qui vero post hunc canonem in his perstiterint, crimini erunt obnoxii.

57. Conficta a Græcis Martyrologia, in ecclesiis ne recitentur.

58. Laicus ne doceat : non enim omnes prophetæ, neque omnes apostoli.

59. Rogi qui in tabernis noviluniis exstruuntur, quique eos transiliunt, abrogentur.

60. Tota post Resurrectionem hebdomada, quilibet fidelis ecclesiastico conventui intersit.

61. Clericus sanguinem manducans deponitur : laicus vero excommunicatur.

62. Non corrumpes divinum codicem, neque corrumpendum dabis, nisi prorsus inutilis sit redditus.

63. Præter imperatorem, nullus laicorum propitiatorium ingreditur.

64. Mulieribus loqui in ecclesia non permissum est.

65. Excommunicatur legisperitus, qui more gentili utitur, ac theatris adhibet et sese volutat.

66. Invalidum cum hæreticis matrimonium ; qui autem antea contraxerunt, si velint, in eo permaneant.

67. Crux solo impressa, oblitteratur.

68. Agapæ et accubitus Dominicis non peraguntur.

69. Inconditus clamor canentis impudenter, quique ea quæ in ecclesia dicuntur effert, minime congruunt.

70. Intra sacrum septum caupona constitui non debet : ac ibidem cibos vendi, ineptum.

71. Christianus cum mulieribus non lavatur.

72. Illuminatus quinta hebdomadæ fidem profiteatur.

73. Excommunicatur qui post festum Deiparæ similam aut aliud apparat, propter ea quæ vocantur post partum purgamenta.

74. Si quis citra necessitatem per tres Dominicas ab ecclesia absit, excommunicatur.

75. Qui ad Trisagion hymnum adjicit illud : *Crucifixus*, hæreticus censetur.

76. Non sculpes agnum in figuram Christi, sed illum ipsum.

77. Servus a domino manumissus coram tribus testibus, servitutis expers sit.

78. Qui congregat meretrices in perniciem animarum, excommunicatur.

79. Quæ a viro ad alium se confert, adultera

A πιπτέτω· κατὰ ταυτὰ καὶ ὁ ἄρτους [*al.* ὄρκους] ἐπισυρόμενος.

να'. Ὁ γυτευταῖς καὶ νεφοδιώκταις κολλώμενος, καὶ εἱμαρμένῃ καὶ τύχῃ πιστεύων, τῆς Ἐκκλησίας ἀποσυνάγωγος.

νς'. Περιαιρείσθω τῆς τῶν πιστῶν τὰ βοτὰ πολιτείας, καὶ τὰ βρουμάλια, καὶ αἱ ὀρχήσεις αἱ εἰς θεοὺς, καὶ τὰ κωμικὰ, καὶ σατυρικὰ, καὶ τὰ τραγικὰ πρόσωπα, καὶ ἡ ἐπὶ ληνοῖς τοῦ Διονύσου ἐπίκλησις, καὶ ὁ ἐπὶ τοῖς πίθοις γέλως. Οἱ δὲ ἐπιμένοντες μετὰ τὸν κάνονα, ὑπεύθυνοι.

νζ'. Τὰ ὑφ' Ἑλλήνων συμπλασθέντα μαρτυρολόγια, μὴ ἐκκλησιάζοιτο.

νη'. Λαϊκὸς μὴ διδάσκοι· μὴ γὰρ πάντες προφῆται, μὴ πάντες ἀπόστολοι.

B νθ'. Αἱ ἐν τοῖς ἐργαστηρίοις ἐν νουμηνιαις πυρκαϊαὶ, καὶ οἱ ταύτας ὑπερπαλλόμενοι, καταργείσθωσαν.

ξ'. Τὴν μετὰ τὴν Ἀνάστασιν ἑβδομάδα πᾶσαν, πᾶς ἐκκλησιαζέσθω πιστός.

ξα'. Ὁ κληρικὸς αἷμα ἐσθίων καθαιρεῖται· ὁ δὲ λαϊκὸς, ἀφορίζεται.

ξβ'. Οὐ διαφθερεῖς θεῖον βιβλίον, οὔτε δοῖης διαφθαρῆναι, εἰ μὴ τέλεον κατηχρείωται.

ξγ'. Εἰ μὴ βασιλεὺς, οὔτις τῶν λαϊκῶν εἰς ἱλαστήριον εἴσεισιν.

ξδ'. Γυναιξὶ λαλεῖν ἐπ' ἐκκλησίας οὐκ ἐπιτέτραπται.

ξε'. Ἀφορίζεται νομομαθὴς ἔθει Ἑλληνικῷ χρώμενος, καὶ θεάτροις ἐπαγόμενος, καὶ κυλίων.

C ξς'. Ἄκυρος ὁ μετὰ τῶν αἱρετικῶν γάμος· οἱ δὲ προλαβόντες εἰ ἐθέλοιεν, μένοιεν.

ξζ'. Ὁ ἐν ἐδάφει σταυρὸς, ἀφανίζεται.

ξη'. Ἀγάπαι καὶ ἀκούβιτα Κυριακῇς οὐ τελεῖται.

ξθ'. Ἄταχτος κραυγὴ τοῦ ψάλλοντος ἀναιδῶς, καὶ ὁ ἐπιλέγων τὰ τῆς ἐκκλησίας, ἀνάρμοστα.

ο'. Ἐν ἱερῷ περιβόλῳ καπηλεῖον ἀσύστατον· καὶ πωλούμενα βρώματα, μάταια.

οα'. Χριστιανὸς γυναιξὶν οὐ συλλούεται.

οβ'. Ὁ φωτισθεὶς τὴν πίστιν ἀπαγγελλέτω τῇ

D πέμπτῃ τῆς ἑβδομάδος.

ογ'. Ἀφορίζεται ὁ μετὰ τὴν ἑορτὴν τῆς Θεοτόκου σεμίδαλιν, ἄλλο σκευάζων διὰ τὰ λεγόμενα λόχεια.

οδ'. Εἰ μὴ δι' ἀνάγκην ἀπολιμπάνεταί τις τῆς ἐκκλησίας ἐπὶ τρισὶ Κυριακαῖς, ἀκοινώνητος.

οε'. Τῷ Τρισαγίῳ ὕμνῳ ὁ συνάπτων τό· *Σταυρωθεὶς*, ἑτερόδοξος.

ος'. Οὐ χαράξεις ἀμνὸν εἰς τύπον Χριστοῦ, ἀλλ' ἐκεῖνον αὐτόν.

οζ'. Ἐλευθερούμενος ὑπὸ τοῦ δεσπότου δοῦλος ἐπὶ τρισὶ μάρτυσιν, εἴη ἀδούλωτος.

οη'. Ὁ συνάγων πόρνας ἐπ' ὀλέθῳ ψυχῶν, ἀφορίζεται.

οθ'. Ἡ ἐξ ἀνδρὸς ἐπ' ἄλλον ἰοῦσα, μοιχαλίς·

καὶ ὁ ἀπὸ γυναικὸς ἐπ' ἄλλην, κατὰ τὸν Κύριον, ὁμοίως.

π'. Ἱεροῦ ἔνδον οὐκ εἰσάγεται κτῆνος, εἰ μὴ καταλαβούσης ἐν ὁδῷ μεγίστης ἀνάγκης.

πα'. Τῷ μεγίστῳ Σαββάτῳ περὶ μέσας νύκτας τῇ νηστείᾳ διαρκεστέον.

πβ'. Μετὰ τὴν ἑσπερινὴν εἴσοδον τοῦ Σαββάτου, μὴ γόνυ κλίνῃς.

πγ'. Καὶ ὁ δίδους, καὶ ἡ λαμβάνουσα ἀμβλωθρίδια, ἀνδροφόνοι.

πδ'. Ἀνδρὸς ἀφαντουμένου, ἡ πρὸ τοῦ πεισθῆναι)αβοῦσα, μοιχᾶται· ὁ δὲ ἐπιστρέψας ἀνὴρ εἰ προείρηται, λήψοιτο αὐτήν.

πε'. Ὁ Ἑλληνικῶς ὀμνύμενος, ἐπιτιμητέος.

πς'. Οἱ τὰς κόμας ἐν πλοκῇς ἐπινοίᾳ πρὸς λύμην ἐργαζόμενοι τῶν ὁρώντων, ἀφοριστέοι.

πζ'. Ὁ ὑποτύναιος, καὶ καταφρονητικῶς μένων ἐν ἱερῷ, ἐξωθείσθω καὶ τῶν κατηχουμένων.

πη'. Ἰουδαϊκῶς τινες ἐν ἱεροῖς ἔψησαν μέλι. Ὃς οὖν τοῦτο συγχωρήσειεν, ἢ λάβοι τοιοῦτον, οὐχ ἱερεύς. Εἰ δέ τις οἴκοθεν ἄγοι, ὁ δὲ κατὰ τὸ ἀρκοῦν τοῦ προσάγοντος λήψοιτο.

πθ'. Αἱ πρὸς τὰ αἰσχρὰ κινοῦσαι τὴν ὅρασιν γραφαὶ, ἀζωγράφητοι.

ι'. Τὰς παλάμας εἰς σταυρὸν τυποῖ ὁ μεταληψόμενος· ὁ δὲ δοχεῖον χρυσοῦν, ἢ ἄλλην ὕλην ἀντὶ χειρὸς σκευάζων, ἀφοριστέος.

ια'. Ἡ τῆς ἁμαρτίας ἐπὶ πᾶσι σκοπεῖται ποιότης, καὶ ἡ ἐπιστροφὴ καθορᾶται· καὶ οὕτω μετρεῖται τὸ ἔλεος.

Τοῦ ἁγίου Βασιλείου.

α'. Αἱρετικὸς, ὁ κατὰ τὴν πίστιν ἀλλότριος· ὁ δὲ κατά τι ἰάσιμον ζήτημα, σχισματικός. Οἱ δὲ συνάγοντες; ἀνυπότακτοι τούτους ἐκείνους, παρασυνάγωγοι.

β'. Τὸ ἐξ αἱρετικοῦ βάπτισμα, ἀδεκτον· δεκτὸν δὲ τὸ σχιστοῦ καὶ παρασυναγώγου.

γ'. Παράκλητον οἱ Πεπουζηνοὶ τὸν Μοντανὸν ὀνομάζουσιν· ὅθεν καὶ εἰς αὐτὸν ἀβάπτιστοι βαπτιζόμενοι.

δ'. Τὸ τῶν καθαρῶν, καὶ ὑδροπαραστατῶν, καὶ ἐγκρατιτῶν βάπτισμα, εἰ καὶ ἄδεκτον διὰ τὸ ἐπιλεῖψαι αὐτοῖς τούτοις τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλ' οὖν οἰκονομίας χάριν ἔστω δεκτόν.

ε'. Ἡ κατ' ἐπιτήδευσιν φθείρασα, ὅτε ἂν φθείρῃ, φονεύτρια.

ς'. Διάκονος πορνεύσας, εἰς τὸν τῶν λαϊκῶν μεταστὰς τόπον, ἔστω τῆς κοινωνίας; ἀκώλυτος.

ζ'. Ἕνα χρόνον ἢ δύο ἀφορίζεται δίγαμος· τρεῖς δὲ καὶ τέσσαρας ὁ τρίγαμος, καὶ πέντε, κατὰ τὴν ἄρτι συνήθειαν.

η'. Αἱρετικὸς πρὸς τῷ τέλει μετανοῶν, δεκτὸς μετ' ἐπικρίσεως.

θ'. Ὁ κανονικὸς, εἴ που καὶ ζεύγνυται, διαζεύγνυται.

est : et qui ab uxore ad aliam se applicat, ex Domini sententia, simili crimine tenetur.

80. Intra templum pecus non introducitur, nisi maxima necessitas in via contigerit.

81. Maximo Sabbato circa mediam noctem in jejunio perseverandum est.

82. Post vespertinum ingressum Sabbati, ne genu flectas.

83. Tum qui dat, tum quæ accipit abortivos fetus, homicidæ.

84. Viro non comparente, quæ priusquam de illius obitu certi aliquid compererit, alii nupserit, mœchatur; vir autem qui reversus fuerit, siquidem prædictum sit, accipiat ipsam.

85. Qui gentili more jurat, puniendus.

86. Qui capillos artificiosis nexibus intorquent ad spectantium perniciem, excommunicandi.

87. Uxori addictus, ac per contemptum manens in templo, expellatur etiam e catechumenorum ordine.

88. Quidam Judaico more in templis coxerunt mel. Qui igitur hoc permiserit, aut tale acceperit, non est habendus sacerdos. Si quis vero domo attulerit, ipse prout sufficit offerenti, accipiat.

89. Picturæ quæ ad turpia aspectum movent, non sunt pingendæ.

90. Manus in crucis figuram componit, qui Eucharistiam sumpturus est. Qui vero receptaculum aureum, aut aliam materi m vice manus parat, excommunicandus.

91. Delicti qualitas in omnibus consideratur, conversioque perspicitur : atque ita misericordia ad mensuram tribuitur.

Sancti Basilii Epistola I.

1. Hæreticus est, qui a fide alienus : qui vero circa aliquam sanabilem quæstionem errat, schismaticus. Inobedientes vero qui hos congregant, ab Ecclesiæ conventu arcendi sunt.

2. Hæretici baptisma, rejiciendum ; schismatici vero atque ab Ecclesia alieni, recipiendum.

3. Paracletum Pepusiani Montanum vocant. Unde et qui in ipsum baptizantur, non censentur baptizati.

4. Catharorum, Hydroparastatarum, atque Encratitarum baptisma, quamvis non recipiendum, propter Spiritus sancti apud eos defectum, tamen dispensationis gratia recipiatur.

5. Quæ de industria fetum corrupit, quandocunque corruperit, homicidio tenetur.

6. Diaconus qui fornicatus fuerit, in laicorum locum relegatus, communione ne prohibeatur.

7. Unum aut duos annos excommunicatur bigamus, tres vero et quatuor trigamus, atque etiam quinque, juxta consuetudinem quæ hactenus invaluit.

8. Hæreticus in fine vitæ pœnitens, discretione adhibita suscipiendus.

9. Canonicus si matrimonio junctus sit, disjungitur.

10. Masculorum animaliumque corruptores, atque homicidæ et venefici ac idololatræ juxta antiquam formam suscipiendi.

11. Homicida est, qui uxorem iratus securi percusserit.

12. Involuntarius homicida est, qui lapide in canem misso, hominem assecutus est, et qui loro ac vimine corripit. Qui vero in rixa fuste, aut manu lethale vulnus inflixerit atque interfecerit, ad voluntarium prope accedit.

13. Qui gladio, aut aliquo ejusmodi instrumento usus fuerit, prorsus voluntarius est homicida. Item latro, hostis, et qui propter aliam causam venenum dederit atque interfecerit, voluntarius, nec non etiam quæ abortivos fetus dant et accipiunt.

14. Juxta Domini sermonem, vir et mulier fornicationis causa separati pariter condemnantur: consuetudo vero adulterum et fornicatorem a conjugibus non disjungit. Si qua autem mulier dimisso ab uxore viro juncta fuerit, non est adultera; culpa enim in eam quæ sine ratione dimisit rejicienda est: quæ etiam adultera est, si cum alio jungatur, dimissus vero, venia dignus est. Qui vero relicta uxore ad aliam se confert, mœchus ipse est, atque ipsam mœchari facit, ea etiam cum qua consuetudinem habet.

15. Non coges eum, qui se non ordinatum esse juraverit.

16. Involuntarius homicida decennio pœnitentiæ subjacebit.

17. Bigamus non est in clerum recipiendus.

18. Pietatis hostis triennio pœnitentiæ subjiciatur.

ι'. Ἀρρενοφθόρους, καὶ ζωοφθόρους, καὶ φονεῖς, καὶ φαρμακοὺς, καὶ εἰδωλολάτρας κατὰ τὸν παλαιὸν τύπον εἰσδέδεξαι.

ια'. Φονεὺς, ὁ κατὰ τῆς γυναικὸς διὰ θυμὸν ἀξίνῃ χρώμενος.

ιβ'. Ἀκούσιος φονεὺς, ὁ λίθον ἀφεὶς ἐπὶ κύνα, καὶ ἀνθρώπου τυχὼν, καὶ ὁ παιδεύων ἱμάντι καὶ λύγῳ· ὁ δὲ ἐν μάχῃ ξύλῳ ἢ χειρὶ δοὺς ἐπὶ τὰ καίρια, καὶ ἀνελὼν, ἄγχι τοῦ ἑκουσίου.

ιγ'. Ὁ ξίφει χρησάμενος, ἢ τοιούτῳ τινὶ, πάντως ἑκούσιος· καὶ ὁ λῃστὴς, καὶ ὁ πολέμιος, καὶ ὁ δι' ἄλλην αἰτίαν ἐπιδοὺς φάρμακον, εἰ ἀνέλῃ, ἑκούσιος· καὶ αἱ τὰ ἀμβλωθρίδια διδοῦσαι καὶ λαμβάνουσαι.

ιδ'. Κατὰ τὸν τοῦ Κυρίου λόγον, ἴσως καταδικάζεται καὶ ἀνὴρ καὶ γυνὴ, διὰ πορνείαν ἐκποζευγνύμενοι· ἡ δὲ συνήθεια τὸν μοιχὸν, καὶ τὸν πόρνον οὐ διαζεύγνυσι τῶν συμβίων· εἰ δέ τις ἀφέτῳ ἀνδρὶ συζευχθείη, οὐκ ἔνι μοιχαλίς. Τὸ γὰρ αἴτιον ἐπὶ τὴν ἀλόγως ἀφήσασαν· ἢ [ἴσ. ἡ] καὶ μοιχαλὶς, εἰ πρὸς ἕτερον ζεύγνυται· ὁ δὲ ἀφεθεὶς, συγγνωστός· ὁ δὲ τὴν γυναῖκα λιπὼν, καὶ ἐπ' ἄλλην ἰὼν, καὶ αὐτὸς μοιχὸς, καὶ αὐτὴν μεμοιχεῦσθαι ποιεῖ, καὶ ἡ αὐτῷ συνοικοῦσα γυνή.

ιε'. Οὐκ ἀναγκάσεις τὸν μὴ χειροτονηθῆναι ὀμόσαντα.

ις'. Ἀκούσιος φονευτὴς δεκαετίας ὑποπιπτέτω.

ιζ'. Ὁ δίγαμος, καὶ ἀκλήρωτος.

ιη'. Ὁ πολεμιστὴς τῇ εὐσεβείᾳ τριετίαν ὑποπιπτέτω.

Ejusdem epistola 2.

1. Presbyter Bianor cum juraverit ac pœnitentiam egerit, propter illius juramenti levitatem, suscipiendus.

2. Virgines post professionem lapsas exacto anno Patres recipiebant. Quoniam autem validior facta est Ecclesia, eam quæ virginitatem professa lapsa est, adulteram vocamus, et qui talem detinet, mœchum.

3. Virginitatem profitetur, quæ post septemdecim annos probata, ut in eo vitæ instituto permaneat deprecatur.

4. Qui sæculo renuntiat interrogetur, ac perspicue et clare profiteatur, ut si sententiam mutet, corripiatur.

5. Virgo quæ in hæresim lapsa est, ac deinceps resipuit, atque accipit, pœna non mulatur.

6. Virum qui fornicatus fuerit, uxor recipiet: inquinatam vero adulterio mulierem vir remittet. Fornicator enim, non mœchus, qui uxori junctus cum soluta rem habuerit.

7. Qui desponsatam rapit, sponso eam restituet, si vero non desponsatam, suis reddet, atque ex eorum sententia contrahetur matrimonium, si-

Τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολὴ β'.

α'. Πρεσβύτερος Βιάνωρ ὀμόσας, καὶ μεταμελόμενος, διὰ τὴν εὐκολίαν ἐκείνου τοῦ ὅρκου, δεκτέος.

β'. Μετ' ἐνιαυτὸν τὰς μετὰ τὴν ὁμολογίαν ἐκπιπτούσας παρθένους οἱ Πατέρες ἐδέχοντο· διὰ δὲ τὸ κραταιοτέραν γενέσθαι τὴν Ἐκκλησίαν, μοιχαλίδα τὴν παρθενίαν ὁμολογήσασαν ὀνομάζομεν περιπίπτουσαν, καὶ μοιχὸν τὸν τοιαύτην κατέχοντα.

γ'. Ὁμολογεῖ παρθενίαν ἡ μετὰ τὰ ἑπτακαίδεκα ἔτη ἀνακρινομένη, καὶ παραμένειν ἐκλιπαροῦσα,

δ'. Καὶ ὁ ἀποτασσόμενος ἐρωτάσθω, καὶ ἐναργῶς ὁμολογείτω, ἵνα μετατιθέμενος ἐπιτιμᾶται.

ε'. Εἰς αἵρεσιν οὖσα παρθένος, εἶτα μεταγνοῦσα, καὶ λαμβάνουσα, οὐκ εὐθύνεται.

ς'. Ἄνδρα πεπορνευκότα ἡ ἰδία παραλήψεται· μιανθεῖσαν δὲ γυναῖκα ὁ ἀνὴρ ἀποπέμψεται· πόρνος γὰρ, οὐ μοιχὸς, ὁ εἰς ἐλευθέραν ἐκπεσὼν ὑπογύναιος.

ζ'. Ὁ μνηστευθεῖσαν ἁρπάζων, ἀποκαταστήσει τῷ μνηστευσαμένῳ· εἰ δὲ ἀμνήστευτον, τοῖς οἰκείοις ἐγκαταστήσει, καὶ κατὰ τὴν ἐκείνων γνώμην ποιή-

δήσεται τὰ συνοικέσια, εἴτε βούλοιντο· ὁ δὲ τὸ τῆς πορνείας ἐπιτίμιον εἴσεται.

η'. Ἀδελφὸν ἀδελφῆν γυναῖκα ἔχειν ἀδύνατον.

θ'. Εἰ χήμη διακονουμένη χήρα, παροράται· ὁ δὲ χηρεύων γήμας μόνον, τὸ τῶν διγάμων ἐπιτίμιον γνοίη. Ἡ δὲ μετὰ ἑξήκοντα ἔτη λαμβάνουσα χήρα, ἀκοινώνητος, ἕως ἀποστῇ τῆς ἀκαθαρσίας. Εἰ δέ τις πρὸ τῶν ἑξήκοντα χρόνων ἐγκαταλέξεται, ἐκείνου τὸ ἔγκλημα ἄψεται.

ι'. Ὃς ἔχει ἣν προέφθειρε, συγχωρούμενος ἔχειν, τὸ ἐπιτίμιον γνώσεται.

ια'. Εἰ ὁ σύζυγος διὰ πορνείαν διαζεύγνυται, βέλτιον· εἰ δ' ἀδιασπάστως συνέζευκται, συγχωρείσθω δεχόμενος ἐπιτίμιον.

ιβ'. Ἀθέσμῳ περιπαρεὶς γάμῳ ἐν ἀγνοίᾳ πρεσβύτερος, μόνης ἀπολαυέτω τῆς προεδρίας, τῆς ἐνεργείας στερούμενος.

ιγ'. Ὁ κρεῶν θείων ἀποχρῆν ἐπευξάμενος, γελοῖος· δεκτέος δὲ, εἰ μεταλήψοιτο.

ιδ'. Εἰ ἀπηγόρευται τὸ ὀμνύειν, τὸ ἐπὶ κακῷ μᾶλλον· ὥστε μὴ μόνον τὸ ἔργον κωλύσεις, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν ὅν ἀπερεύγεται ὅρκον.

ιε'. Ὁ ἁρπάζων τριετίαν ὑποπιπτέτω· εἰ δὲ ἡ χήρα συνηκολούθησεν, ἀνεύθυνον τὸ κακόν.

ις'. Τὴν πρὸς θάνατον ἁμαρτήσας κληρικὸς, μετὰ τοῦ λαοῦ κοινωνεῖ· οὐ γὰρ δὶς τὸ ἓν ἐκδικεῖται.

ιζ'. Ἡ κυήσασα καθ' ὁδὸν, καὶ ἀμελήσασα, φονεύτρια.

ιη'. Ἀδημοσιεύτους μὲν τὰς μοιχευθείσας, καὶ ἐλεγχομένας ἐγνώκαμεν· ἀκοινωνήτους δὲ ἱστῶμεν, ἕως οὗ τὸ ἐπιτίμιον ἀποπληρώσωσιν.

ιθ'. Ἐὰν ἀλόγως ἀνεχώρησεν ἡ γυνὴ, αὐτὴ μὲν οὐκ ἀνεύθυνος· ὁ δὲ ἀπομείνας, ἀνεύθυνος.

κ'. Αἱ στρατιώτιδες αἱ διὰ τὴν τῶν ἀνδρῶν ἀφάνειαν ἄλλοις ζευγνύμεναι, συγγνωστότεραι τῶν ἄλλων, αἱ διὰ τὰς ἀποδημίας οὐ παραμένουσιν.

κα'. Ὁ τὴν ἀλλοτρίαν ἀφεὶς, καὶ λαβὼν ἐλευθέραν, ἐπιτιμητέος μὲν διὰ τὴν πρώτην· ἐπὶ δὲ τῇ δευτέρᾳ, ἀνεύθυνος.

κβ'. Παρὰ γνώμην πατρὸς ἡ ἀκολουθήσασα, πόρνη κρίνεται· εἰ δὲ καὶ οἱ γονεῖς διαλλαγεῖεν, καὶ τὸ γεγονὸς θεραπείαν ἔχειν δοκεῖ, ὅμως τριετίαν ὑποπιπτέτω.

κγ'. Ἡ συζῶσα μοιχῷ διαμοιχᾶται.

κδ'. Ἡ ἑαυτὴν ἀνδρὶ ἐπιδοῦσα δούλῃ, πορνεύει· συνάπτεται δὲ, ἡ μετὰ γνώμης δεσπότου· τὰ γὰρ τῶν ὑπεξουσίων, ἀβέβαια.

κε'. Ἀνέγκλητος ἡ χήρα λαμβάνουσα.

quidem velint. Ipse vero fornicationis pœnas dabit.

8. Fratrem sororem habere uxorem, impossibile est.

9. Si vidua in ministerium allecta nupserit, despicitur: qui vero viduus est, si solum uxorem duxerit, bigamorum pœnam subeat. Vidua autem quæ post sexaginta annos matrimonium contraxerit, excommunicetur, donec ab impuritate recesserit. Si quis vero ante sexaginta annos allectus fuerit, crimine obstringetur.

10. Qui habet eam quam prius corrupit, modo ei permittatur habere, multæ subjacebit.

11. Si conjux propter fornicationem disjungatur, melius: si vero indivulse copulatus sit, id ei concedatur, suscepta pœna.

12. Presbyter qui per ignorantiam in illicitum incidit matrimonium, sola fruatur præsidentia, functione privatus.

13. Qui se a suillis carnibus abstinere jactaverit, ridiculus; suscipiendus est vero, si iis utatur.

14. Si interdictum est jurare simpliciter, id magis propter malum. Itaque non solum opus prohibebis, verum etiam ipsum quod ex eo nascitur juramentum.

15. Raptor triennio pœnitentiæ subjacebit: si vero vidua secuta fuerit, animadversione vacat illud malum.

16. Clericus qui mortale peccatum commiserit, cum populo communicat: non enim bis idem vindicatur.

17. Quæ pepererit in via, ac neglexerit, homicidii rea est.

18. Adulterii convictas non esse publice traducendas novimus: excommunicatas vero statuimus, donec pœnæ tempus expleverint.

19. Si mulier sine ratione recesserit, ipsa quidem non est insons: qui vero remanserit, culpa vacat.

20. Uxores militum, quæ eo quod earum viri nusquam appareant, aliis junguntur, venia digniores sunt aliis, quæ propter eorum peregrinationes non exspectant.

21. Qui alienam dimisit, et accepit liberam ac solutam, corripiendus quidem est propter primam; propter secundam vero, crimine vacat.

22. Quæ contra voluntatem patris secuta est, scortum censetur: si vero parentes reconciliati fuerint, factumque remedium accipere videatur, tamen triennio pœnitentiæ subjaceat.

23. Quæ cum adultero vivit, mœchatur.

24. Ancilla quæ se viro tradiderit, fornicatur; matrimonio vero jungitur, quæ cum domini consensu id facit. Quæ enim fiunt ab iis qui alienæ potestati subditi sunt, invalida.

25. Vidua quæ virum accipit, criminis expers est.

26. Filius patris potestati subditus, et servus citra dominorum consensum, matrimonium contrahens, culpæ obnoxii sunt.

κς'. Ὁ ὑπεξούσιος υἱὸς, καὶ δοῦλος δίχα τῶν κυρίων ζευγνύμενος, οὐκ ἀνεύθυνοι.

27. Qui percusserit ad mortem, tum qui lacessit, tum qui ulciscitur, homicida.

κζ'. Ὁ πλήξας πρὸς θάνατον, καὶ ἀρχόμενος, καὶ ἀμυνόμενος, ἀνδροφόνος.

28. Diaconissa cum gentili fornicata, ac pœnitentia ducta, septennio pœnitentiæ subjiciatur.

κη'. Διάκονος Ἕλληνι πορνευθεῖσα, καὶ μεταγνοῦσα ἑπταετίαν ὑποπιπτέτω.

29. Christianus contumelia Christum afficiens, nullum fructum ex vocatione sua percipiat.

κθ'. Ὑβρίζων Χριστιανὸς τὸν Χριστὸν, ἀπὸ τῆς κλήσεως ἀνωφέλητος.

30. Nupsit quædam per ignorantiam viro dimisso; deinde priori ipse restitutus est; ipsa vero dimissa, scortum reputatur per ignorantiam, ac si velit, nubere potest, melius vero, si non nubat.

λ'. Ἐγήματό τις ἀνδρὶ κατὰ ἄγνοιαν ἀφεμένῳ· εἶτα τῇ προτέρᾳ ἀνέφηνεν· ἡ δ' ἀφεῖθη· πόρνη λογίζεται κατὰ ἄγνοιαν, καὶ εἰ θέλοι, ζεύγνυται· κάλλιον δὲ, εἰ μὴ ζεύγνυται.

31. Encratitas, Sarcophoros, atque Apotactitas denuo baptizabis. Quamvis enim dicant se in Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum esse baptizatos, verumtamen quoniam malorum auctorem Deum impie asserunt juxta Marcionem, nisi denuo baptizentur, non sunt recipiendi.

λα'. Ἐγκρατίτας, καὶ σαρκοφόρους, καὶ ἀποτακτίτας ἀναβαπτίσεις· εἰ γὰρ καὶ λέγοιεν ὅτι εἰς Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα ἐβαπτίσθησαν, ἀλλ' ἐπεὶ κακῶν ποιητὴν τὸν Θεὸν βλασφημοῦσι κατὰ Μαρκίωνα, μὴ ἀναβαπτιζόμενοι, ἄδεκτοι.

32. Quæ a viro dimissa est, sic maneat; si enim mœchetur, juxta Domini sermonem, alius communione excluditur.

λβ'. Ἡ παρ' ἀνδρὸς ἀφεθεῖσα, μενέτω οὕτως· εἰ γὰρ μοιχᾶται, κατὰ τὸν τοῦ Κυρίου λόγον, τῆς πρὸς ἕτερον κλείεται κοινωνίας.

33. Corruptio per vim admissa, crimine vacat, atque ancilla si vim patiatur a domino, insons est.

λγ'. Φθορὰ κατηναγκασμένη, ἀνεύθυνος· καὶ δούλη βιαζομένη παρὰ δεσπότου, ἀνεύθυνος.

34. Qui tertium matrimonium contrahit, contra leges peccat. Prout autem Ecclesiæ res nunc se habent, ejusmodi facinora, si non publice traducantur, dissoluta fornicatione tolerabiliora judicantur.

λδ'. Ὁ τρίγαμος, ἄνομος· ὡς δὲ βέπει τῆς Ἐκκλησίας τὰ τοιαῦτα βλεπόμενα, ἀστηλίτευτα κρείττω τῆς ἀνειμένης πορνείας κρινόμενα.

Ejusdem epistola tertia.

Τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολὴ τρίτη.

1. Clerici qui in delictum incidunt, gradibus dejiciuntur, sive ministrent, sive ordinati sint.

α'. Οἱ κληρικοὶ παραπίπτοντες, τῶν βαθμῶν ἀποπίπτουσιν, εἴτε ὑπηρετοῦσιν, εἴτε κεχειροτόνηνται.

2. Quæ fetum neglexerit, propterea quod amicis rebusque ad vitam necessariis destituta sit, criminis expers est.

β'. Ἡ ἀμελήσασα τοῦ κυήματος δι' ἐρημίαν ἢ ἀπορίαν τῶν ἐπιτηδείων, ἀνεύθυνος.

3. Non magnum crimen est ancillæ viduæ, si ad secundas nuptias rapiatur: bigamiæ vero pœnam subit.

γ'. Οὐ μέγα πταῖσμα τῇ χήρᾳ δούλῃ πρὸς δεύτερον γάμον ἁρπαζομένῃ· τὸ δὲ τῆς διγαμίας ἐπιτίμιον ἔξει.

4. Homicidarum pœnæ, pro circumstantiarum ratione, augentur aut minuuntur.

δ'. Τῶν φονευόντων τὰ ἐπιτίμια, κατὰ τὸ ἴδιωμα τῆς περιστάσεως ἐπιτείνεται, ἢ ὑφίεται.

5. Voluntarius homicida viginti annos pœnitentiæ subjiciatur; involuntarius, decem annos; fornicator, septennium. Virgines post professionem lapsæ, quindecim annos.

ε'. Ὁ ἑκούσιος φονευτὴς εἰκοσαετίαν ὑποπιπτέτω· ὁ ἀκούσιος δεκαετίαν· ὁ πόρνος ἑπταετίαν· αἱ παραπίπτουσαι μετὰ τὴν ὁμολογίαν παρθένοι, πέντε καὶ δεκαετίαν [πεντακαιδεκαετίαν].

6. Qui furatus est ac resipuit, annum pœnitentiam agat, convictus vero, duos annos.

ς'. Ὁ κλέψας καὶ μεταγνοὺς, ἐνιαυτόν· ἐλεγχθεὶς δὲ, ἕτερον ἕνα.

7. Masculorum concubitor, sicut adulter. Qui contra rationem versatus est, similiter. Perjurus, decennio. Incantator et veneficus, ut homicida. Qui sepulcra deprædatur, decennio. Qui cum sorore miscetur, ut homicida. Prohibitum in consanguinitate matrimonium, eadem qua adulterium pœna vindicatur.

ζ'. Ἀρσενοκοίτης, ὡς μοιχός. Ὁ ἀλογευόμενος, ὁμοίως· ὁ ἐπίορκος, δεκαετίαν· ὁ γόης καὶ ὁ φαρμακὸς, ὡς ὁ φονεύς. Ὁ τυμβωρύχος, δεκαετίαν· ὁ ἀδελφόμικτος, ὡς φονεύς· ὁ ἀπειρημένος ἐν συγγενείᾳ γάμος, κατὰ μοιχόν.

8. Lector qui ante nuptias rem habet cum sponsa, maneat lector, ita ut ad majores gradus non promoveatur: qui vero furtivum iniit matrimonium, expellatur.

η'. Ὁ πρὸ γάμου συναλλάσσων ἀναγνώστης μνηστῇ, μενέτω ἀναγνώστης ἀπρόκοπος· κλεψίγαμος δὲ ἀπωθείσθω.

θ'. Ὁμολογήσας διάκονος καὶ πρεσβύτερος χεί- A λεσιν ἁμαρτῆσαι, τῆς λειτουργίας εἰρχθέντες κοινωνείτωσαν.

ι'. Ὁ συνειγνωκὼς ἑκάστῳ, καὶ ἀποκρύπτων, τὸ ἴσον ἐπιτετίμηται.

ια'. Ὁ ἀρνησίχριστος, διὰ βίου μεταμελείσθω.

ιβ'. Οὐκ εἴσεισιν εἰς ναὸν ὁ ἀδελφῇ ἢ νύμφῃ μεμιασμένος· ἀποστὰς μέντοι ἐπὶ τριετίαν προσκλαιέτω, καὶ ἑξαετίαν ὑποπιπτέτω.

ιγ'. Ὁ τὴν ἰδίαν ἀφεὶς, καὶ λαμβάνων ἑτέραν, μοιχὸς ὤν, ἑπταετίαν ὑποπιπτέτω.

ιδ'. Ὁ τῇ μητρυιᾷ μανείς, ὡς ὁ μανεὶς ἀδελφῇ.

ιε'. Οἱ πολύγαμοι, κτηνώδεις· ἀλλ' οὖν μετὰ τρι- B ετίαν δεχέσθωσαν.

ις'. Οἱ παραβάντες τὴν πίστιν διὰ βασάνων, ὀκταετίαν ὑποπιπτέτωσαν· οἱ δὲ αὐθαιρέτως, δωδεκαετίαν.

ιζ'. Ὁ ἐκ βίας ἐπιορκήσας, μετὰ ἑξαετίαν δεκτός· εἰ δὲ ἄνευ ἀνάγκης, μετὰ δύο καὶ δέκα.

ιη'. Μὴ χρόνῳ κρίνῃς, ἀλλὰ τρόποις τὰ ἐπιτίμια· εἰ δ' ἐμμένουσι ταῖς ἁμαρτίαις, καὶ ἀντιλέγοιεν· σὺ δὲ σῶζε τὴν οἰκείαν ψυχήν.

9. Diaconus et presbyter confessi se labiis peccasse, a ministerio remoti communicent.

10. Qui conscius est unicuique, et celat, æquali pœna multatur.

11. Qui Christum negaverit, per totam vitam pœnitentiam agat.

12. Non ingredietur in templum, qui cum sorore aut sponsa inquinatus est; ubi tamen a peccato destiterit, triennio lugeat, ac sexennio pœnitentiæ subjaceat.

13. Qui propria uxore dimissa, aliam accipit, cum sit mœchus, septennio pœnitentiæ subjaceat.

14. Qui insano in novercam amore exarsit, ut qui sororem deperiit.

15. Polygami, belluinæ sunt : verumtamen post triennium recipiantur.

16. Qui fidem per tormenta violarunt, octo annos pœnitentiam agant: qui vero sponte et ultro, duodecim.

17. Qui vi coactus pejeravit, post sexennium suscipiendus; si vero citra necessitatem, post duodecim.

18. Ne tempore, sed modis pœnas expendas ; si vero in peccatis permaneant ac contradicant, tu vero serva animam tuam.

ANNO DOMINI MCLXX

THEORIANUS

—

PRÆFATIO

(Ang. Mai, Script. vet. nova Collectio, tom. VI, p. xxiii.)

—

Joannes Leunclavius anno 1578 Græce Latineque Basileæ edidit, ex codice Joannis Sambuci sumptam, Theoriani philosophi religiosam disputationem cum Armeniorum patriarcha generali Nersete anno 1170 habitam; isque libellus in Patrum deinde Bibliothecas transiit, et a Galano quoque in opere suo *De concordia* exhibitus fuit, elaborata etiam in Armeniorum gratiam Haicana interpretatione, quia id scriptum nusquam apud Armenios nancisci potuerat. Ego nuper libellum hunc, ob ventilandas quasdam gentis ejus opiniones cum inspexissem, dolebam equidem tam utile pulchrumque opusculum lacuna quadam in medio esse fœdatum. Itaque ad codices Vaticanos conversus, duos illico deprehendi et deinde tertium, qui Theoriani prædictam disputationem nullo vitio violatam tenebant. Neque hactenus fructus substitit; sed cum Leunclavius editionem suam his verbis auspicatus sit : Βασιλικὸν εἰς τὸν τιμιώτατον καὶ εὐλαβέστατον Καθολικὸν τῶν Ἀρμενίων, *imperatorium diploma ad generalem Armeniorum*; cumque id diploma, seu epistola, in ejus editione prorsus non exstet, in codicibus autem Vaticanis legatur ; miratus sum Leunclavii errorem, qui non agnovit hanc esse exteriorem inscriptionem epistolæ in Sambuci codice propter avulsam initio chartam desideratæ; vel certe hunc titulum consequenti opusculo non esse idoneum, quod certe non imperatoris epistola, sed theologica Theoriani disputatio est. Ego igitur, ope codicum Vaticanorum, nactus jam duo libelli ejus supplementa, nempe lacunæ in medio, et epistolæ præviæ qua Manuel imp. Theoriani legationem muniverat; gaudium meum multo vehementius cumulari sensi, cum in duobus ex his codicibus secundam quoque

ejusdem Thepriani disputationem reperi, biennio post habitam, non modo typis nondum impressam, sed eruditis nostris ipsisque Græcis atque Armeniis plane incognitam : qua super re paulo diligentius disserendum est.

XI. Manuel imperator Comnenus, fervidi ingenii vir, et theologicis disciplinis apprime imbutus, postremis imperii sui annis ad religiosas controversias animum applicuit, cujus rei testis est, præter alios historicos Ephræmius a me editus, itemque magnum illud Byzantii tot episcoporum ac patriarcharum anno 1166 celebratum concilium, quod in meæ collectionis volumine quarto legitur ; cui deinceps aliud ineditum sub eodem imperatore coactum additurus aliquando sum. Ut nunc sileam de Manuelis curis pro instauranda cum Latinis concordia (1) ; Nersetis Armeniorum patriarchæ epistolæ, satis demonstrant Cæsarem hunc de reconciliatione etiam cum Armeniorum Ecclesia, deque horum purgandis erroribus, si qui erant, diu multumque cogitavisse. Quod ubi confieri posse visum est, tum demum legatum in Orientem misit Theorianum, magnum virum et theologica philosophicaque doctrina præstantem, qui cum patriarcha Nersete, clarissimæ famæ homine, de controversis dogmatibus ritibusque disputaret, speratamque rem Deo volente conficeret. Atque hoc est colloquium illud, quod Leunclavius, ut dixi, edidit, quodque ego Vaticani codicis ope qua in parte hiabat explevi. Quid deinde secutum fuerit, ignorabant Armenii : neque solum priscus ipsorum historicus apud Galanum t. I, p. 238, qui ait Nersetem dum reditum ad se Theoriani præstolaretur, mortem cum vita commutavisse, verum etiam hodiernus auctor compendii historici Venetiis editi t. II, p. 69, in eadem rerum obscuritate versatur. Sed tamen Menologium Armeniacum apud Galanum tom. cit, p. 241, reversos ad Nersetem Græcos dicit, etsi infectum negotium ob Nersetis obitum manserit. Porro quod Menologium breviter de secunda legatione innuit, id copiose accurateque narrat Bar-Hebræus apud Assemanum, cujus ego verba p. 388, recitavi. Secunda igitur Theoriani in Orientem legatio tum Armeniaci Menologii tum Syri Bar-Hebræi testimonio constabat. Sed Menologium nihil de iterato colloquio cum Nersete dicit, Bar-Hebræus de colloquio cum Syris suis loquitur, cui tamen haud extraneum fuisse Armeniorum patriarcham significat : nunc ecce demum Vaticanus codex, haud procul illa ætate conscriptus, disputationem universam mihi obtulit incognitam hactenus et præclaram, in legatione secunda a Theoriano cum Nersete actitatam. Jam idcirco mihi de uno codice loqui placet, quia secundum nonnisi vetusti apographum p. 337 esse docui ; tertius autem codex priorem tantummodo Theoriani disputationem, sicut et ille Sambuci, habet. Quod tamen Armenii tradunt, negotium sub Nersete non esse confectum, id adhuc vere dicitur : etsi enim in secundo etiam colloquio assensum Nerses primario dogmati et concordiæ præbuit, rem tamen ab universali gentis concilio, non sine Albato patriarcha (2), sanciendam edixit : cumque Nerses sequente anno, id est 1173, ut ait Menologium, vita excesserit, tractatio tota jacuit ; donec post quadriennium, id est anno 1177, in Tarsensi Armeniorum concilio pleniorem exitum sortita est.

XII. Quæ igitur in hac secunda disputatione leguntur, nova sunt omnia, epistolæ scilicet Manuelis imp. tres, una Nersetis, duæ Michaelis patriarchæ Byzantini, quanquam prior Manuelis nomine missa. Et duæ quidem dogmaticæ Nersetis ac Michaelis præclara theologiæ monumenta sunt. Quæ sequitur disputatio de duabus Christi naturis, de aqua cum vino miscenda in calice, de congruis festorum diebus, de materia chrismatis, et de quibusdam aliis capitulis, quæ p. 378 cumulantur, perspicue nobis demonstrant quatenus Armenii a Græcorum Ecclesia dissiderent. Subtexitur disputatio cum Syris, ad quos Manuelis mandato, Theorianus mox perrexit. Profecto illa Michaelis magni Jacobitarum patriarchæ luculentissima fidei professio, quæ nunc primum lucem aspicit, insigne dogmatum Jacobitieæ sectæ documentum est, quam per id certe tempus unico hoc errore laborasse cognoscimus, quod unam diceret Christi naturam. Illud vero notabile, quod p. 390 Jacobita ab Eutychetis errore se alienum dicit, negatque ullam confusionem in hypostatica unione factam : *Nam, divinitas*, inquit, *mansit divinitas ; caro item, caro perstitit.* Et rursus : *Naturas conservatas fuisse apparet ; creditur tamen una propter indivisibilitatem.* Atqui etiam Armenius, p. 323, sic loquitur, nisi quod dictum suum magnopere emendat orthodoxus sanctusque vir Nerses, cum duas quoque se naturas admittere cum theologo Gregorio dicit ; id quod Jacobita in professione sua non fatetur. Hinc sane patet quam recte quamque sapienter Græci a Nersete exposcerent, ut ab *unius naturæ* locutione prorsus abstineret, id quod demum Nerses, p. 382, se facturum promittit. Ne vero id forte a Theoriano dialogi auctore confingi ad victoriam putetur, ecce in concilio quoque Tarsensi (3) Armeniaci Patres, quinto

(1) Mansi Collect. concil. t. XXII, ad an. 1168, ex Allatio *De consensu* lib. II, 12. Sed in prædicta editione conciliorum perperam et ridicule scribitur *Michel* (quasi *Michael*) pro *Manuel* ; qui error semel irrepsit etiam in Allatii interpretationem Latinam, quanquam Græcus apud eumdem textus recte habeat Μανουήλ.

(2) De Albanorum, seu Georgianorum, patriarcha Armenio non semel sermo fit in concilio patriarchæ Mequitarii apud Mans. *Collect. concil.* t. XXV. Ejus patriarchatus originem Moses Chorenensis, Hist. lib. III, 3, innuit.

(3) Apud Galanum, t. I, p. 534.

post dialogum anno, ob auferendum quodlibet offendiculum, æque se in posterum *unius naturæ* dictionem omissuros, sancte spondent. Nolim ergo deinceps ab Orientalibus scriptoribus (quod aliquoties factum video) controversiam hanc, quasi fere *levidensem*, seu de vocabulis ac subtilitatibus logicis, dici.

XIII. Quoniam vero Armeniorum disputationis cum Theoriano dux Nerses fuit, existimavi fore operæ pretium, si epistolarum ejus dogmaticarum, quæ in Armeniaco Vaticanæ bibliothecæ codice sunt, excerpta quædam facerem, favente mihi gentis ejus doctissimo interprete, eaque in calce disputationis ascriberem, ut hæc scripta invicem sibi lucem impertiantur. Sed unum hic tractum, a me tum prætermissum, ex Nersetis ad Alexium epistola recitare placet, qui etiam in Compendio historico, t. II, p. 66, paulo diversis verbis ex alio codice ponitur ; inde enim Nersetis mens, dum unam Christi naturam diceret, evidenter patescit. Sic ergo in codice Vaticano Nerses : « Unam naturam in Christo dicimus, non per confusionem, ut Eutyches, sed juxta Cyrillum Alex. qui contra Nestorium in epistolis unam ait esse incarnati Verbi naturam (quod Cyrilli dictum diu in disputatione et in Michaelis Byzantini epistola ventilatur). Pro una hypostasi quam vos (Græci) dicitis, quod rectum est, et nos pariter profitemur, unum idemque a nobis affirmatur, cum unam naturam dicimus : quod nos haud hæretico sensu dicere vel inde patet, quod cum ea de re verba facimus, haud in una natura subsistimus, sed ambarum proprietates ostendimus. Una, inquam, natura haud ob aliam causam a nobis dicitur, quam propter Verbi cum carne indivisibilem ineffabilemque unionem. Imo et duas naturas dicere non recusamus, modo id haud juxta Nestorium dividendi causa, sed contra Eutychetem et Apollinarem ob confusionem vitandam dicatur. » Hæc autem, ut puto, ostendunt, mentem sine dubio Nersetis orthodoxam fuisse, sed tamen cum unam affirmaret naturam, a Syrorum locutione parum oppido discrepasse (4) ; cum autem duas, tunc demum catholicam quam reapse animo suo fovebat sententiam apte, proprie, tutoque significavisse. Quod vero in pastorali ante hos annos edita epistola p. 18, ait Nerses : *Unus Christus, et una ejus persona ex duabus unitis naturis* ; nihil nos amplius desiderabimus, si certe addatur vel subintelligatur (cum Michaele Constantinopolitano p. 333) *una Christi persona in duabus naturis, et duas habens naturas :* quanquam, ut sæpe dixi, de orthodoxa Nersetis mente dubitari nullo modo potest.

XIV. Atque hactenus Armeniorum cum Græcis concordia perducta olim fuit, his colloquiis scilicet conglutinata in Tarsensi autem concilio confirmata : quamquam mortuo paulo post Manuele Cæsare, turbatisque Comnenæ familiæ rebus, concordiæ ejus levis aut nullus fructus exstitit. Cum Latinis autem Armenii libentius adhuc consensisse videntur, oblata sæpe per episcoporum regumque epistolas Romanis pontificibus obedientia ; tum vero in Sisensi synodo anno 1307 celebrata, et in Adanensi an. 1316, quæ utraque apud Galanum est ; præcipue vero in alia apud Mansium *Concil.* t. XXV, p. 1186 (anno 1342, sub Benedicto papa XII, et Mequitario patriarcha) numerosa synodo objectos sibi errores purgaverunt Armenii, et concordiam cum Ecclesia Romana professi sunt. Sed nihil æque Armeniorum causam definit, quam œcumenicum Florentinum consilium, in quo Armenii sapientissimum illud Eugenii IV constitutum amplexi sunt, eique subscripserunt, et observantiam debitam spoponderunt : de quo sane constituto illud dicendum videtur, quod de Magni Leonis epistola Græci Patres pronuntiaverunt, nempe fidei esse columnam, cui nixi Armenii nunquam nutabunt. Quippe ibi sanæ necessariæque doctrinæ nihil deest, de duabus scilicet Christi naturis, de Spiritus sancti a Filio processione, de recipienda Chalcedonensi cunctisque a Papa confirmatis synodis, de sacramentis septem, de sancto oleo, de festis, de sacri mistione calicis, de fide Symboli Athanasiani, de Romanæ Sedis primatu, de dogmatibus in reconciliatione cum Græca Ecclesia Florentiæ definitis : quæ fere omnia Nicolaus quoque papa IV, in epistola ad Haytonem Armeniorum regem antea tradiderat (5). Est igitur his regulis fideliter accurateque obediendum : nam quod attinet ad subtiles quasdam exquisitasque schismaticorum malorum vel infelicium temporum excusationes, eæ quamvis a propriæ gentis amore atque a laudis orthodoxæ studio manant, ingenuoque et recto animo fiunt ; attamen puritati ac securitati fidei catholicæ parum oppido prosunt ; imo declarata jam dogmata quandoque obscurant, definitasque controversias rursus commovent : multoque præstat errorem vel suspicionem erroris a veritate ac simplicitate catholica libere fideliterque secernere, ne tenebræ luci officiant, et ne incautus populus inter errorem et orthodoxiam leve fortasse discrimen intercedere putet.

(4) Michael patriarcha Syrus in fidei Confessione apud nos, p. 391 et 394 : *Confitemur naturarum, ex quibus est Christus, incolumem esse differentiam. — Scimus et credimus ex duabus ipsum esse inconfuse, immutabiliter, inconvertibiliter. — Confitemur unam esse hypostasim, id est unam Christi naturam.* Postremo hoc dicto videretur quidem personam cum natura confundere Syrus, nisi pag. præc. diceretur ab eo *Una hypostasis, [illegible] natura, Christus unus.* Denique ἄτρεπτον φύσεων φανέρωσιν post unionem dicit Armenius p. 320 ; Syrus autem post unionem similiter, p. 390, δυνατὸν εἰδέναι τὰ τῶν φύσεων γνωρίσματα. Num ergo Syri duas naturas verbis negabant, re coacti fatebantur ? Certe et ipsi in clausula disputationis ad catholicam duarum naturarum sententiam videntur accedere.

(5) Apud Galanum t. I, p. 406.

ΘΕΩΡΙΑΝΟΥ ΟΡΘΟΔΟΞΟΥ

ΔΙΑΛΕΞΙΣ

ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΚΑΘΟΛΙΚΟΝ ΤΩΝ ΑΡΜΕΝΙΩΝ.

—

THEORIANI ORTHODOXI

DISPUTATIO

CUM ARMENIORUM CATHOLICO.

(Apud Ducæum *Supplem. Bibl. Patr.*, tom. I, p. 439. — Manuelis epistolam quæ sequitur, cum propter defectum codicis Ducæus omisisset, edidit card. Angelo Maius in fronte secundæ Theoriani Disputationis.)

—

Exemplar regiæ sacræque epistolæ ad Generalem Armeniorum. Non immerito in hoc disputationis libello collocatur, quandoquidem ex ejus continentia, universi tractatus argumentum cognoscitur.

Manuel in Christo Deo fidelis rex Porphyrogenitus, a Deo coronatus, dominator, fortis, excelsus, semper augustus et imperator Romanorum Comnenus, reverendissimo et summe colendo Generali Armeniorum gratiam suam.

Cum mea majestas sæpe ex vestra relatione coguoverit laudabile studium votumque, quod de orthodoxa Christianorum fide geritis; vosque adeo (postquam audistis sanctæ Ecclesiæ adversus vos criminationes, quarum causa vos sinu suo ceu dissidentes non retinet) paratos esse intellexerit ad libenter excipiendum de hac re sermonem, partesque vestras ad sanctissimam Ecclesiam transferendas; valde, inquam, sapientiam vestram commendo atque exosculor: cumque id negotium cum sanctissimo patriarcha, et cum sacra divaque synodo communicaverim, alacrem morigerumque Ecclesiæ universæ cœtum ad vos recipiendos esse comperi, si vos tamen recte pieque credere palam constiterit. Quamobrem hunc meæ subditum majestati, magistrum ac philosophum Theorianum, ad reverentiam vestram misi, una cum abbate Armeniaci monasterii, quod est Philippopoli, Atmano, ut vobis significent, quæ hac super re sanctissimæ Ecclesiæ majestatique meæ videntur. Licebit igitur

Ἴσον βασιλικοῦ καὶ θείου γράμματος πρὸς τὸν Καθολικὸν Ἀρμενίων. Κατέστρωται δὲ ἐν τῷ παρόντι βιβλίῳ τῆς διαλέξεως οὐ μάτην· δηλοῦται γὰρ ἐκ τῆς αὐτοῦ περιλήψεως ἡ τοῦ συγγράμματος ὑπόθεσις ἅπασι (1).

Μανουὴλ ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ πιστὸς βασιλεὺς Πορφυρογέννητος, θεοστεφὴς, ἀναξ, κραταιὸς, ὑψηλὸς, ἀεὶ αὔγουστος καὶ αὐτοκράτωρ Ῥωμαίων ὁ Κομνηνὸς, τῷ τιμιωτάτῳ καὶ εὐλαβεστάτῳ Καθολικῷ τῶν Ἀρμενίων τὴν χάριν αὐτοῦ.

Ἡ βασιλεία μου πολλάκις (2) ἀναμαθοῦσα παρ' ὑμῶν ὅτι ἀγαθός ἐστιν ὁ ὑμέτερος σκοπὸς καὶ τὸ θέλημα περὶ τὴν τῶν Χριστιανῶν ὀρθόδοξον πίστιν, καὶ ὅτι ἕτοιμοί ἐστε, ἀναδιδαχθέντες τὰ παρὰ τῆς Ἐκκλησίας τῆς ἁγίας αἰτιώμενα, δι' ἅπερ οὐ προσδέχεται ὑμᾶς ὡς μὴ ὁμοφρονοῦντας αὐτῇ, ἀσμένως ὑποδέξασθαι τὸν τοῦτον λόγον, καὶ θεῖναι τὸ μέρος ὑμῶν μετὰ τῆς ἁγιωτάτης Ἐκκλησίας, μεγάλως ἐπῆνεσε καὶ ἀπεδέξατο τὴν ὑμετέραν σύνεσιν· καὶ κοινωσαμένη περὶ τούτου τῷ τε ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ καὶ τῇ ἱερᾷ καὶ θείᾳ συνόδῳ, καὶ ἕτοιμον εὑροῦσα καὶ εὐπειθὲς τὸ μέρος ἅπαν τῆς ἁγιωτάτης Ἐκκλησίας πρὸς τὴν ὑμετέραν ὑποδοχὴν, εἴπερ ὀρθῶς ὑμᾶς καὶ εὐσεβῶς διαγνοίη φρονήσαντας, ἐπὶ τοῦτο τὸν παρόντα λίζιον τῆς βασιλείας μου τὸν μαΐστωρα Θεωριανὸν καὶ φιλόσοφον πρὸς τὴν ὑμετέραν εὐλάβειαν ἡ βασιλεία μου ἐξαπέστειλε, σὺν ἅμα τῷ καθηγουμένῳ τῆς Ἀρμενικῆς μονῆς τῆς ἐν Φιλιππουπόλει τῷ Ἀτμάνῳ, ἐφ' ᾧ ἀπαγγεῖλαί σοι τὰ δοκοῦντα περὶ τῆς τοιαύτης ὑποθέσεως τῇ τε ἁγιωτάτῃ Ἐκ-

(1) Hæc Manuelis epistola bis scribitur in Vaticano codice, nempe ante utriusque disputationis initium, cum paucissimis varietatibus, quas annotare pretium operæ non erat. Reapse autem a Manuele imp. scripta fuit ante primam Theoriani cum Nersete disputationem; sed quia æque prodest illustrandæ secundæ, ideirco eam codicis scriptor utrique præposuit. Erat autem hactenus inedita hæc epistola; etenim Leunclavius qui primam edidit disputationem, nonnisi externam superscriptionem epistolæ habuit, ut infra dicam.

(2) Innuit, ut puto, imperator varias ad Græcos Nersetis epistolas de suæ Ecclesiæ dogmatibus, quæ Armeniace ante hos annos sunt editæ, a nobis autem Latine quoque edendæ sunt.

κλησίᾳ καὶ τῇ βασιλείᾳ μου. Καὶ δύναται ἡ ὑμετέρα σύνεσις πιστεῦσαι τοῖς παρ' αὐτῶν λαληθησομένοις· καλῶς γινώσκουσα, ὡς ἐὰν οὕτω ποιῆσαι θελήσητε, καὶ τῆς ὀρθοδόξων Χριστιανῶν μερίδος γενέσθαι καὶ τάξεως, πρῶτα μὲν τῇ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίᾳ τὴν σωτηρίαν τῶν ψυχῶν ὑμῶν προχειροτάτην καὶ ἕτοιμον εὑρήσετε· οὗ τί γένοιτο ἂν τοῖς ὀρθῶς φρονοῦσι κρεῖττον καὶ τιμιώτερον; εἶθ' οὕτως καὶ τῆς χάριτος τῆς βασιλείας μου πολλαπλῆς εὐμοιρῆσαι ὑμῖν γενήσεται ἐφ' οἷς ἂν αὐτῆς δεηθῆτε. Καλῶς ἔχε. Τῷ μηνὶ Νοεμβρίῳ ἰνδικτιῶνος τρίτης, δι' ἐρυθρῶν γραμμάτων τῆς βασιλικῆς χειρός. — Ἡ ἐπιγραφή· Βασιλικὸν εἰς τὸν τιμιώτατον καὶ εὐλαβέστατον Καθολικὸν τῶν Ἀρμενίων (1).

A sapientiæ vestræ fidem verbis adhibere, quæ prædicti homines apud vos facient. Certe hoc vobis persuasum esse cupio, quod nempe si ita egeritis, atque orthodoxis Christianorum partibus classique accesseritis, primum quidem miserante Deo salutem animarum vestrarum tute ac facile nanciscemini, (qua quidnam recte sentientibus melius pretiosiusve accidere potest?) deinde meæ quoque majestatis gratiam plurimam ad omnia quæ postulabitis consequemini. Vale. Mense Novembri, indictione tertia. Scripta rubris litteris manu regia. Superscriptio: Regia epistola ad reverendissimum summeque colendum Generalem Armeniorum.

ΔΙΑΛΕΞΙΣ.

B

Ἐν ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου ,ςχοη', ἔτει δὲ εἰκοστῷ ὀγδόῳ τῆς αὐτοκρατορίας τοῦ ἐν βασιλεῦσιν εὐσεβεστάτου καὶ φιλοχρίστου, καὶ θεοστέπτου κυροῦ Μανουὴλ, τοῦ Πορφυρογεννήτου καὶ Κομνηνοῦ, ἰνδικτιῶνος τρίτης, κατὰ τὴν δεκάτην πέμπτην τοῦ Μαΐου μηνὸς κατελάβομεν σὺν Θεῷ τῶν Ῥωμαίων κουλά· καὶ χαιρετίσαντες τὸν καθολικὸν τῶν Ἀρμενίων, κύριον Νορσέσιν, ἐκ τοῦ μέρους τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως, δεδώκαμεν αὐτῷ τὸ πρὸς αὐτὸν βασιλικὸν θεῖον γράμμα, ἀναδιδάξαντες αὐτὸν καὶ τὸ ἀγαθὸν θέλημα, ὃ πρὸς αὐτὸν κέκτηται ὁ κραταιὸς καὶ ἅγιος ἡμῶν βασιλεύς· καὶ ὅτι δι' ἐφέσεως ἔχων πλείστης τὴν αὐτοῦ, καὶ τῶν ὑπ' αὐτὸν, πρὸς τὴν ἁγίαν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν Ἐκκλησίαν ἕνωσιν, ἐξαπέστειλεν ἡμᾶς τοὺς ἐλαχίστους δούλους αὐτοῦ, διὰ τοσούτου μακροῦ διαστήματος, καὶ οὕτω σκληρᾶς ὁδοῦ, πρὸς τὴν μεγάλην ἁγιωσύνην σου. Τούτων κατήκοος γεγονὼς ὁ καθολικὸς, ἔφη πρὸς ἡμᾶς·

C

Εὐχαριστοῦμεν τῷ βασιλεῖ τῷ ἁγίῳ, ὅτι προνοεῖται καὶ ἡμῶν, τῶν ἐλαχίστων εὐχετῶν τῆς ἁγίας αὐτοῦ βασιλείας· καὶ ὅτι τῆς οἰκουμένης ἁπάσης ἔχων τὰς φροντίδας, οὐδὲ ἡμῶν ἐπελάθετο.

Τῇ ἐπαύριον μετακαλεσάμενος ἡμᾶς, εἶπεν ἡμῖν· Ἀναγνοὺς τὸ πρὸς ἐμὲ βασιλικὸν καὶ θεῖον γράμμα τοῦ θεοπροβλήτου, καὶ θεοστεφοῦς, καὶ εὐσεβεστάτου βασιλέως, ἀνέμαθον τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ τῆς ἁγίας τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησίας, ὅτι ἐὰν θελήσωμεν διορθώσασθαι τὰ περὶ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν σφάλματα ἡμῶν, ἑτοίμως ἔχει ὅ τε ἅγιος βασιλεὺς, καὶ ἡ ἁγία καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ Ἐκκλησία, παραδέξασθαι ἡμᾶς, ὡς ἀδελφούς. Βουλόμεθα οὖν ἀναδιδαχθῆναι, τίνα εἰσὶν, ἃ ἡμεῖς εἰς τὴν πίστιν παρασφαλλόμεθα· καὶ εἰ ἐλεγχθῶμεν κανονικῶς μετὰ γραφικῶν ἀποδείξεων καὶ εὐλόγως, προθύμως δεξόμεθα τὴν διόρθωσιν.

D

Ὁ ΘΕΩΡ. Παρακαλῶ τὴν μεγάλην ἁγιωσύνην σου, δέχεσθαι τὸν ἡμέτερον λόγον μετὰ τῆς ἐμφύτου

DISPUTATIO.

Anno ab orbe condito 6678 (2), imperii piissimi et Christiani, et divinitus coronati domini Manuelis, in porphyra nati, Comneni, vicesimo octavo; indictione tertia, die 15 mensis Maii, adjuvante nos Deo, limites Romanorum attigimus. Cumque generali Armeniorum, domino Norsesi, præpotentis et sancti imperatoris nostri nomine salutem dixissemus: datas ad ipsum imperatorias sacras litteras ei reddidimus, exposita simul benigna voluntate, quam erga ipsum præpotens et sanctus imperator noster gereret; et quod maximo desiderio tam ipsius quam subditorum ejus unionem cum sancta universali et apostolica Ecclesia expetens, nos minimos servos suos tam longo locorum ex intervallo, et adeo duro itinere, ad insiguem ipsius sanctitatem ablegasset. Ea cum generalis audisset, hæc ad nos locutus est:

Agimus imperatori sancto gratias, quod et nostri curam gerat, minimorum ex iis qui pro sancto ipsius imperio preces fundunt; et quod orbis universi curas sustinens, nostri quoque non sit oblitus.

Postridie nobis arcessitis, dixit: Posteaquam datas ad me imperatorias et sacras ordinati coronatique divinitus, et piissimi imperatoris litteras perlegi; tam ipsius quam sanctæ Romanorum Ecclesiæ voluntatem perspexi: quod videlicet, si nostros circa finem orthodoxam errores corrigere velimus paratus sit et sanctus imperator, et sancta generalis ac apostolica Ecclesia, nos tanquam fratres recipere. Volumus ergo doceri, quænam illa sint, in quibus nos adversus fidem aberremus: ac si quidem ex instituto canonum per sacrarum litterarum, et consentaneas demonstrationes convicti fuerimus, emendationem illam alacriter acceptabimus.

THEORIANUS. Obsecro eximiam illam sanctitatem tuam, ut orationem nostram cum insita sibi

(1) Hæc superscriptio, βασιλικὸν, etc., legitur etiam initio disputationis prioris in editione Leunclavii et sequentibus. Cur id, inquam? Quia Leunclavii codex acephalus erat, ita ut ei deesset Manuelis epistola, cujus hæc tantummodo extremitas (quæ est superscriptio) superfuerat. Leunclavius autem, defectu non agnito, rem ridiculam fecit, dum hanc extremam lacunam quasi titulum editionis suæ posuit, cum reapse epistola regia apud eum nulla sit.

(2) Christi 1170.

ΘΕΩΡΙΑΝΟΥ ΟΡΘΟΔΟΞΟΥ

ΔΙΑΛΕΞΙΣ

ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΚΑΘΟΛΙΚΟΝ ΤΩΝ ΑΡΜΕΝΙΩΝ.

—

THEORIANI ORTHODOXI

DISPUTATIO

CUM ARMENIORUM CATHOLICO.

(Apud Ducænum *Supplem. Bibl. Patr.*, tom. I, p. 439. — Manuelis epistolam quæ sequitur, cum propter defectum codicis Ducæus omisisset, edidit card. Angelo Maius in fronte secundæ Theoriani Disputationis.)

—

Exemplar regiæ sacræque epistolæ ad Generalem Armeniorum. Non immerito in hoc disputationis libello collocatur, quandoquidem ex ejus contenentia, universi tractatus argumentum cognoscitur.

Manuel in Christo Deo fidelis rex Porphyrogenitus, a Deo coronatus, dominator, fortis, excelsus, semper augustus et imperator Romanorum Comnenus, reverendissimo et summe colendo Generali Armeniorum gratiam suam.

Cum mea majestas sæpe ex vestra relatione cognoverit laudabile studium votumque, quod de orthodoxa Christianorum fide geritis; vosque adeo (postquam audistis sanctæ Ecclesiæ adversus vos criminationes, quarum causa vos sinu suo ceu dissidentes non retinet) paratos esse intellexerit ad libenter excipiendum de hac re sermonem, partesque vestras ad sanctissimam Ecclesiam transferendas; valde, inquam, sapientiam vestram commendo atque exosculor: eumque id negotium cum sanctissimo patriarcha, et cum sacra divaque synodo communicaverim, alacrem morigerumque Ecclesiæ universæ cœtum ad vos recipiendos esse comperi, si vos tamen recte pieque credere palam constiterit. Quamobrem hunc meæ subditum majestati, magistrum ac philosophum Theorianum, ad reverentiam vestram misi, una cum abbate Armeniaci monasterii, quod est Philippopoli, Atmano, ut vobis significent, quæ hac super re sanctissimæ Ecclesiæ majestatique meæ videntur. Licebit igitur

Ἴσον βασιλικοῦ καὶ θείου γράμματος πρὸς τὸν Καθολικὸν Ἀρμενίων. Κατέστρωται δὲ ἐν τῷ παρόντι βιβλίῳ τῆς διαλέξεως οὐ μάτην· δηλοῦται γὰρ ἐκ τῆς αὐτοῦ περιλήψεως ἡ τοῦ συγγράμματος ὑπόθεσις ἅπασι (1).

Μανουὴλ ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ πιστὸς βασιλεὺς Πορφυρογέννητος, θεοστεφὴς, ἄναξ, κραταιὸς, ὑψηλὸς, ἀεὶ αὔγουστος καὶ αὐτοκράτωρ Ῥωμαίων ὁ Κομνηνὸς, τῷ τιμιωτάτῳ καὶ εὐλαβεστάτῳ Καθολικῷ τῶν Ἀρμενίων τὴν χάριν αὐτοῦ.

Ἡ βασιλεία μου πολλάκις (2) ἀναμαθοῦσα παρ' ὑμῶν ὅτι ἀγαθός ἐστιν ὁ ὑμέτερος σκοπὸς καὶ τὸ θέλημα περὶ τὴν τῶν Χριστιανῶν ὀρθόδοξον πίστιν, καὶ ὅτι ἕτοιμοί ἐστε, ἀναδιδαχθέντες τὰ παρὰ τῆς Ἐκκλησίας τῆς ἁγίας αἰτιώμενα, δι' ἅπερ οὐ προσδέχεται ὑμᾶς ὡς μὴ ὁμοφρονοῦντας αὐτῇ, ἀσμένως ὑποδέξασθαι τὸν τοῦτον λόγον, καὶ θεῖναι τὸ μέρος ὑμῶν μετὰ τῆς ἁγιωτάτης Ἐκκλησίας, μεγάλως ἐπῄνεσε καὶ ἀπεδέξατο τὴν ὑμετέραν σύνεσιν· καὶ κοινωσαμένη περὶ τούτου τῷ τε ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ καὶ τῇ ἱερᾷ καὶ θείᾳ συνόδῳ, καὶ ἕτοιμον εὑροῦσα καὶ εὐπειθὲς τὸ μέρος ἅπαν τῆς ἁγιωτάτης Ἐκκλησίας πρὸς τὴν ὑμετέραν ὑποδοχὴν, εἴπερ ὀρθῶς ὑμᾶς καὶ εὐσεβῶς διαγνοίη φρονήσαντας, ἐπὶ τοῦτο τὸν παρόντα λίζιον τῆς βασιλείας μου τὸν μαΐστορα Θεωριανὸν καὶ φιλόσοφον πρὸς τὴν ὑμετέραν εὐλάβειαν ἡ βασιλεία μου ἐξαπέστειλε, σὺν ἅμα τῷ καθηγουμένῳ τῆς Ἀρμενικῆς μονῆς τῆς ἐν Φιλιππουπόλει τῷ Ἀτμάνῳ, ἐφ' ᾧ ἀπαγγεῖλαί σοι τὰ δοκοῦντα περὶ τῆς τοιαύτης ὑποθέσεως τῇ τε ἁγιωτάτῃ Ἐκ-

(1) Hæc Manuelis epistola bis scribitur in Vaticano codice, nempe ante utriusque disputationis initium, cum paucissimis varietatibus, quas annotare pretium operæ non erat. Reapse autem a Manuele imp. scripta fuit ante primam Theoriani cum Nersete disputationem; sed quia æque prodest illustrandæ secundæ, idcirco eam codicis scriptor utrique præposuit. Erat autem hactenus inedita hæc epistola; etenim Leunclavius qui primam edidit disputationem, nonnisi externam superscriptionem epistolæ habuit, ut infra dicam.

(2) Innuit, ut puto, imperator varias ad Græcos Nersetis epistolas de suæ Ecclesiæ dogmatibus, quæ Armeniace ante hos annos sunt editæ, a nobis autem Latine quoque edendæ sunt.

κλησίᾳ καὶ τῇ βασιλείᾳ μου. Καὶ δύναται ἡ ὑμετέρα σύνεσις πιστεῦσαι τοῖς παρ' αὐτῶν λαληθησομένοις· καλῶς γινώσκουσα, ὡς ἐὰν οὕτω ποιῆσαι θελήσητε, καὶ τῆς ὀρθοδόξων Χριστιανῶν μερίδος γενέσθαι καὶ τάξεως, πρῶτα μὲν τῇ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίᾳ τὴν σωτηρίαν τῶν ψυχῶν ὑμῶν προχειροτάτην καὶ ἑτοιμον εὑρήσετε· οὗ τί γένοιτο ἂν τοῖς ὀρθῶς φρονοῦσι κρεῖττον καὶ τιμιώτερον; εἶθ' οὕτως καὶ τῆς χάριτος τῆς βασιλείας μου πολλαπλῆς εὐμοιρῆσαι ὑμῖν γενήσεται ἐφ' οἷς ἂν αὐτῆς δεηθῆτε. Καλῶς ἔχε. Τῷ μηνὶ Νοεμβρίῳ ἰνδικτιῶνος τρίτης, δι' ἐρυθρῶν γραμμάτων τῆς βασιλικῆς χειρός. — Ἡ ἐπιγραφή· Βασιλικὸν εἰς τὸν τιμιώτατον καὶ εὐλαβέστατον Καθολικὸν τῶν Ἀρμενίων (1).

A sapientiæ vestræ fidem verbis adhibere, quæ prædicti homines apud vos facient. Certe hoc vobis persuasum esse cupio, quod nempe si ita egeritis, atque orthodoxis Christianorum partibus classique accesseritis, primum quidem miserante Deo salutem animarum vestrarum tute ac facile nanciscemini, (qua quidnam recte sentientibus melius pretiosiusve accidere potest?) deinde meæ quoque majestatis gratiam plurimam ad omnia quæ postulabitis consequemini. Vale. Mense Novembri, indictione tertia. Scripta rubris litteris manu regia. Superscriptio: Regia epistola ad reverendissimum summeque colendum Generalem Armeniorum.

ΔΙΑΛΕΞΙΣ.

Ἐν ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου ,ςχοη', ἔτει δὲ εἰκοστῷ ὀγδόῳ τῆς αὐτοκρατορίας τοῦ ἐν βασιλεῦσιν εὐσεβεστάτου καὶ φιλοχρίστου, καὶ θεοστέπτου κυροῦ Μανουὴλ, τοῦ Πορφυρογεννήτου καὶ Κομνηνοῦ, ἰνδικτιῶνος τρίτης, κατὰ τὴν δεκάτην πέμπτην τοῦ Μαΐου μηνὸς κατελάβομεν σὺν Θεῷ τῶν Ῥωμαίων κουλά· καὶ χαιρετίσαντες τὸν καθολικὸν τῶν Ἀρμενίων, κύριον Νορσέσιν, ἐκ τοῦ μέρους τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως, δεδώκαμεν αὐτῷ τὸ πρὸς αὐτὸν βασιλικὸν θεῖον γράμμα, ἀναδιδάξαντες αὐτὸν καὶ τὸ ἀγαθὸν θέλημα, ὃ πρὸς αὐτὸν κέκτηται ὁ κραταιὸς καὶ ἅγιος ἡμῶν βασιλεύς· καὶ ὅτι δι' ἐφέσεως ἔχων πλείστης τὴν αὐτοῦ, καὶ τῶν ὑπ' αὐτὸν, πρὸς τὴν ἁγίαν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν Ἐκκλησίαν ἕνωσιν, ἐξαπέστειλεν ἡμᾶς τοὺς ἐλαχίστους δούλους αὐτοῦ, διὰ τοσούτου μακροῦ διαστήματος, καὶ οὕτω σκληρᾶς ὁδοῦ, πρὸς τὴν μεγάλην ἁγιωσύνην σου. Τούτων κατήκοος γεγονὼς ὁ καθολικὸς, ἔφη πρὸς ἡμᾶς·

B

C

Εὐχαριστοῦμεν τῷ βασιλεῖ τῷ ἁγίῳ, ὅτι προνοεῖται καὶ ἡμῶν, τῶν ἐλαχίστων εὐχετῶν τῆς ἁγίας αὐτοῦ βασιλείας· καὶ ὅτι τῆς οἰκουμένης ἁπάσης ἔχων τὰς φροντίδας, οὐδὲ ἡμῶν ἐπελάθετο.

Τῇ ἐπαύριον μεταπεμψάμενος ἡμᾶς, εἶπεν ἡμῖν· Ἀναγνοὺς τὸ πρὸς ἐμὲ βασιλικὸν καὶ θεῖον γράμμα τοῦ θεοπροβλήτου, καὶ θεοστεφοῦς, καὶ εὐσεβεστάτου βασιλέως, ἀνέμαθον τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ τῆς ἁγίας τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησίας, ὅτι ἐὰν θελήσωμεν διορθώσασθαι τὰ περὶ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν σφάλματα ἡμῶν, ἑτοίμως ἔχει ὅ τε ἅγιος βασιλεὺς, καὶ ἡ ἁγία καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ Ἐκκλησία, παραδέξασθαι ἡμᾶς, ὡς ἀδελφούς. Βουλόμεθα οὖν ἀναδιδαχθῆναι, τίνα εἰσὶν, ἃ ἡμεῖς εἰς τὴν πίστιν παρασφαλλόμεθα· καὶ εἰ ἐλεγχθῶμεν κανονικῶς μετὰ γραφικῶν ἀποδείξεων καὶ εὐλόγως, προθύμως δεξόμεθα τὴν διόρθωσιν.

D

Ὁ ΘΕΩΡ. Παρακαλῶ τὴν μεγάλην ἁγιωσύνην σου, δέχεσθαι τὸν ἡμέτερον λόγον μετὰ τῆς ἐμφύτου

(1) Hæc superscriptio, βασιλικὸν, etc., legitur etiam initio disputationis prioris in editione Leunclavii et sequentibus. Cur id, inquam? Quia Leunclavii codex acephalus erat, ita ut ei deesset Manuelis epistola, cujus hæc tantummodo extremitas (quæ est superscriptio) superfuerat. Leunclavius autem, defectu non agnito, rem ridiculam fecit, dum hanc extremam lacunam quasi titulum editionis suæ posuit, cum reapse epistola regia apud eum nulla sit.

DISPUTATIO.

Anno ab orbe condito 6673 (2), imperii piissimi et Christiani, et divinitus coronati domini Manuelis, in porphyra nati, Comneni, vicesimo octavo; indictione tertia, die 15 mensis Maii, adjuvante nos Deo, limites Romanorum attigimus. Cumque generali Armeniorum, domino Norsesi, præpotentis et sancti imperatoris nostri nomine salutem dixissemus: datas ad ipsum imperatorias sacras litteras ei reddidimus, exposita simul benigna voluntate, quam erga ipsum præpotens et sanctus imperator noster gereret; et quod maximo desiderio tam ipsius quam subditorum ejus unionem cum sancta universali et apostolica Ecclesia expetens, nos minimos servos suos tam longo locorum ex intervallo, et adeo duro itinere, ad insignem ipsius sanctitatem ablegasset. Ea cum generalis audisset, hæc ad nos locutus est:

Agimus imperatori sancto gratias, quod et nostri curam gerat, minimorum ex iis qui pro sancto ipsius imperio preces fundunt; et quod orbis universi curas sustinens, nostri quoque non sit oblitus.

Postridie nobis arcessitis, dixit: Posteaquam datas ad me imperatorias et sacras ordinati coronatique divinitus, et piissimi imperatoris litteras perlegi; tam ipsius quam sanctæ Romanorum Ecclesiæ voluntatem perspexi: quod videlicet, si nostros circa finem orthodoxam errores corrigere velimus paratus sit et sanctus imperator, et sancta generalis ac apostolica Ecclesia, nos tanquam fratres recipere. Volumus ergo doceri, quænam illa sint, in quibus nos adversus fidem aberremus: ac si quidem ex instituto canonum per sacrarum litterarum, et consentaneas demonstrationes convicti fuerimus, emendationem illam alacriter acceptabimus.

THEORIANUS. Obsecro eximiam illam sanctitatem tuam, ut orationem nostram cum insita sibi

(2) Christi 1170.

mansuetudine excipiat; nec graves ac molestas sibi nostras interrogationes ducat. Esto autem constitutum inter nos, velut ex stipulatu et promisso partis utriusque, ut si quid audiverimus, quod adversari recte sententiæ videatur; non continuo pronuntiemus, id hæreticum esse : sed diligenter interrogemus, ac erudiamur de vocis cujusque significato, et illius mente, qui ea sit usus. Cavendum quoque nobis a ruditate interpretis, qui non solum grammaticam non novit, sed ne solutam quidem orationem Græcam recte tenet : ne ipsius ignorantia vel lapsus nobis imputetur.

GEN. Recte ais : ita fiat.

THEOR. Misit epistolam ad præpotentem et sanctum imperatorem eximia sanctitas tua, qua de quibusdam fidei capitibus, et consuetudinibus ecclesiasticis, tractat. Itaque sanctitatem tuam eximiam interrogo, itane sentiat, ut in ea perscriptum est; an aliquid eorum, quæ in illa perscripta sunt, nullius momenti ducat?

GEN. Ita tum sentiebam, et ita sentio, sicut in ea perscripsi.

THEOR. Quas synodos recipis?

GEN. Nicænam sanctorum 318 Patrum : Constantinopolitanam, sanctorum et instincta divino gubernatorum 150 Patrum; et Ephesinam, sanctorum 200 Patrum, in qua Nestorius ab officio remotus fuit.

THEOR. Quorum doctorum scripta et doctrinas approbas?

GEN. Magni illius Athanasii, sancti Gregorii Theologi, Basilii Magni, sancti Gregorii Nysseni, sancti Joannis Chrysostomi, sancti Ephræmi, sancti Cyrilli Alexandrini antistitis, et multorum aliorum.

THEOR. Ergo lectionem epistolæ tuæ inchoemus, et capitum in ea comprehensorum mentem fraterne consideremus; an prædictos divos Patres et sanctas synodos sequatur.

GEN. Recte dicis; ita fiat.

Tum perlegentes, ad eum locum venimus, ubi scriptum erat : Dicimus in Christo naturam unam esse, non secundum Eutychem confundentes; nec secundum Apollinarium detrahentes : sed secundum Alexandrinum antistitem Cyrillum, in orthodoxia, quæ in libro contra Nestorium scripsit, unam esse naturam Sermonis incarnatam.

THEOR. Sanctus Cyrillus non dixit unam in Christo naturam nec unam Christi naturam; sed unam naturam Sermonis; ac deinde subjicit, incarnatam. Tua vero sanctitas nescio quo pacto incogitanter et libere naturam unam in Christo dixit. Ac miror equidem, cur vocem a sancto viro positam mutare sit ausa.

GEN. Non mutavi. Nam idem significat natura Christi, et natura Sermonis incarnata.

THEOR. Non idem significat, absit! nam Christi nomen, utrumque conjunctum significat, Deum simul et hominem : propterea dicimus, Sermo caro

A αὐτῇ πραότητος, καὶ μὴ φορτικὰς ἡγεῖσθαι τὰς ἐρωτήσεις ἡμῶν. Ἔστω δὲ ἡμῖν ὡς ἐξ ἐπερωτήσεως καὶ ὁμολογίας ἀμφοτέρων, ὅταν ἀκούσωμέν τι οὐκ ὀρθῆς εἶναι ἐννοίας εἶναι δοκοῦν, μὴ εὐθὺς ἀποφαίνεσθαι, ὅτι τοῦτο αἱρετικόν ἐστιν, ἀλλ' ἐρωτᾷν ἐπιμελῶς, καὶ διδάσκεσθαι τὴν σημασίαν τῆς λέξεως, καὶ τὸν νοῦν τοῦ χρωμένου αὐτῇ. Παραφυλάττεσθαι δὲ δεῖ ἡμᾶς καὶ τὴν ἀγροικίαν τοῦ ἑρμηνέως, ὃς οὐ μόνον ὅτι γραμματικὴν οὐκ οἶδεν, ἀλλ' οὐδὲ τὴν Ἑλληνίδα πᾶζὴν διάλεκτον καλῶς ἐξεπίστατα· μή πως τὸ ἐκείνου ἀγνόημα, ἢ ὀλίσθημα, ἡμέτερον λογιαθῇ.

Ὁ ΚΑΘ. Εὖ λέγεις· οὕτω γενέσθω.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ἀπέστειλεν ἡ μεγάλη ἀγιωσύνη σου πρὸς τὸν χραταιὸν καὶ ἅγιον ἡμῶν βασιλέα ἐπιστο-
B λήν, ἣ διαλαμβάνει περί τινων κεφαλαίων τῆς πίστεως καὶ ἠθῶν ἐκκλησιαστικῶν. Ἐρωτῶ οὖν τὴν μεγάλην ἀγιωσύνην σου, εἰ οὕτω φρονεῖ, ὡς ἐν αὐτῇ γέγραπται, ἢ τι τῶν ἐν αὐτῇ γεγραμμένων ἀθετεῖ.

Ὁ ΚΑΘ. Οὕτως ἐφρόνουν, καὶ οὕτω φρονῶ, ὡς ἐν αὐτῇ ἔγραψα.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ποίας συνόδους δέχῃ;

Ὁ ΚΑΘ. Τὴν ἐν Νικαίᾳ τῶν τιη' ἁγίων Πατέρων· καὶ τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει τῶν ρν' ἁγίων θεοφόρων Πατέρων· καὶ τὴν ἐν Ἐφέσῳ σ' ἁγίων Πατέρων, ἐν ᾗ Νεστόριος καθῃρέθη.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ποίων διδασκάλων στέργεις τὰς γρα-
C φάς; καὶ διδασκαλίας;

Ὁ ΚΑΘ. Τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου, τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, τοῦ μεγάλου Βασιλείου, τοῦ ἁγίου Γρηγορίου Νύσσης, τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου, τοῦ ἁγίου Ἐφραὶμ, τοῦ ἁγίου Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας, καὶ ἄλλων πολλῶν.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ἀρξώμεθα λοιπὸν τῆς ἀναγνώσεως τῆς σῆς ἐπιστολῆς, καὶ σκεψώμεθα ἀδελφικῶς τῶν ἐν αὐτῇ κεφαλαίων τὸν νοῦν, εἰ τοῖς προῤῥηθεῖσι θείοις Πατράσι, καὶ ταῖς ἁγίαις συνόδοις ἕπεται.

Ὁ ΚΑΘ. Εὖ λέγεις· οὕτω γενέσθω.

Καὶ ἀναγνόντες, ἤλθομεν εἰς τὸν τόπον, οὗ ἦν γεγραμμένον· Λέγομεν μίαν φύσιν εἰς τὸν Χριστὸν, οὐ κατὰ τὸν Εὐτυχέα συγχέοντες, οὔτε κατὰ τὸν Ἀπολινάριον ἐλαττοῦντες, ἀλλὰ κατὰ Κύριλλον
D τὸν Ἀλεξανδρείας ἐν ὀρθοδοξίᾳ, ἅτινα ἔγραψεν ἐν τῇ βίβλῳ αὐτοῦ κατὰ Νεστορίου, ὅτι μία ἐστὶν ἡ φύσις τοῦ Λόγου σεσαρκωμένη.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ὁ ἅγιος Κύριλλος οὐκ εἶπε μίαν φύσιν εἰς τὸν Χριστὸν, οὔτε μίαν φύσιν τοῦ Χριστοῦ, ἀλλὰ μίαν φύσιν τοῦ Λόγου, καὶ τότε ἐπήγαγε, τὸ, σεσαρκωμένην. Ἡ δὲ ἁγιωσύνη σου οὐκ οἶδ' ὅπως ἀπεριμερίμνως; καὶ ἀδεῶς εἶπε μίαν φύσιν εἰς τὸν Χριστόν. Καὶ θαυμάζω, πῶς ἐτόλμησεν ἐναλλαγὴν ποιῆσαι τῆς παρὰ τῷ ἁγίῳ τεθείσης λέξεως.

Ὁ ΚΑΘ. Οὐκ ἤλλαξα. Ταὐτὸν γὰρ σημαίνει φύσις Χριστοῦ καὶ φύσις τοῦ Λόγου σεσαρκωμένη.

Ὁ ΘΕΩΡ. Οὐ σημαίνει ταὐτόν· μὴ γένοιτο! τὸ γὰρ Χριστὸς ὄνομα, κυρίως τὸ συναμφότερον δηλοῖ, Θεὸν ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπον· διὸ, Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο,

λέγομεν· ὁ Χριστὸς δὲ σὰρξ ἐγένετο, οὐ λέγομεν. Δῆλον δὲ καὶ ἐκ τοῦ μηδένα τῶν ἁγίων εἰπεῖν μίαν φύσιν τοῦ Χριστοῦ. Μίαν δὲ φύσιν τοῦ Λόγου, ὅτε ἅγιος Κύριλλος, καὶ πρὸ αὐτοῦ ὁ ἅγιος Ἀθανάσιος εἶπεν. Ὅταν γὰρ λέγωμεν μίαν φύσιν τοῦ Λόγου, τὴν θείαν φύσιν σημαίνει τοῦ Υἱοῦ· ὅταν δὲ προσθῶμεν τὸ, σεσαρκωμένην, καθὼς ὁ ἅγιος Κύριλλος πρὸς Σούκενσον ἐν τῇ δευτέρᾳ ἐπιστολῇ· σύμπας ὁ λόγος τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας εἰσφέρεται.

A factus est. At vero, Christus caro factus, non dicimus. Idem et inde patet, quod nemo sanctorum unam Christi naturam dicat. Unam vero naturam Sermonis, tum sanctus Cyrillus, tum sanctus Athanasius ante ipsum dixit. Quippe cum dicimus unam naturam Sermonis, divinam hoc Filii naturam significat: cum vero adjicimus, incarnatam, sicuti sanctus Cyrillus in secunda ad Successum epistola fecit; tota ratio administrationis cum carne comprehenditur.

Ὁ ΚΑΘ. Καὶ τίς τῶν ἁγίων μετὰ τὴν ἕνωσιν τοῦτο διαῤῥήδην εἶπεν;

GEN. Et quis sanctorum hominum post unionem hoc expresse dixit?

Ὁ ΘΕΩΡ. Πάντες, ὧν ἄνω τὰ ὀνόματα ἀπηριθμησας.

THEOR. Omnes quorum nomina supra recensuisti.

Ὁ ΚΑΘ. Δεῖξον ἡμῖν ἕνα τούτων, καὶ ἀρκεῖ ἡμῖν· ὁ γὰρ εἷς τῶν ἁγίων λέγει, πάντες λέγουσιν, ὡς ἐξ ἑνὸς τοῦ θείου Πνεύματος ἐμπνεόμενοι.

GEN. Ostende nobis unum ex eis, et satis erit: B nam quod ab uno sanctorum dicitur, ab omnibus dicitur: quod omnes ab uno divino Spiritu afflati fuerint.

Ὁ ΘΕΩΡ. Οὐχ ἕνα μόνον, ἀλλὰ σὺν Θεῷ πάντας, οὓς ἄνω ὀνομαστὶ εἰρηκας. Μόνον μὴ ἐκκακήσῃς ἀκούων, καὶ πάντων παραγάγω τὰς μαρτυρίας.

THEOR. Non unum duntaxat ostendam, sed universos, adjuvante Deo, quos nominatim supra commemorasti. Saltem auscultando ne defatigeris, et omnium tibi testimonia proferam.

Ὁ ΚΑΘ. Διὰ τοῦτο συνηθροίσθημεν, ἵνα τὸ ἀληθὲς εὕρωμεν· καὶ οὐ δεῖ ἡμᾶς ἐκκακεῖν ἐν τοῖς τοιούτοις.

GEN. Propterea convenimus, ut veritatem inveniamus: nec in hujusmodi negotiis defatigari debemus.

Ὁ ΘΕΩΡ. Πρὸ τῆς τῶν χρήσεων παρεισφορᾶς, ἀναγκαῖον οἶμαι εἰπεῖν, τί ἐστιν οὐσία, καὶ τί ἐστι φύσις, τί τε ὑπόστασις, καὶ τί πρόσωπον. Διά τοι τοῦτο ἐρωτῶ, πῶς ταῦτα ἐκδέχῃ; ὡς οἱ ἔξω, ἢ ὡς οἱ τῆς Ἐκκλησίας διδάσκαλοι διωρίσαντο; C

THEOR. Antequam ipsa dicta proferamus, necessarium arbitror, ut quid essentia vel substantia sit, quid natura, quid hypostasis, quid persona, dicatur. Propterea te interrogo, quomodo hæc accipias? num ut extori scriptores, an uti doctores Ecclesiæ definierunt?

Ὁ ΚΑΘ. Ἡμεῖς καὶ τῶν ἀμφοτέρων τοὺς ὁρισμοὺς τοὺς περὶ τῶν προκειμένων γινώσκομεν, καὶ πρὸς τὸ εὐθὺ τῶν τῆς εὐσεβείας δογμάτων ἐπιστημονικῶς ἀπευθύνομεν.

GEN. Nos amborum de vocibus hisce propositis finitiones novimus, et eas ad rectitudinem dogmatum pietatis scienter dirigimus.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ἐγὼ πλείστην ἐν τούτοις διαφορὰν τῶν ἔξω πρὸς τοὺς διδασκάλους τῆς Ἐκκλησίας ὁρῶ. Οἱ γὰρ ἔξω σοφοὶ τὸ ἄτομον, ἤτοι τὴν ὑπόστασιν, καὶ τὸ ἓν τῷ ἀριθμῷ, οὐσίαν ὁρίζονται· ὅπερ οἱ θεῖοι Πατέρες οὐ παραδέχονται. Οὐσίαν γὰρ οἱ θεοφόροι Πατέρες καὶ φύσιν τὰ καθόλου λέγουσιν, ἅτινα οἱ ἔξω εἶδος ὠνόμασαν. Διὸ ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος μίαν φύσιν καὶ μίαν οὐσίαν ἐδογμάτισαν, ὑποστάσεις δὲ τρεῖς· ὡς τῆς φύσεως καὶ τῆς οὐσίας πολλὰς ὑποστάσεις περιεχούσης· ἀμέλει καὶ ἡ τῶν D ἀνθρώπων φύσις μία οὖσα, ἀπείρους ἔχει τὰς ὑποστάσεις, οἷον Πέτρον, καὶ Παῦλον, καὶ πάντας τοὺς κατὰ μέρος ἀνθρώπους. Ὁ δὲ Ἀριστοτέλης τὸ ἄτομον καὶ τὸ ἓν τῷ ἀριθμῷ, ἤτοι τὴν ὑπόστασιν, κυρίως οὐσίαν ὡρίσατο, οὕτω φάσκων· Οὐσία δέ ἐστιν ἡ κυριωτάτη, καὶ πρώτως, καὶ μάλιστα λεγομένη, ἣ μήτε καθ' ὑποκειμένου τινὸς λέγεται, μήτε ἐν ὑποκειμένῳ τινί ἐστιν, οἷον ὅτις ἄνθρωπος, ἢ ὅτις ἵππος. Πῶς οὖν τοὺς θύραθεν τῆς ἡμετέρας αὐλῆς, καὶ τοὺς διδασκάλους ἡμῶν εἰς ἓν κατὰ τοῦτο συναγαγεῖν δυνατόν ἐστι· τοὺς μὲν τὸ καθόλου, τοὺς δὲ τὸ καθέκαστον, οὐσίαν καὶ φύσιν ὁρισαμένους;

THEOR. Ego plurimum in his extraneos ab Ecclesiæ doctoribus dissidere video. Nam illi eruditi homines exteri individuum, sive hypostasin, et unum numero, substantiam definiunt; quod sane divini Patres non admittunt. Quippe Patres illi gubernati divinitus, substantiam et naturam esse universalia dicunt, quæ scriptores exteri speciem vocarunt. Quapropter in sacrosancta Trinitate naturam unam et unam substantiam, hypostases vero tres, tradiderunt: natura nimirum et substantia plures hypostases continent: et hominum quidem certe natura cum una sit, infinitas habet hypostases; puta Petrum et Paulum, et homines sigillatim universos. Aristoteles autem individuum, et unum numero, sive hypostasin, proprie substantiam definiit, his verbis usus: Substantia, quæ propriissime, primumque ac maxime sic dicitur, est quæ neque de subjecto quodam dicitur, nec in aliquo subjecto est, velut hic homo, vel hic equus. Quo igitur pacto fieri potest ut alieni ab ovili nostro cum doctoribus nostris hac in parte concilientur, cum hi substantiam et naturam universale quiddam, illi singulare definiant?

Ὁ ΚΑΘ. Καὶ ἡμεῖς τὴν οὐσίαν καὶ τὴν φύσιν

GEN. Nos quoque substantiam et naturam de

universalibus accipimus, personam vero et hypostasin de singularibus.

THEOR. Macte animo, beatissime Pater, ob hanc satisfactionem : qui et hac in parte cum sanctis Patribus consentis. Quid igitur? horumne finitiones ac declarationem exponemus, an solum hoc nobis sufficiet, quod substantia et natura quiddam universale sint; hypostasis et persona, singulare?

GEN. Si tibi molestum non erit exponere, lubens equidem audiam.

THEOR. Nihil ego meum proferam, sed quidquid ipsa nos Ecclesiæ lumina docuerunt.

GEN. Idem et ipse cognoscere gestio, quid nimirum Ecclesiæ doctores tradiderunt.

THEOR. Sancti Patres ita substantiam definierunt : Substantia primum et proprie est, quidquid per se subsistit, nec esse suum habet in alio. Quid autem id quod per se subsistit? quod per se est, ac non propter aliud, vel in alio suum esse habet; hoc est quod non eget alterius alicujus extra se ad hoc ut exsistat, quale quiddam est color, puta niger aut albus : quæ per se nequeunt exsistere sine corpore quod ea recipiat, ac propterea colorem non dicimus esse substantiam. Ipsum vero corpus, cui color inest, ad hoc coloris haud indiget, ut corpus sit. Imo mutatis coloribus, ipsum non mutatur. Nam ex albo nigrum fit, ex nigro flavum, aliumve colorem induit; ipsum vero semper id, quod est, manet. Itaque propter corpus color est, ut id colore tingat, non autem corpus propter colorem, sed ex seipso. Color itidem in corpore suum esse habet, corpus autem non in colore, sed in seipso exsistit. Eam ob rem corpus substantiam vocamus, cum per seipsum subsistat, et in seipso, non in alio suum esse habeat. Quidquid ergo per se subsistit, et in seipso, non in alio exsistit, est substantia. Sunt autem hæc vel ex materie, vel expertia materiei. Materialia sunt, terra, aqua, aer, ignis : et res ex his compositæ, lapis, arbor, corpus animatum. Expertia materiei, anima ratione prædita, angelus. Hæc igitur, uti modo aiebam, substantia dicuntur. Quippe Deus ultrasubstantialis est, supra omnem positus essentiam, et si quid his etiam ulterius. Atque hoc modo jam cognitum habemus, quid substantia sit. Natura vero, est horum cujusque, jam recensitorum, motus et quietis principium, quatenus in ipsis primis exsistit, non secundum accidens. Verbi gratia, terra quidem movetur, quatenus germina producit, et fetus, omninoque alteratur quatenus secundum hæc ipsa in id mutatur, sed eadem quiescit, quod ad transitionem de loco ad locum attinet, omnino immobilis et itineris expers. Itaque motus et quietis hujusmodi principium, quod terræ substantialiter inest, nec ex causa quadam accessit, naturam vocamus. Ipsum vero naturæ nomen ab nascendo factum est, id est ab exsistendo. Quo fit, ut substantiæ naturæque nomen idem significet:

A ἐπὶ τῶν καθόλου λαμβάνομεν, τὸ δὲ πρόσωπον καὶ τὴν ὑπόστασιν, ἐπὶ τῶν κατὰ μέρος.

Ὁ ΘΕΩΡ. Εὖγέ σοι τῆς ἀπολογίας, μακαριώτατε Πάτερ· σύμφρων κἀν τούτῳ τοῖς ἁγίοις Πατράσι τυγχάνεις. Τί οὖν ; τούτων εἴπωμεν τοὺς ὅρους καὶ τὴν ἑρμηνείαν ; ἢ τοῦτο μόνῳ ἀρκούμεθα, ὅτι ἡ οὐσία καὶ ἡ φύσις καθόλου ἐστίν· ἡ δὲ ὑπόστασις καὶ τὸ πρόσωπον, καθέκαστον ;

Ὁ ΚΑΘ. Εἴ σοι φορτικὸν οὐκ ἔστι λέγειν, ἐγὼ ἡδέως ἀκούσομαι.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ἐγὼ ἐμὸν μὲν οὐδὲν ἐρῶ, ἀλλ' ὅπερ οἱ τῆς Ἐκκλησίας φωστῆρες ἡμᾶς ἐξεπαίδευσαν.

Ὁ ΚΑΘ. Κἀγὼ τοῦτο ἐπιθυμῶ μαθεῖν, τί ἐστιν, ὅπερ οἱ τῆς Ἐκκλησίας εἶπον διδάσκαλοι.

B Ὁ ΘΕΩΡ. Οἱ ἅγιοι Πατέρες τὴν οὐσίαν οὕτως ὡρίσαντο. Οὐσία ἐστὶ πρώτως τε καὶ κυρίως, πᾶν ὅτιπερ αὐθυπόστατον ὑπάρχει, καὶ μὴ ἐν ἑτέρῳ ἔχει τὸ εἶναι. Τί δέ ἐστιν αὐθυπόστατον ; ὃ καθ' ἑαυτὸ ἔστι, καὶ οὐ δι' ἄλλο, οὗτε ἐν ἑτέρῳ ἔχει τὸ εἶναι· τουτέστιν, ὃ μὴ χρῄζει τινὸς ἄλλου ἐξωθεν αὐτοῦ εἰς τὸ ὑπάρχειν· οἷόν τι λέγω τὸ χρῶμα, τουτέστι τὸ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν· καὶ τὰ τοιαῦτα οὐ δύνανται καθ' ἑαυτὰ εἶναι, χωρὶς σώματος τοῦ δεχομένου αὐτά· καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ οὐσίαν λέγομεν εἶναι τὸ χρῶμα. Τὸ δὲ σῶμα αὐτὸ, ἐν ᾧ ἐστι τὸ χρῶμα, οὐ δέεται τοῦ χρώματος, εἰς τὸ εἶναι σῶμα· ἀμέλει καὶ τῶν χρωμάτων ἀλλασσομένων, αὐτὸ οὐκ ἀλλάσσεται· καὶ γὰρ ἐκ λευκοῦ γίνεται μέλαν, καὶ ἐκ μέλανος ξανθὸν, ἢ ἕτερον χρῶμα μεταμφιάζεται· αὐτὸ δὲ μένει, ὅπερ ἐστὶν, ἀεί. Ἔστιν οὖν τὸ μὲν χρῶμα διὰ τὸ σῶμα ἵνα χρώζῃ αὐτό· τὸ δὲ σῶμα οὐ διὰ τὸ χρῶμα, ἀλλὰ δι' ἑαυτό· καὶ τὸ μὲν χρῶμα ἐν τῷ σώματι ἔχει τὸ εἶναι· τὸ δὲ σῶμα οὐκ ἐν τῷ χρώματι, ἀλλ' ἐν ἑαυτῷ ἔχει τὸ εἶναι. Διὰ τοῦτο οὖν τὸ σῶμα οὐσίαν καλοῦμεν, ἐπειδὴ αὐθυπόστατόν ἐστι, καὶ ἐν ἑαυτῷ, οὐκ ἐν ἑτέρῳ ἔχει τὸ εἶναι. Οὐκοῦν πᾶν ὅτιπερ αὐθυπόστατόν τε ὑπάρχει, καὶ ἐν ἑαυτῷ, καὶ μὴ ἐν ἑτέρῳ ὑπάρχει, οὐσία. Ἔστι δὲ ταῦτα ἡ ὑλικὰ, ἢ ἄϋλα, ὑλικὰ μὲν, γῆ, ὕδωρ, ἀὴρ, πῦρ, καὶ τὰ ἐκ τούτων συνθέντα, λίθος, φυτὸν, ἔμψυχον σῶμα· ἄϋλα δὲ, ψυχὴ λογικὴ, ἄγγελος. Ταῦτα μὲν οὖν, ὡς ἔφην, οὐσία καλοῦνται. Ὁ γὰρ Θεὸς, ὑπερούσιος, ὑπερέκεινα D πάσης οὐσίας, καὶ εἴ τι τούτων πορρωτέρω ὑπάρχει. Τί μὲν οὖν ἐστιν οὐσία, ἔχομεν ἐγνωσμένον. Φύσις δέ ἐστιν ἀρχὴ τῆς ἑκάστου τῶν ἀπηριθμημένων τούτων κινήσεώς τε καὶ ἠρεμίας, ἐν οἷς πρώτοις αὐτοῖς ὑπάρχει, καὶ οὐ κατὰ συμβεβηκός. Οἷόν τι λέγω· ἡ γῆ κινεῖται μὲν, κατὰ τὸ βλαστάνειν, καὶ ζωογονεῖν, καὶ τὸ ὅλον ἀλλοιοῦσθαι, κατὰ ταῦτα αὐτὰ εἰς αὐτὸ μεταβαλλομένη· ἠρεμεῖ δὲ κατὰ τὴν ἀπὸ τόπου εἰς τόπον μετάβασιν, ἀκίνητος οὖσα παντελῶς καὶ ἀπόρευτος. Τὴν οὖν ἀρχὴν τῆς τοιαύτης ἠρεμίας τε καὶ κινήσεως, οὐσιωδῶς τῇ γῇ ἐνυπάρχουσαν, οὐκ ἔκ τινος δὲ αἰτίας αὐτῇ γενομένην, φύσιν καλοῦμεν. Παρῆκται δὲ αὐτὸ τὸ ὄνομα τῆς φύσεως παρὰ τὸ πεφυκέναι, τουτέστιν ὑπάρχειν. Ὥστε τὸ αὐτὸ σημαίνει τὸ ὄνομα τῆς οὐσίας καὶ τῆς φύσεως· τὸ μὲν

παρὰ τὸ εἶναι, τὸ δὲ παρὰ τὸ πεφυκέναι. Ἀμφότερα A δὲ δηλοῦσι τὴν ὕπαρξιν. Οὐ μόνον δὲ ὀνόματι, ἀλλὰ καὶ πράγματι ταυτόν ἐστιν ἡ οὐσία καὶ φύσις, ἢ ὅ τι ἐγγύς. Οὐ γὰρ τὴν κίνησιν αὐτὴν καὶ τὴν ἠρεμίαν τῶν πραγμάτων φύσιν εἰρήκαμεν, ἀλλὰ τὴν ἀρχὴν, τουτέστι τὴν αἰτίαν, καθ' ἣν οὐ κατὰ συμβεβηκὸς, ἀλλ' οὐσιωδῶς αἱ οὐσίαι κινοῦνται καὶ ἠρεμοῦσιν. Ὑπόστασις δέ ἐστι πρᾶγμα ὑφεστὼς τε καὶ οὐσιῶδες, ἐν ᾧ τὸ τῶν συμβεβηκότων ἄθροισμα, ὡς ἐν ἑνὶ ὑποκειμένῳ, πράγματι καὶ ἐνεργείᾳ ὑφέστηκεν. Ἔστιν οὖν ἡ οὐσία αὐτὸ τὸ ὂν πρᾶγμα, ἡ δὲ ὑπόστασις καὶ αὐτὸ τὸ ὄν, καὶ τὰ τούτῳ, ὡς κατὰ συμβεβηκὸς, ἐπιθεωρούμενα. Πρόσωπον δέ ἐστιν, ὃ διὰ τῶν οἰκείων ἐνεργημάτων τε καὶ ἰδιωμάτων ἀρίδηλον καὶ περιωρισμένην τῶν ὁμοφυῶν αὐτοῦ παρέχεται B τὴν ἐμφάνειαν. Οἷον Μιχαὴλ ὁ ἀρχάγγελος, ὅτε τῷ διαβόλῳ διεκρίνετο περὶ τοῦ Μωϋσέως σώματος, καὶ ὅτε τὰς θείας ἐκείνας προῄρησεις ἐνέπτησε τῷ Δανιὴλ, ἓν πρόσωπον ἀπεκεκριμένον τῶν λοιπῶν ἀγγέλων ὄντα ἡμῖν ἐδείκνυ. Ἡ οὖν διὰ τῆς ἐνεργείας ἐγγινομένη τινὸς ἡμῖν γνῶσις πρόσωπον τοῦτο αὐτὸ τὸ ἐνεργοῦν καλεῖν ἡμᾶς ἐκδιδάσκει. Καὶ τοῦτο ἐκ τῆς κατ' αἴσθησιν γνώσεως ἐπὶ τὴν κατ' ἔννοιαν μετήχθη τὸ ὄνομα. Ἐπειδὴ γὰρ τοὺς καθ' ἕκαστον ἀνθρώπους ἐκ τῆς ἐπιφαινομένης ἑκάστῳ ἰδέας τῶν προσώπων τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων διακρίνομεν, κατὰ τὴν ἐπιβολὴν τῆς ὁράσεως· τούτου χάριν καὶ τὸ δι' οἰκείων ἐνεργειῶν τε καὶ ἰδιοτήτων τῶν ὁμοουσίων διαιρούμενον πρόσωπον ἐκαλέσαμεν. Καὶ αὕτη μὲν ἡ τοῦ προσώπου ὑπογραφή· δοκεῖ δέ πως ταυτὸν σημαίνειν τῇ ὑποστάσει, ἢ μικρὸν, ἢ οὐδὲν διαλλάττειν. Τούτου προεγνωσμένου ἡμῖν, ὅτι ταυτόν ἐστιν οὐσία τῇ φύσει, καὶ ἡ ὑπόστασις τῷ προσώπῳ, ὅσα περὶ τῆς οὐσίας λεχθήσεσθαι μέλλει, ταῦτα καὶ τῇ φύσει προσαρμοστέον, καὶ ὅσα περὶ ὑποστάσεως, ταῦτα καὶ τῷ προσώπῳ.

Ὁ ΚΑΘ. Ἐπιστημόνως οἱ Πατέρες ὡρίσαντο ταῦτα, καὶ διηκριβωμένην τὴν τούτων ἐποιήσαντο ἑρμηνείαν. Πλὴν ἤθελον καὶ χρήσεις αὐτῶν, ἵνα γνῶ, πῶς ταῦτα ἐκδέχονται θεολογοῦντες, ὡς ἂν κατὰ τὸν σκοπὸν αὐτῶν καὶ ἡμεῖς ποιησώμεθα τὴν διάλεξιν.

Ὁ ΘΕΟΡ. Οἱ διδάσκαλοι τῆς Ἐκκλησίας οὕτως αὐτὰ ἐκλαμβάνουσιν, ὡς εἶπεν ἡ ἁγιωσύνη σου ἀνωτέρω· τὴν μὲν οὐσίαν καὶ τὴν φύσιν ἐπὶ τῶν καθόλου, τὴν ὑπόστασιν δὲ καὶ τὸ πρόσωπον ἐπὶ τῶν καθ' ἕκαστον.

Ὁ ΚΑΘ. Αὐτὸ τοῦτο ζητῶ δειχθῆναί μοι ἐκ τῶν χρήσεων, καὶ μετὰ ταῦτα σὺν Θεῷ ἀρξόμεθα συζητεῖν περὶ ὧν συνελήλυθαμεν.

Ὁ ΘΕΟΡ. Γενέσθω καὶ τοῦτο, ἐπεί σοι δοκεῖ· καὶ παρίτω εἰς μέσον ὁ τῷ ὄντι φιλοσοφώτατος θεῖος Βασίλειος. Οὗτος γὰρ, πρὸς Τερέντιον γράφων, τάδε φησί· Περὶ δὲ τοῦ Θεοῦ ὅτι οὐσία καὶ ὑπόστασις οὐ ταὐτόν ἐστι, καὶ αὐτοὶ, ὡς νομίζω, ἐπεσημήναντο οἱ ἀπὸ τῆς δύσεως ἀδελφοί. Τὸ στενὸν γὰρ τῆς αὐτῶν γλώττης ὑφορώμενοι, τὸ τῆς οὐσίας ὄνομα τῇ Ἑλλάδι φωνῇ παραδεδώκασιν, ἵνα εἴ τις εἴη διαφορὰ τῆς ἐννοίας, σώζοιτο αὐτῇ ἐν τῇ εὐκρινεῖ ἀσυγχύτῳ διαutrumque deductum a verbis paria denotantibus, et exsistendi significationem habentibus. Neque tantum nomine tenus idem est substantia et natura, sed etiam re; aut saltem proximum quiddam. Non enim motum ipsum, et quietem rerum, naturam esse diximus: sed principium, hoc est causam secundum quam non accidentarie, sed substantialiter moventur et quiescunt substantiæ. Hypostasis autem, est res exsistens et substantialis, in qua congeries accidentium, tanquam in uno subjecto, re et effectu exsistit. Itaque substantia est ipsa res, quæ exsistit; hypostasis vero, tum id quod exsistit, tum quæ in eo veluti per accidens considerantur. At persona est, id quod per actiones et proprietates suas, manifestum et distinctum ab aliis, ejusdem naturæ consortibus, indicium sui præbet. Veluti Michaelus archangelus, cum de corpore Mosis adversus diabolum disceptabat, et cum divina Danieli oracula pandebat, unam se nobis personam, a cæteris secretam angelis, monstrabat. Itaque cognitio alicujus, quam ex effectu consequimur, ut ejus effecti auctorem personam vocemus, docet. Atque hoc nomen a cognitione, quæ sensu fit, ad eam, quæ fit mente, translatum est. Cum enim singulos homines, per aspectabilem vultuum cujusque formam, ex oculorum intuitu reliquis ab hominibus secernamus: idcirco et id, quod per actiones ac proprietates suas ab ejusdem substantiæ consortibus sejungitur, personam appellavimus. Atque hæc personæ descriptio est. Videtur autem quodam modo idem significare, quod hypostasis: aut parum, aut nihil differre. Hisce præcognitis, idem nimirum esse substantiam, quod naturam, idem hypostasin, quod personam, quæcunque de substantia dicentur, aptanda naturæ: et quæcunque de hypostasi, personæ.

GEN. Sane quam erudite Patres hæc definierunt et perspicue declararunt. Sed equidem et auctoritates ipsorum dictaque requiro, ut quo pacto hæc de Deo pertractantes accipiant, intelligam: et nos quoque juxta scopum eorum, colloquium hoc instituamus.

THEOR. Ecclesiæ doctores hæc ita, uti sanctitas tua supra dixit, accipiunt; substantiam scilicet, ac naturam de universalibus; hypostasin et personam, de singularibus.

GEN. Hoc ipsum mihi de Patrum dictis monstrari cupio, ac deinde Deo propitio colloqui de iis incipiemus, quorum causa convenimus.

THEOR. Fiat id quoque quando sic tibi videtur: adeoque prodeat in medium doctissimus reapse divus ille Basilius. Nam ejus, ad Terentium scribentis, hæc verba sunt: Non idem esse, de Deo cum loquimur, substantiam et hypostasin: etiam ipsi, mea quidem opinione, fratres Occidentales indicarunt. Nam linguæ suæ angustiam reveriti, ipsum usiæ nomen lingua Græca reposuerunt, ut si quod in sensu discrimen esset, id ei perspicua

minimeque confusa vocum diversitate salvum esset. Si tamen et nobis indicanda pancis nostra est opinio, dicemus eam substantiæ rationem esse ad hypostasin, quæ rei communis est ad peculiarem. Nam quisque nostrum et communi ratione substantiæ, particeps est essentiæ; et ob peculiares sibi proprietates, hic vel ille est. Sic et ibi, substantiæ quidem ratio communis intelligatur, ut bonitas, divinitas, aut si quid aliud: hypostasis vero, in proprietate paternitatis, aut facultatis sanctificantis, cernitur. Consimilia verba sunt ejusdem divini hominis, ad Amphilochium, sanctissimæ Iconiensis Ecclesiæ lumen, scribentis: Substantia et hypostasis, inquit, ita differunt uti commune ac singulare: puta, quæ animalis est ad unum aliquem hominem ratio. Propterea substantiam divinitatis unam confitemur ut essentiæ ratio minime diversa reddatur: hypostasin vero singulare quid dicimus, ut inconfusa nobis et explicata de Patre, Filio, sanctoque Spiritu sit notio. Quippe si separatas cujusque notas non consideremus, ut paternitatem, ut filietatem, ut sanctificationem; sed de communi notione essentiæ, Deum confiteamur: fieri nullo modo potest ut recte fidei ratio reddatur. Itaque necesse est, ad commune adjecto peculiari, hanc fidei normam confitendo sequi. Commune est divinitas, peculiare paternitas. Hæc conjungentes dicamus: Credo in Deum Patrem. Rursus in confessione Filii consimile fiat, et communi peculiare jungentes, dicamus: Credo in Deum Filium. Similiter et de Spiritu sancto, verbis consentaneo modo conceptis dicamus; Credo in divinum Spiritum illum sanctum: ita quidem ut ubique servemus in confessione divinitatis unitatem, ac nihilominus personarum peculiare discrimen in separatione proprietatum, quas in singulis mente intelligimus, confiteamur. Qui vero substantiam et hypostasin idem esse dicunt, personas saltem diversas fateri coguntur, ac dum tres hypostases dicere recusant, Sabellii scelus non evitare deprehendantur: qui et ipse notionem hanc plerumque confundens, personas dividere conabatur; eamdem hypostasin dicens, prout usus exigeret, transformari. Cæterum si quis fortasse testimonia sancti Patris hujus, ex epistolis deprompta, non satis idonea putet, adjungemus alia de ipsius expositione peculiari, quam de fide composuit, et ut ei subscriberet, Eustathium illum Armenium impulit, qui opinionis contrariæ suspitionem de se nonnullis injecerat.

Ea in expositione Basilii verba hæc sunt: Itaque par est eos aperte fateri, quod secundum ea verba credant, quæ a Patribus nostris Nicææ sunt exposita, et quidem in ea sententia, quæ integre de verbis elucet. Sunt enim, qui et in hac ipsa fide veritatis sermoni fraudem faciunt, et pro libitu suo mentem verborum in ea positorum trahunt: quando Marcellus etiam, impie convellens hypostasin Domini nostri Jesu Christi, eumque nudum Sermonem docens, præ se ferre ausus est, hinc ejus opinionis

στάσει τῶν ὀνομάτων. Εἰ δὲ δεῖ καὶ ἡμᾶς ἐν βραχεῖ τὸ ἡμῖν δοκοῦν εἰπεῖν, ἐκεῖνο ἐροῦμεν, ὅτι ὃν ἔχει λόγον τὸ κοινὸν πρὸς τὸ ἴδιον, τοῦτον ἔχει ἡ οὐσία πρὸς τὴν ὑπόστασιν. Ἕκαστος γὰρ ἡμῶν καὶ τῷ κοινῷ τῆς οὐσίας λόγῳ τοῦ εἶναι μετέχει, καὶ τοῖς αὐτοῦ ἰδιώμασιν ὁ δεῖνά ἐστι καὶ ὁ δεῖνα· οὕτως κἀκεῖ ὁ μὲν τῆς οὐσίας λόγος κοινός, οἷον ἡ ἀγαθότης, ἡ θεότης, ἢ εἴ τι ἄλλο, νοείτω· ἡ δ' ὑπόστασις ἐν τῷ ἰδιώματι τῆς πατρότητος, ἢ τῆς ἁγιαστικῆς δυνάμεως θεωρεῖται. Τὰ ὅμοια δὲ ὁ αὐτὸς θεῖος ἀνὴρ πρὸς Ἀμφιλόχιον τὸν τὴν ἀγιωτάτην Ἐκκλησίαν τοῦ Ἰκονίου φωτίσαντα ἐπιστέλλων φησίν· Οὐσία δὲ καὶ ὑπόστασις ταύτην ἔχει τὴν διαφοράν, ἣν τὸ κοινὸν πρὸς τὸ καθ' ἕκαστον, οἷον, ὡς ἔχει τὸ ζῶον πρὸς τὸν δεῖνα ἄνθρωπον. Διὰ τοῦτο οὐσίαν μὲν μίαν θεότητος ὁμολογοῦμεν, ὥστε τὸν τοῦ εἶναι λόγον μὴ διαφόρως ἀποδιδόναι, ὑπόστασιν δὲ ἰδιάζουσαν, ἵνα ἀσύγχυτος ἡμῖν καὶ τετρανωμένη ἡ περὶ Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος ἔννοια ὑπάρχοι. Μὴ γὰρ νοούντων τοὺς ἀφωρισμένους περὶ ἕκαστον χαρακτῆρας, οἷον πατρότητα, καὶ υἱότητα, καὶ ἁγιασμὸν, ἀλλ' ἐκ τῆς κοινῆς τοῦ εἶναι ἐννοίας ὁμολογούντων Θεὸν, ἀμήχανον ὑγιῶς τὸν λόγον τῆς πίστεως ἀποδίδοσθαι. Χρὴ οὖν, τῷ κοινῷ τὸ ἰδιάζον προστιθέντας, οὕτω τὴν πίστιν ὁμολογεῖν· κοινὸν ἡ θεότης, ἴδιον ἡ πατρότης· εἶτα συνάπτοντας λέγειν· *Πιστεύω εἰς Θεὸν Πατέρα*· καὶ πάλιν ἐν τῇ τοῦ Υἱοῦ ὁμολογίᾳ παραπλήσιον ποιεῖν, καὶ τῷ κοινῷ συνάπτειν τὸ ἴδιον, καὶ λέγειν· *Εἰς Θεὸν Υἱόν*. Ὁμοίως καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος κατὰ τὸ ἀκόλουθον τῆς ἐκφωνήσεως τὴν προφορὰν σχηματίζοντας λέγειν· *Πιστεύω εἰς τὸ θεῖον Πνεῦμα τὸ ἅγιον*, ὥστε διόλου τὴν ἑνότητα σώζεσθαι ἐν τῇ τῆς θεότητος ὁμολογίᾳ, καὶ τὸ τῶν προσώπων ἰδιάζον ὁμολογεῖσθαι ἐν τῷ ἀφορισμῷ τῶν περὶ ἕκαστον νοουμένων ἰδιωμάτων. Οἱ δὲ ταὐτὸν λέγοντες οὐσίαν καὶ ὑπόστασιν, ἀναγκάζονται πρόσωπα μόνον ὁμολογεῖν διάφορα, καὶ ἐν τῷ παραιτεῖσθαι λέγειν τρεῖς ὑποστάσεις, εὑρίσκονται μὴ φεύγοντες τὸ Σαβελλίου κακὸν, ὃς, καὶ αὐτὸς πολλαχοῦ συγχέων τὴν ἔννοιαν, ἐνεχείρει διαιρεῖν τὰ πρόσωπα, τὴν αὐτὴν ὑπόστασιν λέγων πρὸς τὴν ἑκάστοτε παρατυγχάνουσαν χρείαν μετασχηματίζεσθαι. Εἰ δέ τις τυχὸν μὴ ναρθὲξ ἀξιοχρέους εἶναι τὰς ἐκ τῶν ἐπιστολῶν τοῦ παναγίου τοῦδε Πατρὸς μαρτυρίας, παραθησόμεθα καὶ ἐξ ἰδικῆς ἐκθέσεως, ἣν περὶ πίστεως ἐποιήσατο, παρασκευάσας τὸν Ἀρμένιον Εὐστάθιον ὑπογράψαι, ὑπόνοιάν τινα παρασχόμενον δόξης ἐναντίας.

Ἐν ᾗ ἐκθέσει λέγει ταῦτα· Προσήκει τοίνυν ἐναργῶς ὁμολογεῖν, ὅτι πιστεύουσι κατὰ τὰ ῥήματα, τὰ ὑπὸ τῶν ἡμετέρων Πατέρων ἐκτεθέντα ἐν τῇ Νικαίᾳ, κατὰ τὴν ὑγιῶς ἀπὸ τῶν ῥημάτων ἐμφερομένην διάνοιαν. Εἰσὶ γάρ τινες, οἱ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ πίστει δολοῦντες τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, πρὸς τὸ ἑαυτῶν βούλημα τὸν νοῦν τῶν ἐν αὐτῇ ῥημάτων ἕλκοντες· ὅπου γε καὶ Μάρκελλος ἀτόλμησεν ἀσεβῶς τὴν ὑπόστασιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ψιλὸν αὐτὸν ἐξηγούμενος λόγον, ἐκεῖθεν προφυσί-

ζεσθαι τὰς ἀρχὰς εἰληφέναι, τοῦ ὁμοουσίου τὴν διάνοιαν κακῶς ἐξηγούμενος. Καί τινες τῶν ἀπὸ τῆς δύσεως τὸ τοῦ [τῆς δυσσεβείας τοῦ], Λίβυος Σαβελλίου, ὑπόστασιν καὶ οὐσίαν ταὐτὸν εἶναι ὑπολαμβάνοντες, ἐκεῖθεν ἕλκουσι τὰς ἀφορμὰς πρὸς τὴν κατασκευὴν τῆς ἑαυτῶν βλασφημίας, ἐκ τοῦ ἐγγεγράφθαι τῇ πίστει, ὅτι ἐάν τις λέγῃ ἐξ ἑτέρας οὐσίας ἢ ὑποστάσεως τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τοῦτον ἀναθεματίζει ἡ ἁγία καθολικὴ Ἐκκλησία. Οὐ γὰρ ταὐτὸν εἶπον ἐκεῖ οὐσίαν καὶ ὑπόστασιν· Εἰ γὰρ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐδήλουν ἔννοιαν αἱ φωναί, τίς χρεία ἦν ἑκατέρων; Ἀλλὰ δῆλον, ὡς τῶν μὲν ἀρνουμένων τὸ ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι τοῦ Πατρὸς, ἄλλων δὲ λεγόντων ἐξ ἄλλης τινὸς ὑποστάσεως. Ὥστε ἐκεῖνο μὲν κεῖται ἐπ' ἀναιρέσει τοῦ πονηροῦ φρονήματος, τοῦτο δὲ φανέρωσιν ἔχει τοῦ σωτηρίου δόγματος. Εἰ δὲ δεῖ καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων ἁγίων μαρτυρίας παρασχέσθαι, ἐλθέτω ὁ πολὺς τὰ θεῖα Γρηγόριος [Ναζιανζηνὸς], ὃς ἐν τῷ πρώτῳ *Περὶ θεολογίας* συντάγματι ἐπὶ λέξεως τάδε φησί· Μεσότητα ὅταν εἴπω, τὴν ἀλήθειαν λέγω, πρὸς ἣν βλέπειν καλῶς ἔχει μόνον, καὶ τὴν φαύλην συναίρεσιν παραιτουμένους, καὶ τὴν ἀτοπωτέραν διαίρεσιν, ὥστε μὴ εἰς μίαν ὑπόστασιν συναιρεθέντα τὸν λόγον δέει πολυθεΐας, ψιλὰ ἡμῖν καταλιπεῖν τὰ ὀνόματα, τὸν αὐτὸν Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα ὑπολαμβάνουσι. Καὶ μετ' ὀλίγον· Ἐπειδὴ χρὴ καὶ τὸν ἕνα Θεὸν τηρεῖν, καὶ τὰς τρεῖς ὑποστάσεις ὁμολογεῖν, ἤγουν τρία πρόσωπα, ἑκάστην μετὰ τοῦ ἰδιώματος. Τηροῖτο δ' ἄν, ὡς ὁ ἐμὸς λόγος, εἷς μὲν Θεὸς, εἷς ἐν αἰτίου καὶ Υἱοῦ καὶ Πνεύματος ἀναφερομένου, οὐδὲ συντιθεμένων, οὐδὲ συναλειφομένων· καὶ κατὰ τὸ ἓν καὶ ταυτὸ τῆς θεότητος, ἵν' οὕτως ὀνομάσω, κίνημά τε καὶ βούλημα, καὶ τὴν τῆς οὐσίας ταυτότητα· αἱ δὲ τρεῖς ὑποστάσεις, μηδεμιᾶς ἐπινοουμένης συναλοιφῆς, ἢ ἀναλύσεως, ἢ συγχύσεως. Ἵνα μὴ τὸ πᾶν καταλυθῇ δι' ὧν τὸ ἓν σεμνύνεται πλέον ἢ καλῶς ἔχει. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ συντακτικῷ λόγῳ ὁ μέγας οὗτος καὶ θεῖος ἀνήρ· Πιστεύομεν, φησὶν, εἰς Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα, ὁμοούσιά τε καὶ ὁμόδοξα, ἐν οἷς καὶ τὸ βάπτισμα τελείωσιν ἔχει, ἔν τε ὀνόμασι καὶ πράγμασιν (οἶδας, ὁ μυηθεὶς) ἄρνησις ὂν ἀθεΐας, καὶ ὁμολογία θεότητος· καὶ οὕτω καταρτιζόμεθα, τὸ μὲν ἓν τῇ οὐσίᾳ γινώσκοντες, καὶ τῷ ἀμερίστῳ τῆς προσκυνήσεως· τὰ δὲ τρία, ταῖς ὑποστάσεσιν, ἤτ' οὖν προσώποις, ὅ τισι φίλον. Μηδὲ γὰρ οἱ περὶ ταῦτα ζυγομαχοῦντες; ἀσχημονείτωσαν, ὥσπερ ἐν ὀνόμασι κειμένης ἡμῖν τῆς εὐσεβείας, ἀλλ' οὐκ ἐν πράγμασι. Τί γάρ φατε, οἱ τὰς τρεῖς ὑποστάσεις εἰσφέροντες; Μὴ τρεῖς οὐσίας ὑπολαμβάνοντες, τοῦτο λέγετε; Μέγα οἶδα ὅτι βοήσετε κατὰ τῶν οὕτως ὑπειληφότων· μίαν γὰρ καὶ τὴν αὐτὴν τῶν τριῶν δογματίζετε. Τί δὲ οἱ τὰ *πρόσωπα*; Μὴ ἔν οἷόν τι σύνθετον ἀναπλάσσετε, καὶ τριπρόσωπον, ἢ ἀνθρωπόμορφον ὅλως; ἄπαγε! καὶ ὑμεῖς ἀντιβοήσετε· μηδὲ πρόσωπον, ὅ τι ποτέ ἐστιν, ἴδοι Θεοῦ, ὃς οὕτως ἔχει. Τί οὖν αἱ ὑποστάσεις ἡμῖν βούλονται, ἢ ὑμῖν τὰ πρόσωπα; Προσερήσομαι τὸ, τρία εἶναι τὰ διαιρούμενα, οὐ φύσεσιν, ἀλλ' ἰδιότησιν· ὑπέρευγε·

sibi subministrata principia; male scilicet sententiam vocabuli *consubstantialis* exponens. Itidem illius Afri Sabellii quidam impietati adhærentes, dum idem hypostasin et substantiam opinantur esse, hinc astruendæ blasphemiæ suæ occasiones rapiunt, quod in fide perscriptum sit: Si quis dicit ex alia esse substantia vel hypostasi Filium Dei, hunc anathematizat sancta universalis Ecclesia. Non enim ibi dixerunt, idem esse substantiam et hypostasin. Quippe si unum et idem voces hæ denotarent, quid opus erat utramque poni? Manifestum scilicet est id eam ob causam factum, quod alii Filium de substantia Patris esse negarent, alii de alia hypostasi esse perhiberent. Itaque positum illud est, ad eversionem pravæ sententiæ; hoc salubris doctrinæ declarationem continet. Quod si de aliis quoque sanctis hominibus testimonia suppeditanda sunt, magnus ille divinis in rebus Gregorius prodeat, cujus in libro *De Theologia* hæc ipsa verba sunt: Medium cum dico, veritatem intelligo: ad quam solam si respiciamus, et pravam illam contractionem, absurdioremque hac etiam divisionem vitabimus, recte faciemus: ut non ad unam hypostasin oratio nostra cogatur, idque hoc solo metu, ne deos plures constituamus; ex quo fieret, ut nuda nobis nomina relinquerentur, existimantibus Patrem, Filium et Spiritum sanctum eumdem esse. Item paulo post: Omnino Deum unum retineamus necesse est, tres hypostases sive tres personas esse profiteamur, servata etiam uniuscujusque proprietate. Retinebimus autem Deum unum de mei quidem judicii sententia, si et Filius et Spiritus ad unam causam referantur, neque tamen vel compingantur, vel commisceantur: tum ratione unius et ejusdem in divinitate (ut sic loquar) motionis voluntatisque, tum ipsius substantiæ identitatis: tres vero hypostases retinebimus, si nullam animi nostri commistionem, vel resolutionem, vel confusionem cogitabunt: ne dum unitatem amplius veneramur, quam rectum fuerit, totam in nihilum redigamus. Idem magnus ac divinus vir, in oratione, qua pacem composuit: Credimus, inquit, in Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, ejusdem substantiæ ac majestatis, in quibus et baptismo sua perfectio constat, tam in nominibus quam in rebus (nosti hæc, quisquis ea initiatus es), quippe quod abjuratio est Deum negantis impietatis, divinitatisque confessio. Atque ita perfectionem adipiscimur, unum quidem, quod ad essentiam et individuam adorationem, agnoscentes; tria vero, quantum ad hypostases, vel personas, ut quidam loqui malunt. Nec enim indecore se gerant, de his qui rixantur perinde ac si pietas nobis in nominibus, non in rebus consisteret. Quid enim dicitis, qui tres hypostases affertis? an hoc eo dicitis, quod tres essentias existimetis? Scio vos adversus eos, qui sic existimant, ingentem clamorem excitaturos. Unam enim et eamdem horum trium essentiam statuitis. Quid vos, qui personas dicitis?

Num unum veluti quiddam compositum fingitis, quod tres vultus aut humanam omnino formam habeat? Vos quoque reclamabitis, absit: nec Dei faciem, quæcumque tandem illa est, unquam videat, qui ita sentit. Quid ergo (nam et hoc interrogare lubet) aut nobis hypostases denotant aut vobis personæ? nimirum esse tria, quæ dividantur; non naturis, sed proprietatibus. Optime. Quo pacto magis aliqui consentiant, et idem dicant, quam cum ita sentiunt, alioqui syllabis discrepantes. Similiter et in oratione qua laudat Athanasium, Alexandrinæ lumen ecclesiæ: Cum enim, ait, una substantia, et tres hypostases a nobis pie dicerentur, quod alterum divinitatis naturam, alterum personarum trium proprietates declaret, ac simili quidem modo ab Italis intelligerentur, verum ob linguæ illius angustiam, verborumque inopiam, hypostasin ab essentia distinguere non possent, eaque de causa in illius locum personarum induxissent nomen, ne tres substantiæ admitterentur, et cætera. Iidem in oratione *de Luminibus*, inquit: Deum cum dico, uno pariter et triplici lumine perstringor; triplici quidem, quantum ad proprietates, sive hypostases, uti quidam appellare malunt, sive personas (nec enim de nominibus contendimus, quandiu syllabæ ad eamdem sententiam tendunt), uno autem, quantum ad substantiæ, hoc est, divinitatis rationem. Satis, opinor, hi celeberrimi doctores de rebus modo propositis, nimirum de substantia et natura, de hypostasi et persona, nobis præscripserunt; aperteque tradiderunt, illas universalis rei significationem habere, has singularis.

GEN. Jam tempus fuerit, ut auctoritates in medium proferas, de quibus sanctorum hominum mentem perspiciamus. Quippe de substantia et natura, de hypostasi et persona, consentimus; nulla penitus in re dissidentes. Nam illa prius etiam quam abs te dicerentur, intelligebamus: sed ex ore tuo lubebat audire, quænam de his vestra esset sententia. Nunc ergo dicito, quisnam sanctorum Patrum naturas duas post unitionem statuerit.

THEOR. Primum, ceu tempore primum, magnum illum Athanasium proferre par est, cujus hæc ipsa verba sunt in epistola ad Epictetum Corinthi episcopum: Ex hoc absurditatem perspicere potestis. Si sermo unius est substantiæ cum corpore, de terra naturam suam habente: sique consubstantialis est Patri Sermo, juxta confessionem Patrum: etiam ipse Pater unius erit substantiæ cum corpore de terra facto. Et cur Arianis indignamini, Filium dicentibus esse creaturam, cum ipsi dicatis, Patrem unius cum creaturis esse substantiæ?

GEN. Quid ad nos dictum istud, philosophe?

THEOR. Graviter eos tangit, qui dicunt, unam esse naturam Sermonis et carnis. Ac vide, obsecro, quam admirabili ratione sanctus vir Athanasius in tertia figura syllogismum nectat. Quippe jam antea pro confesso habetur, quæcunque de substantia dicenda veniant, eadem et naturæ accommodanda. Hoccine in confesso est, an non?

GEN. Omnino id quidem.

πῶς ἂν τινες συμφρονοῖεν μᾶλλον, καὶ τὸ αὐτὸ λέγοιεν, ἢ οὕτως ἔχοντες, κἂν ταῖς συλλαβαῖς διαφέρωσιν; Ὁμοίως καὶ ἐν οἷς ἐγκωμιάζει τὸν τῆς Ἀλεξανδρέων φωστῆρα γενόμενον Ἀθανάσιον, πάλιν φησί· Τῆς γὰρ μιᾶς οὐσίας, καὶ τῶν τριῶν ὑποστάσεων λεγομένων ὑφ' ὑμῶν εὐσεβῶς (τὸ μὲν γὰρ τὴν φύσιν δηλοῖ τῆς θεότητος, τὸ δὲ τὰς τῶν τριῶν ἰδιότητας), νοουμένων καὶ παρὰ τοῖς Ἰταλοῖς ὁμοίως, ἀλλ' οὐ δυναμένων διὰ τὴν στενότητα τῆς παρ' αὐτοῖς γλώττης, καὶ τὴν τῶν ὀνομάτων πενίαν, διελεῖν ἀπὸ τῆς οὐσίας τὴν ὑπόστασιν, καὶ διὰ τοῦτο ἀντεισαγούσης τὰ πρόσωπα, ἵνα μὴ τρεῖς οὐσίαι παραδεχθῶσιν. Ἀμέλει κἂν τῷ εἰς τὰ Φῶτα λόγῳ οὕτω φησί· Θεοῦ δὲ ὅταν εἴπω, ἐνὶ φωτὶ περιηστράφθην καὶ τρισί. Τρισὶ μὲν κατὰ τὰς ἰδιότητας, ἤγουν ὑποστάσεις [ὑποστάσεσιν], ὅ τισι φίλον καλεῖν, εἴτ' οὖν προσώποις (οὐδὲν γὰρ περὶ τῶν ὀνομάτων ζυγομαχοῦμεν, ἕως ἂν πρὸς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν αἱ συλλαβαὶ φέρωσιν)· ἑνὶ δὲ, κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον, εἴτουν θεότητος. Ἱκανῶς, οἶμαι, οἱ παρόντες εὐκλεέστατοι διδάσκαλοι περὶ τῶν προκειμένων ἡμῖν ἐνομοθέτησαν, οὐσίας τε πέρι, καὶ φύσεως ὑποστάσεώς τε καὶ προσώπου· σαφῶς τε παραδεδώκασιν, ὅτι αἱ μὲν τὸ καθόλου σημαίνουσιν· αἱ δὲ, τὸ καθ' ἕκαστον.

Ὁ ΚΑΘ. Καιρὸς ἤδη, τὰς χρήσεις εἰς μέσον προσθεῖναι, ἵνα ἐκ τούτων τὸν νοῦν καταθρήσωμεν τῶν ἁγίων. Περὶ γὰρ οὐσίας καὶ φύσεως, ὑποστάσεώς τε καὶ προσώπου, σύμφωνοί ἐσμεν, κατ' οὐδὲν οὐδ' ὅλως διαφερόμενοι. Ταῦτα γὰρ καὶ πρὸ τοῦ σε εἰπεῖν, ἐγινώσκομεν· ἀλλ' ἠθελήσαμεν ἀκοῦσαι ἐκ τοῦ στόματός σου, πῶς ποτε περὶ τούτων φρονεῖτε ὑμεῖς. Νῦν οὖν εἰπὲ, τίς τῶν ἁγίων δύο φύσεις μετὰ τὴν ἕνωσιν ἐδογμάτισεν;

Ὁ ΘΕΩΡ. Πρῶτον, ὡς πρῶτον τῷ χρόνῳ, τὸν μέγαν Ἀθανάσιον παρεισαγαγεῖν ἄξιον, ὡς ἐν τῇ πρὸς Ἐπίκτητον ἐπίσκοπον Κορίνθου ἐπιστολῇ τοιάδε γράφοντα κατὰ λέξιν· Καὶ γὰρ ἐκ τούτου τὸ ἄτοπον θεωρεῖν ἡμᾶς ἔξεστιν. Εἰ ὁμοούσιος ὁ Λόγος τῷ σώματι, ἐκ γῆς ἔχοντι τὴν φύσιν· ὁμοούσιος δὲ ὁ Λόγος τῷ Πατρὶ, κατὰ τὴν τῶν Πατέρων ὁμολογίαν· ὁμοούσιος ἔσται καὶ αὐτὸς ὁ Πατὴρ τῷ σώματι, τῷ ἐκ γῆς γεγενημένῳ. Καὶ τί ἔτι μέμφεσθε τοῖς Ἀρειανοῖς, λέγουσι τὸν Υἱὸν κτίσμα, λέγοντες αὐτοὶ καὶ τὸν Πατέρα ὁμοούσιον τοῖς κτίσμασι;

Ὁ ΚΑΘ. Καὶ τί πρὸς ἡμᾶς ἡ χρῆσις αὕτη, φιλόσοφε;

Ὁ ΘΕΩΡ. Σφόδρα καθάπτεται τῶν λεγόντων μίαν φύσιν τοῦ Λόγου καὶ τῆς σαρκός. Καὶ ὅρα πῶς θαυμασίως πλέκει τὸν συλλογισμὸν ἐν τρίτῳ σχήματι ὁ ἐν ἁγίοις Ἀθανάσιος. Προομολογεῖται γὰρ, ὅτι ὅσα περὶ τῆς οὐσίας λεχθήσεσθαι μέλλει, ταῦτα καὶ τῇ φύσει προσαρμοστέον. Ὁμολόγηται, ἢ οὔ;

Ὁ ΚΑΘ. Πάνυ μὲν οὖν.

Ὁ ΘΕΩΡ. Μεταλάβωμεν [μεταβάλωμεν] οὖν τὸ τῆς οὐσίας ὄνομα εἰς τὸ τῆς φύσεως, καὶ εἴπωμεν· Εἰ ὁμοφυὴς ὁ Λόγος τῷ σώματι, ἐκ γῆς ἔχοντι τὴν φύσιν· ὁμοφυὴς δὲ ὁ Λόγος τῷ Πατρὶ, κατὰ τὴν τῶν Πατέρων ὁμολογίαν, ὁμοφυὴς ἔσται καὶ αὐτὸς ὁ Πατὴρ τῷ σώματι, τῷ ἐκ τῆς γῆς γενομένῳ. Ὥστε τοῖς λέγουσιν ὁμοούσιον (ταὐτὸν δὲ εἰπεῖν ὁμοφυῆ) τὸν Λόγον τῷ σώματι, ἕπεται τὸ, καὶ τὸν Πατέρα ὁμοούσιον καὶ ὁμοφυῆ εἶναι τῷ σώματι. Οὗ τί ἀτοπώτερον; Τί οὖν ἐκ τούτου τοῦ ἀδυνάτου μανθάνομεν; Ὁ Λόγος τῷ σώματι οὐκ ἔστιν ὁμοούσιος, οὐδὲ ὁμοφυής. Εἰ δὲ οὔτε ὁμοούσιος οὔτε ὁμοφυὴς τῷ σώματι ὁ Λόγος, δῆλον, ὅτι ἑτεροούσιος καὶ ἑτεροφυής, καὶ εἰ ἑτεροφυής, ἑτέρα πάντως φύσις τοῦ Λόγου, καὶ ἑτέρα τοῦ σώματος. Οὐκ ἄρα μία φύσις ὁ Χριστός. Εἰ δὲ καὶ τὴν πρώτην πρότασιν τοῦ θείου Ἀθανασίου, ὡς ἔχει ἀκριβείας, κατανοήσωμεν λέγουσαν· Εἰ ὁμοούσιος ὁ Λόγος τῷ σώματι ἐκ γῆς ἔχοντι τὴν φύσιν, μέγιστον εὑρήσομεν θησαυρόν. Οὐ μάτην γὰρ κεῖται τὸ, Ἐκ γῆς ἔχοντι τὴν φύσιν.

THEOR. Commutemus ergo substantiæ nomen cum naturæ vocabulo, et dicamus : Si ejusdem est naturæ Sermo cum corpore, de terra naturam suam habente ; sique Sermo unius est cum Patre naturæ, juxta confessionem Patrum : etiam ipse Pater erit ejusdem cum corpore terreno naturæ. Quo fit, ut si qui dicant, Sermonem unius esse cum corpore substantiæ (valet autem hoc tantumdem, ac si dicas, ejusdem naturæ), sequatur et Patrem esse unius cum corpore substantiæ ac naturæ ; quo quid absurdius ? Quid ergo de hoc impossibili discimus ? Sermo non est ejusdem cum corpore substantiæ, nec ejusdem naturæ. Quod si Sermo nec ejusdem est cum corpore substantiæ, nec ejusdem naturæ, planum est, esse illum substantiæ naturæque diversæ. Si naturæ diversæ, omnino alia natura Sermonis est, alia corporis. Non ergo Christus una natura est. Quod si primam hanc divi Athanasii propositionem : Si Sermo unius est substantiæ cum corpore de terra naturam suam habente, quam accurate facta sit, perspexerimus, maximum thesaurum reperiemus. Quippe non frustra positum est : De terra naturam suam habente.

Ὁ ΚΑΘ. Ὀρθότατα λέγεις· ἀλλ' ἔχου καὶ τῶν ἑξῆς.

GEN. Rectissime dicis. Sed pergito.

Ο ΘΕΩΡ. Ἐλθέτω καὶ ὁ ἁγιώτατος Κύριλλος, ᾧ μᾶλλον ὑμεῖς ἐπερείδεσθε, μαρτυρήσων τῷ λόγῳ· ὃς ἐν μὲν τῇ πρώτῃ πρὸς Σούκενσον ἐπιστολῇ λέγει· Ἴσον γάρ ἐστιν εἰς ἀτοπίας λόγον, τὸ εἰπεῖν, ὅτι μετεβλήθη τὸ σῶμα εἰς θεότητος φύσιν, καὶ μὴν κἀκεῖνο, ὅτι μετεβλήθη ὁ Λόγος εἰς τὴν τῆς σαρκὸς φύσιν. Ὥσπερ γὰρ τοῦτο ἀμήχανον (ἄτρεπτος γὰρ καὶ ἀναλλοίωτός ἐστιν) οὕτω καὶ τὸ ἕτερον. Οὐ γάρ ἐστιν εἰ; θεότητος φύσιν μεταχωρῆσαί τί δύνασθαι τῶν κτισμάτων· κτίσμα δὲ καὶ ἡ σάρξ. Σαφῶς δὲ καὶ ἐν τῇ πρὸς Εὐλόγιον ἐπιστολῇ, αὐτός τε ὁμολογῶν τὰς δύο φύσεις, καὶ τῶν τῆς Ἀνατολῆς ἁγιωτάτων ἐπισκόπων ὑπερμαχῶν, τὰ αὐτὰ λεγόντων, φησίν· Ἐπελαμβάνοντό τινες τῆς ἐκθέσεως ἧς πεποίηνται οἱ ἀνατολικοὶ, καί φασι· Διατί δύο φύσεις ὀνομαζόντων ἠνέσχετο ἢ ἐπῄνεσεν ὁ Ἀλεξανδρεία,; Καὶ μετ' ὀλίγα φησίν· Οὕτω καὶ ἐπὶ Νεστορίου, κἂν λέγει δύο φύσεις, τὴν διαφορὰν σημαίνειν τῆς σαρκὸς καὶ τοῦ Λόγου· (ἑτέρα γὰρ ἡ τοῦ Λόγου φύσις, καὶ ἑτέρα ἡ τῆς σαρκὸς) ἀλλ' οὐκ ἔτι τὴν ἕνωσιν ὁμολογεῖ μεθ' ἡμῶν· ἡμεῖς γὰρ ἑνώσαντες ταῦτα [ταύτας], ἕνα Χριστὸν, ἕνα Υἱὸν, ἕνα Κύριον ὁμολογοῦμεν· καὶ λοιπὸν, μίαν φύσιν τοῦ Λόγου σεσαρκωμένην. Καὶ μετ' ὀλίγον· Οὐκοῦν οὐ τὸ εἰδέναι τῶν δύο φύσεων τὴν διαφορὰν, τέμνειν ἐστὶν εἰς δύο τὸν ἕνα Χριστόν. Καὶ μεθ' ἕτερον· Κἀκεῖνο δὲ μὴ ἀγνοείτωσαν· Ὅπου γὰρ ὅλως ἕνωσις ὀνομάζεται, οὐχ ἑνὸς πράγματος σημαίνεται σύνοδος, ἀλλ' ἢ δύο, ἢ καὶ πλειόνων καὶ διαφόρων ἀλλήλοις κατὰ φύσιν. Ὁ τοίνυν λέγων ἕνωσιν, δηλονότι σαρκὸς, ἐμψυχουμένης νοερῶς, καὶ Λόγου, καὶ οἱ δύο λέγοντες φύσεις, οὕτω νοοῦσι. Πλὴν τῆς ἑνώσεως ὁμολογουμένης, οὐκέτι διίστανται ἀλλήλων τὰ ἑνωθέντα, ἀλλ' εἷς λοιπὸν Υἱὸς, μία φύσις αὐτοῦ τοῦ σαρκωθέντος Λόγου. Ἰδοὺ σαφῶς ἐν τούτοις ὁ τῆς θείας μνήμης Πατὴρ ἡμῶν Κύριλλος, οὐ τὸ εἰδέναι,

THEOR. Accedat et sanctissimus Cyrillus, cui vos magis innitimini, testimonium orationi nostræ perhibiturus, qui in priore ad Successum epistola inquit : Par est, quod absurditatem attinet, dicere, quod corpus in divinitatis naturam mutatum sit, et vicissim, quod Sermo mutatus sit in naturam carnis. Nam sicut hoc fieri nequit, cum ipse Sermo sit incommutabilis et alterationis expers : ita nec illud alterum. Non enim creatorum quidquam ad naturam divinitatis transire potest ; et caro quoque creatura est. Idem perspicue in Epistola ad Eulogium tam per se naturas duas profitens, quam sanctissimos Orientis episcopos, idem tradentes, propugnans : Reprehendunt, ait, nonnulli factam ab orientalibus episcopis expositionem : Et cur, inquiunt, eos naturas duas dicentes Alexandrinus episcopus ferre potuit, aut probavit ? Et paulo post subjicit : Sic et in causa Nestorii, quamvis duas naturas, discrimen carnis et Sermonis significans, dicat (nam alia natura Sermonis est, alia carnis), unionem tamen nobiscum non confitetur. Nos enim his unitis, unum Christum, unum Filium, unum Dominum confitemur : unam denique naturam Sermonis incarnatam. Ac paulo post : Itaque nosse naturarum duarum discrimen, non est unum Christum in duo secare. Rursum post alia : Nec illud ignorent : Ubicunque sit unionis omnino mentio, non unius rei coitio significatur ; sed vel duarum, vel plurium, et inter se natura discrepantium. Qui ergo dicit unionem, videlicet carnis animatæ ac mente præditæ, cum Sermone ; quique duas naturas dicunt : eorum hæc mens est atque sententia. Verum posteaquam unionem confessi sumus, non amplius a se invicem unita discrepant ; sed unus deinceps Filius est, una Sermonis incarnati natura. Ecce in his divæ memoriæ Cyrillus aperte dicit

duarum naturarum discrimen nosse, non esse Christum unum in duo secare. Hoc enim vos vereri soletis. At beatus ille Cyrillus vanam hanc vestram formidinem rejicit. Quin et idem in altera ad Successum epistola eadem se sentire, his verbis ostendit : Itaque modum assumptionis humanæ naturæ animo considerantes, naturas duas coivisse per unionem videmus, citra divisionem, confusionem et mutationem. Caro enim, caro est, non divinitas, licet Dei caro facta sit : similiter et Sermo Deus est, non caro, licet dispensatione quadam carnem proprie suam fecerit. Cum igitur hoc animo consideramus, minime delinquimus, dicentes hunc in unionem concursum ex duabus naturis factum. Sed tamen post unionem naturas a se invicem non dividimus, nec unum et impartibilem in duos filios secamus; sed unum dicimus Filium, et uti Patres locuti sunt, unam naturam Sermonis incarnatam. Quantum ergo mente atque oculis animi duntaxat videre possumus, quo pacto Unigenitus ille factus sit homo, duas naturas esse dicimus, at unum Christum, et Dominum, et Filium, Dei Sermonem, qui homo factus et incarnatus est. Quid clarius hoc quærimus? naturas enim duas esse dicimus.

Rursus iden ille divus Cyrillus in Enarratione libri Leviticl, de purgatione lepræ disserens, ait : Totum hic mihi rursus Servatoris nostri mysterium, et purgationem, quæ per sacrosanctum baptismum fit, respice. Duas aves accipi vivas et mundas jubet, ut per has volucres hominem illum cœlestem intelligas, hominem pariter et Deum, in duas quidem naturas (quantum ad id quod de utraque dici convenit) distinctum : (quippe Sermo erat, exortus e Deo, in carne mulieris) non tamen divisum : unus enim ex amborum Christus. Propterea duæ sumuntur aves, et ambæ rursus unius instar intelliguntur. Vides, ut ubique beatus ille Cyrillus naturas duas confiteatur? Quin et in altera ad Successum ait epistola : Qui Dominum nuda carne passum dicit, alienum a ratione voluntateque cruciatum facit. At, si quis dicat eum participe mentis anima passum, ut spontaneus sit cruciatus, nihil dicere prohibet cum in hominis natura passum. Quod si verum est, cur non duas naturas exstitisse dabimus post unionem, citra ullam divisionem? Quare si quis ait, Christo pro nobis carne passo, nihil aliud dicit, quam Christo pro nobis natura nostra passo. Vides, uti clarissime naturas duas beatus Cyrillus post unionem confiteatur? Etiam magnum illum in rebus divinis Gregorium videamus. Ait enim in oratione de Filio : Deum appellari putemus, non Sermonis, sed ejus qui oculis cernebatur. Qui enim proprie Dei Deus esse possit? quemadmodum et Pater dicitur, non ejus, qui cernebatur, sed Sermonis. Erat enim duplex. Itaque partim hæc de utrisque proprie, partim non proprie dicuntur, diverso scilicet modo, quam in nobis res habet. Nam Deus proprie quidem noster est Deus, non autem proprie Pater. Et

A φησι, τῶν δύο φύσεων τὴν διαφορὰν, τέμνειν ἐστὶν εἰς δύο τὸν ἕνα Χριστόν. Τοῦτο γὰρ ὑμεῖς δεδοίκατε· ἀλλ' ὁ μακάριος Κύριλλος ἐκβάλλει τὸν τοιοῦτον μάταιον φόβον ὑμῶν. Ἀλλὰ καὶ τῇ δευτέρᾳ πρὸς Σούκενσον ἐπιστολῇ φαίνεται ὁ αὐτὸς τὰ αὐτὰ φρονῶν, δι' ὧν φησιν· Ἐννοοῦντες τοίνυν τῆς ἐνανθρωπήσεως τὸν τρόπον, ὁρῶμεν ὅτι δύο φύσεις συνῆλθον ἀλλήλαις καθ' ἕνωσιν ἀδιασπάστως, ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως. Ἡ γὰρ σὰρξ σάρξ ἐστι, καὶ οὐ θεότης, εἰ καὶ γέγονε Θεοῦ σάρξ. Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ Λόγος Θεός ἐστι, καὶ οὐ σὰρξ, εἰ καὶ ἰδίαν ἐποιήσατο τὴν σάρκωσιν οἰκονομικῶς. Ὅταν οὖν ἐννοῶμεν τοῦτο, οὐδὲν ἀδικοῦμεν, τὴν εἰς ἑνότητα συνδρομὴν ἐκ δύο φύσεων γεγενῆσθαι λέγοντες. Μετὰ μέντοι τὴν ἕνωσιν οὐ διαιροῦμεν τὰς φύσεις ἀπ' ἀλλήλων, οὐδὲ εἰς
B δύο τέμνομεν υἱούς, τὸν ἕνα καὶ ἀμέριστον, ἀλλ' ἕνα φαμὲν Υἱὸν, καὶ ὡς οἱ Πατέρες εἰρήκασι, μίαν φύσιν τοῦ Λόγου σεσαρκωμένην. Οὐκοῦν ὅσον ἦκεν εἰς ἔννοιαν καὶ εἰς μόνον τὸ ὁρᾶν τοῖς τῆς ψυχῆς ὄμμασι, τίνα τρόπον ἐνηνθρώπησεν ὁ Μονογενὴς, δύο τὰς φύσεις εἶναί φαμεν· ἕνα δὲ Χριστὸν, καὶ Κύριον, καὶ Υἱὸν τὸν Θεοῦ Λόγον ἐνανθρωπήσαντα καὶ σεσαρκωμένον. Τί τούτου ἐστὶ σαφέστερον ἐπιζητοῦμεν; δύο γὰρ φύσεις τὰς φύσεις εἶναί φαμεν.

Πάλιν ὁ αὐτὸς θεῖος Κύριλλος ἐν τῇ εἰς τὸ Λευϊτικὸν βιβλίον ἐξηγήσει περὶ τοῦ καθαρισμοῦ τῆς λέπρας φησίν· Ὅλον δὴ πάλιν ἐν τούτοις παριάθρει τὸ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν μυστήριον, καὶ τὸν διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος καθαρισμόν. Δύο μὲν ὄρνιθια
C κελεύει ληφθῆναι ζῶντα καὶ καθαρὰ, ἵνα νοήσῃς διὰ τῶν πετεινῶν τὸν οὐράνιον ἄνθρωπον, ἄνθρωπόν τε ὁμοῦ καὶ Θεὸν, εἰς δύο μὲν φύσεις (ὅσον ἦκεν εἰς τὸν ἑκάστῃ πρέποντα λόγον) διαιρούμενον· (Λόγος γὰρ ἦν, ὁ ἐκ Θεοῦ ἀναλάμψας ἐν σαρκὶ τῆς γυναικὸς) πλὴν οὐ μεριζόμενον· εἷς γὰρ ἐξ ἀμφοῖν ὁ Χριστός. Διὰ τοῦτο καὶ ὡς δύο λαμβάνονται τὰ ὀρνίθια, καὶ νοεῖται πάλιν ὡς ἓν ἀμφότερα. Ὁρᾷς πῶς δι' ὅλου ὁ μακάριος Κύριλλος δύο φύσεις ὁμολογεῖ; Ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ πρὸς Σούκενσον ἐπιστολῇ φησιν· Ὁ γὰρ λέγων σαρκὶ παθεῖν γυμνῇ τὸν Κύριον, ἄλογον καὶ ἀκούσιον ποιεῖται τὸ πάθος. Ἐὰν δέ τις εἴπῃ, μετὰ ψυχῆς νοερᾶς παθεῖν αὐτὸν, ἵνα ᾖ τὸ πάθος ἑκούσιον, οὐδὲν κωλύει λέγειν, τῇ φύσει τῆς
D ἀνθρωποτήτος αὐτὸν παθεῖν. Εἰ δὲ τοῦτο ἀληθὲς, πῶς; οὐ τὰς δύο φύσεις ὑφεστάναι δώσομεν μετὰ τὴν ἕνωσιν, ἀδιαιρέτως; Ὥστε εἴ τις λέγει, Χριστοῦ οὖν παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ, οὐδὲν ἕτερον λέγει, πλὴν ὅτι, Χριστοῦ οὖν παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν τῇ ἡμετέρᾳ φύσει. Ὁρᾷς πῶς σαφέστατον δύο φύσεις μετὰ τὴν ἕνωσιν ὁμολογεῖ ὁ μακάριος Κύριλλος; Ἴδωμεν, εἰ δοκεῖ, καὶ τὸν πολὺν ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριον. Φησὶ γὰρ ἐν τῷ περὶ Υἱοῦ λόγῳ· Θεὸς δὲ λέγοιτο ἄν, οὐ τοῦ Λόγου, τοῦ ὁρωμένου δέ. Πῶς γὰρ ἂν εἴη τοῦ κυρίως Θεοῦ Θεός; ὥσπερ καὶ Πατὴρ, οὐ τοῦ ὁρωμένου, τοῦ Λόγου δέ· καὶ γὰρ ἦν διπλοῦς. Ὥστε τὸ μὲν κυρίως ἐπ' ἀμφοῖν, τὸ δὲ οὐ κυρίως, ἐναντίως ἢ ἐφ' ἡμῖν ἔχει. Ἡμῶν γὰρ κυρίως μὲν Θεὸς ὁ Θεὸς, οὐ κυρίως δὲ Πατήρ. Καὶ τοῦτό ἐστιν, ὃ ποιεῖ τοῖς αἱρετικοῖς τὴν πλάνην, ἡ

τῶν ὀνομάτων ἐπίζευξις, ἐναλλαττομένων τῶν ὀνομάτων διὰ τὴν σύγκρασιν. Σημεῖον δέ· Ἥνίκα αἱ φύσεις διίστανται ταῖς ἐπινοίαις, συνδιαιρεῖται καὶ τὰ ὀνόματα. Ὁρᾷς ὅτι διπλοῦν αὐτὸν καλεῖ τὸν Χριστόν; Καὶ πάλιν φησίν· Ἥνίκα αἱ φύσεις διίστανται ταῖς ἐννοίαις, συνδιαιρεῖται καὶ τὰ ὀνόματα. Ἀλλ' ἴδωμεν καὶ τὰ ἑξῆς. Παύλου λέγοντος ἔκουσον· *Ἵνα ὁ Θεὸς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ Πατὴρ τῆς δόξης*· Χριστοῦ μὲν Θεὸς, τῆς δὲ δόξης Πατήρ. Εἰ γὰρ καὶ τὸ συναμφότερον ἕν, ἀλλ' οὐ τῇ φύσει, τῇ δὲ συνόδῳ. Ἄκουε τί φησιν· Εἰ γὰρ τὸ συναμφότερον ἕν, ἀλλ' οὐ τῇ φύσει. Εἰ δὲ οὐ τῇ φύσει ἕν, λείπεται πάντως, δύο εἶναι τῇ φύσει. Ἐν δὲ τῇ πρὸς Κληδόνιον δευτέρᾳ [πρώτῃ] ἐπιστολῇ ὁ αὐτὸς διαῤῥήδην φησί· Φύσεις δύο, Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, ἐπεὶ καὶ ψυχὴ καὶ σῶμα· υἱοὶ δὲ οὐ δύο, οὐδὲ θεοί· οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθα δύο ἄνθρωποι, εἰ καὶ οὕτως ὁ Παῦλος τὸ ἐντὸς τοῦ ἀνθρώπου καὶ τὸ ἐκτὸς προσηγόρευσε. Καὶ εἰ δεῖ συντόμως εἰπεῖν, ἄλλο μὲν καὶ ἄλλο τὰ ἐξ ὧν ὁ Σωτήρ· εἴπερ μὴ ταὐτὸν τὸ ὁράτον τῷ ὁρατῷ, καὶ τὸ ἄχρονον τῷ ὑπὸ χρόνον· οὐκ ἄλλος δὲ καὶ ἄλλος· μὴ γένοιτο. Τὰ γὰρ συναμφότερα, ἓν τῇ συγκράσει· Θεοῦ μὲν ἐνανθρωπήσαντος, ἀνθρώπου δὲ θεωθέντος, ἢ ὅπως ἄν τις ὀνομάσειε. Λέγω δὲ ἄλλο καὶ ἄλλο ἐμπαλιν ἢ ἐπὶ τῆς Τριάδος ἔχει. Ἐκεῖ μὲν γὰρ ἄλλος καὶ ἄλλος, ἵνα μὴ τὰς ὑποστάσεις συγχέωμεν· οὐκ ἄλλο δὲ καὶ ἄλλο, ἓν γὰρ τὰ τρία, καὶ ταὐτὸν τῇ θεότητι. Ὁρᾷς ἀκρίβειαν θεολογίας; Ἄλλο μὲν καὶ ἄλλο φησὶ, τὰ ἐξ ὧν ὁ Σωτήρ. Τουτέστιν, ἄλλη καὶ ἄλλη φύσις. Τὸ γὰρ ἄλλο οὐδετέρως τιθέμενον, ἐπὶ τῆς φύσεως τάττεται· τὸ δὲ ἄλλος, ἐπὶ τῆς ὑποστάσεως. Καὶ τοῦτο δῆλον αὐτὸς ποιεῖ παρακατιών· ἐκεῖ μὲν γὰρ, ἐπὶ τῆς θεότητος δηλονότι, ἄλλος καὶ ἄλλος· ἵνα μὴ τὰς ὑποστάσεις συγχέωμεν· οὐκ ἄλλο δὲ καὶ ἄλλο· ἓν γὰρ τὰ τρία, καὶ ταὐτὸν τῇ θεότητι. Ἀλλὰ καὶ προϊὼν φησιν· Ὥσπερ καὶ τὸ διὰ Χριστοῦ γεγονέναι τὰ πάντα, καὶ κατοικεῖν Χριστὸν ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, οὐ κατὰ τὸ φαινόμενον τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ κατὰ τὸ νοούμενον, χιρναμένων ὥσπερ τῶν φύσεων, οὕτω δὴ καὶ τῶν κλήσεων, καὶ περιχωρουσῶν ἀλλήλας τῷ λόγῳ τῆς συμφυΐας. Ἀπόχρη ταῦτα παρὰ τοῦ μεγάλου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου. Τῆς δ' αὐτῆς ἐννοίας καὶ Γρηγόριον τὸν ἐν ἁγίοις ἐπισκοπήσαντα ἐν τῇ Νυσσαέων ἐπιδείξομαι, ἐν οἷς φησιν ἐν τῷ πρὸς Σιμπλίκιον λόγῳ κατὰ λέξιν οὕτω· Ὥστε ἐπειδὴ δύο περὶ Χριστοῦ γινώσκομεν, τὸ μὲν θεῖον, τὸ δὲ ἀνθρώπινον, ἐν μὲν τῇ φύσει τὸ θεῖον, ἐν δὲ τῇ οἰκονομίᾳ τὸ κατὰ ἄνθρωπον, ἀκολούθως τὸ μὲν ἄϋδιον τῇ θεότητι προσμαρτυροῦμαι, τὸ δὲ κτιστὸν τῇ ἀνθρωπίνῃ λογιζόμεθα φύσει. Ἤκουσας ὅπως καὶ οὗτος ὁ θεῖος ἀνὴρ φησιν, ὅτι δύο περὶ Χριστοῦ γινώσκομεν, τὸ μὲν θεῖον, τὸ δὲ ἀνθρώπινον. Εἶτα, ἐν μὲν τῇ φύσει τὸ θεῖον, φησί. Καὶ παρακατιών. Τὸ δὲ κτιστὸν τῇ ἀνθρωπίνῃ λογιζόμεθα φύσει. Ἴδοὺ φύσιν θείαν ἐπὶ Χριστοῦ, καὶ φύσιν ἀνθρωπίνην ὁμολογεῖ ἀριδήλως. Ἀλλὰ κἂν

A hoc illud est, quod hæreticos in errorem trahit, vocum scilicet harum conjunctio, permutatis inter se vocabulis, propter naturarum coalitionem. Ejus hoc argumentum est. Cum naturæ cogitando distinguuntur, etiam ipsa simul vocabula distinguuntur. Vides eum Christum appellare duplicem? Rursus ait: Cum naturæ cogitando distinguuntur, etiam ipsa simul vocabula distinguuntur. Verum videamus et sequentia. Paulum dicentem audi: *Ut Deus Domini nostri Jesu Christi, pater gloriæ*: Christi quidem ille Deus est, pater autem gloriæ. Nam licet utraque natura copulata sit quiddam unum, non tamen hoc a natura est, sed propter coitionem. Audi quid dicat: Licet utraque natura copulata sit quiddam unum, non tamen hoc
B a natura est. Si vero non unum a natura est, relinquitur omnino, duo esse a natura. Item in prima ad Cledonium epistola, disertis verbis ait: Naturæ duæ, Deus et homo, quemadmodum et anima et corpus; non tamen duo filii, nec dii: sicut nec hic quidem duo homines, tametsi Paulus ad hunc modum internam externamque partem hominis appellaverit. Atque ut paucis rem complectar, aliud quidem atque aliud sunt ea de quibus Servator constat (nisi aspectabile sit idem cum inaspectabili, et temporis expers idem cum eo quod tempori subest), non tamen alius atque alius. Absit hoc. Ambo enim hæc copulatione unum sunt, Deo nimirum humanam naturam, et homine divinitatem suscipiente, vel quocunque tandem alio verbo
C quis hanc rem exprimendam duxerit. Dico autem aliud atque aliud vice versa atque in Trinitate res habet. Illic enim alius atque alius, ne hypostases confundamus: non autem aliud atque aliud, quod tria sint unum et idem, quoad divinitatem. Vides quam accurate de rebus divinis loquatur? Aliud, ait, atque aliud sunt ea de quibus Servator constat: hoc est alia atque alia natura. Nam aliud, neutro genere positum, de natura dicitur: alius vero, de hypostasi. Atque hoc progrediens ulterius manifesto declarat: Illic, ait, nimirum in divinitate, alius atque alius, ne personas confundamus; non autem aliud atque aliud, quod tria sint unum et idem, quoad divinitatem. Quin et ulterius inquit:
D Sicut et illud, per Christum omnia facta esse, et Christum in cordibus nostris habitare, non secundum eam Christi partem dicitur quæ in oculos cadit, sed secundum eam quæ intellectu percipitur; permistis videlicet, ut naturis, sic etiam nominibus, seque ratione connaturalitatis invicem complectentibus. Hæc de magno illo Gregorio Theologo protulisse satis est. Ejusdem vero sententiæ sanctum quoque Gregorium Nyssenem episcopum fuisse demonstrabo, in lib. ad Simplicium his verbis utentem: Quoniam duo de Christo agnoscimus, hoc divinum, illud humanum, unum natura divinum, et unum dispensatione humanum: idcirco æterni-

[a] Ephes. I, 17.

tatem divinitati equidem attribuo, creatum vero humanam ad naturam referimus. Audistine quo pacto et hic divinus vir dicat, duo nos de Christo agnoscere, hoc divinum, illud humanum? Deinde, unum natura divinum, inquit. Et progressus ulterius: Creatum, ait, humanam ad naturam referimus. Ecce divinam in Christo naturam, et naturam humanam manifeste confitetur. Quin et Basilii liber adversus Eunomium scriptus, eadem docens, hæc verba continet: Mediatorem illum Dei et hominum, sicut a magno illo Apostolo appellatur [2], nihil ita demonstrat, ut Filii nomen utrique naturæ, divinæ ac humanæ, ex æquo accommodatum. Idem enim et Dei Filius est, et Filius hominis per dispensationem factus est. Vides, uti duas naturas, divinam et humanam, confitetur? Eadem facientem videre licet in quarto ejusdem argumenti libro, ubi hæc verba sunt: Ubique temperamentum ejus, quod humanum est, cum illo quod divinum, prædicans Apostolus nihilominus in utroque, quod cuique proprium est, perspicit. Illic et de iis quæ utrique naturæ propria sunt, tradit; veluti quæ reapse sint, et animi consideratione percipiantur. Hinc paulo post subjicit: Ac ne quis naturæ temperamenti experti passionem in cruce attribuat, per alia clarius errorem hujusmodi corrigit, Mediatorem eum Dei et hominum, et Deum appellans ut, quoniam duo de uno dicantur, de utroque quod utrique competit, intelligatur. Hic apertissime duo de uno dici prædicat, nimirum naturas duas.

A τῷ Βασιλείου βιβλίῳ [καὶ τὸ Βασιλείου βιβλίον τὸ], τῷ πρὸς τὸν Εὐνόμιον τὰ αὐτὰ διδάσκον, φησί· Τὸν μεσίτην Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων καθὼς ὠνόμασεν ὁ μέγας ἀπόστολος, οὐδὲν οὕτως ὡς τὸ τοῦ Υἱοῦ δεικνυσιν ὄνομα, ἑκατέρᾳ τῇ φύσει, τῇ θείᾳ τε καὶ ἀνθρωπίνῃ, κατὰ τὸν ἴσον ἐφαρμοζόμενον. Ὁ γὰρ αὐτὸς καὶ Θεοῦ Υἱὸς ἐστι, καὶ Υἱὸς ἀνθρώπου κατ' οἰκονομίαν ἐγένετο. Ὁρᾷς πῶς δύο φύσεις, θείαν τε καὶ ἀνθρωπίνην ὁμολογεῖ; Τὰ δ' αὐτὰ πράττοντα κἀν τῷ τετάρτῳ λόγῳ τῆς αὐτῆς πραγματείας ἔξεστιν αὐτὸν θεωρῆσαι. Πανταχοῦ γάρ, φησὶ, τὴν τοῦ ἀνθρωπίνου πρὸς τὸ θεῖον ἀνάκρασιν ὁ Ἀπόστολος κηρύσσων, οὐδὲν ἧττον ἐν ἑκατέρῳ τὸ ἴδιον καθορᾷ. Ἐνταῦθα καὶ περὶ τῶν ἰδίων ἑκατέρας φύσεως ἡμῖν διετάξατο, ὡς ὑπαρχόντων τε καὶ τῇ θεωρίᾳ λαμβανομένων. Εἶτα προϊὼν, μετ' ὀλίγον φησί· Καὶ ὡς ἂν μή τις τῇ ἀκράτῳ φύσει τὸ κατὰ τὸν σταυρὸν πάθος προστρίβοιτο, δι' ἑτέρων τρανώτερον τὴν τοιαύτην ἐπανορθοῦται πλάνην, μεσίτην αὐτὸν Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, καὶ Θεὸν ὀνομάζων, ἵνα ἐκ τοῦ τὰ δύο περὶ τὸ ἓν λέγεσθαι, τὸ πρόσφορον νοεῖτο περὶ ἑκάτερον. Σαφέστατα ἐνταῦθα δύο περὶ τὸ ἓν λέγεσθαι φησὶ, δηλονότι φύσεις.

B

Similiter et in oratione de Filio secunda, clarius idem duarum naturarum proprietates, etiam post ineffabilem illam evacuationem, salvas et integras esse tradit: Credimus, inquit, in unum Deum Patrem ingenitum, et in unum Filium genitum Jesum Christum, ejusdem substantiæ cum Patre secundum divinitatem, et nobiscum secundum carnem: non duos, sed unum Filium, salvis naturarum proprietatibus. Quin et magnus Ambrosius, Mediolanensium pontifex, ad Apollinarium scribens, sic ait: Discrimen carnis et divinitatis servemus. Unus in utroque loquitur Filius, quoniam utraque natura in ipso est: verum licet idem loquatur, non uno tamen modo loquitur. Nam vides in eo nunc quidem Dei majestatem, nunc autem passiones hominis. Consentanea vero jam dictis et in secundo ad Gratianum Augustum libro tradit: Homo Jesus Christus, Dominus majestatis, dicitur crucifixus, quia consors utriusque naturæ, id est, humanæ atque divinæ. Sed et in libro ad Sabinum episcopum idem vir sanctissimus ait: Cum esset in proprietate divinitatis, exinanivit se, et accepit plenitudinem naturæ et perfectionem humanæ: sicut Deo nihil deerat, ita nec hominis consummationi; ut esset perfectus in utraque natura.

Ὁμοίως δὲ κἀν τῷ δευτέρῳ λόγῳ περὶ Υἱοῦ ὁ αὐτὸς σαφέστερον ἡμῖν τῶν δύο φύσεων τὰ ἰδιώματα σώζεσθαι παραδίδωσι καὶ μετὰ τὴν ἄφραστον κένωσιν. Πιστεύομεν γὰρ εἰς ἕνα Θεὸν, φησὶ, Πατέρα ἀγέννητον, καὶ εἰς ἕνα γεννητὸν Υἱὸν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ἡμῖν δὲ κατὰ τὴν σάρκα· οὐ δύο, ἀλλ' ἕνα Υἱὸν, σωζομένων τῶν ἰδιωμάτων τῶν φύσεων. Ἀλλὰ καὶ ὁ μέγας Ἀμβρόσιος, ὁ Μεδιολάνων τὴν ἀρχιερωσύνην λαβὼν, πρὸς Ἀπολινάριον γράφων, οὕτω φησί· Φυλάξομεν τὴν διαφορὰν σαρκὸς καὶ θεότητος. Εἷς ἐν ἑκατέρῳ λαλεῖ ὁ Υἱὸς, ἐπειδήπερ ἑκατέρα φύσις ἐστὶν ἐν αὐτῷ· ἀλλ' εἰ καὶ ὁ αὐτὸς λαλεῖ, οὐκ ἐνὶ μέντοιγε τρόπῳ λαλεῖ. Ὁρᾷς γὰρ ἐν αὐτῷ νῦν μὲν δόξαν Θεοῦ, νῦν δὲ πάθη ἀνθρώπου. Ἀκόλουθα δὲ τοῖς εἰρημένοις κἀν τῷ δευτέρῳ τοῦ πρὸς Γρατιανὸν τὸν βασιλέα συντάγματος λέγει. Ἄνθρωπος Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Κύριος τῆς δόξης ἐσταυρῶσθαι λέγεται, ἑκατέρας ὑπάρχων φύσεως κοινωνὸς, τουτέστιν ἀνθρωπίνης καὶ θείας· ἀμέλει κἀν τῷ πρὸς Σαβῖνον τὸν ἐπίσκοπον λόγῳ αὐτοῦ ὁ αὐτὸς ἀγιώτατος ἀνὴρ φησίν· Ἐν τῷ ἰδίῳ τῆς θεότητος ὢν ἐκένωσεν ἑαυτὸν, καὶ ἔλαβε τὸ τέλειον τῆς κατ' ἄνθρωπον φύσεως ὁλόκληρον· ὡς οὐδὲν ἔλειπε τῷ Θεῷ, οὕτως οὐδὲ τῷ καταρτισμῷ τῷ κατ' ἄνθρωπον, ἵνα τέλειος ἐν ἑκατέρᾳ φύσει τυγχάνῃ.

C

D

GEN. Equidem arbitror ante multos annos curæ tibi fuisse, libros uti colligeres, sanctorumque virorum auctoritates de naturis duabus excerperes.

Ὁ ΚΑΘ. Ἐμοὶ δοκεῖ ὅτι πρὸ πολλῶν χρόνων ἔσχες ἐπιμέλειαν τοῦ συναγαγεῖν βιβλία, καὶ παρεκβαλεῖν χρήσεις ἁγίων περὶ τῶν δύο φύσεων.

THEOR. Ea vero multæ curæ, multique temporis

Ὁ ΘΕΩΡ. Ἐκεῖνα δέονται πολλῆς φροντίδος καὶ

[2] I Tim. II, 5.

χρόνου, ὅσα σπάνιά εἰσι καὶ δυσεύρετα. Περὶ δὲ τῶν δύο φύσεων, οὐ σπάνις, ἀλλὰ πλοῦτος ὑπερβολικὸς καὶ δαψίλεια ἐν πάσῃ τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ, ὅση ἀέρος χύσις. Εἰ οὖν καὶ πλειόνων δέῃ, ἑτοίμως ἔχω καὶ ἄλλας παραγαγεῖν. Αὐτίκα γοῦν ἔξεστιν ἀκοῦσαι καὶ τοῦ μεγάλου φιλοσόφου καὶ μάρτυρος Ἰουστίνου, περὶ τῶν αὐτῶν λέγοντος ἐν τῷ *Περὶ Τριάδος* συντάγματι, κατὰ τὸ ιζ' κεφάλαιον οὕτως· Ὅταν ἀκούσῃς περὶ τοῦ ἑνὸς Υἱοῦ τὰς ἐναντίας φωνὰς, κατ' ἀλλήλων μέριζε ταῖς φύσεσι τὰ λεγόμενα· ἂν μέν τι μέγα καὶ θεῖον, τῇ θείᾳ φύσει προσνέμων· ἂν δέ τι μικρὸν καὶ ἀνθρώπινον, τῇ ἀνθρωπείᾳ λογιζόμενος φύσει. Οὕτω γὰρ καὶ τὸ τῶν φωνῶν ἀσύμφωνον διαφεύξῃ, ἑκάστης ἃ πέφυκε δεχόμενος φύσεως· καὶ τὸν Υἱὸν ἕνα καὶ πρὸ πάντων αἰώνων, καὶ πρόσφατον, κατὰ τὰς θείας Γραφὰς ὁμολογήσεις. Καὶ ταῦτα μὲν ὁ θεῖος Ἰουστῖνος. Ὁ δὲ χρυσοῦς τὴν γλῶτταν Ἰωάννης ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τῆς πρὸς Τιμόθεον Ἐπιστολῆς, οὕτω φησίν· Ὁ μεσίτης ἀμφοτέροις κοινωνεῖ, ὧν ἐστι μεσίτης. Μεσίτου γὰρ τοῦτό ἐστι, τὸ ἑκατέρου ἐχόμενον, ὧν ἐστι μεσίτης, κοινωνεῖν. Καὶ μετ' ὀλίγον· Εἰ τοίνυν μὴ ἔχεται τῆς τοῦ Πατρὸς φύσεως, οὐκ ἔστι μεσίτης, ἀλλὰ ἀπεσχοίνισται. Ὥσπερ γὰρ τῆς ἀνθρώπων ἔχεται φύσεως, ἐπειδὴ πρὸς ἀνθρώπους ἦρχετο· οὕτω καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ, ἐπειδὴ παρὰ Θεοῦ ἦρχετο. Τούτοις τοῖς ἁγίοις Πατράσι συμφωνοῦσα ἡ ἁγία μεγάλη καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος ἡ ἐν Χαλκηδόνι συναθροισθεῖσα Θεοῦ νεύματι, καὶ εὐσεβεῖ βασιλέων θεσπίσματι, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν Χριστὸν, Υἱὸν, Κύριον μονογενῆ, ἐν δύο φύσεσιν ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀδιαιρέτως, ἀχωρίστως γνωριζόμενον ἐδογμάτισεν, οὐδαμοῦ τῆς τῶν φύσεων διαφορᾶς ἀναιρουμένης διὰ τὴν ἕνωσιν· σωζομένης δὲ μᾶλλον τῆς ἰδιότητος ἑκατέρας φύσεως, καὶ εἰς ἓν πρόσωπον καὶ μίαν ὑπόστασιν συντρεχούσης· οὐκ εἰς δύο πρόσωπα μεριζόμενον ἢ διαιρούμενον, ἀλλὰ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν Υἱὸν μονογενῆ, Θεὸν Λόγον, Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν.

egent, quæ rara sunt, et inventu difficilia. De duabus autem naturis non penuria, sed supra modum ingens abundantia copiaque reperitur in omni a Spiritu Dei profecta Scriptura, quanta scilicet est aeris late diffusi amplitudo. Quare si etiam pluribus opus sit, paratus sum et alias proferre. Et quidem mox licet audiamus magnum illum philosophum atque martyrem Justinum, de iisdem loquentem in libro *De Trinitate*, capite decimo septimo : Cum audieris, inquit, de uno Filio voces contrarias, convenienter partire naturis ea quæ dicentur : si magnum ac divinum aliquid, divinæ naturæ attribuens ; sin exiguum et humanum, ad humanam naturam referens. Sic enim et ipsarum vocum discrepantiam vitabis, natura qualibet sibi cognata recipiente : et unum Filium tam ante omnia sæcula, quam recens ortum juxta Litteras sacras confiteberis. Hæc divinus ille Justinus. Joannes autem Chrysostomus, in Epistolæ ad Timotheum scriptæ interpretatione sic ait : Mediator amborum consors est, quorum scilicet est mediator. Quippe mediatoris est, ut conjunctus eorum utrique, quorum mediator est, participet. Ac paulo post : Si ergo non conjunctus est cum natura Patris, non est mediator, sed est ab eo separatus. Quemadmodum enim cum hominum natura conjunctus est, quoniam ad homines venit : ita et cum Dei natura, quoniam a Deo venit. Cum hisce sanctis Patribus consentiens sancta illa, magnaque et universalis synodus, Chalcedone nutu Dei pioque decreto Augustorum congregata, statuit unum et eumdem esse Christum, Filium, Dominum, Unigenam, in naturis duabus citra confusionem, mutationem, divisionem, separationem adagnitum : nequaquam naturarum discrimine sublato propter unitionem, sed salva potius proprietate utriusque naturæ, ac in unam personam et unam hypostasin coeunte : non in duas personas partitum vel divisum, sed unum et eumdem Filium unigenam, Deum Sermonem, Dominum Jesum Christum.

Ὁ ΚΑΘ. Ὅλως τὸ λέγειν δύο φύσεις, ἔμφασιν εἰσάγει διαιρέσεως· καὶ δέδοικα, μήπως φεύγοντες τὸ τοῦ Εὐτυχοῦς τὸ μίαν φύσιν λέγειν, εἰς τὸ τοῦ Νεστορίου ἐμπέσωμεν βάραθρον, διὰ τὰς δύο φύσεις δύο πρόσωπα παρεισάγοντος.

GEN. Omnino duas dicere naturas, speciem quamdam divisionis introducit : ac vereor equidem, ne devitato Eutychetisis barathro, quod est unam naturam dicere, in Nestorii barathrum incidamus, per duas naturas, duas personas introducentes.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ἀλλ' ὁ Νεστόριος δύο φύσεις ἔλεγε κεχωρισμένας, οὐχ ἡνωμένας εἰς πρόσωπον ἕν. Καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ ἐν ἁγίοις Κύριλλος, ἐν τῇ πρὸς Εὐλόγιον ἐπιστολῇ φησιν· Οὕτω καὶ ἐπὶ Νεστορίου, κἂν λέγει δύο φύσεις, σημαίνων τὴν διαφορὰν τῆς σαρκὸς καὶ τοῦ Θεοῦ Λόγου, (ἑτέρα γὰρ ἡ τοῦ Λόγου φύσις, καὶ ἑτέρα ἡ τῆς σαρκός·) ἀλλ' οὐκέτι τὴν ἕνωσιν ὁμολογεῖ μεθ' ἡμῶν. Ἡμεῖς γὰρ ἑνώσαντες ἑαυτὰς, ἕνα Χριστὸν, ἕνα Υἱὸν, ἕνα Κύριον ὁμολογοῦμεν, καὶ μίαν φύσιν τοῦ Λόγου σεσαρκωμένην. Βάδιζε οὖν σὺ, κατὰ τὴν τοῦ σοφοῦ Σολομῶντος παραγγελίαν, μήτε εἰς τὰ δεξιὰ, μήτε εἰς τὰ ἀριστερὰ, ἀλλὰ τὴν μέσην καὶ βασιλικὴν ὁδόν. Τέσσαρες γὰρ εἰσιν αἱρέσεις ἐκ διαμέτρου ἀλλήλαις μαχόμε-

THEOR. Nestorius vero duas naturas separatas aiebat, non unitas in unam personam. Atque hoc sane denotans sanctus ille Cyrillus, in epistola, quam ad Eulogium scripsit, ait : Sic et in causa Nestorii. Quamvis duas naturas, discrimen carnis et Sermonis significans, dicat (alia namque natura Sermonis est, alia carnis), unionem tamen nobiscum non confitetur. Nos enim his unitis, unum Christum, unum Filium, unum Dominum confitemur ; unam denique naturam Sermonis incarnatam. Tu igitur, juxta sapientis illius Salomonis admonitionem, nec ad sinistram incesseris, sed media regiaque via. Sunt enim quatuor hæreses ex diametro inter se pugnantes : duæ de divinitate, ac duæ de

humana natura. In divinitate Sabellius quidem aiebat esse naturam unam, et unam hypostasin; Arius vero tres hypostases, ac tres naturas diversas et alienas a se invicem. Nos vero nec in unum tria commiscemus ne Sabellii morbo laboremus, nec in tria peregrina et aliena inter se dividimus ne in Arii furorem incidamus; sed naturam unam in tribus hypostasibus prædicamus. Rursum de incarnatione Dei Sermonis velut ex diametro inter se pugnabant Nestorius et Eutyches. Quippe Nestorius aiebat duas naturas separatas et duas personas, et duos Christos, et duos Filios: Eutyches vero naturam unam et unam hypostasin. Nos autem dicimus unam hypostasin, unum Christum, unum Filium, in duabus perfectis naturis, divinitate, inquam, et humanitate, inseparabiliter et citra confusionem unitis. Itaque semita media regiaque, sicuti diximus, incedito (quemadmodum Gregorius ille Theologus ait: Medium cum dico, veritatem intelligo, ad quam solam si respiciemus, recte faciemus), nec est quod numerum duorum reformides. Quemadmodum enim, cum in divinitate tres hypostases dicimus, nullam naturæ divisionem facimus: sic et in hac dispensatione, cum duas naturas dicimus, nullam ipsius hypostasis divisionem facimus. Atque hoc illud est, quod Gregorius Theologus in II ad Cledonium libro dicit: Dico autem aliud atque aliud, versa vice atque in Trinitate res habet. Illic enim alius atque alius, ne hypostases confundamus; non autem aliud atque aliud; quia tria sunt unum et idem quoad divinitatem. Recte vero quamlibet seriem verborum religiosi hujus theologi considerà: Dico, inquit, in Christo, aliud atque aliud. Nam aliud neutro genere positum, naturam significat; adeoque aliam atque aliam naturam in Christo dicit. Alius vero significat hypostasin. Ideo subjecit: Non alius atque alius. Etiam illud inspice: Versa vice atque in Trinitate res habet. Nam in Trinitate una natura est, sed non itidem una hypostasis. In Christo autem una hypostasis est, at non itidem una natura. Hoc scilicet denotat illud: Vice versa. Nam ibi natura una est, ac tres hypostases: hic autem una hypostasis, et duæ naturæ.

νει· δύο ἐπὶ τῆς θεότητος, καὶ δύο ἐπὶ τῆς ἀνθρωπότητος. Ἐπὶ μὲν τῆς θεότητος, ὁ μὲν Σαβέλλιος ἔλεγε μίαν φύσιν, καὶ μίαν ὑπόστασιν· ὁ δὲ Ἄρειος, τρεῖς ὑποστάσεις, καὶ τρεῖς φύσεις ἀφύλους. Ἡμεῖς δὲ οὔτε εἰς ἓν τὰ τρία συναλείφομεν, ἵνα μὴ τοῦ Σαβελλίου νόσον νοσήσωμεν, οὔτε διαιροῦμεν εἰς τρία ἄφυλα καὶ ἀλλότρια, ἵνα μὴ τὰ Ἀρείου μανῶμεν· ἀλλὰ μίαν φύσιν ἐν τρισὶ κηρύττομεν ὑποστάσεσι. Πάλιν ἐπὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Θεοῦ Λόγου ὥσπερ ἐκ διαμέτρου ἐμάχοντο πρὸς ἀλλήλους ὅτε Νεστόριος καὶ ὁ Εὐτυχής. Ὁ μὲν γὰρ Νεστόριος ἔλεγε δύο φύσεις κεχωρισμένας, καὶ δύο πρόσωπα, καὶ δύο Χριστοὺς, καὶ δύο υἱούς· ὁ δὲ Εὐτυχής, μίαν φύσιν, καὶ μίαν ὑπόστασιν. Ἡμεῖς δὲ μίαν ὑπόστασιν, ἕνα Χριστὸν, ἕνα Υἱὸν ἐν δύο φύσεσι τελείαις, θεότητι λέγω καὶ ἀνθρωπότητι, ἀχωρίστως καὶ ἀσυγχύτως ἡνωμένας. Βάδιζε οὖν τὴν μέσην καὶ βασιλικὴν, ὡς ἐροῦμεν, τρίβον (ὡς φησιν ὁ Θεολόγος Γρηγόριος· Μεσότητα δὲ ὅταν εἴπω, τὴν ἀλήθειαν λέγω, πρὸς ἣν βλέπειν καλῶς ἔχομεν μόνην), μὴ φοβηθεὶς τὸν ἀριθμὸν τῶν δύο. Ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῆς θεότητος τρεῖς ὑποστάσεις λέγοντες, οὐ ποιοῦμεν διαίρεσιν φύσεως· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς οἰκονομίας δύο φύσεις λέγοντες, οὐ ποιοῦμεν διαίρεσιν ὑποστάσεως. Καὶ τοῦτό ἐστιν, ὅπερ ὁ Θεολόγος Γρηγόριος ἐν τῷ πρὸς Κληδόνιον δευτέρῳ λόγῳ φησί· Λέγω δὲ ἄλλο, ἐμπαλίν ἢ ἐπὶ τῆς Τριάδος ἔχει. Ἐκεῖ μὲν γὰρ ἄλλος καὶ ἄλλος, ἵνα μὴ τὰς ὑποστάσεις συγχέωμεν, οὐκ ἄλλο δὲ καὶ ἄλλο· ἓν γὰρ τὰ τρία, καὶ ταὐτὸν τῇ θεότητι. Καὶ ἐνθένδε καλῶς ἑκάστην τάξιν τοῦ ἱεροῦ θεολόγου. Λέγω δὲ, φησὶν, ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ ἄλλο καὶ ἄλλο. Τὸ γὰρ ἄλλο οὐδετέρως τιθέμενον, τὴν φύσιν δηλοῖ, ἤτοι ἑτέραν καὶ ἑτέραν φύσιν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ λέγει· τὸ δὲ ἄλλος, σημαίνει τὴν ὑπόστασιν. Διὸ ἐπήγαγεν· Οὐκ ἄλλος καὶ ἄλλος. Ὅρα δὲ καὶ τὸ, Ἐμπαλιν ἢ ἐπὶ τῆς Τριάδος ἔχει. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς Τριάδος μία φύσις ἐστὶν, ἀλλ' οὐχὶ καὶ μία ὑπόστασις· ἐπὶ δὲ τοῦ Χριστοῦ, μία ὑπόστασις, ἀλλ' οὐχὶ καὶ μία φύσις. Καὶ τοῦτό ἐστι τὸ, Ἐμπαλιν. Ἐκεῖ μὲν γὰρ μία φύσις, καὶ τρεῖς ὑποστάσεις· ἐνταῦθα δὲ μία ὑπόστασις καὶ δύο φύσεις.

His dictis, religiosissimus episcopus Gregorius, sanctissimi Generalis consobrinus, voce magna exclamabat: Ego Romanus sum. Anathema non dicenti duas in Christo naturas!

Τούτων ῥηθέντων, ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Γρηγόριος, ὁ τοῦ ἁγιωτάτου καθολικοῦ ἀνεψιὸς, ἐβόησε φωνῇ μεγάλῃ· Ἐγὼ Ῥωμαῖός εἰμι· ἀνάθεμα τῷ μὴ λέγοντι δύο φύσεις ἐν τῷ Χριστῷ.

Postridie religiosissimus Sappirii episcopus advenit: itaque cum illo Generalis seorsum ea communicabat, quæ de proposita quæstione dicta fuissent. Etiam ostendit ei quascunque sanctorum hominum auctoritates habebat, duas in Christo naturas dicentium. At is, quod disertus esset, ad libitum suum eas pervertebat. Itaque cum Generalis eum valde resistentem, ac repugnantem deprehenderet, non accessebat, et his verbis utebatur: Petrus hic episcopus, qui præsens est, colloqui

Τῇ ἐπαύριον ἦλθεν ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Σαππιρίου. Ἀνεκοινώσατο οὖν αὐτῷ ὁ καθολικὸς χωρὶς ἡμῶν τὰ λαληθέντα περὶ τοῦ προκειμένου ζητήματος. Ἔδειξε δὲ αὐτῷ καὶ ὅσας εἶχε χρήσεις ἁγίων, δύο λεγούσας φύσεις ἐν τῷ Χριστῷ. Ὁ δὲ διεστρεφεν αὐτὰς, λόγιος ὤν, εἰς τὸ ἑαυτοῦ θέλημα. Ὡς οὖν εὗρεν αὐτὸν ὁ καθολικὸς σφοδρῶς ἐνιστάμενον καὶ ἀντιπαλαίοντα, μετεκαλέσατο ἡμᾶς, καὶ φησὶ πρὸς ἡμᾶς· Ὁ παρὼν ἐπίσκοπος Πέτρος θέλει μετὰ σοῦ διαλεχθῆναι περὶ μέσον ἡμῶν καὶ

ὑμῶν ὑποθέσεως. Ἔλεγε γαρ ὅτι ὁ ἐν ἁγίοις Κύριλλος μίαν φύσιν λέγει μετὰ τὴν ἕνωσιν.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ποῦ λέγει τοῦτο, δέσποτα ἐπίσκοπε, ὁ ἅγιος Κύριλλος;

Ὁ ἘΠΙΣΚ. Ἐν τῇ δευτέρᾳ πρὸς Σούκενσον ἐπιστολῇ, κατὰ τῶν λεγόντων· Εἰ μία φύσις γέγονε μετὰ τὴν ἕνωσιν, ἀνάγκη παθεῖν αὐτὸν εἰς τὴν ἰδίαν φύσιν· οὕτω κατὰ ῥῆμά φησι. Ποῖα τοίνυν παθεῖν αὐτὸν ἀνάγκη εἰς ἰδίαν φύσιν εἰ λέγοιτο μετὰ τὴν ἕνωσιν μία φύσις Υἱοῦ σεσαρκωμένη; Ὁρᾷς ὅτι μετὰ τὴν ἕνωσιν μίαν φύσιν λέγει.

Ὁ ΘΕΩΡ. Καὶ ποία ἐστὶν ἡ ἰδία φύσις τοῦ Υἱοῦ, εἰς ἣν οὐκ ἔστιν ἀνάγκη παθεῖν αὐτόν;

Ὁ ἘΠΙΣΚ. Ἡ θεότης τοῦ Υἱοῦ.

Ὁ ΘΕΩΡ. Οὐκ ἔπαθεν οὖν ὁ Υἱὸς εἰς ἰδίαν φύσιν;

Ὁ ἘΠΙΣΚ. Μὴ γένοιτο! ἡ γὰρ θεία φύσις οὐ πέφυκε πάσχειν.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ἔπαθε δὲ ὅμως κατ' ἀλήθειαν ὁ Χριστός;

Ὁ ἘΠΙΣΚ. Ναὶ, ἀλλ' εἰς τὴν ἡμετέραν φύσιν· αὕτη γὰρ πέφυκε πάσχειν.

Ὁ ΘΕΩΡ. Δύο οὖν ἔσχεν ὁ Χριστὸς φύσεις, μίαν πεφυκυῖαν πάσχειν, καὶ μίαν μὴ πεφυκυῖαν πάσχειν.

Ἐν τούτοις τοῦ εὐλαβεστάτου Πέτρου φιμωθέντος, ἀναστὰς ὁ ἄνωθεν ῥηθεὶς εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Γρηγόριος, ἔφη· Ἐγὼ Ῥωμαῖός εἰμι, καὶ ὡς οἱ Ῥωμαῖοι φρονῶ.

Καὶ μεθ' ἡμέρας δύο πάλιν μεταπεμφθέντες ἀνήλθομεν εἰς τὸ ὑπερῷον πρὸς τὸν ἁγιώτατον Καθολικὸν, καὶ καθεσθέντων ἡμῶν, εἶπε πρὸς πάντας· Οὐκ ἔστιν οὐδεμία ἀμφιβολία, δύο φύσεις λέγειν ἐν τῷ Χριστῷ, ἐὰν ἡνωμένας ταύτας ὁμολογῶμεν ἀδιασπάστως εἰς μίαν ὑπόστασιν, καθά φησιν ὁ ἅγιος Κύριλλος, ἐν τῇ πρώτῃ πρὸς Σούκενσον ἐπιστολῇ. Οὐκοῦν ὅσον μὲν ἦκεν εἰς ἔννοιαν καὶ εἰς μόνον τὸ ὁρᾶν τοῖς τῆς ψυχῆς ὄμμασι τίνα τρόπον ἐνηνθρώπησεν ὁ Μονογενὴς, τὰς δύο φύσεις εἶναί φαμεν ἑνωθείσας· ἕνα δὲ Χριστὸν, καὶ Υἱὸν, καὶ Κύριον, τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον ἐνανθρωπήσαντα καὶ σεσαρκωμένον. Ἀλλὰ δὴ καὶ πάντες οἱ τῆς Ἐκκλησίας φωστῆρες, ὧν ἄνω ὁ φιλόσοφος τὰς χρήσεις ἤγαγε, τοῦτο διαῤῥήδην βοῶσι. Καὶ λοιπὸν τοῖς προφανέσι καὶ φανεροῖς ἀντιμάχεσθαι, καὶ ἀληθέσιν, οὐκ ἔστι Χριστιανοῦ. Καὶ περὶ μὲν τούτων ἀπὸ τοῦ νῦν κοπιᾶν οὐ θέμις· ἀλλὰ τί κωλύει καὶ δύο φύσεις ὁμολογεῖν, ἐπὶ τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ, καὶ μίαν φύσιν, διὰ τὸ ἀδιαίρετον καὶ ἀχώριστον τῆς τῶν φύσεων ἑνώσεως; εὑρίσκομεν γὰρ τὸν ἅγιον Κύριλλον ἐν τῇ δευτέρᾳ πρὸς Σούκενσον ἐπιστολῇ οὕτω σαφῶς λέγοντα· Οὐ γὰρ ἐπὶ μόνων τῶν ἁπλῶν κατὰ φύσιν τὸ ἓν ἀληθῶς λέγεται, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν κατὰ σύνθεσιν συνηγμένων. Ὁποῖόν τι χρῆμά ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος; Ἑτερεοειδῆ μὲν γὰρ τὰ τοιαῦτα, καὶ ἀλλήλοις οὐχ ὁμοούσια· ἑνωθέντα γε μὴν, μίαν ἀνθρώπου φύσιν ἀπετέλεσαν. Ἐπειδὴ

locum de argumento, quod inter nos tractamus, cupit. Ait enim, sanctum virum Cyrillum unam dicere naturam post unitionem.

THEOR. Ubinam hoc, domine episcope, sanctus Cyrillus dicit?

EPISC. In secunda ad Successum epistola, adversus eos qui dicunt: Si una natura facta est post unitionem, necesse est eum in natura sua passum; sic ad verbum ait: Qualia vero passum ipsum in natura propria necesse est, si post unitionem, una Filii natura dicatur incarnata? Videsne, quod post unitionem, unam naturam dicat?

THEOR. Et quænam est illa propria Filii natura, in qua necesse non est, eum esse passum?

EPISC. Divinitas Filii.

THEOR. Ergo Filius in natura propria non est passus?

EPISC. Abeit hoc! Quippe natura divina sic comparata non est, ut pati possit.

THEOR. Tamen reapse Christus passus est.

EPISC. Vere, sed in natura nostra, quæ sic comparata est, ut patiatur.

THEOR. Ergo Christus naturas duas habebat, unam sic comparatam, ut pateretur: alteram, ut non pateretur.

His cum obturatum esset os religiosissimo Petro, supradictus religiosissimus episcopus Gregorius surgens: Ego Romanus sum, inquit, et cum Romanis sentio.

Post biduum rursus arcessiti, ascendimus in cœnaculum, ad sanctissimum Generalem. Cumque consedissemus, omnes sic allocutus est: Nihil ambigui est, duas in Christo naturas dicere, si confiteamur eas unitas inseparabiliter in unam hypostasin, quemadmodum sanctus ille Cyrillus in prima ad Successum epistola loquitur: Quantum, inquiens, mente atque oculis animi duntaxat videre possumus, quo pacto Unigenitus ille factus sit homo: duas esse naturas dicimus unitas, at unum Christum et Filium, et Dominum, Dei Sermonem, qui homo factus et incarnatus est. Quinetiam omnia illa lumina Ecclesiæ, quorum auctoritates antea philosophus adduxit, hoc ipsum expresse clamant. Itaque manifestis et apertis et veris adversari, non est hominis christiani. Ac de his quidem posthac minime laborandum. Quid autem prohibet, quominus et duas naturas in uno Christo, et unam naturam, propter expertem divisionis et separationis naturarum unionem, confiteamur? Quippe sanctum illum Cyrillum in altera ad Successum epistola, sic diserte dicentem, reperimus: Non de iis duntaxat, quæ natura simplicia sunt, unum vere dicitur: sed etiam de illis quæ compositione copulata sunt. Quale quiddam est homo, ex anima et corpore constans. Nam ea diversæ sunt formæ, nec ejusdem inter se substantiæ: verum unita, naturam hominis unam absolvunt. Quoniam igitur ex

animo et corpore, quæ diversæ naturæ sunt, una natura hominis absolvitur atque dicitur : non absurdum arbitror, ex divinitate humanitateque Christi, unam ab-olvi dicique naturam. Hoc solvito, ac satisfactum nobis erit.

THEOR. Satis erat magnæ sanctitati tuæ ad hoc, ut perspiceres, non unam esse dicendam naturam in Christo post unionem, prolata sancti viri, Gregorii Theologi, a nobis auctoritas, quæ exstat in altera de Filio oratione, ac hujusmodi verba continet : Licet utraque natura copulata, sit quiddam unum ; non tamen hoc a natura est, sed propter coitionem. Cum ergo dicit : Non hoc a natura est, clare scilicet prohibet, ne utraque copulata, unum natura dicantur. Quid dilucidius hoc requiris?

GEN. Sic textus in Armenica Scriptura non habet.

THEOR. Mendosus est ergo liber tuus.

Mox Theorianus, qui ejus dicti Syriacam interpretationem excerptam haberet, eam Generali porrigens, ait : Lege, domine. Generalis autem arcessito quodam ex iis qui Syriace legere nossent, legi jussit, et ita scriptum reperit, uti Theorianus dixerat. Itaque Theorianus : Hoccine sufficit, inquit, domine? an etiam et aliam requiris auctoritatem? nam equidem Syriace non novi, sed ita perscriptum in Syrorum libris Cessuvii reperi ; atque hoc reperto, maximopere gavisus sum.

GEN. Mihi sane videtur, ad ejusmodi erroris agnitionem, non esse opus ampliori refutatione. Nam qui assentiri sancto viro Athanasio non vult, modo Christianus est, tantopere occlamanti eorum vesaniæ, qui corpus ejusdem esse cum Sermone substantiæ nugantur, et quaternionem in Divinitate loco Trinitatis, fieri somniant: cuinam mortalium, nunc in terris existenti, sit assensurus, equidem non video. Quia tamen complures, aut omnino Litteras sacras non legunt, aut legunt illi quidem, sed aliud quasi agentes, non studiose; qua de causa mentem earum intimam ignorant: recte feceris, et acceptum Deo, nobisque gratum præstiteris, si errorem eorum confutaveris; modo id tibi placeat, et alia facere via possis.

THEOR. Multi Satanæ, qui malis oblectatur, et genus humanum odit, exstitere discipuli, vel instrumenta potius, ad multorum perniciem. Qualis erat abominabilis ille Severus, qui Antiochiæ thronum per tyrannidem obtinuit. Is minime præceptum illud reveritus, quo dicitur: Exsecrabilis, qui in itinere cæco causam erroris præbet, plurimos in errorem a recta devocatos via, in perniciei barathrum miserabiliter præcipitavit; cum facere diversum deberet, nimirum ab errore ad veritatem diverfere. Quod quidem et præsulatus ipsius ab eo requirebat. Verum et ab auribus, et multo magis a corde rejectis Dei mandatis, quæ ita præcipiunt: *Per portas meas ingredimini, et iter populo sternite, deque via lapides amovete*[7], id operam dedit, ut non ad structuram illius vivi templi, sed potius ad ruinam et offensionem plurium, lapides in via vitæ per infamiam spargeret, adeoque verbis et scriptis naturam Emmanuelis unam tradidit; veritus ne Trinitatis loco quaternio fieret; haud cogitans miser, uti quidem videtur, nomen Trinitatis non habere significationem naturæ, sed numeri personarum vel hypostasium. Quo igitur modo collegit ille quaternionem, cum nos minime confiteamur Dei Sermonem assumpsisse hypostasin, sed nostrum illud in seipso constituisse? adeoque statuamus, Emmanuelem esse unam hypostasin, et unum Filium? Quod si novus ac vanus ille theologus tres naturas

[7] Jerem. L. 26.

in sancta Trinitate confitetur, deinde natura Emmanuelis humana, quam nos confitemur, ad suas illas tres naturas adjuncta, pro Trinitate quaternionem fieri concludit : optime id quidem facit. Quippe seipsum artificiose periteque separat ab uno solo Deo, et ad opinionem de pluribus diis deflectit. Sin unam divinitatis naturam et ipse confitetur, duasque naturas in Christo : undenam ei naturarum quaternio proficiscatur, scire nequeo. Nec item fieri potest, ut Trinitate quaternionem hypostasium, absque alterius hypostasis accessione cogitemus.

His dictis, oculos Generalis in Syrum illum episcopum conjecit. Cumque videret eum vultu in terram deflexo, nequaquam suspicere, conversus ad Theorianum, innuebat ei, Syrum uti aspiceret. At is, Syrum intuitus, subrisit; et ad Generalem ait : Est, domine, quod insignem sanctitatem tuam interrogem; teque obsecro ne tibi grave sit ejus indicare solutionem.

GEN. Si Deus intellectum ejus mihi dederit, non gravabor illam tibi exponere.

THEOR. Sint hic, velut in hypothesi, tria igne potiora, quæ tamen unius naturæ sint, auri scilicet. Si horum unum in ignem conjecero, plane ignitum illud duarum naturarum erit ; ignis, inquam, et auri. Deinde hoc unito reliquis duobus necdum ignitis, interrogo, quotnam sint hæc ignita ? Triane, ceu prius? an propter ignis naturam facta sunt quatuor ?

GEN. Hujus interrogationis solutionem exponat Joannes religiosissimus episcopus Cessunii.

THEOR. Quid vero sanctitatis tuæ prudentia dicit ? Ignisne natura numerum sive quantitatem trium illorum auxit, annon ?

GEN. Mihi quidem non auxisse videtur.

THEOR. Atqui prius hæc tria unius erant naturæ, nunc in uno duæ naturæ conspiciuntur.

GEN. Hoc quoque in confesso est.

THEOR. Non igitur est necesse, trinitatem illorum ignis vi potiorum, fieri quaternionem, propter alteram illam naturam, videlicet ignis ?

GEN. Non est necesse.

THEOR. Ineptiunt ergo, qui dicunt, necessario nobis quaternionem pro Trinitate confitendam, si naturas duas in Christo demus.

His dictis, surgens ille Syrus episcopus, nullo verbo prolato, cœnaculo cum sacerdotibus suis egressus est. Interrogatus autem a sacerdotibus suis, cur nihil cum philosopho locutus esset : non sibi licere dixit, in aliena synodo de hujusmodi rebus loqui, sine mandato patriarchæ sui.

Tunc exsurgens Stephanus doctor ait : Rogo sanctitatem vestram ut parumper me audiatis. Postquam ei copia dicendi data est : Quidam, inquit, ludimagister cœpit puerulum edocere, aiebatque ipsi : Dic *Alpha*. Is autem nolebat dicere. Rursus ludimagister aiebat ipsi : Dic *Alpha*. Is vero similiter

A τὴν πρὸς ἡμῶν ὁμολογουμένην ἀνθρωπίνην φύσιν ἐν τῷ Ἐμμανουὴλ ταῖς αὐτοῦ προσθεὶς τρισὶ φύσεσι, συμπεραίνει ἀντὶ Τριάδος τετράδα γίνεσθαι, ἄριστα τοῦτο ποιεῖ. Εὐτέχνως γὰρ καὶ ἐπιστημόνως ἀποσχοινίζει ἑαυτὸν τοῦ μόνου Θεοῦ, καὶ εἰς πολυθεΐαν ἐξοστρακίζεται. Εἰ δὲ μίαν θεότητος φύσιν ὁμολογεῖ καὶ αὐτός, δύο δὲ φύσεις ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ, οὐκ οἶδα, πόθεν αὐτῷ ἡ τετρὰς τῶν φύσεων ἐπεισέρχεται. Ὑποστάσεων δ' αὖ τετράδα, δίχα προσθήκης ἑτέρας ὑποστάσεως, τὴν Τριάδα νοεῖν, ἀμήχανον.

Τούτων οὕτω ῥηθέντων, ὁ Καθολικὸς τῷ Σύρῳ ἐπισκόπῳ ἐνητένισεν. Ὡς οὖν ἑώρα τοῦτον εἰς γῆν ἔχοντα τὸ ὄμμα καὶ μηδαμῶς ἀνανεύοντα, στραφεὶς πρὸς τὸν Θεωριανόν, ἐνένευεν αὐτῷ βλέψαι πρὸς B τὸν Σύρον. Ὁ δὲ βλέψας, ὑπεμειδίασε· καὶ φησι πρὸς τὸν Καθολικόν· Δέσποτα, ἐρώτημα ἔχω πρὸς τὴν μεγάλην ἁγιωσύνην σου, καὶ παραιτοῦμαι, μὴ κατοκνήσῃς εἰπεῖν μοι τὴν τούτου λύσιν.

Ὁ ΚΑΘ. Ἐὰν ὁ Θεὸς δώσει μοι τὴν τούτου γνῶσιν, οὐ κατοκνήσω ταύτην εἰπεῖν σοι.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ἔστωσαν ὡς ἐν ὑποθέσει ἐνταῦθα ὑπέρπυρα τρία, μιᾶς ὄντα φύσεως, χρυσοῦ δηλονότι. Ἐὰν οὖν τούτων ἓν πυραχτήσω, ἔσται πάντως τὸ πεπυραχτωμένον δύο φύσεων, λέγω δὴ πυρὸς καὶ χρυσοῦ. Εἶτα ἑνώσας τοῦτο τοῖς λοιποῖς δυσὶ τοῖς μὴ πεπυραχτωμένοις, ἐρωτῶ πόσα νῦν εἰσι ταῦτα τὰ ὑπέρπυρα ; Τρία, ὡς πρώην ; ἢ διὰ τὴν φύσιν τοῦ πυρὸς ἐγένοντο τέσσαρα ;

C Ὁ ΚΑΘ. Τούτου τοῦ ἐρωτήματος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Κεσσουνίου Ἰωάννης εἰπῇ τὴν λύσιν.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ἡ σύνεσις δὲ τῆς ἁγιωσύνης σου τί λέγει ; Ἡ φύσις τοῦ πυρὸς ηὔξησε τὸν ἀριθμὸν ἤτοι τὸ ποσὸν τῶν τριῶν, ἢ οὔ ;

Ὁ ΚΑΘ. Ἔμοιγε τέως δοκεῖ, ὅτι οὐκ ηὔξησεν.

Ὁ ΘΕΩΡ. Καὶ μὴν πρώην μιᾶς ἦσαν φύσεως τὰ τρία, νυνὶ δὲ ἐν τῷ ἑνὶ δύο καθορῶνται φύσεις.

Ὁ ΚΑΘ. Ὁμολογεῖται καὶ τοῦτο.

Ὁ ΘΕΩΡ. Οὐκ ἀνάγκη λοιπὸν τὴν τριάδα τῶν ὑπερπύρων τετράδα γενέσθαι διὰ τὴν ἑτέραν φύσιν, ἤτοι τοῦ πυρός ;

Ὁ ΚΑΘ. Οὐκ ἀνάγκη.

Ὁ ΘΕΩΡ. Περιττολογοῦσιν ἄρα οἱ λέγοντες, Ἀνάγκη τετράδα ἀντὶ Τριάδος ὁμολογεῖν, εἰ δύο φύσεις D ἐν τῷ Χριστῷ δώσομεν.

Τούτων οὕτω ῥηθέντων, ὁ Σύρος ἐπίσκοπος ἀναστὰς ἐξῆλθε τοῦ ἀνωγαίου μετὰ τῶν ἱερέων αὐτοῦ, μηδὲν ἐπειπών. Ἐρωτηθεὶς δὲ παρὰ τῶν αὐτοῦ ἱερέων, διά τί οὐκ ἐλάλησάς τι πρὸς τὸν φιλόσοφον ; εἶπεν ὅτι, Οὐκ ἔξεστί μοι ἐν ἀλλοτρίᾳ συνόδῳ περὶ τῶν τοιούτων λαλεῖν (1) ἄνευ τοῦ ἐμοῦ πατριάρχου.

Ἐν τούτοις ἀναστὰς Στέφανος ὁ διδάσκαλος εἶπε· Παρακαλῶ τὴν ἁγιωσύνην ὑμῶν ἀκοῦσαί μου μικρόν. Ὡς δὲ ἐπετράπη αὐτῷ λαλῆσαι, εἶπε· Διδάσκαλός τις ἤρξατο μαθητεύειν παιδάριον, καὶ ἔλεγεν αὐτῷ, Εἰπὲ *ἄλφα*. Τὸ δὲ οὐκ ἤθελεν εἰπεῖν. Καὶ πάλιν ὁ διδάσκαλος ἔλεγεν αὐτῷ, Εἰπὲ *ἄλφα*. Τὸ δὲ

(1) Hactenus editio. Pergunt deinde codices Vaticani.

ὁμοίως ἐσιώπα. Εἶτα ἀγαναχτήσας ὁ διδάσκαλος λέγει τῷ παιδαρίῳ, Διὰ τί οὐ λέγεις; Τὸ δὲ ἔφη, Φοβοῦμαι εἰπεῖν *ἄλφα*, ἵνα μή με ἀναγκάσῃς εἰπεῖν καὶ τὰ ἑξῆς. Τοῦτο λέγω κἀγώ, Ἐὰν ὁμολογήσωμεν δύο φύσεις ἐν τῷ Χριστῷ, ἀνάγκη πάντως ἡμᾶς καὶ δύο ἐνεργείας, καὶ δύο θελήματα εἰπεῖν· καὶ ἔσται ὁ εἷς Χριστὸς θέλων καὶ μὴ θέλων τὸ αὐτὸ καὶ ἓν πρᾶγμα, καί τις μάχη καθ' ἑαυτοῦ ἔσται τῷ ἑνί· ὃ οὐδὲ τῷ τυχόντι ἀνθρώπῳ συμβῆναι πρέπον ἢ ἐνδεχόμενον εἴποι τις ἄν.

ΘΕΩΡ. Τοῦ λέγοντος δύο θελήματα ἀλλήλοις ἐναντιούμενα, καὶ δύο ἐνεργείας μαχομένας ἀλλήλαις ἐν τῷ ἑνὶ Χριστῷ, ὦ διδάσκαλε, οὐδὲ ἀκοῦσαι ποσῶς ἀνεχόμεθα. Εἶχε μὲν γὰρ τὸ πεφυκέναι θέλειν ὁ σαρκωθεὶς Λόγος ὡς ἄνθρωπος, τῷ αὐτῷ θείῳ θελήματι κινούμενόν τε καὶ τυπούμενον, οὐκ ἐναντιούμενον. Τὸ γὰρ ἐκείνου θέλειν, φησὶν ὁ θεῖος Γρηγόριος, οὐδὲν ὑπεναντίον Θεῷ, θεωθὲν ὅλον. Εἰ δὲ τεθέωτο, τῇ τοῦ θεοῦντος δηλονότι συμφυΐᾳ τεθέωτο· τὸ θεοῦν καὶ θεούμενον, δύο πάντως ἀλλ' οὐχ ἕν, εἴπερ τῶν πρός τι τό τε θεοῦν καὶ τὸ θεούμενον. Τὰ δὲ πρός τι, πάντως ἀλλήλοις συνεισάγεσθαι πέφυκε, καὶ θατέρῳ συνεπινοεῖσθαι θάτερον· εἶχε μὲν οὖν θέλημα φυσικὸν ὡς ἄνθρωπος ὁ Σωτὴρ, τῷ αὐτῷ θείῳ θελήματι τυπούμενον, οὐκ ἐναντιούμενον· οὐ γὰρ ἠναντίωται παντάπασι τῷ Θεῷ τὸ φυσικὸν, ἐπεὶ τὸν Ποιητὴν αἰτιατέον πεποιηκότα τὸ φύσει μαχόμενον.

Στέφανος ὁ διδάσκαλος εἶπε· Τὴν μίαν ὑπόστασιν δύο λέγειν θελήσεις ἔχειν, τῶν ἀδυνάτων καὶ ἀμηχάνων καὶ ἀπιθάνων ἐστί. Πῶς γὰρ μερισθήσεται ὁ εἷς καθ' ἑαυτόν;

ΘΕΩΡ. Ὁμολογεῖς τὸν Χριστὸν πεινῆσαι καὶ διψῆσαι καὶ νυστάξαι καὶ κοπιάσαι, ὡς κατὰ ἀλήθειαν ἄνθρωπον ὄντα, ἢ οὔ;

Ὁ ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΣ. Πῶς γὰρ οὔ; Ἄνθρωπος ὢν, κατὰ ἀλήθειαν, οὐ κατὰ φαντασίαν, εἶχε ταῦτα.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ἆρα οὖν, πεινῶν ἤθελε φαγεῖν, καὶ διψῶν ἤθελε πιεῖν, καὶ νυστάζων ὑπνῶσαι, καὶ τἆλλα ὡσαύτως;

Ὁ ΔΙΔΑΣΚ. Μάλιστα ἤθελε, καὶ καθ' ὃ Θεὸς, ἵνα ἡ ἁγία αὐτοῦ σὰρξ φάγῃ.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ἄλλως ἐξελάβου τὸ *καθ'* ὅ, οὐ κατὰ τὸ κυρίως σημαινόμενον αὐτοῦ. Πλὴν ἕψομαί σοι. Ἤθελε, φῄς, καὶ καθ' ὃ Θεὸς ἵνα ἡ ἁγία αὐτοῦ σὰρξ φάγῃ;

Ὁ ΔΙΔΑΣΚ. Ὀρθότατα λέγεις.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ἡ σὰρξ αὐτοῦ ἤτοι ἡ ἀνθρωπότης αὐτοῦ ἤθελεν ἵνα φάγῃ ἡ θεότης αὐτοῦ;

Ὁ ΔΙΔΑΣΚ. Οὔ.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ἡ δὲ θεότης αὐτοῦ ἤθελεν ἵνα φάγῃ αὕτη;

Ὁ ΔΙΔΑΣΚ. Ἄπαγε.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ἆρα οὖν τί ἐκ τούτων συνάγεται; Ὅτι καὶ δύο, καὶ οὐκ ἐναντιούμενα. Ἡ μὲν γὰρ σὰρξ ἤθελε φαγεῖν καὶ πληρῶσαι τὰ τροφοβόχα ἀγγεῖα αὐ-

silebat. Tum ludimagister stomachans ait puerulo: Cur non loqueris? qui respondit: *Alpha* dicere expavesco, ne me deinceps cæteras quoque litteras pronuntiare cogas. Eadem ego responsione utor. Nam si duas in Christo fatebimur naturas, prorsus opus erit duas quoque dicere operationes et duas voluntates: atque ita unus idemque Christus unam eamdemque rem volet et nolet, et pugna quædam adversus se ipsum uni subjecto erit: quod quidem ne cuilibet quidem homini accidere vel congruum vel probabile quispiam dixerit.

THER. Eum qui dicat duas invicem contrarias voluntates, et duas discordes in Christo operationes, o doctor, ne tantisper quidem audire patiemur. Nam et quatenus homo volendi facultate præditum erat incarnatum Verbum; illa tamen a voluntate divina permovebatur et informabatur, non autem repugnabat. Namque humana voluntas, ut ait divus Gregorius, Deo non adversabatur, quia tota deificabatur. Quod si deificabatur, ab unione scilicet cum Deo deificabatur. Jamvero deificans et deificatum, duo prorsus sunt, non unum; quoniam relativi termini sunt deificans et deificatum: relativi autem termini omnino invicem connectuntur, et alterum cum altero cogitatur. Habuit igitur naturalem voluntatem ut homo Servator, divinæ ipsi conformem, non adversantem: nam quod naturale est, prorsus Deo non adversatur; alioquin Creator reprehendendus esset, qui natura sibi contrarium creasset.

Stephanus doctor ait: Atqui in unica hypostasi duas affirmare voluntates, impossibile, inexplicabile, et incredibile est. Qui enim fieri potest, ut qui unus est, in se dividatur?

THEOR. Faterisne Christum esurisse, sitisse, dormitavisse, et fatigatum esse, ut hominem verum, necne?

DOCTOR. Quidni? Homo quum esset, hæc omnia vere, non secundum phantasiam, habuit.

THEORIANUS. Num igitur esuriens comedere volebat, sitiens volebat bibere, somno gravatus dormire, et cætera similiter?

DOCTOR. Maxime volebat, etiam quatenus Deus, sanctam ejus carnem cibo uti.

THEORIANUS. Aliter usurpasti dictionem *quatenus*, non autem juxta ipsius magis proprium significatum. Nihilominus tibi obsequar. Volebat, ais, etiam, quatenus Deus, sanctam ipsius carnem cibo uti?

DOCTOR. Rectissime dicis.

THEORIANUS. Age vero caro ejus, sive humanitas, volebatne divinitatem ipsius cibo uti?

DOCTOR. Minime gentium.

THEOR. Divinitas autem ejus volebatne ipsa manducare?

DOCTOR. Apage.

THEOR. Quid ergo hinc concluditur? Nempe duo esse, nec sibi contraria. Caro enim volebat comedere, nec sua viscera quasi fame exinani-

ta complere : neque enim exinanitur divinitas.

DOCTOR. Hæc quidem verissima.

THEOR. Ea sanctissima Christi caro volebat ob sui, ut ita dicam, conservationem, comedere ; quod quidem divinitas sibi ipsi nolebat. Rursus divinitas volebat, sanctissimam Verbi carnem cibo uti ; et caro ipsamet volebat comedere. Ea tibi ut humana Christi voluntas divinæ suæmet obsecundabat.

DOCTOR. Cur dixisti, me dictionem *quatenus* haud usurpasse prout ejus primarius significatus erat ?

THEOR. Quia dixisti, quatenus Deus, vult comedere. Nam reapse vult comedere, quatenus esurit : esurit autem non quatenus Deus, sed quatenus homo.

DOCTOR. Hoc quidem omnes sciunt.

THEOR. Ain' vero, satisne tibi persuasimus, doctor, ut duas fatearis in Emmanuele voluntates, an divinorum quoque oraculorum testimonia requiris ?

DOCTOR. Si scrutari Scripturas jubemur, quia in ipsis vita æterna latet, et ipsæ *de me*, Christus ait, *testantur* [9], necesse est audire quid de hoc doctrinæ capite loquantur.

THEOR. Scrutare igitur verba hæc : *Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu* [9]. Deinde et illa : *Voluit Jesus in Galilæam ire* [10]. Exploratum est ipsum voluisse illuc ire, quatenus ibi non erat. Non erat autem ibi quatenus homo ; nam quatenus Deus, nusquam non erat, nam divinitate nusquam abest. Ergo quatenus homo, non quatenus Deus, ingredi voluit : adeoque voluntate præditus erat, etiam quatenus erat homo. Item alibi : Volo, inquit, ut ubi sum ego, et ipsi sint. Si quatenus Christus est Deus, supra illud, ubi, est (quatenus enim Deus est, in loco non est) ; fieri nequit, ut natura creata supra idem illud, ubi, sit : sane, quatenus homo est, vult ut ubi sit, ibidem et ipsi sint, Adeoque voluntate præditus erat, etiam quatenus erat homo. Rursus alibi : Cum venisset ad locum, sitire se dixit ; et obtulerunt ei vinum felle mistum, quo gustato, non voluit bibere. Secundum quam partem ipsius dixeris eum sitiisse ? Si secundum divinitatem, affectibus erit obnoxia divinitas ejus, quæ natura sua potum appetiverit : sin quoad humanitatem, sane quatenus sitiit, eatenus quod naturæ non conveniebat, bibere noluit : eratque voluntate præditus idem, etiam quatenus erat homo. Et alibi dicitur : Circumibat in Galilæa Jesus. Non enim Judæam obire volebat, quod eum Judæi ad necem quærerent. Si circumitio carnis naturæ competit, non ei junctæ in eadem hypostasi divinitatis : nimirum quatenus erat homo, idem in Galilæa circumambulans, Judæam obire non voluit, et idem voluntate præditus

τῆς κενωθέντα τῇ πείνῃ : ἡ θεότης δὲ οὐκ ἤθελε φαγεῖν καὶ πληρῶσαι τὰ πρόσδοκα ἀγγεῖα αὐτῆς κενωθέντα τῇ πείνῃ· οὐ γὰρ κενοῦται θεότης.

Ὁ ΔΙΔΑΣΚ. Παράληθες.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ἰδοὺ ἡ παναγία σὰρξ αὐτοῦ ἤθελεν εἰς σύστασιν ἑαυτῆς, ἵν' οὕτως εἴπω, φαγεῖν, ὃ ἡ θεότης οὐκ ἤθελε περὶ αὐτῆς· πάλιν ἤθελεν ἡ θεότης ἵνα ἡ παναγία αὐτῆς σὰρξ φάγῃ, καὶ ἤθελεν ἡ ἁγία σὰρξ φαγεῖν· ἰδοὺ ἐπόμενον τὸ ἀνθρώπινον αὐτοῦ θέλημα τῷ θείῳ αὐτοῦ θελήματι.

Ὁ ΔΙΔΑΣΚ. Πῶς εἶπας ὅτι οὐκ ἐξελόμην τὸ καθ' ὃ κατὰ τὸ κύριον αὐτοῦ σημαινόμενον ;

Ὁ ΘΕΩΡ. Ὅτι εἶπας καθ' ὃ Θεὸς θέλει φαγεῖν· κατ' ἐκεῖνο γὰρ θέλει φαγεῖν, καθ' ὃ πεινᾷ· πεινᾷ δὲ οὐ καθ' ὃ Θεὸς, ἀλλὰ καθ' ὃ ἄνθρωπος.

Ὁ ΔΙΔΑΣΚ. Πᾶσι δῆλον τοῦτο.

Ὁ ΘΕΩΡ. Τί δή ; πεπείκαμέν σε, διδάσκαλε, δύο θελήματα ὁμολογεῖν ἐπὶ τοῦ Ἐμμανουήλ, ἢ δεῖ σε καὶ τῶν ἐκ τῶν θείων λογίων μαρτυριῶν ;

Ὁ ΔΙΔΑΣΚ. Εἰ ἐρευνᾶν τὰς Γραφὰς ἐκελεύσθημεν, ἐν αὐταῖς γάρ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωὴ, καὶ ἐκεῖναί εἰσιν αἱ *μαρτυροῦσαι περὶ ἐμοῦ*, φησὶν ὁ Χριστὸς, ἀναγκαῖόν ἐστιν ἀκοῦσαι τί περὶ τοῦ κεφαλαίου τούτου διαγορεύουσιν.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ἐρεύνησον λοιπὸν τὸ, *Πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ* · εἶτα καὶ τὸ, *Ἠθέλησεν ὁ Ἰησοῦς εἰσελθεῖν εἰς τὴν Γαλιλαίαν*. Πρόδηλον δὲ ὅτι καθ' ὃ οὐκ ἦν ἐκεῖ, ἠθέλησεν εἰσελθεῖν· (1) οὐκ ἦν δὲ ἀνθρωπότητι· θεότητι γὰρ οὐδενὸς ἀπέστη. Ἆρα οὖν καθὸ ἄνθρωπος, καὶ οὐ καθὸ Θεὸς, ἠθέλησεν εἰσελθεῖν· καὶ θελητικὸς ἦν καὶ καθὸ ἄνθρωπος. Καὶ ἑτέρωθι· Θέλω ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, καὶ αὐτοὶ ὦσιν. Εἰ καθὸ Θεὸς ὁ Χριστὸς, ὑπὲρ τὸ *ποῦ* ἐστιν (οὐ γὰρ ἐν τόπῳ καθὸ Θεός) · ὑπὲρ δὲ τὸ πᾶν [τὸ ποῦ] ἀδύνατον τὴν κτιστὴν ὑπάρχειν φύσιν· ἆρα καθὸ ἄνθρωπος θέλει, ἵνα ὅπου ἐστὶ, καὶ αὐτοὶ ὦσι. Καὶ θελητικὸς ἦν αὐτὸς καὶ καθὸ ἄνθρωπος. Καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν· Ἐλθὼν εἰς τὸν τόπον εἶπε, Διψῶ· καὶ ἔδωκαν αὐτῷ οἶνον μετὰ χολῆς μεμιγμένον· καὶ γευσάμενος, οὐκ ἤθελε πιεῖν. Κατὰ ποῖον αὐτοῦ μέρος εἶπη ; αὐτὸν διψῆσαι ; Εἰ μὲν κατὰ τὴν θεότητα, ἐμπαθὴς ἔσται ἡ θεότης αὐτοῦ, πόσεως κατὰ φύσιν ἐφιεμένη· εἰ δὲ κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, ἆρα καθὸ ἐδίψησε, κατ' ἐκεῖνο καὶ τὸ ἀκατάλληλον τῇ φύσει οὐκ ἤθελε πιεῖν· καὶ θελητικὸς ἦν ὁ αὐτὸς καὶ καθὸ ἄνθρωπος. Καὶ ἀλλαχοῦ φησι· Καὶ περιεπάτει ὁ Ἰησοῦς ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ. Οὐ γὰρ ἤθελεν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ περιπατεῖν, ὅτι ἐζήτουν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι ἀποκτεῖναι. Εἰ τῆς σαρκὸς φύσει ὁ περίπατος, ἀλλ' οὐ τῇ καθ' ὑπόστασιν ἡνωμένῃ αὐτῇ θεότητος, ἆρα καθὸ ἄνθρωπος ὁ αὐτὸς ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ περιπατῶν, οὐκ ἤθελεν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ περιπατεῖν, καὶ θελητικὸς ἦν ὁ αὐτὸς καὶ καθὸ ἄνθρωπος. Καὶ ἑτέρωθι· *Κἀκεῖθεν ἐξελθόντες, παρεπορεύοντο*

[9] Joan. v, 39. [9] Matth. xxvi, 39. [10] Joan. i, 43.

(1) Hactenus Vaticani codices lacunam explent. Pergit porro editio.

διὰ τῆς Γαλιλαίας, καὶ οὐκ ἤθελεν ἵνα τις γνῷ. Καὶ πάλιν ἐτέρωθι· *Κἀκεῖθεν ἀναστὰς ἀπῆλθεν εἰς τὰ ὅρια Τύρου καὶ Σιδῶνος, καὶ εἰσελθὼν εἰς τὴν οἰκίαν, οὐδένα ἤθελε γνῶναι, καὶ οὐκ ἠδυνήθη λαθεῖν.* Εἰ καθὸ Θεὸς ὁ Χριστὸς, δύναμις ἦν αὐθυπόστατος, καθὸ δὲ ἄνθρωπος, ἀσθένεια (*εἰ γὰρ ἐσταυρώθη*, φησὶν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, *ἐξ ἀσθενείας· ἀλλὰ ζῇ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ*)· ἄρα καθὸ ἄνθρωπος, καὶ οὐ καθὸ Θεὸς, εἰσελθὼν εἰς οἰκίαν οὐκ ἤθελεν ἵνα τις γνῷ, καὶ οὐκ ἠδυνήθη λαθεῖν· καὶ θελητικὸς ἦν ὁ αὐτὸς καὶ καθὸ ἄνθρωπος. Καὶ ἀλλαχοῦ φησι· *Καὶ προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες· Ποῦ θέλεις ἀπελθόντες ἑτοιμάσωμέν σοι φαγεῖν τὸ Πάσχα;* Εἰ ἡ βρῶσις τοῦ Πάσχα τῶν ὑπὸ νόμον ἐστὶ, γέγονε δὲ ὁ Κύριος καθὸ ἄνθρωπος, ἀλλ' οὐ καθὸ Θεὸς ὑπὸ νόμον· ἄρα καθὸ ἄνθρωπος, ἤθελε φαγεῖν τὸ Πάσχα, καὶ θελητικὸς ἦν ὁ αὐτὸς καὶ καθὸ ἄνθρωπος. Καὶ μυρία ἄλλα ἐν τοῖς ἱεροῖς λογίοις εὑρήσεις δεικνύντα τὸν Ἐμμανουὴλ θελητικὸν καὶ καθὸ ἄνθρωπος.

erat, etiam quatenus erat homo. Et alibi : *Inde egressi Galilæam pertransibant* [11], nec id quemquam scire volebat. Item alio loco : *Inde movens abiit ad Tyri Sidonisque fines, et domum ingressus, neminem id scire volebat : neque tamen latere poterat* [12]. Si Christus, quatenus erat Deus, potentia per se subsistens erat; et infirmitas, quatenus homo (*licet crucifixus est*, inquit Apostolus, *ex infirmitate, vivit tamen potestate divina* [13]); ergo quatenus homo, non quatenus Deus erat, domum ingressus, neminem id scire volebat; neque tamen latere poterat : adeoque voluntate præditus erat idem, etiam quatenus erat homo. Alibi quoque dicitur : *Et accessere discipuli, dicentes : Quo nos abire vis, et pascha manducandum parare* [14]? Si manducatio Paschatis ad subjectos legi pertinet, Dominus autem quatenus homo, non quatenus Deus erat, legi subjectus fuit : ergo quatenus erat homo, pascha manducare voluit. Et erat idem voluntate præditus, etiam quatenus erat homo. Reperies et alia sacris in oraculis infinita, quæ Emmanuelem voluntate præditum fuisse demonstrant, etiam quatenus erat homo.

Ὁ ΔΙΔΑΣΚ. Πῶς ὀφείλομεν λέγειν τὰς θελήσεις; φυσικὰς, ἢ ὑποστατικάς;

Ὁ ΘΕΟΡ. Φυσικάς· εἰ γὰρ ὑποστατικὰς εἴπωμεν τὰς θελήσεις, δώσομεν ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος τρεῖς θελήσεις, διότι τρεῖς ὑποστάσεις εἰσίν. Ὥσπερ οὖν μία θέλησις ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος, διότι μία φύσις· οὕτω δύο θελήσεις ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ, διότι δύο φύσεις εἰσὶν, ὡς δεδήλωται.

DOCTOR. Quinam voluntates appellare debemus? naturales, an hypostaticas?

THEOR. Naturales; quippe si voluntates hypostaticas dicimus, tres in sacrosancta Trinitate voluntates concedemus, quoniam tres sunt hypostases. Igitur ut una voluntas est in sacrosancta Trinitate, quoniam una natura : sic duæ voluntates in Christo sunt, quoniam duæ naturæ, sicut est indicatum.

Ὁ ΔΙΔΑΣΚ. Σφόδρα με ὠφέλησας ἐκ τοῦ παραδείγματος τῆς ἁγίας Τριάδος· καὶ πέπεισμαι, ὅτι φυσικὸν ὀφείλομεν λέγειν τὸ θέλημα, οὐχ ὑποστατικόν. Ἐπεὶ οὖν δύο φύσεις δίδομεν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ, ἐξ ἀνάγκης καὶ δύο θελήματα συνομολογήσομεν, θεῖόν τε καὶ ἀνθρώπινον.

DOCTOR. Valde me juvisti per exemplum illud sacrosanctæ Trinitatis : estque mihi persuasum, debere nos voluntatem naturalem dicere, non hypostaticam. Itaque quum duas in Christo naturas concedamus, necessario duas quoque voluntates confitebimur, divinam et humanam.

Ὁ ΘΕΟΡ. Ἀνθρώπινον δεῖ θέλημα νοεῖν, οὐ τὸ γνωμικὸν, ἢ προαιρετικὸν, ἀλλὰ τὸ φυσικὸν μόνον.

THEOR. Humana voluntas intelligenda est, non arbitraria, vel eligens, sed tantum naturalis.

Ὁ ΔΙΔΑΣΚ. Καὶ τί ἐστι φυσικὸν θέλημα, καὶ τί προαιρετικόν;

DOCTOR. Et quid est naturalis voluntas? quid eligens?

Ὁ ΘΕΩΡ. Φυσικὸν θέλημά ἐστι δύναμις τοῦ κατὰ φύσιν ὄντος ὀρεκτικὴ, καὶ τῶν οὐσιωδῶς τῇ φύσει προσόντων συνεκτικὴ πάντων ἰδιωμάτων, καθ' ἣν ἀεὶ τῷ φύσει θελητικῷ τὸ πεφυκέναι θέλειν ἐμπέφυκεν. Οὐ ταὐτὸν δὲ τὸ πεφυκέναι θέλειν, καὶ θέλειν, ἐστὶν, ὡς οὐδὲ τὸ πεφυκέναι λαλεῖν, καὶ λαλεῖν. Πέφυκε μὲν γὰρ τὸ λαλητικὸν λαλεῖν· λαλεῖ δὲ οὐκ ἀεὶ, ἐπειδὴ τὸ μὲν οὐσίας ἐστὶ, τῷ λόγῳ τῆς φύσεως συνεχόμενον· τὸ δὲ βουλῆς, τοῦ λαλοῦντος γνώμῃ τυπούμενον, ὥστε φύσεως μὲν τὸ ἀεὶ πεφυκέναι λαλεῖν, ὑποστάσεως δὲ τό πως λαλεῖν· ὥσπερ καὶ τὸ πεφυκέναι θέλειν, καί πως θέλειν. Γνώμην δὲ καὶ προαίρεσιν, ἐπὶ τοῦ Κυρίου λέγειν ἀδύνατον, εἴπερ κυριολεκτεῖν βουλόμεθα. Ἡ γνώμη γὰρ μετὰ τὴν περὶ τοῦ ἀγνοουμένου ζήτησιν, καὶ βούλευσιν ἤτοι βουλὴν, καὶ κρίσιν, πρὸς τὸ κριθὲν ἐστι διάθεσις, μεθ' ἣν ἡ προαίρεσις ἐκλεγομένη

THEOR. Voluntas naturalis est vis et facultas id appetens, quod secundum naturam est omniumque proprietatum, quæ naturæ substantialiter adsunt, conservatrix : secundum quam semper ei, quod a natura voluntate præditum est, hoc ipsum inest, ut ad volendum sit comparatum. Non idem est autem, comparatum esse ad volendum, et velle : sicuti nec comparatum esse ad loquendum, et loqui. Nam quidquid præditum est vi loquendi, comparatum quidem est ad loquendum, sed non semper loquitur; quoniam id quidem est substantiæ rationeque naturæ continetur, hoc vero consilii est, et loquentis arbitrio formatur : quo fit ut naturæ quidem sit, semper comparatum esse ad loquendum; hypostasis autem, quodam modo loqui : sicut ad volendum esse comparatum, et quodam modo velle. Arbitrium vero, et electio, siquidem proprie loqui volumus, in

[11] Marc. IX, 29. [12] Marc. VII, 24. [13] II Cor. XIII, 4. [14] Matth. XXVI, 17.

Dominum non cadunt. Nam arbitrium post habitam de ignota re quæstionem et deliberationem, sive consilium et judicium, affectio quædam est ad id, quo de judicium factum est: post quam electio sequitur, alterum præ altero deligens. Dominus autem, qui nudus homo non est, sed etiam Deus, et qui novit omnia, nec considerationis ullius eget, nec inquisitionis, nec consilii, nec judicii : et tum aversionem a malo. Quapropter arbitrariam aut naturalem.

καὶ αἱρουμένη πρὸ τοῦ ἑτέρου τὸ ἕτερον. Ὁ δὲ Κύριος οὐ ψιλὸς ἄνθρωπος ὤν, ἀλλὰ καὶ Θεὸς, καὶ πάντα εἰδὼς, ἀνενδεὴς σκέψεως, καὶ βουλῆς ὑπάρχει, καὶ κρίσεως· καὶ φυσικῶς τὴν τε πρὸς τὸ καλὸν ἔχει οἰκείωσιν, τήν τε πρὸς τὸ κακὸν ἀλλοτρίωσιν. Διὰ τοῦτο γνωμικὸν ἢ προαιρετικὸν θέλημα ἐπὶ τοῦ Κυρίου οὐ λέγομεν, ἀλλὰ φυσικόν. conjunctionem cum bono naturaliter habet, tum eligentem voluntatem Domino non tribuimus, sed

Tum religiosissimus episcopus Isaacus dixit : Sufficiunt hæc de duabus voluntatibus Emmanuelis, iis quidem qui non contentiose, quæ dicta sunt, audiunt. Nunc, si placet, etiam de geminis actionibus dicito.

Ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Ἰσαὰκ εἶπεν· Ἀρκεῖ τοῖς μὴ φιλονείκως ἀκούουσι τῶν ῥηθέντων περὶ τῶν δύο θελημάτων τοῦ Ἐμμανουήλ. Εἰπὲ ἡμῖν, εἰ χρεύεις, καὶ περὶ τῶν δύο ἐνεργειῶν.

THEOR. Ad demonstrandum actiones Christi duplices, apud vos oratione prolixa non opus esse arbitror, qui sacris Litteris estis innutriti. Nam exspuere, lutumque de sputo conficere, cæcique pupulas inungere, hominis omnino actio est. Quippe divinitatem exspuere non dicemus, si non insani simus. At lutum illud in oculum et lucem convertere, id divinitati omnino attribuemus. Ejusmodi quis infinita reperiet, si oracula divina diligenter inspexerit. Erit autem res tota perspicua de gladii quoque candentis exemplo. Nam is pariter et secat et urit; estque dubio procul ustio quidem non ferri, sed ignis : sectio vero, non ignis, sed ferri. Effecta denique diversarum naturarum sunt, tam sectio quam adustio. Verum propter unionem, non ignis tantum esse dicimus hanc ustionem, sed etiam ferri. Sic enim loqui solemus: Hoc ferrum urit. Sic quoque rem considerabimus: Animæ est, corpus suum animare ac vivificare. Quod quidem ex amborum diremptu patet. Nam anima tempore mortis a corpore suo dirempta, corpus mortuum manet. Cum ergo divinitas ejus nunquam nec a corpore nec ab anima dirempta fuerit, quo pacto vim istam animæ, vivificantem scilicet, non habuit ejus divinitas? Nimirum a corpore indirempta, eique copulata hypostatice, mortuum manere corpus haud sinebat. Quippe dum inest anima corpori, nunquam illud mortuum est. Nam cum anima sit spiritus vitalis, corpus ipsum vivificat, sicut etiam alicubi sapiens ille Salomo, de impiis quibusdam et de astrorum cultoribus loquens, dixit : *Luto vilior est vita ipsorum, quoniam ignorarunt eum qui finxit eos, et efficacem animam inspiravit eis, ac spiritum vitalem eis afflavit* [18].

Ὁ ΘΕΩΡ. Περὶ τῶν δύο ἐνεργειῶν τοῦ Χριστοῦ οὐκ οἶμαι ὑμᾶς δεῖσθαι λόγων πολλῶν εἰς ἀπόδειξιν, τοὺς ταῖς θείαις ἐντεθραμμένους Γραφαῖς. Τὸ γὰρ πτῦσαι, καὶ πηλὸν ἐκ τοῦ πτύσματος ποιῆσαι, καὶ χρίσαι τὰς κόρας τοῦ τυφλοῦ, ἀνθρωπίνη πάντως ἐστὶν ἐνέργεια. Πτύειν γὰρ οὐκ ἂν εἴποιμεν τὴν θεότητα, εἴπερ οὐ μαινοίμεθα. Τὸ δὲ τὸν πηλὸν εἰς δμμα καὶ φῶς μετασκευάσασθαι, πάντως τῇ θεότητι δώσομεν. Καὶ μυρία ἄν τις εὕροι τοιαῦτα, τοῖς θείοις ἐπιμελῶς ἐγκύψας λογίοις. Ἔσται δὲ σαφὲς τοῦτο καὶ διὰ παραδείγματος τῆς πεπυρακτωμένης μαχαίρας. Τέμνει γὰρ αὕτη ἐν ταυτῷ καὶ καίει. Καὶ ἔστιν ἡ μὲν καῦσις προδήλως οὐ τοῦ σιδήρου, ἀλλὰ τοῦ πυρός. Ἡ δὲ τομὴ οὐ τοῦ πυρὸς, ἀλλὰ τοῦ σιδήρου. Καὶ ἄλλης καὶ ἄλλης φύσεως ἐνέργειαι ἥ τε τομὴ καὶ ἡ καῦσις. Διὰ δὲ τὴν ἕνωσιν, μὴ μόνον τοῦ πυρὸς εἶναι λέγομεν τὴν καῦσιν, ἀλλὰ καὶ τοῦ σιδήρου. Καίει γὰρ ὁ σίδηρος οὗτος, φαμέν. Σκοπήσομεν δὲ καὶ οὕτω· Ψυχῆς ἐστι τὸ ψυχοῦν καὶ ζωοποιεῖν τὸ ἑαυτῆς σῶμα· καὶ δῆλον ἀπὸ τοῦ χωρισμοῦ. Χωριζομένης γὰρ ταύτης κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ θανάτου ἀπὸ τοῦ οἰκείου σώματος, μένει τὸ σῶμα νεκρόν. Ἐπεὶ οὖν ἡ θεότης αὐτοῦ οὐδέποτε οὔτε τοῦ σώματος, οὔτε τῆς ψυχῆς ἐχωρίσθη, πῶς τὴν ἐνέργειαν ταύτην τῆς ψυχῆς, τὸ ζωογονεῖν φημι, οὐκ εἶχεν ἡ θεότης αὐτοῦ; Ἀλλ' ἀχώριστος οὖσα τοῦ σώματος, καὶ καθ' ὑπόστασιν ἡνωμένη αὐτῷ, οὐκ εἶα μένειν αὐτὸ νεκρόν. Ψυχῆς γὰρ ἐνούσης τῷ σώματι, οὐδέποτε νεκρὸν ἐκεῖνο τυγχάνει ὄν. Πνεῦμα γὰρ ζωτικὸν οὖσα ἡ ψυχὴ, ζωοποιεῖ τὸ σῶμα, ὥς που καὶ ὁ σοφὸς Σολομὼν περί τινων παρανόμων καὶ εἰδωλολατρῶν εἶπε· *Πηλοῦ ἀτιμότερος ὁ βίος αὐτῶν, ὅτι ἠγνόησαν τὸν πλάσαντα αὐτούς, καὶ τὸν ἐμπνεύσαντα αὐτοῖς ψυχὴν ἐνεργοῦσαν, καὶ ἐμφυσήσαντα αὐτοῖς πνεῦμα ζωτικόν.*

GEN. Quicunque conscientiam suam pedibus proculcat, præsertim in doctrina fidei, non dignus est appellari Christianus. Ego vero Deum testem appellans fateor, me et ejusdem vobiscum fuisse fidei et esse, ex quo libros sacros inspexi : cujus scilicet es ipse fidei, et in medium abs te producti divi Patres.

Ὁ ΚΑΘ. Ὅστις τὸ οἰκεῖον καταπατεῖ συνειδὸς, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς περὶ πίστεως λόγῳ, οὐκ ἔστιν ἄξιος καλεῖσθαι Χριστιανός. Ἐγὼ δὲ ὁμολογῶ ἐπὶ Θεῷ μάρτυρι, ὅτι τῆς αὐτῆς ὑμῖν πίστεως καὶ ἦμην καὶ εἰμὶ, ἐξότου ταῖς θείαις ἐνέκυψα βίβλοις, ἧς καὶ αὐτὸς εἶ, καὶ οἱ παρὰ σοῦ εἰς μέσον ἐχθέντες θεῖοι Πατέρες.

[18] Sap. xv, 10, 11.

Ὁ ΘΕΩΡ. Εἰ οὕτως ἐπίστευες, καὶ πιστεύεις, ἕνεκεν τίνος λοιπὸν ἔγραφας ἐν τῇ ἐπιστολῇ σου, Λέγομεν μίαν φύσιν εἰς τὸν Χριστόν; A

Ὁ ΚΑΘ. Ἀποβλέπων εἰς τὸ τοῦ ἀνθρώπου παράδειγμα, ᾧ οἱ ἅγιοι Πατέρες ἐχρήσαντο, τοῦ ἐκ ψυχῆς συγκειμένου καὶ σώματος, καὶ μία φύσις λεγομένου μετὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ τὰς, ἐξ ὧν συνετέθη, φύσεις ἀσυγχύτους καὶ ἀτρέπτους φυλάττοντος, οὐκ ἐδόκουν, ὡς πολλάκις εἶπόν σοι, σφάλλεσθαι. Ὑπελάμβανον δὲ καὶ τὸν μακάριον Κύριλλον, μίαν φύσιν τοῦ Λόγου σεσαρκωμένην λέγοντα, τοῦτο βούλεσθαι δηλοῦν. Ἤκουον δὲ καὶ παρὰ πολλῶν, ὅτι οἱ Ῥωμαῖοι δύο φύσεις κεχωρισμένας, ὡς ὁ Νεστόριος, δογματίζουσι. Καὶ διὰ τοῦτο σφοδρῶς ἀντιμαχόμενος τῆς μιᾶς φύσεως λέξεως, καὶ κατὰ τοῦ *κεχωρισμένας*, τὸ *μίαν* ἀνετιθέμεθα. Κατὰ μέντοι γε τὸν νοῦν οὕτως ἐφρόνουν, καὶ οὕτω φρονῶ, ὡς αὐτὸς ἡμῖν διετράνωσας, ἐκ τῶν θείων Γραφῶν τὰς ἀποδείξεις ποιούμενος. Νῦν οὖν εἰ ἔχεις ἄλλο κεφάλαιον, *πρόσθες* · καὶ περὶ ἐκείνου, εἰ δοκεῖ, ποιησόμεθα τὴν διάλεξιν. B

Ὁ ΘΕΩΡ. Ἀναγνώσομεν λοιπὸν καὶ πάλιν ἐκ τῆς σῆς ἐπιστολῆς.

Ὁ ΚΑΘ. Ἄγε.

Ὡς οὖν ἀνεγινώσκομεν, ἤλθομεν εἰς τὸν τόπον, οὗ ἦν γεγραμμένον · Ἐσκήνωσεν ἐν τῇ γαστρὶ τῆς Παρθένου ἐννέα μηνῶν χρόνον, καὶ πέντε ἡμερῶν.

Εἶπεν ὁ ΘΕΩΡ. Πόθεν ἔχεις τοῦτο, ὅτι ἐννέα μῆνας καὶ πέντε ἡμέρας ἐσκήνωσεν ἐν τῇ γαστρὶ τῆς C πανάγνου Παρθένου;

Ὁ ΚΑΘ. Ἔχομεν ἀπὸ τῶν ἡμετέρων διδασκάλων, ὅτι τὰ πρωτότοκα παιδία ποιοῦσιν ἐν τῇ μήτρᾳ τῶν ἑαυτῶν μητέρων ἐπέκεινα τῶν μὴ πρωτοτόκων, πέντε ἡμέρας. Καὶ τοῦτο πιστοῦνται ἀπὸ τοῦ σοφοῦ Σολομῶντος, λέγοντος περὶ ἑαυτοῦ · *Δεκαμηνιαίῳ χρόνῳ παγεὶς ἐν σώματι* · τοῦτο βουλομένου δηλοῦν, ὅτι οὐ μόνον ἐννέα μῆνας ἦν ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς ἑαυτοῦ μητρὸς, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ δεκάτου ἔλαβεν. Ὡς πρωτότοκον οὖν ὁ Ἐμμανουὴλ, τὸν ἴσον αὐτοῖς χρόνον ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς ἑαυτοῦ μητρὸς πεποίηκεν.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ὁ Σολομὼν κατὰ τὸν ἀριθμὸν, ἀριθμῶν τῶν Ἑβραίων, δεκαμηνιαίῳ χρόνῳ εἶπε παγεὶς ἐν σώματι · καὶ γὰρ οἱ μῆνες τῶν Ἑβραίων μικρότεροί εἰσι τῶν ἡμετέρων μηνῶν. Ἐκεῖνοι γὰρ τὴν σελήνην ἔχουσι *μέτρον* τῶν παρ' αὐτοῖς μηνῶν · τὴν γὰρ ἀρχὴν τῆς σελήνης ἔχουσιν ἀρχὴν τοῦ μηνός · καὶ τὸ τέλος πάλιν αὐτῆς, τέλος τοῦ μηνὸς αὐτῶν. Οὐδέποτε δὲ σελήνη ἔχει ἡμέρας λ', ἢ λα', ὡς ἔχουσι οἱ μῆνες ἡμῶν. Κατὰ γοῦν τὸν ἀριθμὸν τῶν μηνῶν τῶν Ἑβραίων εἶπεν ὁ Σολομών · *Δεκαμηνιαίῳ χρόνῳ παγεὶς ἐν σώματι*. Ὁ δὲ τῆς οἰκουμένης φωστὴρ ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶτταν Ἰωάννης ἐν τῷ λόγῳ τῷ εἰς τὴν Γέννησιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐν ᾧ καὶ περὶ τοῦ, πότε δεῖ τὴν τοῦ Σωτῆρος γέννησιν ἑορτάζειν, σαφῶς ἀποδείκνυσιν, οὗ ἡ ἀρχή · « Ἃ πάλαι πατριάρχαι μὲν ὤδινον, προφῆται δὲ προὐλε- D

THEOR. Si sic credebas, et nunc credis, quare scribebas in epistola tua : Dicimus unam in Christo naturam?

GEN. Equidem respiciens ad illud exemplum ab homine sumptum, quo sancti Patres usi sunt, homine, inquam, ex anima corporeque composito, quique post unionem esse natura dicitur una, et naturas, ex quibus est compositus, inconfusas et mutationis expertes retinet, minime mihi, ceu multoties tibi jam dixi, falli videbar. Præterea putabam, beatum illum Cyrillum, cum dicit unam naturam Sermonis incarnatam, hoc ipsum indicare velle. A pluribus audiebam denique, Romanos exemplo Nestorii duas naturas separatas statuere. Quamobrem unius naturæ vocem vehementer propugnantes, pro *separatis* naturis, *unam* reponebamus. Interim mente sic sentiebam, et sentio, quemadmodum ipse nobis declarasti per eas demonstrationes, quas ex divinis Litteris contexebas. Itaque si nunc aliud caput habes, adjicito : ut etiam de illo, si videbitur, colloquamur.

THEOR. Ergo rursus ex epistola tua legere pergemus.

GEN. Age vero.

Cum igitur legeremus, ad eum locum venimus, ubi scriptum erat : Habitavit in utero Virginis novem mensium et quinque dierum spatio.

Dixit ergo THEOR. Unde, quæso, id habes, quod novem mensibus et quinque diebus habitaverit in castissimæ Virginis utero?

GEN. Accepimus a doctoribus nostris, primigenia quinque diebus in matrum suarum alvo diutius exsistere quam fetus non primigenios. Atque huic opinioni fidem conciliant ex illo sapiente Solomone, de se ipso dicente : *Decem mensium spatio defixus in corpore fui* [16]; quibus verbis hoc indicare vult, quod non modo novem mensibus in utero matris suæ fuerit, sed etiam decimi partem aliquam ceperit. Noster igitur Emmanuel, tanquam fetus primigenius, par temporis spatium in utero matris exegit.

THEOR. Solomon, Hebræorum more tempora metiens, decem mensium spatio se in corpore defixum fuisse dicit. Quippe menses Hebræorum minores sunt nostris mensibus. Nam secundum lunam menses suos dimetiuntur, adeoque lunæ principium faciunt mensis principium; ac vicissim lunæ finem, mensis sui finem. Numquam vero luna dies 30 vel 31, instar nostrorum mensium habet. Itaque juxta numerum Hebræorum mensium Solomon dixit : *Decem mensium spatio defixus in corpore*. Cæterum lumen illud orbis, Joannes Chrysostomus, in oratione de Nativitate Domini nostri Jesu Christi, qua etiam clare demonstrat, quando Natalis Servatoris celebrandus sit, cujus quidem orationis hoc est exordium : « Quæ olim patriarchæ parturiebant, prædiecbant vates, justi videre desiderabant, ea

[16] Sap. VII, 7, 2.

nunc evenerunt, hodieque consummata sunt. Sub hujus igitur orationis medium Chrysostomus ait : Cum Joannem Elizabetha sextum jam mensem in utero gereret, Mariæ conceptio principium habuit. Hinc jam cognito conceptionis Mariæ principio, novemque mensibus a conceptione numeratis : quando peperit, sciemus. Non menses novem et dies quinque dicit, uti tua sanctitas scripsit.

GEN. Nos orationem illam Chrysostomi non habemus. At enim hoc emendatu facillimum fuerit. Itaque missum id faciamus, et sequentia videamus.

Ulterius ergo legentes epistolam, ad caput de festis pervenimus, in quo hæc erant verba : Quod Nativitatis et Baptismi festum uno eodemque die celebramus, id recte fieri multis testimoniis docemus. Primum omnes Ecclesiæ sic facitabant, inde usque ab apostolis. Altera ratio, quod evangelista Lucas id testatur. Quippe commemorat, in festo propitiationis, quod est mensis Tisronis die 10, hoc est 27 Septembris : quo Zacharias pontifex templum ingressus fuit, et sufflitum fecit, et angelum aspexit.

Ad hæc THEOR. Unde constat, ait, diem 10 mensis Tisronis esse 27 Septembris?

GEN. Ex Hebraico.

THEOR. Quinam ex Hebraico? Atqui menses Hebræorum nostris mensibus non respondent; nec ipsorum mensibus nostri. Quod sane manifestum est ex Paschate. Propter illam enim causam aliquando Martio mense, aliquando Aprili Pascha celebramus : cum illud Hebraicum Pascha non sequamur. At illi nunquam a primi apud eos mensis, videlicet Nisanis, die 14 recedunt, quemadmodum lex Mosaica præcepit. Quo fit ut qui primus apud eos mensis est, nonnunquam in eum, qui apud nos Martius dicitur, nonnunquam in Aprilem incidat. Ideoque menses ordine cæteri necessario sequuntur eum qui apud ipsos primus est : ac septimus ipsorum mensis, quo festum Propitiationis apud eos celebratur, non semper in Septembrem nostrum incidit; sed est necesse, nonnunquam ut anticipet, nonnunquam accedat tardius. Undenam ergo certus es, diem 27 Septembris esse Tisronis 10?

GEN. Sic a majoribus nostris accepimus.

THEOR. Qui accepistis? per scripturam? an citra scripturam?

GEN. Citra scripturam.

THEOR. Ex iis quæ dicta sunt de inæqualitate nostrorum et Hebræorum mensium, manifestum est, non te scire certo, an dies 10 Tisronis sit 27 Septembris. Quod cum ignores, nec Joannis conceptionem nosti, uti scilicet ejus mense sexto, reperire Domini Conceptionem possis.

GEN. Equidem aliam cersitudinem non habeo. Corrigetur tamen hoc quoque, Deo propitio, si quæ majoris momenti sunt, emendata fuerint. Nam ego

A γον, δίκαιοι δὲ ἐπεθύμουν ἰδεῖν, ταῦτα ἐξέβη, καὶ τέλος ἔλαβε σήμερον. Πρὸς τὸ μέσον οὖν τοῦ λόγου τούτου φησίν· Ἐξ μῆνας ἐν γαστρὶ ἐχούσης τὸν Ἰωάννην τῆς Ἐλισαβὲτ, ἡ Μαρία ἤρξατο συλλαμβάνειν. Εἶτα μαθόντες, πότε ἤρξατο ἡ Μαρία συλλαμβάνειν, εἰσόμεθα καὶ πότε ἔτεκεν, ἐννέα μῆνας ἀριθμήσαντες ἐκ τῆς συλλήψεως. Οὐχὶ ἐννέα μῆνας, καὶ πέντε ἡμέρας, ὡς ἡ ἁγιωσύνη σου ἔγραψεν.

Ὁ ΚΑΘ. Ἡμεῖς τὸν λόγον τοῦτον τοῦ Χρυσοστόμου οὐκ ἔχομεν· πλὴν τοῦτο ῥᾷστον διορθωθῆναι. Ἐάσωμεν οὖν, εἰ δοκεῖ, τοῦτο, καὶ ἴδωμεν τὰ ἑξῆς.

Ἀναγινώσκοντες οὖν τὸ ἑξῆς τῆς ἐπιστολῆς, ἤλθομεν εἰς τὸ περὶ ἑορτῶν κεφάλαιον, ἐν ᾧ ἔλεγε· Πλὴν διὰ τὸ τὴν Γέννησιν καὶ τὸ Βάπτισμα ἐφάπαξ ἑορτάσαι, πολλὰς ἔχομεν μαρτυρίας. Πρῶτον μὲν πᾶσαι αἱ Ἐκκλησίαι οὕτως ἐώρταζον, ἀρξάμεναι ἀπὸ τῶν ἀποστόλων. Δεύτερον δὲ λόγον, ὅτι ὁ εὐαγγελιστὴς Λουκᾶς τοῦτο μαρτυρεῖ. Διηγεῖται γὰρ ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ ἱλασμοῦ, ἥτις ἐστὶ τῷ μηνὶ Τισρὶν τῇ δεκάτῃ, ἥτις ἐστὶ Σεπτεμβρίου κζ', ἐν ᾗ εἰσῆλθεν ὁ ἀρχιερεὺς Ζαχαρίας ἐν τῷ ναῷ, καὶ ἐθυμίασε, καὶ εἶδε τὴν ὅρασιν τοῦ ἀγγέλου.

Εἶπεν ὁ ΘΕΩΡ. Πόθεν δῆλον, ὅτι ἡ δεκάτη τοῦ Τισρὸν ἐστιν ἡ κζ' τοῦ Σεπτεμβρίου μηνός;

Ὁ ΚΑΘ. Ἐκ τοῦ Ἑβραϊκοῦ.

Ὁ ΘΕΩΡ. Πῶς ἐκ τοῦ Ἑβραϊκοῦ; Καὶ μὴν οἱ τῶν Ἑβραίων μῆνες οὐκ ἀκολουθοῦσι τοῖς ἡμετέροις μησὶν, οὔτε μὴν οἱ ἡμέτεροι τοῖς ἐκείνων· καὶ δῆλον ἐκ τοῦ Πάσχα. Διὰ γὰρ τοῦτο, ποτὲ μὲν μηνὶ Μαρτίῳ, ποτὲ δὲ μηνὶ Ἀπριλλίῳ τὸ Πάσχα ἑορτάζομεν, ἐπειδὴ τῷ Ἑβραϊκῷ οὐκ ἀκολουθοῦμεν Πάσχα. Ἐκεῖνοι δὲ οὐδέ ποτε τοῦ παρ' αὐτοῖς πρώτου μηνὸς, ἤτοι τοῦ Νισὰν, τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης ἐξίστανται, καθὼς ἡ τοῦ Μωσέως νομοθεσία παρακελεύεται. Ὥστε ὁ παρ' αὐτοῖς πρῶτος μὴν, ποτὲ μὲν ἐν τῷ παρ' ἡμῖν Μαρτίῳ λεγομένῳ μηνὶ, ποτὲ δὲ ἐν τῷ Ἀπριλλίῳ ἐμπίπτει. Καὶ λοιπὸν ἐξ ἀνάγκης οἱ καθεξῆς μῆνες τῷ πρώτῳ αὐτῶν ἀκολουθοῦσι· καὶ ὁ ζ' μὴν αὐτῶν, καθ' ὃν ἡ ἑορτὴ τοῦ Ἱλασμοῦ παρ' αὐτοῖς τελεῖται, οὐκ ἐμπίπτει ἀεὶ τῷ παρ' ἡμῖν Σεπτεμβρίῳ, ἀλλ' ἀνάγκη ποτὲ μὲν προλαμβάνειν αὐτὸν, ποτὲ δὲ ὑστερίζειν. Πόθεν οὖν ἔχεις βεβαίως, ὅτι ἡ κζ' Σεπτεμβρίου δεκάτη ἐστὶ τοῦ Τισρόν;

Ὁ ΚΑΘ. Οὕτω παρελάβομεν παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν.

Ὁ ΘΕΩΡ. Πῶς παρελάβετε; ἐγγράφως, ἢ ἀγράφως;

Ὁ ΚΑΘ. Ἀγράφως.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ἐκ τῶν ῥηθέντων περὶ τῆς ἀνισότητος τῶν παρ' ἡμῖν, καὶ τῶν παρ' Ἑβραίοις μηνῶν, δῆλόν ἐστιν, ὅτι οὐκ οἶδας βεβαίως, εἰ ἔστιν ἡ δεκάτη τοῦ Τισρὸν κζ' τοῦ Σεπτεμβρίου. Καὶ εἰ τοῦτο ἀγνοεῖς, οὐδὲ τὴν σύλληψιν Ἰωάννου οἶδας· ἵνα κατὰ τὸν ς' μῆνα ταύτης τὴν σύλληψιν εὕρῃς τοῦ Κυρίου.

Ὁ ΚΑΘ. Ἄλλην ἀσφάλειαν οὐκ ἔχω. Πλὴν ἡ διόρθωσις τούτου γενήσεται, σὺν Θεῷ, εἴγε διορθωτέα τὰ καιριώτερα. Ἐγὼ γὰρ τὸν λόγον τοῦ θείου Χρυ-

σοστόμου, τὸν, πότε δεῖ τὴν ἑορτὴν τοῦ Χριστοῦ Γεννήσεως ἑορτάζειν, διαγορεύοντα (οὗ μνείαν αὐτὸς ἀνωτέρω πεποίηκας), μέχρι τοῦ νῦν οὐχ ἑώρακα. Ἀλλ' οὐδὲ ἤκουσα, ὅτι ἔστι λόγος τοῦ Χρυσοστόμου περὶ τούτου· μᾶλλον δὲ τοῦ ἁγίου Ἐπιφανίου τῆς Κύπρου ἤκουον εἶναι λόγον περὶ τούτου· ἀλλ' οὐδὲ ἐκεῖνον εἶδον. Λέγουσι γὰρ ὅτι ὁ θεῖος Ἐπιφάνιος, ὅτε ἐξ Ἑβραίων ὤν, ἐκ τῆς τῶν Ἑβραίων γραφῆς καὶ Ἰωσήπου τοῦ χρονογράφου ἐβεβαίωσε, Δεκεμβρίῳ κε' τὴν Γέννησιν ἑορτάζεσθαι τοῦ Σωτῆρος. Τούτῳ φασὶ συμφωνεῖν καὶ τὰς ὑπὸ τοῦ Τίτου ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Ῥώμην ἀχθείσας γραφὰς, ὅτε ταύτην αὐτὸς ἠχμαλώτευσεν. Ἀλλ' οὐ πολὺς ἐμοὶ λόγος περὶ τῶν ἑορτῶν, καὶ τῶν ἄλλων τῆς Ἐκκλησίας ἠθῶν, εἰ μόνον περὶ τὴν πίστιν ὁμοφρονήσωμεν. A B

divi Chrysostomi orationem, qua docet, quande Natalis Christi celebrandus sit (cujus ipse supra mentionem fecisti), hactenus non vidi. Imo ne quidem audivi, aliquam Chrysostomi orationem ejus argumenti exstare; potius intellexeram, esse quamdam de hoc orationem sancti Epiphanii, Cypri episcopi; quam ipsam quoque non vidi. Aiunt enim, divum Epiphanium, qui esset Hebræus natione, de litteris Hebræorum, et annalium scriptore Josepho affirmasse, Natalem Servatoris die 25 Decembris celebrandum. Cum eo consentire dicunt et ea scripta quæ Titus Hierosolymis Romam deportaverit, cum eam urbem caperet. Verum non magnopere sollicitus equidem fuero de festis aliisque consuetudinibus Ecclesiæ, modo sententiis de fide conveniamus.

Ὁ ΘΕΩΡ. Τί δὲ περὶ τῆς τοῦ Τρισαγίου ὕμνου προσθήκης; Ἐάσομεν αὐτὴν ἀνεξέλεγκτον; ἐπειδὴ ἐν τοῖς πρακτικοῖς τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς τετάρτης συνόδου ἐμφέρεται, ὅπως τοῦτον τότε οἱ θεοφόροι Πατέρες τὸν ὕμνον ἐξύμνησαν, τῇ ἐκείνων ὑμνολογίᾳ ἀρκούμενοι; ἢ δεῖ καὶ περὶ ταύτας ἀνασκευὰς εἰπεῖν, καὶ δεῖξαι, ὅτι ἡ τοῦ κναφέως προσθήκη τῇ Ἐκκλησίᾳ βδελυκτή ἐστι καὶ ἀπόβλητος;

THEOR. Quid autem de illius hymni, quem Trisagium dicimus (quod ter in eo Sancti nomen repetatur) appendice? Num illam inexaminatam relinquemus? ut, quoniam in actis sanctæ ac universalis quartæ synodi traditur, qua forma id temporis eum isti divini Patres pronuntiaverint, nos eorum in illo hymno pronuntiando forma contenti simus? an et hic argumenta promenda, probandumque, Fullonis istius appendicem ab Ecclesia pro abominabili et rejiicula duci?

Ὁ ΚΑΘ. Εὖ πεποίηκας ἀναμνήσας ἡμᾶς περὶ τοῦ Τρισαγίου· εὑρίσκεις γὰρ χρήσεις τῶν μεγάλων διδασκάλων τῆς Ἐκκλησίας, μόνῳ δοκούσας προσάπτειν τῷ Υἱῷ τὸν Τρισάγιον ὕμνον. Καὶ πολλάκις ταύτας σκοπήσας κατ' ἐμαυτὸν, ἐν ἀμηχανίᾳ κατέστην πολλῇ· καὶ μοι δοκεῖ ἐκ τούτων ὁρμωμένους τῶν χρήσεων τοὺς τὴν προσθήκην ταύτην πεποιηκότας πεποιηκέναι· καὶ διδάξαι ἡμᾶς, ὅταν ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος τὸν θεῖον ἅδομεν ὕμνον, μηδεμίαν προσθήκην ποιεῖν· ὅταν δὲ ἐπὶ μόνου λέγωμεν τοῦτον τοῦ Υἱοῦ, προστιθέναι ποτὲ μὲν τὸ, *Ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς*· ποτὲ δ' αὖ τὸ, *Ἀναστάς*· ἢ τὸ, *Ἀναληφθείς*· πρὸς τὸν καιρὸν τοῦ μυστηρίου ἁρμοδίως καὶ τὴν προσθήκην ποιούμενοι· τὸ, *Θεός*· καὶ τὸ, *Ἰσχυρός*· καὶ τὸ, *Ἀθάνατος*· ἐπὶ μόνου τοῦ δι' ἡμας ἀταφρωθέντος, καὶ ἀναστάντος, καὶ ἀναληφθέντος Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐκλαμβάνοντες. C

GEN. Tu vero recte, qui de Trisagio nos admonueris. Quippe magnorum Ecclesiæ doctorum auctoritates inveniuntur, quæ soli Filio hymnum illum Trisagii attribuere videntur. Ac sæpe mecum illas equidem considerans, admodum anxius næsi: adeoque arbitror, ejus appendicis auctores, illis permotos auctoritatibus, eam fecisse; nosque docuisse, quoties de sancta Trinitate divinum illum hymnum canimus, nullam faciundam appendicem: at quoties eum de Filio duntaxat pronuntiamus, interdum quidem addendum: *Qui crucifixus es propter nos;* interdum vero: *Qui resuscitatus es;* vel illud: *Qui assumptus es sursum,* nimirum ut pro tempore mysterii, apta quoque subjiciatur appendix: et illam vocem Deus, et alteram *Fortis*, et tertiam, *Immortalis* de solo propter nos crucifixo, eque mortuis suscitato, et sursum assumpto Christo Deo nostro intelligamus.

Ὁ ΘΕΩΡ. Λοιπὸν, ὅταν μετὰ τῆς προσθήκης τοῦτον λέγητε τὸν ὕμνον, τρισάγιον καλεῖτε τὸν Υἱόν. D

THEOR. Restat ergo, ut cum pronuntiatis hunc hymnum cum appendice, Filium ter sanctum appelletis.

Ὁ ΚΑΘ. Ναί. Καὶ γὰρ οὐ μόνον τρισάγιον, ἀλλὰ καὶ μυριάγιον ἂν καλῶμεν αὐτὸν, καλῶς ποιοῦμεν· καθὼς ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῷ περὶ σαρκώσεως καὶ Τριάδος λόγῳ φησίν· Οὐ τρὶς μόνον ἅγιος, ἀλλ' ἀορίστως καὶ ἀπειράκις ἅγιος, καὶ ὑπεράγιος.

GEN. Profecto; nam recte facimus, eum non modo ter sanctum, sed millies sanctum appellantes: quemadmodum magnus ille Athanasius in oratione de carnis assumptione Trinitateque loquitur: Non ter modo sanctus, inquiens, sed infinite sanctus, et omnem supra sanctitatem positus.

Ὁ ΘΕΩΡ. Τὸν δὲ Πατέρα, ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐ λέγετε τρισάγιους;

THEOR. Patrem vero, sanctumve Spiritum, ter sanctos non dicitis?

Ὁ ΚΑΘ. Οὔ.

GEN. Non.

Ὁ ΘΕΩΡ. Καὶ πόθεν ἡ ἀποκλήρωσις, τοῦ τῷ Υἱῷ μόνον προσαρμόζειν τὸν θεῖον τοῦτον ὕμνον, ἢ τῇ

THEOR. Et unde profecta est hæc distributio, ut vel soli Filio hymnus hic tribuatur, vel toti

Trinitati : non autem vel Patri soli, vel soli Spiritui sancto?

GEN. Sic a sanctis hominibus edocti sumus. Nec longe abiverimus. Magnus ille Athanasius in oratione de carnis assumptione ac Trinitate, cujus supra mentio facta est, hujusmodi profert : *Vidimus eum, nec speciem, nec pulchritudinem habebat* [17]. Nam antea viderat eum in divina gloriosaque forma, sedentem in alto sublimique solio ; cum Seraphim majestatem ejus verbis hisce concelebrabant : *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Sabaoth* [18]. Postea vero videt eum assumpta servi forma, similem hominibus factum. Videsne divinum hunc virum soli Filio videri ter sanctum istum hymnum attribuere? cum, inquit, Seraphim majestatem ejus verbis hisce concelebrabant : *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Sabaoth.* Postea vero videt eum assumpta servi forma, similem hominibus factum. Quin et sanctus Epiphanius in oratione de sancta Deipara, similia dicens : Beata, inquit, inter mulieres, quæ Sermonem ex te incarnatum peperisti ; Sermonem illum, qui Patris est Filius ; Sermonem, qui est Deus sæculis prior ; Sermonem, qui expers est principii, et æternus ; Sermonem, qui ejusdem est substantiæ cum inseparabili Trinitate ; Sermonem, qui cum Patre ac Spiritu sancto adoratur ; Sermonem, qui consors est solii paterni ; Sermonem, qui Cherubis insidet ; Sermonem, quem illæ quadriformes bestiæ verbis hisce concelebrant : *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Sabaoth, plenum est cœlum et terra majestate ipsius.* Viden' ut et ille soli Filio ter sanctum hymnum attribuere videatur? ait enim : Quem illæ quadriformes bestiæ verbis hisce concelebrant : *Sanctus, sanctus, sanctus*, etc. Quin et divus ipse Chrysostomus, in oratione de benedicto, cujus initium : De miraculis in miracula : verbis his eadem dicit : Hodie rex majestatis in terra sic concelebratur, uti vates descripsit : et lætitiæ cœlestis participes terrigenas facit : ut ostendat amborum se Dominum, qui utrimque consona voce concelebretur. Propterea superi quidem illi salutem istam in terris indicantes canebant : *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Sabaoth, plena est universa terra majestate ipsius :* inferi vero, cum lætitia cœlesti celebrationem suam conjungentes, clamabant : *Hosanna filio Davidis.* Vides hæc tria magna Ecclesiæ lumina videri Filio soli ter sanctum illum hymnum attribuere?

THEOR. Bene dictum abs te, videri. Non enim attribuunt, sed attribuere videntur. Videntur autem, sed quibus, obsecro? Qui penetrare ad profunditatem sententiæ magnorum istorum divinorumque hominum nequeunt. Cum Seraphim majestatem ejus concelebrabant, inquit eximius ille Athanasius : sed non ait : Solum concelebrabant, absque Patre ac Spiritu sancto. Quippe si totam Trinitatem concelebrabant, necessario scilicet con-

[17] Isa. LIII, 2. [18] Isa. VI, 3.

A δλῃ Τριάδι· τῷ Πατρὶ δὲ μόνῳ, ἢ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι μόνῳ οὔ ;

Ὁ ΚΑΘ. Ἐκ τῶν ἁγίων ἐδιδάχθημεν τοῦτο. Εὐθὺς ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῷ ἄνω μνημονευθέντι περὶ τῆς σαρκώσεως καὶ Τριάδος λόγῳ, τοιάδε φησίν· *Εἴδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος, οὔτε κάλλος.* Ἦν γὰρ αὐτὸν πρὸ τούτου θεωρήσας ἐν τῇ θείᾳ καὶ ἐνδόξῳ μορφῇ, καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου, ὅτε τὰ Σεραφὶμ ἐδοξολόγουν αὐτὸν, λέγοντα· *Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος Σαβαώθ.* Καὶ μετὰ ταῦτα ὁρᾷ αὐτὸν μορφὴν δούλου λαβόντα, καὶ ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενον. Ὁρᾷς πῶς μόνῳ τῷ Υἱῷ δοκεῖ προσάπτειν τὸν τρισάγιον ὕμνον ὁ θεῖος οὗτος ἀνήρ ; Ὅτε, φησὶ, τὰ Σεραφὶμ ἐδοξολόγουν αὐτὸν, λέγοντα· *Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος Σαβαώθ.* Καὶ μετὰ ταῦτα ὁρᾷ αὐτὸν μορφὴν δούλου λαβόντα, καὶ ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενον. Ἀλλὰ δὴ καὶ ὁ ἅγιος Ἐπιφάνιος ἐν τῷ εἰς τὴν ἁγίαν Θεοτόκον λόγῳ τὰ δμοια φάσκων, φησὶν, Ἡ μακαρία ἐν γυναιξὶν, ἡ τὸν Λόγον ἐκ σοῦ σαρκωθέντα τεκοῦσα, Λόγον τὸν τοῦ Πατρὸς Υἱὸν, Λόγον τὸν προαιώνιον Θεὸν, Λόγον τὸν ἄναρχον καὶ ἀΐδιον, Λόγον τὸν ὁμοούσιον τῆς ἀχωρίστου Τριάδος, Λόγον τὸν σὺν Πατρὶ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι προσκυνούμενον, Λόγον τὸν σύνθρονον τοῦ Πατρὸς, Λόγον τὸν ἐπὶ Χερουβὶμ καθήμενον, Λόγον ὃν τὰ τετράμορφα ζῶα δοξολογοῦσι, λέγοντα· *Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος Σαβαὼθ, πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ.* Ὁρᾷς, ὅπως καὶ οὗτος δοκεῖ μόνῳ τῷ Υἱῷ τὸν τρισάγιον ὕμνον προσαρμόζειν ; λέγων· Ὃν τὰ τετράμορφα ζῶα δοξολογοῦσι, λέγοντα, *Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος·* καὶ τὰ ἑξῆς. Ἀλλὰ καὶ ὁ θεῖος Χρυσόστομος εἰς τὸν εὐλογημένον, οὗ ἡ ἀρχή· Ἐκ θαυμάτων εἰς θαύματα· τὰ αὐτά φησι· Σήμερον, λέγων, ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης ἐπὶ γῆς προφητικῶς δοξάζεται, καὶ κοινωνοὺς τῆς ἐπουρανίου εὐωχίας τοὺς γηγενεῖς ἀναδείκνυσιν, ἵνα δείξῃ, ὅτι αὐτός ἐστι Κύριος ἀμφοτέρων, ὡς ἑκατέρωθεν συμφώνως ἀνυμνούμενος. Διὰ τοῦτο οἱ μὲν ἄνω τὴν ἐπὶ γῆς σωτηρίαν καταμηνύοντες ἐψαλλον, *Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος Σαβαὼθ, πλήρης πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ.* Οἱ δὲ κάτω τῇ ἐπουρανίῳ εὐφροσύνῃ συμπανηγυρίζοντες, ἐκραζον· *Ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ.* Ὁρᾷς, ὅτι καὶ οἱ τρεῖς οὗτοι μεγάλοι τῆς Ἐκκλησίας φωστῆρες τῷ Υἱῷ μόνῳ δοκοῦσι προσάπτειν τὸν τρισάγιον ὕμνον ;

Ὁ ΘΕΩΡ. Ὀρθῶς εἴρηκας, ὅτι δοκοῦσιν· οὐ γὰρ προσάπτουσιν, ἀλλὰ δοκοῦσι προσάπτειν. Δοκοῦσι δὲ, τίσι ; Τοῖς μὴ εἰς τὸ βάθος εἰσδῦναι δυναμένοις τοῦ νοὸς τῶν μεγάλων τούτων καὶ θείων ἀνδρῶν. Ὅτε τὰ Σεραφὶμ ἐδοξολόγουν αὐτὸν, φησὶν ὁ μέγας Ἀθανάσιος· ἀλλ' οὐκ εἶπε· Μόνον ἐδοξολόγουν χωρὶς τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Εἰ γὰρ τὴν ὅλην ἐδοξολόγουν Τριάδα, ἐξ ἀνάγκης δηλονότι καὶ τὸν Υἱὸν ἐδοξολόγουν. Καλῶς οὖν εἶπεν ὁ

Πατήρ, Ὅτε τὰ Σεραφὶμ ἐδοξολόγουν αὐτόν. Οὕτω νοήσεις καὶ τὸν ἅγιον Ἐπιφάνιον, καὶ τὸν θεῖον Χρυσόστομον, καὶ ἄλλους τῶν ἁγίων, ὅσους ἂν εὕρῃς τοιαῦτα γράφοντας. Σαφὲς δ' ἂν εἴη, ὃ λέγει, καὶ ἐπὶ παραδείγματι, τοῦτον τὸν τρόπον· Γυνή τις, οὐ τῶν ἐκ γένους καταγομένων βασιλικοῦ, ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἄγαν ἐπιφανῶν, ἴσχε θυγατέρα ὡραιοτάτην, κάλλει, καὶ σωφροσύνῃ, καὶ φρονήσει πάσας τὰς κατ' ἐκεῖνο καιροῦ γυναῖκας ὑπερνικῶσαν. Ταύτην βασιλεὺς ἰδὼν πάσας ἔχουσαν τὰς τῶν γυναικῶν ἀρετὰς ἀκιβδήλους καὶ καθαρὰς, ἔλαβεν αὐτὴν ἑαυτῷ εἰς γυναῖκα, καὶ στέφει βασιλικῷ, ὡς εἰκὸς, ἐταινίωσεν. Ἐνιστάντος δὲ τοῦ καιροῦ, καθ' ὃν πᾶσα ἡ πόλις τὸν εὐφημισμὸν ἀναπέμπει τοῖς βασιλεῦσιν, εἰπέ τις τῇ μητρὶ τῆς βασιλίσσης, Ἐλθὲ, ἵνα ἀκούσῃς ὑπὸ πάσης εὐφημουμένην τῆς πόλεως τὴν θυγατέρα.

A celebrabant et Filium. Quapropter recte dixit Athanasius : Cum Seraphim eum concelebrabant. Sic et sanctum Ephiphanium et divum illum Chrysostomum, et cæteros sanctos homines, quoscunque talia scribentes repereris, intelliges. Fuerit autem res tota perspicua per exemplum, hoc modo : Mulier quædam, non regio prognata genere, imo nec illustri quidem admodum, filiam venustissimam habuit, forma, pudicitia, prudentia mulieres ejus temporis universas superantem. Eam videns imperator omnibus præditam femineis virtutibus, ac sinceris quidem, minimeque fucatis, uxorem sibi accepit, et imperatoria, pro more, corona redimivit. Appetente vero tempore quo urbs universa faustis vocibus Augustis acclamare consuevit, quidam matri Augustæ, Veni, ait, ut filiam tuam ab urbe tota faustis excipi acclamationibus audias.

Ὁ ΚΑΘ. Ἁρπάσας τὸν λόγον, εἶπεν· Ἔγνων, ὃ βούλῃ εἰπεῖν. Ἐπεὶ ὁ εὐφημισμὸς κοινός ἐστι τοῦ βασιλέως καὶ τῆς βασιλίσσης, καλῶς δύναταί τις εἰπεῖν, ὅτι τὸν Πατέρα δοξολογοῦσιν, οἱ τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ταῦτα γὰρ πάντα καὶ ἅμα, καὶ χωρὶς ἐκφωνούμενα ἀληθεύει, ἄνευ τῆς τοῦ μόνου προσθήκης λεγόμενα.

Tum GEN. interrupto Theoriani sermone : Intelligo, inquit, quid dicere velis. Quando illæc acclamatio fausta, communis est Augusto cum Augusta, recte quis dicere potest, quod qui Filium, Patrem quoque concelebrent et Spiritum sanctum. Hæc enim omnia tam simul quam seorsim enuntiata, vera sunt : modo solius vox non adjiciatur.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ἀπήλλαξας πραγμάτων ἡμᾶς, ἀγιώτατε δέσποτα. Οὐκ ἄρα μόνον τῷ Υἱῷ ᾖδε τὰ Σεραφὶμ τὸν τρισάγιον ὕμνον, ἀλλὰ τῇ ὅλῃ Τριάδι. Καὶ διὰ τοῦτο οὐ δεῖ προσθεῖναι τὸ, *Ὁ σταυρωθείς*, ἢ ἄλλην τινὰ προσθήκην. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλως ἀποδεῖξαι, ὅτι οὐκ ἐπὶ μόνου τοῦ Υἱοῦ τὸν τρισάγιον ὕμνον ὁ μέγας Ἐπιφάνιος ἐξελάβετο, ἐξ αὐτῆς τῆς προτεθείσης αὐτοῦ χρήσεως. Φησὶ γάρ· Λόγον τὸν σύνθρονον τοῦ Πατρὸς, Λόγον τὸν ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ καθήμενον. Οὐκ ἐσήμανε μόνον τὸν Υἱὸν ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ καθῆσθαι, ἄνευ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Πνεύματος· σύνθρονον γὰρ τοῦ Πατρὸς προεῖπεν αὐτόν. Οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς δοξολογίας δεῖ νοεῖν. Κοινὸν τὸ καθῆσθαι, κοινὴ ἡ δοξολογία. Συμβάλλεται δὲ ἡμῖν οὐ μικρῶς πρὸς τὸν προκείμενον νοῦν, καὶ ὃ πρὸς τῷ τέλει τῶν Πράξεων ὁ εὐαγγελιστὴς ἀναγράφει Λουκᾶς. Φησὶ γὰρ, εἰπόντος τοῦ Παύλου ῥῆμα ἓν· ὅτι *Καλῶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐλάλησε διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν, λέγων, Πορεύθητι πρὸς τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ εἰπὸν, Ἀκοῇ ἀκούσατε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε· καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε*, καὶ τὰ ἑξῆς. Τί οὖν; Μόνον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἴπωμεν καθῆσθαι ἐπὶ τοῦ θρόνου τοῦ ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου, τῷ προφήτῃ Ἡσαΐᾳ διακελευόμενον· *Πορεύθητι πρὸς τὸν λαόν*· καὶ τὰ ἑξῆς; ἐπειδὴ ὁ θεῖος Παῦλος τοῦ ἁγίου Πνεύματος μέμνηται μόνου; ἢ καὶ τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Υἱόν;

Tum Theor. Liberasti nos molestia, sanctissime domine. Nimirum sequitur, Seraphos non Filio duntaxat hymnum illum ter sanctum cecinisse, sed universæ Trinitati, propterea non addendum est illud : *Qui crucifixus est*, nec alia quæpiam appendix. Quanquam et aliunde probari potest, magnum illum Epiphanium non de solo Filio ter sanctum hymnum intellexisse; idque de verbis dicti ejus, antea positis. Ait enim : « Sermonem, qui consors est solii paterni; Sermonem, qui Cherubis insidet. » Certe non hoc vult, solum Filium Cherubis insidere, sine Patre ac Spiritu sancto. Nam antea solii paterni consortem dixit. Idem de concelebratione majestatis intelligendum. Communis est sessio, communis celebratio. Nec parum nobis ad hunc sensum et illud conferi, quod in Actis evangelista Lucas in extremo scribit. Ait enim, Paulum hoc verbum protulisse : *Recte Spiritus sanctus per Isaiam vatem locutus est ad patres nostros hisce verbis : Vade ad populum hunc, et dicito : Auribus audietis, et non intelligetis : videntes videbitis, et non perspicietis* [19], et cætera. Quid ergo? solumne Spiritum sanctum dicemus in alto sublimique solio considentem, Isaiæ vati præcipere : *Vade ad populum hunc* [20], et cætera, quoniam divus Paulus sancti duntaxat Spiritus meminit? an Patrem quoque, cum Filio?

Ὁ ΚΑΘ. Λέλυται τοῦτο, καὶ πλέον περὶ τούτου οὐ χρὴ λέγειν.

GEN. Hoc jam solutum est, nec quidquam dicendum amplius.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ἴδωμεν λοιπὸν, τί ἔγραψας ἐν τῇ ἐπιστολῇ σου περὶ τοῦ μύρου.

THEOR. Deinceps videamus, quid in epistola tua de unguento perscripseris.

[19] Act. XXVIII, 24, 25. [20] Isa. VI, 9, 10.

GEN. Recte dicis : fiat.

Itaque caput de unguento legentes, hæc scripta reperimus. Rursum præcepit ipsa Scriptura, ut ex iis oleis olerum, quæ sesamum vocant, unguentum nostrum conficiatur, non ex olivarum arboribus. Atque hoc reapse verum est. Causa rei est hæc, quod in Armeniorum regione non sunt oliveta propter aeris in ea regione frigus. Itaque necessitas ipsa flagitat ut oleum illud, quod in ipsa regione reperitur, ad usum unguenti adhibeatur. Qua in re nullum ego spirituale delictum video.

THEOR. Miror, domine, cur ad imperatorem hoc perscripseris. Nam plurima hic oliveta video, et quidem olei satis.

GEN. Verum ista unguenti confectio principium habuit ad Orientis plagam intimam, ubi nulla sunt oliveta : indeque nos acceptam servamus hactenus.

Deinde capitis ejusdem parte proxima perlecta, sic scriptum invenimus : Sicut vinum sanguinis Christi materies est, et cujuscunque sit coloris, recipi debet ; sive nigrum, sive rubrum, sive album vinum fuerit : quoniam per ministerium sanctificatur, et Christi fit sanguis.

THEOR. Exemplum hoc tuum parum ad ipsam rem quadrat. Non enim de coloribus nobis est quæstio, sed de subjecto, sive materie. Nosti enim, diversis ex arboribus vinum fieri. Nam ex pomis, et cerasis, et aliis fructibus, et herbis quoque conficitur : sed ad hoc sacrificium non adhibetur, nisi duntaxat ex vite factum. Sic et de oleo : fit ex lauro, juneo odorato, et aliis multis oleum : sed a sanctis Patribus oleum olivæ cæteris est prælatum. Atque hoc cuilibet cognoscere licet, tam ex sancto illo Dionysio Areopagita, quam aliis sanctis hominibus non paucis. Nec minoris est momenti argumentum, quod ex ipso nomine contexitur. Quippe si simpliciter oleum dicatur, ex oliva factum intelligitur. At cum laurinum, vel junceum, vel sesaminum, et hujusmodi alia . . . . . Quemadmodum enim, si navim dicam, facta de ligulis, clavis, et pice navis intelligitur, qua navigamus, non navis lapidea ; sed si navim lapideam significare velimus, lapideam adjicimus ; absque qua appendice nunquam ex sola navis appellatione, lapidea navis intelligetur : eodem modo statuendum de oleo, et oleo sesamino. Quapropter oleum absque appendice dicentes, ex oliva factum significant.

GEN. Hoc quoque correctu facillimum fuerit.

His ita dictis, sacerdotes ejus psallere cœperunt hymni vespertini seriem extra ecclesiam, de more ipsorum.

Et THEOR Cur extra ecclesiam sacerdotes tui stant, ait, cum psallunt?

GEN. Scriptum est : *In omni loco dominii ejus* [21].

A Ὁ ΚΑΘ. Εὖ λέγεις· γενέσθω.

Καὶ ἀναγνόντες τὸ περὶ τοῦ μύρου κεφάλαιον, εὕρομεν οὕτως· Πάλιν διηγόρευεν ἡ Γραφὴ ἀπὸ τῶν ἐλαιῶν τῶν λαχάνων, ὅπερ σήσαμον ὀνομάζουσι, γίνεσθαι τὸ μύρον ἡμῶν· καὶ οὐχὶ ἀπὸ δένδρων ἐλαιῶν. Καὶ τοῦτο ἐν ἀληθείᾳ ἐστίν. Ἔστι δὲ ἡ αἰτία τοιαύτη, ὅτι εἰς τὴν χώραν τῶν Ἀρμενίων οὐκ εἰσὶν ἐλαιῶνες, διὰ τὸ ψυχρὸν τῆς χώρας τοῦ ἀέρος· καὶ ἀνάγκη πρόκειται, τὸ ἔλαιον ἐκεῖνο, ὅπερ εὑρίσκεται εἰς τὴν χώραν, εἰς χρῆσιν τοῦ μύρου λαμβάνειν, καὶ οὐ συνεῖδον σφάλμα πνευματικὸν ἐν τούτῳ.

Ὁ ΘΕΩΡ. Θαυμάζω, δέσποτα, πῶς ταῦτα ἐγράψας πρὸς βασιλέα. Ὁρῶ γὰρ ἐλαίστους ἐλαιῶνας ὧδε, καὶ ἔλαιον ἱκανόν.

B Ὁ ΚΑΘ. Ἀλλ' εἰς τὴν ἐνδοτάτην Ἀνατολὴν ἐγένετο ἡ ἀρχὴ τῆς κατασκευῆς τοῦ μύρου, ὅπου ἐλαιῶνες οὐκ εἰσί· κἀκεῖθεν παραλαβόντες ἡμεῖς φυλάττομεν ὃ παρελάβομεν μέχρι τοῦ νῦν.

Εἶτα ἀναγνόντες τὸ ἑξῆς τοῦ κεφαλαίου τούτου, εὕρομεν οὕτως· Ὥσπερ γὰρ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ ὁ οἶνός ἐστιν ὕλη, καὶ οἵας ἐστὶ χροιᾶς, ἀποδεκτέος ἐστί, κἂν μέλας, καὶ ἐρυθρός ἐστι, κἂν λευκός· ἐπειδὴ ἡ λειτουργία ἁγιάζει αὐτὸν, καὶ γίνεται αἷμα Χριστοῦ.

C Ὁ ΘΕΩΡ. Τὸ παράδειγμά σου οὐκ ἔστι προσφυές· οὐ γὰρ περὶ χρωμάτων ἡμῖν ὁ λόγος, ἀλλὰ περὶ τοῦ ὑποκειμένου, ἤτοι τῆς ὕλης. Οἶδας γὰρ ὅτι ἐκ διαφόρων δένδρων γίνεται οἶνος· γίνεται γὰρ ἐκ μήλων, καὶ κερασίων, καὶ ἄλλων φυτῶν, καὶ δὴ βοτάνων· ἀλλ' οὐ προσάγεται εἰς θυσίαν, ἀλλ' ἢ μόνος ὁ ἐκ τῆς ἀμπέλου. Οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ἐλαίου· γίνεται γὰρ ἔλαιον ἔκ τε δάφνης, καὶ σχίνου, καὶ ἄλλων πολλῶν· ἀλλὰ τὸ τῆς ἐλαίας προεκρίθη παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων. Καὶ ἔξεστι τοῦτο μαθεῖν τῷ βουλομένῳ παντὶ, ἀπό τε τοῦ ἁγίου Διονυσίου τοῦ Ἀρεοπαγίτου, καὶ ἄλλων ἁγίων οὐκ ὀλίγων. Οὐ χεῖρον δὲ καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ ὀνόματος κατασκευάσαι, ὅτι τὸ ἔλαιον ἁπλῶς λεγόμενον, τὸ ἐξ ἐλαίας δηλοῖ. Ἡνίκα δὲ δαφνέλαιον, ἢ σχινέλαιον, ἢ σησαμέλαιον, καὶ τὰ τοιαῦτα . . . . . Ὥσπερ γὰρ ὅταν εἴπω ναῦς, νοεῖται ἡ ἐκ ξύλων, καὶ ἥλων, καὶ πίσσης ναῦς, δι' ἧς πλέομεν, οὐ μὴν νοεῖται ἡ ἐκ λίθων ναῦς· ἂν δὲ τὴν ἐκ λίθων ναῦν σημῆναι θελήσωμεν, προστιθέαμεν τὸ, λιθίνην· ἄνευ δὲ τῆς προσθήκης ταύτης οὐκ ἂν ποτε νοηθείη ἐκ μόνου τοῦ ναῦς ὀνόματος, ἡ λιθίνη ναῦς· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ τοῦ ἐλαίου, καὶ σησαμελαίου. Ἔλαιον οὖν χωρὶς προσθήκης λέγοντες, τὸ ἐξ ἐλαίας δηλονότι διασημαίνουσι.

Ὁ ΚΑΘ. Καὶ τοῦτο ῥᾷστόν ἐστι διορθωθῆναι.

Τούτων οὕτω ῥηθέντων, ἤρξαντο οἱ ἱερεῖς αὐτοῦ ψάλλειν τοῦ ἑσπερινοῦ τὴν ἀκολουθίαν ἔξω τῆς ἐκκλησίας, κατὰ τὴν αὐτῶν συνήθειαν.

Καὶ φησιν ὁ ΘΕΩΡ. Ἵνα τί ἵστανται ἔξω τῆς ἐκκλησίας, ὅταν ψάλλωσιν οἱ ἱερεῖς σου ;

Ὁ ΚΑΘ. Γέγραπται, *Ἐν παντὶ τόπῳ τῆς δεσποτείας αὐτοῦ*,

[21] Psal. CII, 22.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ὁμοίως γέγραπται· *Ἰδοὺ δὴ εὐλογεῖτε τὸν Κύριον, πάντες οἱ δοῦλοι Κυρίου, οἱ ἑστῶτες ἐν οἴκῳ Κύριου.* Καὶ πάλιν· *Ἐν ἐκκλησίαις εὐλογεῖτε τὸν Θεόν*· καὶ μυρία τοιαῦτα. Ἀλλ' ἐρωτῶ, πόθεν τοῦτο παρελάβετε;

Ὁ ΚΑΘ. Οἱ τὴν ἀκολουθίαν τὴν ἐκκλησιαστικὴν καὶ τὴν τάξιν ἡμῖν παραδεδωκότες, μόνην τὴν θείαν λειτουργίαν ἔνδον τοῦ θείου ναοῦ ἐπιτελεῖν διωρίσαντο, μόνου τοῦ ἱερέως εἰσιόντος εἰς αὐτόν· τοῦ λαοῦ παντὸς ἔξω ἱσταμένου· τὴν δ' ἄλλην πᾶσαν ἀκολουθίαν, ἔξω γίνεσθαι τοῦ θείου ναοῦ, καὶ τοῦτο εὐλόγως, διετάξαντο. Σφόδρα γὰρ ὑπερέχει τὰ νέα τῶν παλαιῶν, ὡς ἀλήθεια σκιᾶς. Θύεται γὰρ ἔνδον ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου παντὸς σωτηρίας, καὶ δεῖ ἡμᾶς πλέον σέβας καὶ τιμὴν ἀπονέμειν τῷ παρ' ἡμῖν ναῷ, τοῦ παρ' Ἑβραίοις. Ἐκεῖνοι γὰρ καθαροὶ ὄντες, εἰσῄεσαν εἰς τὸ λεγόμενον ἅγιον κοσμικόν, οὐχὶ εἰς τὴν σκηνήν, τὴν λεγομένην, Ἅγια ἁγίων, καὶ ἡ σκιὰ ἦν τοῦ παρ' ἡμῖν θείου ναοῦ· ἡμεῖς δὲ ῥύπου πλήρεις τυγχάνοντες, πῶς εἰς τὸν ἁγιώτατον ναὸν εἰσέλθωμεν τοῦ Θεοῦ; καὶ τοῦτο γινώσκοντες οἱ διδάσκαλοι ἡμῶν, οὕτω γίνεσθαι διωρίσαντο.

Ὁ ΘΕΩΡ. Οἱ διδάσκαλοι ὑμῶν, οἱ ταῦτα διατάξαμενοι, ἐναντία δοκοῦσι διορίσασθαι τοῖς τιμ' ἁγίοις Θεοφόροις Πατράσι, τοῖς ἐν Νικαίᾳ συναγηγερμένοις. Ἐκεῖνοι γὰρ ἐν δεκάτῳ κανόνι οὕτω φασὶ κατὰ λέξιν· Περὶ τῶν παραβάντων χωρὶς ἀνάγκης, χωρὶς ἀφαιρέσεως ὑπαρχόντων, ἢ χωρὶς κινδύνου, ἢ τινος τοιούτου, ὃ γέγονεν ἐπὶ τῆς τυραννίδος Λικιννίου, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ· εἰ καὶ ἀνάξιοι ἦσαν φιλανθρωπίας, ὅμως χρηστεύσασθαι εἰς αὐτούς. Ὅσοι οὖν γνησίως μεταμέλονται, τρία ἔτη ἐν ἀκροωμένοις ποιήσουσιν οἱ πιστοὶ, καὶ ἑπτὰ ἔτη ὑποπεσοῦνται· δύο δὲ ἔτη χωρὶς προσφορᾶς κοινωνήσουσι τῷ λαῷ τῶν εὐχῶν. Ὁρᾷς, ὅτι τοὺς τηλικούτῳ παραπεσόντας πτώματι, τρία μόνα ἔτη ἀκροᾶσθαι διακελεύεται ὁ κανών, ἤγουν ἔξω τῆς ἐκκλησίας ἱστασθαι ἐν τῷ νάρθηκι, καὶ τῶν θείων ἀκούειν Γραφῶν. Οἱ δὲ σοὶ ἱερεῖς ἀεὶ ἐν ἀκροωμένοις εἰσίν. Εἶτα τί φησιν ὁ κανών; Καὶ ἑπτὰ ἔτη ὑποπεσοῦνται, τοῦτο δέ ἐστιν, ἐντὸς μὲν τῆς ἐκκλησίας εἰσέρχεσθαι, ἐν δὲ τῷ ὀπισθεν μέρει τοῦ ἀμβώνος ἱστασθαι, καὶ ἐξιέναι μετὰ κατηχουμένων. Ἐνιαυτοὺς δὲ δύο συνίστασθαι καὶ συνεύχεσθαι μετὰ τῶν πιστῶν· μὴ μέντοι καὶ τῆς τῶν ἁγιασμάτων μεταλήψεως ἀξιοῦσθαι, ἕως ἂν ἡ διετία παρέλθῃ. Εἰ οὖν οἱ ἐπιτιμίῳ ἀκοινωνησίας δεδεμένοι εἰς τὴν ἐκκλησίαν εἰσέρχονται, διατί οἱ ἱερεῖς σου οὐκ εἰσέρχονται;

Ὁ ΚΑΘ. Οὐδέποτε μέχρι τοῦ νῦν ἐπέστησα τῷ κανόνι τούτῳ τὸν νοῦν· συμβάλλεται δέ σου τῷ λόγῳ σφόδρα. Ἀλλὰ περὶ τῶν τοιούτων οὐ δεῖ φροντίζειν, εἰ μόνον περὶ τὴν πίστιν, ὡς εἶπον, ὁμοφρονήσομεν.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ἀφέντες οὖν ταῦτα πρὸς τὸ παρὸν, ἴδωμέν, εἰ δοκεῖ, τὸν ὅρον τῆς τετάρτης συνόδου, ὃν σοι τῇ προτεραίᾳ δεδώκαμεν.

THEOR. Similiter scriptum est: *En celebrate Dominum, omnes servi Domini, stantes in domo Domini*[32]. Et cursus: *In ecclesiis Deum celebrate*[33], et alia sunt infinita ejusmodi. Sed interrogo, unde hoc accepistis?

GEN. Doctores nostri, qui seriem et ordinem rerum ecclesiasticarum nobis tradiderunt, solam divinam administrationem intra sacrum templum perficiendam statuerunt, ingrediente solo pontifice, reliquo populo foris stante: cætera fieri extra templum debere, nec id citra rationem, ordinarunt. Nam valde veteribus nova præstant, ut umbræ veritas. Quippe mactatur intus Dei Filius pro totius mundi salute, majoremque reverentiam exhibere nos templo nostro, quam illi apud Hebræos, par est. Etenim illi, si puri essent, in id sanctum ingrediebantur, quod mundi vocabant: non tamen in tabernaculum, quod Sanctum sanctorum dicebatur, et umbra sacri apud nos templi erat. Nos vero toti coinquinati sordibus, quo pacto sanctissimum Dei templum ingrediamur? quod cum doctores nostri non ignorarent, ita fieri debere statuerunt.

THEOR. Doctores vestri, qui hæc ordinarunt, contraria statuisse videntur illis 318 sanctis ac divinitus gubernatis Patribus, qui Nicææ convenerunt. Etenim illi sic in 10 canone ad verbum aiunt: De iis, qui fidem Christianam citra coactionem et facultatum ademptionem deseruerunt, aut absque periculo, vel ejusmodi quopiam, quod durante Licinii tyrannide contigit, visum est sanctæ synodo: ut tametsi humanitatem nullam mereantur, benigne tamen cum eis agatur. Quotquot ergo vere pœnitentiam agunt, tres annos inter audientes exigent fideles, et annos septem inferioris eruut ordinis, et biennio citra oblationem cum populo precabuntur. Vides tam fœde lapsis a canone præscribi, tres tantum ut annos auditores sint, hoc est, extra ecclesiam stent in ferula, sacrasque Litteras audiant. Tui vero sacerdotes semper inter auditores hærent. Quid deinde canon ulterius? Et septem, inquit, annis erunt ordinis inferioris: hoc est, ecclesiam quidem ingredientur, sed in parte ambonis postica stabunt, et cum catechumenis exibunt. Annos denique duos fidelibus astabunt, et cum eis precabuntur: non tamen sacramentorum quoque perceptionem impetrabunt, donec biennium præterierit. Si ergo constricti excommunicationis pœna, templum tamen ingrediuntur, quare tui sacerdotes non ingrediuntur?

GEN. Nunquam animum isti canoni hactenus adverti. Tuæ quidem orationi plurimum momenti adfert. Sed de his esse solliciti non debemus, modo circa fidem, ut dixi, consenserimus.

THEOR. His igitur in præsentia dimissis, definitionem quartæ synodi, si placet, inspiciamus: quam hesterna die tibi obtulimus.

[32] Psal. cxxxiii, 1. [33] Psal. lxvii, 27.

GEN. Ita fiat. Lubet enim de vocibus quibusdam, A in ea positis, interrogare. Sed prius utrumque librum inter se conferamus, et videamus, an sibi respondeant : deinde quæramus de iis in quibus hæremus.

Sancti IV concilii definitio.

Sufficeret quidem ad perfectam pietatis cognitionem et confirmationem, hoc eruditum ac salubre divinæ gratiæ symbolum, quod et perfectam de Patre, et Filio, et Spiritu sancto doctrinam tradit, et incarnationem Domini fideliter excipientibus exhibet. Sed quando illi, qui prædicationem veritatis abolere conantur, per suas hæreses novas quasdam doctrinas pepererunt, aliis susceptæ propter nos administrationis Dominicæ mysterium corrumpere audentibus, et Deiparæ vocem Virgini tribuendam B negantibus; aliis confusionem et commistionem introducentibus, et unam esse carnis divinitatisque naturam stulte comminiscentibus, adeoque per hanc confusionem monstrose statuentibus, divinam Unigeniti naturam esse passibilem : eapropter hæc sancta, magna et universalis synodus, eos ab omni contra veritatem machinatione volens excludere, doctrinamque traditam antiquitus immotam asserens, ante omnia statuit, ut sanctorum 318 Patrum fides inconvulsa permaneat. Ac propter eos quidem qui Spiritum sanctum oppugnant, doctrinam de substantia Spiritus a sanctis illis 150 Patribus, aliquot post annis in Augusta urbe congressis, traditam confirmat; quam illi universis notam fe- C cerunt, non quasi quiddam afferentes, quod prioribus deesset, sed suam de Spiritu sancto sententiam adversus illos, qui potestatem ejus abolere conabantur, sacrarum Litterarum testimoniis illustrantes : propter eos vero, qui sacramentum Dominicæ dispensationis falsariorum more corrumpere tentant, et imprudenter purum hominem esse nugantur eum qui de sancta Virgine Maria procreatus fuit; beati Cyrilli, qui Alexandrinæ pastor ecclesiæ fuit, synodales ad Nestorium et Orientales episcopos litteras sibi consentientes amplexa est : tum ad Nestorianæ dementiæ confutationem, tum ad interpretationem pro iis institutam, qui pio zelo symboli salubris intellectum desiderant. Atque his epistolam quoque beatissimi sanctissimique D archiepiscopi Leonis, illius maximæ Romæ præsidis, ad sanctæ memoriæ Flavianum archiepiscopum, evertendæ depravationis Eutychianæ causa scriptam, veluti magni illius Petri confessioni convenientem, et columnam quamdam rectæ sententiæ publicam, adversus malarum opinionum auctores, ad orthodoxa dogmata stabilienda, merito conjunxit. Nam et iis hæc opponit sese, qui sacramentum dispensationis in duos filios distrahere nituntur; et eos cœtu sanctorum expellit, qui passibilem dicere divinitatem Unigeniti audent; et iis resistit, qui in duabus Christi naturis commistionem vel confusionem excogitant et eos exterminat, qui sumptam de nobis servilem formam, cœlestem

Ο ΚΑΘ. Οὕτω γενέσθω. Βούλομαι γὰρ ἐρωτῆσαι περί τινων λέξεων ἐκεῖ κειμένων. Ἀλλὰ πρῶτον ἀντιβάλωμεν ἀμφότερα τὰ βιβλία, καὶ ἴδωμεν, εἰ ἐξισάζει· καὶ τότε περὶ ὧν ἀμφιβάλλομεν, ἐρωτήσομεν.

Ὅρος τῆς ἁγίας δ' συνόδου.

Ἦρκει μὲν οὖν εἰς ἐντελῆ τῆς εὐσεβείας ἐπίγνωσίν τε καὶ βεβαίωσιν, τὸ σοφὸν καὶ σωτήριον τοῦτο τῆς θείας χάριτος σύμβολον· περί τε γὰρ τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκδιδάσκει τὸ τέλειον, καὶ τοῦ Κυρίου τὴν ἐνανθρώπησιν τοῖς πιστῶς δεχομένοις παρίστησιν. Ἀλλ' ἐπειδήπερ οἱ τῆς ἀληθείας ἀθετεῖν ἐπιχειροῦντες τὸ κήρυγμα, διὰ τῶν οἰκείων αἱρέσεων τὰς καινοφωνίας ἀπέτεκον, οἱ μὲν τὸ τῆς δι' ἡμᾶς τοῦ Κυρίου οἰκονομίας μυστήριον παραφθείρειν τολμῶντες, καὶ τὴν Θεοτόκος ἐκ τῆς Παρθένου φωνὴν ἀπαρνούμενοι, οἱ δὲ σύγχυσιν καὶ κρᾶσιν εἰσάγοντες, καὶ μίαν εἶναι φύσιν τῆς σαρκὸς καὶ τῆς θεότητος ἀναπλάττοντες ἀνοήτως, καὶ παθητὴν τοῦ Μονογενοῦς τὴν θείαν φύσιν τῇ συγχύσει τερατευόμενοι· διὰ τοῦτο πᾶσαν αὐτοῖς ἀποκλεῖσαι κατὰ τῆς ἀληθείας μηχανὴν βουλομένη ἡ παροῦσα νῦν αὕτη ἡ ἁγία, μεγάλη καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος, τὸ τοῦ κηρύγματος ἄνωθεν ἀσάλευτον ἐκδιδάσκουσα, ὥρισε προηγουμένως, τιη' ἁγίων Πατέρων τὴν πίστιν μένειν ἀπαρεγχείρητον. Καὶ διὰ μὲν τοὺς τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ μαχομένους, τὴν χρόνοις ὕστερον παρὰ τῶν τῆς βασιλευούσης πόλεως συνελθόντων ἁγίων ρν' Πατέρων περὶ τῆς τοῦ Πνεύματος οὐσίας παραδοθεῖσαν διδασκαλίαν κυροῖ, ἣν ἐκεῖνοι τοῖς πᾶσιν ἐγνώρισαν· οὐχ ὡς τι λοιπὸν τοῖς προλαβοῦσιν ἐπεισάγοντες, ἀλλὰ τὴν περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος αὐτῶν ἔννοιαν, κατὰ τῶν τὴν αὐτοῦ δεσποτείαν ἀθετεῖν πειρωμένων, Γραφικαῖς μαρτυρίαις τρανώσαντες· διὰ δὲ τοὺς τὸ τῆς οἰκονομίας παραφθείρειν ἐπιχειροῦντας μυστήριον, καὶ ψιλὸν ἄνθρωπον εἶναι τὸν ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου τεχθέντα Μαρίας, ἀναιδῶς ληρωδοῦντας, τὰς τοῦ μακαρίου Κυρίλλου, τοῦ τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας γενομένου ποιμένος συνοδικὰς ἐπιστολὰς πρός τε Νεστόριον, καὶ τοὺς τῆς Ἀνατολῆς ἁρμοδίους οὔσας ἐδέξατο· εἰς ἔλεγχον μὲν τῆς Νεστορίου φρενοβλαβείας, ἑρμηνείαν δὲ τῶν εὐσεβεῖ ζήλῳ τοῦ σωτηρίου συμβόλου ποθούντων τὴν ἔννοιαν· αἷς καὶ τὴν ἐπιστολὴν τοῦ τῆς μεγίστης Ῥώμης προέδρου, τοῦ μακαριωτάτου καὶ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Λέοντος, τὴν γραφεῖσαν πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις ἀρχιεπίσκοπον Φλαβιανὸν, ἐπ' ἀναιρέσει τῆς εὐτυχοῦς κακονοίας, ἅτε δὴ τῇ τοῦ μεγάλου Πέτρου ὁμολογίᾳ συμβαίνουσαν· καὶ κοινήν τινα στήλην ὀρθοδοξίας κατὰ τῶν κακοδοξούντων, εἰκότως συνήρμοσε, πρὸς τὴν τῶν ὀρθοδόξων δογμάτων βεβαίωσιν. Τοῖς τε γὰρ εἰς Υἱὸν τὴν δυάδα, τὸ τῆς οἰκονομίας διασπᾶν ἐπιχειροῦσι μυστήριον, παρατάττεται· καὶ τοὺς παθητὴν λέγειν τολμῶντας τοῦ Μονογενοῦς τὴν θεότητα, τοῦ τῶν ἱερῶν ἀπωθεῖται συλλόγου· καὶ τοῖς ἐπὶ δύο φύσεων τοῦ Χριστοῦ κρᾶσιν ἢ σύγχυσιν ἐπινοοῦσιν ἀνθίσταται· καὶ τοὺς οὐράνιον, ἢ ἑτέρας τινὸς ὑπάρχειν οὐσίας τὴν ἐξ ἡμῶν ληφθεῖσαν αὐτῷ τὴν δεύ-

λου μορφὴν παραπταλοντας ἐξελαύνει· καὶ τοὺς δύο μὲν πρὸ τῆς ἑνώσεως φύσεις τοῦ Κυρίου μυθεύοντας, μίαν δὲ μετὰ τὴν ἕνωσιν ἀναπλάττοντας, ἀναθεματίζει.

Ἑπόμενοι τοίνυν τοῖς ἁγίοις Πατράσιν, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμολογεῖν Υἱὸν, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, συμφώνως ἅπαντες ἐκδιδάσκομεν· τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν θεότητι, καὶ τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν ἀνθρωπότητι· Θεὸν ἀληθῶς, καὶ ἄνθρωπον ἀληθῶς τὸν αὐτὸν, ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ σώματος· ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ κατὰ θεότητα, καὶ ὁμοούσιον τὸν αὐτὸν ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· κατὰ πάντα ὅμοιον ἡμῖν, χωρὶς ἁμαρτίας· πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα κατὰ τὴν θεότητα· ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν τὸν αὐτὸν δι' ἡμᾶς, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκ Μαρίας τῆς Παρθένου τῆς Θεοτόκου, κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, ἕνα καὶ αὐτὸν Χριστὸν, Υἱὸν, Κύριον, Μονογενῆ, ἐκ δύο φύσεων ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀδιαιρέτως, ἀχωρίστως γνωριζόμενον· οὐδαμοῦ τῆς τῶν φύσεων διαφορᾶς ἀνῃρημένης διὰ τὴν ἕνωσιν, σωζομένης δὲ μᾶλλον τῆς ἰδιότητος ἑκατέρας φύσεως, καὶ εἰς ἓν πρόσωπον καὶ μίαν ὑπόστασιν συντρεχούσης· οὐκ εἰς δύο πρόσωπα μεριζόμενον ἢ διαιρούμενον, ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν Υἱὸν μονογενῆ, Θεὸν Λόγον, Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν· καθάπερ ἄνωθεν οἱ προφῆται περὶ αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ἡμᾶς ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς ἐξεπαίδευσε, καὶ τὸ τῶν Πατέρων ἡμῶν παραδέδωκε σύμβολον. Τούτων τοίνυν μετὰ πάσης πανταχόθεν ἀκριβείας τε καὶ ἐμμελείας παρ' ἡμῶν διατυπωθέντων, ὥρισεν ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος, ἑτέραν πίστιν μηδενὶ ἐξεῖναι προφέρειν, ἢ συγγράφειν, ἢ συντιθέναι, ἢ φρονεῖν, ἢ διδάσκειν ἑτέρους. Τοὺς δὲ τολμῶντας ἢ συντιθέναι πίστιν ἑτέραν, ἢγουν προκομίζειν, ἢ διδάσκειν, ἢ παραδιδόναι ἕτερον σύμβολον τοῖς ἐθέλουσιν ἐπιστρέφειν εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐξ Ἑλληνισμοῦ, ἢ Ἰουδαϊσμοῦ, ἤγουν ἐξ αἱρέσεως τῆς οἱασδηποτοῦν, τούτους, εἰ μὲν εἶεν ἐπίσκοποι ἢ κληρικοὶ, ἀλλοτρίους εἶναι τοὺς ἐπισκόπους τῆς ἐπισκοπῆς· καὶ τοὺς κληρικοὺς, τοῦ κλήρου· εἰ δὲ μονάζοντες ἢ λαϊκοὶ εἶεν, ἀναθεματίζεσθαι αὐτούς.

Ἐπεὶ δὲ ἀνεγνώσθη ὁ ὅρος, καὶ τὰ βιβλία εὑρέθησαν ἐξισάζοντα, τό τε Ἀρμηνικὸν, καὶ τὸ Ῥωμαϊκὸν, καὶ αἱ τῷ Καθολικῷ δοκοῦσαι ἀσαφεῖς αὐτοῦ λέξεις μετρίαι οὖσαι ἱκανῆς τετυχήκασι σαφηνείας, εἶπεν ὁ Θεωριανὸς πρὸς τὸν Καθολικόν· Ὁρᾷς, ἁγιώτατε δέσποτα, ὅτι τῶν χλ' θεοφόρων Πατέρων θεῖος χορὸς, τῶν ἐν Χαλκηδονέων πάλει συναγηγερμένων, οὐ μόνον οὐδὲν ἔξω τῆς τῶν δογμάτων ὀρθότητος λελάληκεν ἢ πεφρόνηκεν, ἀλλ' οὐδὲ κἂν μιᾷ λέξει ξένῃ εἰς τὴν ἔκθεσιν τοῦ θείου τούτου ὅρου ἐχρήσατο. Τετήρηκε γὰρ τήν τε πίστιν τῶν πρὸ αὐτοῦ ἁγίων Πατέρων, καὶ αὐτὰ δὴ τὰ ῥήματα. Καὶ, εἰ κελεύεις, δεῖξαί σοι, ἐκ ποίων προγενεστέρων θείων Πατέρων τοῖς μακαρίοις τούτοις θείοις Πατράσιν ἑκάστη λέξις τοῦ ὅρου τούτου παρείληπται. Αἱ πλείους γὰρ αὐτῶν ἀπὸ τῶν τῷ μακαρίῳ Κυ-

esse, vel alterius ejusdam substantiæ delirant; et eos, qui duas quidem Domini naturas ante unionem fabulantur, unam vero post unionem fingunt, anathematizat.

Sequentes ergo sanctos illos Patres, universi consona voce unum et eumdem Filium Dominum nostrum Jesum Christum, confitendum esse docemus : eumdem in divinitate perfectum et eumdem perfectum in humanitate : vere Deum, et eumdem vere hominem ex participe rationis anima corporeque constantem : ejusdem cum Patre substantiæ, secundum divinitatem, et eumdem nobiscum ejusdem substantiæ, secundum humanitatem : similem nobis per omnia, excepto peccato : ante sæcula quidem ex Patre genitum, quoad divinitatem, extremis vero diebus eumdem propter nos, et salutem nostram, natum ex Maria Virgine Deipara, secundum humanitatem : unum et eumdem Christum Filium, Dominum, Unigenitum, qui duabus ex naturis citra confusionem, mutationem, divisionem, separationem, agnoscitur ; nequaquam naturarum discrimine propter unionem sublato, sed utriusque naturæ proprietate salva potius, et in unam personam unamque hypostasin coeunte : non in duas personas discerptum vel divisum, sed unum et eumdem Filium unigenam, Deum Sermonem, Dominum Jesum Christum : sicut olim vates de ipso, et ipse nos Dominus Jesus Christus erudiit, et symbolum illud Patrum nostrorum tradidit. His ergo cum omni undique accuratione diligentiaque a nobis sanctis, sacra et universalis synodus decrevit, nemini fas esse fidem aliam proferre, vel in litteras referre, vel componere, vel amplecti, vel alios docere. Si qui vero fuerint ausi fidem aliam vel componere, sive proferre, vel docere, vel aliud iis symbolum tradere, qui de paganismo, sive Judaismo, sive secta quacumque veritatis ad agnitionem se convertere volunt : eos, si fuerint episcopi vel clerici, tam ab episcoporum quam clericorum ordine removet; sin monachi, vel laici fuerint, anathematis statuit esse subjectos.

Posteaquam concilii decretum recitatum fuisset, atque liber Armenicus Romano respondere deprehensus : satis essent denique declaratæ concilii voces, sane tolerabiles, quæ Generali visæ fuerant obscuræ, Theorianus hisce Generalem verbis compellabat : Vides, sanctissime domine, sacrum illum cœtum 630 divinorum Patrum, in oppido Chalcedonensi congregatorum, non modo nihil extra dogmatum rectitudinem vel locutum esse, vel sensisse, sed ne una quidem peregrina voce ad hujus divini decreti expositionem usum. Nam et fidem Patrum se majorum ætate retinuit, et ipsa quoque verba. Ostendam vero tibi, si placet, ex quibus antiquioribus divis Patribus hi beati Patres vocem quamlibet hujus decreti sumpserint. Complures quidem certe de Cyrilli commentariis usur-

patæ sunt, quem vos magis, quam alios, sequi decrevistis.

GEN. Perlibenter id quidem audiemus, si dicere tibi libuerit.

THEOR. Si dicere non libuisset, non promisissem. Verum per incisa singula concilii decretum recitetur, et ad quodlibet inclsum decreti, dictum illius, a quo sumptum est, adjiciatur.

Ex decreto.

Sequentes ergo sanctos illos Patres, universi consona voce unum et eumdem Filium, Dominum nostrum Jesum Christum confitendum esse docemus.

Cyrilli, ex prima ad Successum epistola.

Edocti sumus a Scriptura sacra sanctisque Patribus, ut unum Filium et Christum confiteamur.

Ejusdem, ex epistola ad Eulogium.

Nos unitis hisce, Christum unum, eumdem unum Filium, unum Dominum confiteamur.

Ex decreto.

Eumdem in divinitate perfectum, et eumdem perfectum in humanitate.

Cyrilli, ex epistola ad Joannem.

Idem perfectus in divinitate, ac perfectus idem in humanitate.

Ejusdem, ex epistola ad Augustas.

Præterea si hoc quoque prius attester, recte me facturum arbitror. Quemadmodum enim perfectus est in divinitate genitus ille de Patre Sermo, sic et in humanitate perfectus est, secundum ipsius humanitatis rationem : nec expers animæ corpus assumpsit, sed animatum potius per animam rationis participem.

Ex decreto.

Vere Deum, et eumdem vere hominem, ex participe rationis anima corporeque constantem : ejusdem cum Patre substantiæ, secundum divinitatem, et eumdem nobiscum ejusdem substantiæ, secundum humanitatem, similem nobis per omnia, excepto peccato; ante sæcula quidem ex Patre genitum, quoad divinitatem; extremis vero diebus eumdem propter nos et salutem nostram natum, ex Maria Virgine Deipara, secundum humanitatem.

Cyrilli, ex epistola ad Joannem.

Deum perfectum, et perfectum hominem, ex anima participe rationis et corpore constantem : ante sæcula quidem ex Patre genitum, quoad divinitatem : extremis vero diebus eumdem propter nos et salutem nostram natum ex Maria Virgine, secundum humanitatem : ejusdem cum Patre substantiæ secundum divinitatem; et eumdem nobiscum ejusdem substantiæ, secundum humanitatem.

Ex decreto.

Unum et eumdem Christum, Filium, Dominum, Unigenitum, qui duabus in naturis citra confusionem, mutationem, divisionem, separationem, agnoscitur.

ρίλλῳ πονηθεισῶν συγγραφῶν παρειλήφθησαν, ᾗ ὑμεῖς μᾶλλον τῶν ἄλλων ἀκολουθεῖν διεγνώκατε.

Ὁ ΚΑΘ. Ἡδέως ἀκούσομεν, εἴγε θελήσεις εἰπεῖν.

Ὁ ΘΕΩΡ. Εἰ μὴ ἤθελον εἰπεῖν, οὐκ ἂν ὑπεσχόμην. Ἀλλὰ ἀναγινωσκέσθω ὁ ὅρος κομματικῶς, καὶ πρὸς ἕκαστον κόμμα τοῦ ὅρου ἡ χρῆσις, ὅθεν ἐλήφθη, παρατιθέσθω.

Ἐκ τοῦ Ὅρου.

Ἑπόμενοι τοίνυν τοῖς ἁγίοις Πατράσιν, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμολογεῖν Υἱὸν, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν συμφώνως ἅπαντες ἐκδιδάσκομεν.

Κυρίλλου, ἐκ τῆς πρὸς Σούκενσον α' ἐπιστολῆς.

Ἐδιδάχθημεν παρὰ τῆς θείας Γραφῆς, καὶ τῶν ἁγίων Πατέρων, ἕνα Υἱὸν καὶ Χριστὸν ὁμολογεῖν.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τῆς πρὸς Εὐλόγιον ἐπιστολῆς.

Ἡμεῖς γὰρ ἑνώσαντες ταῦτα, ἕνα Χριστὸν, ἕνα Υἱὸν τὸν αὐτὸν, ἕνα Κύριον ὁμολογοῦμεν.

Ἐκ τοῦ Ὅρου.

Τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν θεότητι, καὶ τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν ἀνθρωπότητι.

Κυρίλλου, ἐκ τῆς πρὸς Ἰωάννην ἐπιστολῆς.

Τέλειος ὁ αὐτὸς ἐν θεότητι, καὶ τέλειος ὁ αὐτὸς ἐν ἀνθρωπότητι.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τῆς πρὸς βασιλίδας ἐπιστολῆς.

Προδιαμαρτύρασθαι δὲ κἀκεῖνο οἶμαι καλόν. Ὥσπερ γάρ ἐστιν ἐν θεότητι τέλειος ὁ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγος, οὕτω καὶ ἐν ἀνθρωπότητι τέλειος κατά γε τὸν τῆς ἀνθρωπότητος λόγον· οὐκ ἄψυχον σῶμα λαβὼν, ἐνψυχωμένον δὲ μᾶλλον λογικῇ ψυχῇ.

Ἐκ τοῦ Ὅρου.

Θεὸν ἀληθῶς, καὶ ἄνθρωπον ἀληθῶς τὸν αὐτὸν, ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ σώματος· ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν, κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, χωρὶς ἁμαρτίας· πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα κατὰ τὴν θεότητα, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν τὸν αὐτὸν δι' ἡμᾶς, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, ἐκ Μαρίας τῆς Παρθένου τῆς Θεοτόκου, κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα.

Κυρίλλου, ἐκ τῆς πρὸς Ἰωάννην ἐπιστολῆς.

Θεὸν τέλειον καὶ ἄνθρωπον τέλειον, ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ σώματος· πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα, κατὰ τὴν θεότητα, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν τὸν αὐτὸν δι' ἡμᾶς, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, ἐκ Μαρίας τῆς Παρθένου κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν, κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα.

Ἐκ τοῦ Ὅρου.

Ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν Χριστὸν, Υἱὸν, Κύριον, Μονογενῆ, ἐν δυο φύσεσιν ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀδιαιρέτως, ἀχωρίστως γνωριζόμενον.

Κυρίλλου, ἐκ τῆς πρὸς Σούκενσον α' ἐπιστολῆς. A

Ἐννοοῦντες τοίνυν, ὡς ἔφην, τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως τρόπον, ὁρῶμεν ὅτι δύο φύσεις συνῆλθον ἀλλήλαις καθ' ἕνωσιν ἀδιάσπαστον, ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως. Ἡ γὰρ σὰρξ σάρξ ἐστι, καὶ οὐ θεότης, εἰ καὶ γέγονε Θεοῦ σάρξ. Ὁμοίως καὶ ὁ Λόγος Θεός ἐστι, καὶ οὐ σάρξ, εἰ καὶ ἰδίαν ἐποιήσατο τὴν σάρκα οἰκονομικῶς.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς.

Δύο τὰς φύσεις εἶναί φαμεν, ἕνα δὲ Χριστὸν Ἰησοῦν, Κύριον, τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον σεσαρκωμένον.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τῆς πρὸς Νεστόριον ἐπιστολῆς.

Οὔτε δὴ τὴν σάρκα φαμὲν εἰς θεότητος τραπῆναι φύσιν, οὔτε μὴν εἰς σαρκὸς τὸν ἀπόῤῥητον τοῦ B Θεοῦ Λόγον παρενεχθῆναι φύσιν. Ἄτρεπτος γάρ ἐστι καὶ ἀναλλοίωτος, ὁ αὐτὸς ἀεὶ μένων, κατὰ τὰς Γραφάς.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐν τῇ πρὸς Εὐλόγιον ἐπιστολῇ.

Οὕτω καὶ ἐπὶ Νεστορίου. Κἂν λέγει δύο φύσεις, τὴν διαφορὰν σημαίνων τῆς σαρκὸς καὶ τῆς θεότητος, ἀλλ' οὐχὶ καὶ τὴν ἕνωσιν ὁμολογεῖ μεθ' ἡμῶν. Ἡμεῖς γὰρ ἑνώσαντες ταύτας, ἕνα Χριστὸν, ἕνα Υἱὸν τὸν αὐτὸν, ἕνα Κύριον ὁμολογοῦμεν.

Ἐκ τοῦ ὅρου.

Οὐδαμοῦ τῆς τῶν φύσεων διαφορᾶς ἀνῃρημένης, διὰ τὴν ἕνωσιν.

Κυρίλλου, ἐκ τῆς πρὸς Νεστόριον ἐπιστολῆς.

Οὐχ ὡς τῆς τῶν φύσεων διαφορᾶς ἀνῃρημένης διὰ C τὴν ἕνωσιν.

Ἐκ τοῦ ὅρου.

Σωζομένης δὲ μᾶλλον τῆς ἰδιότητος ἑκατέρας φύσεως.

Κυρίλλου, ἐκ τῆς πρὸς Σούκενσον ἐπιστολῆς β'.

Εἰ γὰρ καὶ εἷς λέγοιτο παρ' ἡμῖν ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ σεσαρκωμένος καὶ ἐνανθρωπήσας· οὐ πέφυρται διὰ τοῦτο παρὰ τὸ ἐκείνοις δοκοῦν· οὔτε μὴν εἰς τὴν τῆς σαρκὸς φύσιν μεταπεφοίτηκεν ἡ τοῦ Λόγου, ἀλλ' οὐδὲ ἡ τῆς σαρκὸς εἰς τὴν αὐτοῦ· ἀλλ' ἐν ἰδιότητι ἑκατέρου μένοντός τε ὁμοῦ, καὶ νοουμένου, κατά γε τὸν ἀρτίως ἡμῖν ἀποδοθέντα λόγον.

Ἐκ τοῦ ὅρου. D

Καὶ εἰς ἓν πρόσωπον καὶ μίαν ὑπόστασιν συντρεχούσης.

Κυρίλλου, ἐκ τῆς πρὸς Ἰωάννην ἐπιστολῆς.

Καὶ ὡς ἐν ἑνὶ προσώπῳ ἡνούμενος. Εἷς γὰρ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, κἂν ἡ τῶν φύσεων μὴ ἀγνοεῖται διαφορά.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τῆς πρὸς Νεστόριον β' ἐπιστολῆς.

Ἑνὶ τοιγαροῦν προσώπῳ τὰς ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις πάσας ἀναθετέον φωνὰς, καὶ ὑποστάσει μιᾷ τῇ τοῦ Λόγου σεσαρκωμένῃ. Κύριος γὰρ εἷς ἐστιν ὁ Χριστὸς Ἰησοῦς, κατὰ τὰς Γραφάς.

Ἐκ τοῦ ὅρου.

Οὐκ εἰς δύο πρόσωπα μεριζόμενον, ἢ διαιρούμε-

Cyrilli, ex prima ad Successum epistola.

Itaque modum assumptionis humanæ naturæ animo considerantes, naturas duas coivisse per unionem videmus, citra divisionem, confusionem, et mutationem. Caro enim caro est, non divinitas, licet Dei caro facta sit : similiter et Sermo Deus est, non caro; licet dispensatione quadam carnem proprie suam fecerit.

Ejusdem, ex eadem epistola.

Duas naturas esse dicimus, unum vero Christum Jesum, Dominum, Dei Sermonem incarnatum.

Ejusdem, ex epistola ad Nestorium.

Nec carnem dicimus in divinitatis naturam esse conversam, nec ineffabilem Dei Sermonem in naturam carnis translatum. Est enim incommutabilis, et inalterabilis, semper idem manens, secundum Scripturas.

Ejusdem, in epistola ad Eulogium.

Sic et in causa Nestorii. Quamvis duas naturas, discrimen carnis et Sermonis significans, dicat (nam alia natura Sermonis est, alia carnis), unionem tamen nobiscum non confitetur. Nos enim his unitis, unum Christum, unum Filium, unum Dominum confitemur.

Ex decreto.

Nequaquam naturarum discrimine propter unionem sublato.

Cyrilli, ex epistola ad Nestorium.

Non tanquam naturarum discrimine sublato propter unionem.

Ex decreto.

Sed utriusque naturæ proprietate potius salva,

Cyrilli, ex secunda ad Successum epistola.

Licet enim unus a nobis dicatur unigenitus Dei Filius incarnatus, et homo factus, non tamen ideo commistus est, de ipsorum opinione; nec vel natura Sermonis in naturam carnis transiit, nec carnis natura in naturam Sermonis : sed utroque in sua proprietate manente simul ac intellecto, secundum expositam a nobis modo rationem.

Ex decreto.

Et in unam personam unamque hypostasin coeunte.

Cyrilli, ex epistola ad Joannem.

Et tanquam in una persona unitus. Unus enim Dominus Jesus Christus, tametsi naturarum discrimen non ignoratur.

Ejusdem, ex secunda ad Nestorium epistola.

Uni ergo personæ omnes in Evangelio voces attribuendæ sunt, unique hypostasi Sermonis incarnatæ. Christus enim Jesus unus Dominus est, secundum Scripturas.

Ex decreto.

Non in duas personas discerptum, vel divisum

sed unum et eumdem Filium unigenam, Deum Sermonem, Dominum Jesum Christum.

Cyrilli, ex epistola ad Successum.

Non in duas personas et filios discerpetur : sed mansit unus et idem Dominus Jesus Christus.

Ex decreto.

Sicut olim vates de ipso, et ipse nos Dominus Jesus Christus erudiit, et symbolum illud Patrum nostrorum tradidit.

Cyrilli, ex epistola ad Nestorium.

Sic sanctos sensisse Patres inveniemus.

Ex decreto.

His ergo cum omni undique accuratione diligentiaque a nobis sancitis, decrevit sacra synodus, nemini fas esse, fidem aliam proferre, vel in litteras referre : et cætera.

Cyrilli, ex Ephesina synodo.

His ergo recitatis, decrevit sacra synodus nemini fas esse, fidem aliam proferre : et cætera.

THEOR. Vides, sanctissime domine, sacram hanc synodum Chalcedone habitam a recta Patrum sententia ne paulum quidem recessisse : sed ipsa verba cum mente verborum retinuisse ?

GEN. Equidem in hoc decreto nihil invenio, quod orthodoxæ fidei adversetur : adeoque miror qui factum sit ut nostri majores impudenter ad id calumniandum progrederentur.

THEOR. Apponamus, si placet, eorum quoque Patrum auctoritates, qui partim ante Cyrillum, partim post eum illustres exstiterunt, tam verbis quam sententiis sanctæ Chalcedonensi synodo respondentes.

GEN. Id vero supervacaneum fuerit ; quippe Cyrilli supra recitatæ auctoritates sufficiunt.

THEOR. Videamus ergo, si placet, quot et qualibus sectis divinum hoc decretum sese objiciat.

GEN. Id vero præclarum fuerit intueri, ne quid eorum nobis desit, quæ deinceps ejus stabiliendi causa proferri debent.

Ex decreto.

Unum et eumdem Filium, Dominum nostrum Jesum Christum, esse confitendum universi consona voce docemus.

THEOR. In his obturat os Paulo Samosateno et Nestorio, qui hominem adorabant, et in duos filios ausi sunt eum dividere, aliumque dicere Filium natura Sermonem, et alium rursus Filium per gratiam Christum Jesum, qui nomen Filii per unionem et conjunctionem cum naturali Filio sit adeptus : qui denique non confitebantur unum et eumdem Filium, carnis quidem expertem ante descensum et hominis assumptionem : incarnatum vero eumdem post descensum et hominis assumptionem nostri causa factam.

A νον, ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν Υἱὸν μονογενῆ, Θεὸν Λόγον, καὶ Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν.

Κυριλλου, ἐκ τῆς πρὸς Σούκενσον ἐπιστολῆς.

Καὶ οὐκ εἰς δύο μερισθήσεται πρόσωπα καὶ υἱοὺς, ἀλλὰ μεμένηκεν εἷς καὶ ὁ αὐτὸς Κύριος Ἰησοῦς Χριστός.

Ἐκ τοῦ ὅρου.

Καθάπερ ἄνωθεν οἱ προφῆται περὶ αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ἡμᾶς ἐξεπαίδευσε, καὶ τὸ τῶν Πατέρων ἡμῶν παραδέδωκε σύμβολον.

Κυριλλου, ἐκ τῆς πρὸς Νεστόριον ἐπιστολῆς.

Οὕτως εὑρήσομεν τοὺς ἁγίους περφρονηκότας Πατέρας.

Ἐκ τοῦ ὅρου.

B Τούτων τοίνυν μετὰ πάσης πανταχόθεν ἀκριβείας τε καὶ ἐμμελείας παρ' ἡμῶν διατυπωθέντων, ὥρισεν ἡ ἁγία σύνοδος, ἑτέραν πίστιν μηδενὶ ἐξεῖναι προφέρειν, ἢ συγγράφειν· καὶ τὰ λοιπά.

Κυριλλου, ἐκ τῆς κατ' Ἔφεσον συνόδου.

Τούτων τοίνυν ἀναγνωσθέντων, ὥρισεν ἡ ἁγία σύνοδος, ἑτέραν πίστιν μηδενὶ ἐξεῖναι προφέρειν· καὶ τὰ λοιπά.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ὁρᾷς, ἁγιώτατε δέσποτα, ὅτι οὐδὲ κἂν μικρὸν ἐκβέβηκε τῆς ὀρθῆς τῶν Πατέρων δόξης ἡ ἐν Χαλκηδόνι ἁγία σύνοδος γενομένη, ἀλλὰ μετὰ τῆς διανοίας καὶ αὐτὰ τὰ ῥήματα ἐφύλαξεν ;

Ὁ ΚΑΘ. Ἐγὼ οὐδὲν ἐναντίον τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει εὑρίσκω ἐν τούτῳ τῷ ὅρῳ· καὶ θαυμάζω, πῶς οἱ πρὸ ἡμῶν ἀναιδῶς εἰς συκοφαντίαν ἐχώρησαν κατ' αὐτοῦ.

C Ὁ ΘΕΩΡ. Παραθῶμεν, εἰ δοκεῖ, καὶ τῶν πρὸ τοῦ ἁγίου Κυρίλλου, καὶ τῶν μετ' αὐτὸν διαλαμψάντων ἁγίων Πατέρων χρήσεις, αὐταῖς λέξεσι καὶ νοήμασι τῇ ἐν Χαλκηδόνι ἁγίᾳ συνόδῳ στοιχούσας.

Ὁ ΚΑΘ. Περιττόν ἐστι τοῦτο· ἀρκοῦσι γὰρ αἱ τοῦ ἁγίου Κυρίλλου προτεθεῖσαι χρήσεις.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ἴδωμεν λοιπὸν, εἰ δοκεῖ, πόσαις καὶ οἵαις αἱρέσεσιν ὁ θεῖος οὗτος ὅρος ἀντιπαρατάττεται.

Ὁ ΚΑΘ. Καλόν ἐστι τοῦτο ἰδεῖν, ἵνα μηδὲν ἡμῖν ἐλλείπῃ εἰς σύστασιν αὐτοῦ λεχθῆναι ὀφειλόντων εἰς ὕστερον.

D Ἐκ τοῦ ὅρου.

Ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμολογεῖν Υἱὸν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν συμφώνως ἅπαντες ἐκδιδάσκομεν.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ἐν τούτοις τὸν Σαμοσατέα Παῦλον, καὶ Νεστόριον, τοὺς ἀνθρωπολάτρας ἐπιστομίζει, τοὺς εἰς υἱῶν δυάδα τολμῶντας αὐτὸν διαιρεῖν· καὶ ἄλλον μὲν λέγοντας Υἱὸν φύσει τὸν Λόγον, ἄλλον δὲ πάλιν Υἱὸν χάριτι τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν, ἑνώσει καὶ συναφείᾳ τῇ πρὸς τὸν κατὰ φύσιν Υἱὸν τὴν υἱότητα κεκτημένον· καὶ οὐχ ὁμολογοῦντας ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν Υἱὸν, ἄσαρκον μὲν πρὸ τῆς καταβάσεως καὶ ἐνανθρωπήσεως· σεσαρκωμένον δὲ τὸν αὐτὸν μετὰ τὴν δι' ἡμᾶς κατάβασίν τε καὶ ἐνανθρώπησιν.

Ἐκ τοῦ ὅρου.

A Τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν θεότητι, καὶ τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν ἀνθρωπότητι. Τέλειον ἐν θεότητι εἰπών, τὴν Ἀρειανῶν ἀπωθεῖται βλασφημίαν. Οὗτοι γὰρ Θεὸν μὲν εἶναι λέγουσι τὸν Χριστὸν, ἀτελῆ δὲ καὶ ἐλάττονα τοῦ Πατρὸς Θεὸν αὐτὸν δογματίζουσιν. Ἐν δὲ τῷ εἰπεῖν· Καὶ τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν ἀνθρωπότητι, οὐ μόνον τὴν Ἀρειανῶν, ἀλλὰ καὶ τὴν Ἀπολιναριανῶν διελέγχει ἄνοιαν. Ὁ μὲν γὰρ Ἄρειος ἄψυχον παντελῶς σάρκα ἀνειληφέναι τὸν Λόγον ληρωδεῖ· ὁ δὲ Ἀπολινάριος ἔμψυχον μὲν, ἄνουν δέ· ὡς ἀμφοτέρους ἀτελῆ τὴν ἀνθρωπότητα τοῦ Κυρίου ἀμαθῶς δογματίζειν.

Ἐκ τοῦ ὅρου.

Θεὸν ἀληθῶς, καὶ ἄνθρωπον ἀληθῶς τὸν αὐτόν. Ταῦτα διὰ Μάνεντα, ὃς Θεὸν ψιλὸν αὐτὸν ὁμολογεῖ, B καὶ οὐκ ἄνθρωπον· καὶ διὰ Παῦλον τὸν Σαμοσατέα, καὶ Ἀρτεμᾶν, οἵτινες ἀρνοῦνται αὐτοῦ τὴν θεότητα, ψιλὸν αὐτὸν ἄνθρωπον ὁμολογοῦντες. — Ἐκ τοῦ ἔρου. Ἐκ ψυχῆς [λογικῆς, καὶ σώματος. Ἐνταῦθα πάλιν Ἀπολιναρίῳ πολεμεῖ, λέγοντι μὴ ἐσχηκέναι νοερὰν ψυχὴν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ἀλλὰ ζωτικὴν μόνον· καὶ διὰ Μάνεντα καὶ Οὐαλεντῖνον, τοὺς ἀρνουμένους αὐτοῦ τὴν σάρκωσιν. — Ἐκ τοῦ ὅρου. Ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, δι' Εὐνόμιον καὶ Ἄρειον, τοὺς τὸν μονογενῆ Λόγον ἑτεροούσιον τοῦ Πατρὸς, καὶ κτίσμα, καὶ δοῦλον ἀσεβῶς αὐτὸν καταγγέλλοντας. — Ἐκ τοῦ ὅρου. Καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν, κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· διὰ Μαρκίωνα, καὶ Μάνεντα, καὶ Οὐαλεντῖνον, τοὺς C δοκήσει καὶ φαντασίᾳ ψιλῇ λέγοντας αὐτὸν ἄνθρωπον ὀφθῆναι, οὐ μὴν ἀληθείᾳ, καὶ κατὰ φύσιν ἄνθρωπον ὁμολογοῦντας αὐτὸν γεγονέναι. — Ἐκ τοῦ ὅρου. Πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα, κατὰ τὴν θεότητα· διὰ Σίμωνα, καὶ Εὐνόμιον, καὶ Ἄρειον, τοὺς ἀρνουμένους αὐτοῦ τὴν ἐκ Πατρὸς πρὸ αἰώνων γέννησιν.— Ἐκ τοῦ ὅρου. Ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν τὸν αὐτὸν δι' ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, ἐκ Μαρίας τῆς Παρθένου καὶ Θεοτόκου, κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· διὰ Φωτεινὸν καὶ Θεόδωρον, καὶ Διόδωρον, καὶ Νεστάριον, τοὺς διδόντας αὐτῷ τὴν ἀρχὴν τῆς ὑπάρξεως ἐκ τῆς Παρθένου, καὶ λέγοντας αὐτὸν ἄνθρωπον ἐξ ἀρετῆς κατὰ προκοπὴν θεοποιηθέντα, καὶ οὐχὶ Θεὸν ἐκ Θεοῦ ὄντα, καὶ διὰ φιλανθρωπίαν ἀτρέπτως ἄνθρωπον γεγενη- D μένον. — Ἐκ τοῦ ὅρου. Ἐν δύο φύσεσιν ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀδιαιρέτως, ἀχωρίστως γνωριζόμενον, οὐδαμοῦ τῆς τῶν φύσεων διαφορᾶς ἀνῃρημένης διὰ τὴν ἕνωσιν, σωζομένης δὲ μᾶλλον τῆς ἰδιότητος ἑκατέρας φύσεως, καὶ εἰς ἓν πρόσωπον καὶ μίαν ὑπόστασιν συντρεχούσης. Ταῦτα διὰ Νεστόριον, καὶ Ἀπολινάριον, καὶ Εὐτυχῆ, οἳ τὰς διαφόρους φύσεις, τοῦ Λόγου λέγω καὶ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, μίαν φύσιν ἀποτετελεκέναι φασὶν, ἐκστάσας δηλονότι τῆς ἑαυτῶν ἰδιότητος· ὡς κατὰ τὸν ἐκείνων λόγον μηκέτι δύνασθαι σώζεσθαι τοῦ Χριστοῦ μήτε τὸ παθητὸν, διὰ τὸ ἀπαθὲς αὐτοῦ τῆς θεότητος, μήτε τὸ ἀπαθὲς, διὰ τὸ παθητὸν αὐτοῦ τῆς ἀνθρωπότητος.

Ex decreto.

Eumdem in divinitate perfectum, et eumdem perfectum in humanitate. Cum in divinitate perfectum dicit, Arianorum blasphemiam rejicit; nam illi Deum quidem esse Christum dicunt, sed imperfectum et Patre minorem Deum tradunt. Cum autem inquit: Et eumdem perfectum in humanitate, non Arianorum modo, sed Apollinaristarum quoque dementiam refutat. Arius enim nugatur, Sermonem assumpsisse carnem omnino inanimam: Apollinaris autem, animatam quidem carnem, sed mentis expertem: quo fit, ut imperite ambo imperfectam Domini humanitatem trádant.

Ex decreto.

Vere Deum, et eumdem vere hominem. Hæc propter Manem posita sunt, qui eum purum fatetur Deum, non etiam hominem: et propter Paulum Samosatenum, et Artemam, qui divinitatem ejus pernegant, purum hominem confitentes. — *Ex decreto.* Ex participe rationis anima, corporeque constantem. Hic rursus Apollinarim oppugnat, qui Dominum nostrum Jesum Christum non dicebat animam habuisse mente præditam, sed duntaxat vitalem: itemque Manem et Valentinum, incarnationem ejus negantes. — *Ex decreto.* Ejusdem cum Patre substantiæ, secundum divinitatem. Hoc propter Eunomium et Arium qui unigenam illum Sermonem diversæ a paterna substantiæ, et creaturam et mancipium, impie prædicabant.—*Ex decreto.* Et eumdem nobiscum ejusdem substantiæ, secundum humanitatem. Hoc propter Marcionem, et Manem, et Valentinum, qui eum per opinionem ac phantasiam duntaxat aiebant hominem apparuisse; non reipsa, et naturaliter hominem factum confitebantur. — *Ex decreto.* Ante sæcula quidem ex Patre genitum, quoad divinitatem. Hoc propter Simonem, et Eunomium, et Arium, qui generationem ipsius ex Patre, factam ante sæcula, negabant. — *Ex decreto.* Extremis vero diebus eumdem propter nos, et salutem nostram, natum ex Maria Virgine Deipara, secundum humanitatem. Hoc propter Photinum et Theodorum, et Diodorum, et Nestorium, qui exsistendi principium ei dant ex Virgine, ac tradunt eum hominem esse, qui ob virtutem profectu quodam et incremento sit deificatus; non Deum de Deo, qui amore generis humani citra mutationem homo factus sit. — *Ex decreto.* Qui duabus in naturis citra confusionem, mutationem, divisionem, separationem agnoscitur; nequaquam naturarum discrimine propter unionem sublato, sed utriusque naturæ proprietate potius salva, et in unam personam unamque hypostasin coeunte. Ista propter Nestorium, et Apollinarim, et Eutychetem, qui naturas diversas, Sermonis, inquam, et carnis ejus, unam naturam absolvisse dicunt, amissa scilicet singularum proprietate: quo fit ut secundum ipsorum doctrinam, non amplius in Christo vel esse passibile quidquam statuere possimus, propter divinitatem ipsius, passionis expertem vel quidquam impassibile, propter ipsius humanitatem, passioni obnoxiam.

Iis ita recitatis et declaratis, generalis ad Theorianum inquit: Equidem post recitationem hujus decreti nihil in eo deprehendi, quod orthodoxæ fidei repugnet, sicut et pridem fassus sum. Miror etiam, qui factum sit ut nostri majores impudenter ad id calumniandum progrederentur. Sed arbitror propterea, quod hæc sancta, universalis magnaque synodus adversus pr'ures se sectas objiciat, ut indicatum est, multos adversus eam ab hoste salutis humanæ calumniatores fuisse suscitatos, pro multis illis vulneribus, quæ ad cor ipsum ei sunt a synodo inflicta. Rectissimum sane decretum est, uti quod a Spiritu sancto per tot talesque sanctos Patres dictatum fuerit. Quippe nulla synodus tam frequentem sanctorum Patrum collec.orum numerum habuit. Cæterum modo tibi quiddam aperiam, quod hactenus vulgo proditum non fuit. Ante 200 annos quidam generalis Armeniorum fuit, cui nomen Joannes, vita doctrinaque magnis sanctisque Patribus par, et qui disciplinas exteras universas, adeoque philosophiam ipsam non summatim attigisset; vita quidem divina haud scio an omnibus, plurimis certe præivit; dignus habitus, tam vitæ quam doctrinæ gratia, qui hoc sacro gradu solioque generalium potiretur. Hic divino repletus zelo, contra Monophysitas ruebat, et toto eis propemodum episcopatus sui tempore tam scriptis quam lingua infligere vulnera non desiit: cujus et sacram memoriam honorifice pieque celebramus. Hujus divini beatique viri commentarius est apud me, quem contra Monophysitas scripsit, pluribus Scripturarum testimoniis, et enthymematis, et valentibus syllogismis, et notionibus communibus, et demonstrationibus refertus. Eum beatæ memoriæ Generalis Gregorius, qui non multo ante me illustris in hoc solio fuit, ita confirmavit ut ejus in extremo hæc verba perscriberet: Sic et ego credo, quemadmodum sanctissimus generalis Joannes hic scripsit; et ita non credentes anathematizo. Ac legamus sane paulum ex eo, si placet, ut hunc virum agnoscas, veluti leonem ex unguibus.

THEOR. Equidem hoc scriptum libentissime audiam.

Cum ergo recitatum fuisset proœmium, Theorianus ad Generalem: Obsecro, inquit, eximiam sanctitatem tuam, ut hic liber describatur, ac mihi tradatur: quo Græcum factum habere in Romania possimus, ad honorem Patris ipsius, utque per eum auctor a nobis ipse celebretur.

GEN. Perplacet.

Itaque descriptus et nobis traditus est, qui eum ad urbem Augustam deportavimus.

Secundum hæc generalis ita nos compellabat: Beatus Paulus inquit: *Optarem ipsemet esse a Christo anathema, pro fratribus meis, cognatis mihi, quod carnem attinet, dumtaxat ut ipsi salutem adipiscerentur* [14]. Idem ego de mea gente dico. Et quan-

[14] Rom. IX, 3.

Τούτων οὕτω; ἀναγνωσθέντων καὶ ἑρμηνευθέντων, εἶπεν ὁ Καθολικὸς πρὸς τὸν Θεωριανόν· Ἐγὼ τοῦτον ἀναγνοὺς τὸν ὅρον, οὐδὲν ἐναντίον τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει ἐν αὐτῷ διέγνων, ὥς σοι καὶ πρώην ἐξεῖπον· καὶ θαυμάζω, πῶς οἱ πρὸ ἡμῶν ἀναιδῶς κατ' αὐτοῦ εἰς συκοφαντίαν ἐχώρησαν. Ἀλλ' οἶμαι, ἐπεὶ κατὰ πολλῶν αἱρέσεων παρατάττεται ἡ ἁγία αὕτη καθολικὴ μεγάλη σύνοδος, ὡς δεδήλωται, πολλοὺς κατ' αὐτῆς ὁ τῆς σωτηρίας τῶν ἀνθρώπων πολέμιος τοὺς συκοφάντας ἐξήγειρεν ἀντὶ πολλῶν, ὧν κατὰ καρδίας ἐδέξατο πληγῶν παρ' αὐτῆς. Ὀρθότατός ἐστιν ὁ ὅρος, ὡς ὑπὸ τοῦ παναγίου Πνεύματος διὰ τοσούτων καὶ τηλικούτων ἁγίων θεοφόρων Πατέρων ὑπαγορευθείς· οὐδεμία γὰρ ἁγία σύνοδος τοσούτους ἴσχε συνειλεγμένους ἁγίους Πατέρας. Νυνὶ δέ σοι καί τι τῶν μέχρι τοῦ νῦν ἀπορρήτων ἀποκαλύψω. Πρὸ διακοσίων ἐτῶν ἐγένετό τις Καθολικὸς τῶν Ἀρμενίων, ᾧ ὄνομα Ἰωάννης, βίῳ καὶ λόγῳ τοῖς μεγάλοις ἁγίοις Πατράσιν ἡμιλλημένος, παιδείας τε τῆς ἔξω πάσης, καὶ δὴ καὶ αὐτῆς φιλοσοφίας οὐκ ἀκροθινῶς ἥψατο· βίῳ δὲ ἐνθέῳ οὐκ οἶδα εἰ πάντας τοὺς πλείστους τέως ὑπερηκόντισεν· ὃς διά τε τὸν βίον, διά τε τὸν λόγον, τοῦ θείου τούτου βαθμοῦ καὶ τοῦ θρόνου, τῶν καθολικῶν λέγω, ἠξίωτο. Οὗτος ζήλου θείου πλησθείς, κατὰ τῶν Μονοφυσιτῶν ὥρμητο· καὶ δὴ καὶ γραφαῖς, καὶ γλώττῃ τούτους κατατραυματίζειν, τὸν ὅλον τῆς ἐπισκοπῆς αὐτοῦ χρόνον σχεδὸν οὐκ ἐπαύσατο. Οὗ τὴν θείαν μνήμην ἐντίμως καὶ θεοσεβῶς ἑορτάζομεν. Τούτου τοῦ θείου καὶ μακαρίου ἀνδρὸς ἐστι παρ' ἐμοὶ συγγραφή, ἣν κατὰ τῶν Μονοφυσιτῶν συνεγράψατο, πολλαῖς γραφικαῖς μαρτυρίαις, καὶ ἐνθυμήμασι, καὶ συλλογισμοῖς ἰσχυροῖς, καὶ κοιναῖς ἐννοίαις καὶ ἀποδείξεσιν ἐμπεπυκνωμένη. Ταύτην ὁ ἐν μακαρίᾳ τῇ μνήμῃ ὀλίγον πρὸ ἐμοῦ τῷ θρόνῳ τούτῳ διατρίψας Γρηγόριος ὁ Καθολικὸς ἐπεκύρωσε, γράψας πρὸς τῷ τέλει αὐτῆς, ὅτι Οὕτω πιστεύω κἀγώ, ὁ ἀγιώτατος Καθολικὸς Ἰωάννης ἐνταυθοῖ γέγραφε, καὶ τοὺς μὴ οὕτω πιστεύοντας ἀναθεματίζει. Καὶ εἰ κελεύεις, ἀναγνώσομεν ἐκ ταύτης ὀλίγον, ἵνα γνῷς τὸν ἄνδρα, ὡς ἐξ ὀνύχων τὸν λέοντα.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ἥδιστα ἀκούσαιμι τῆς γραφῆς.

Ὡς οὖν ἀνέγνωμεν τὸ προοίμιον, εἶπεν ὁ Θεωριανὸς πρὸς τὸν Καθολικόν· Παρακαλῶ τὴν μεγάλην ἁγιωσύνην σου μεταγραφῆναι τὴν συγγραφὴν ταύτην, καὶ δοθῆναί μοι, ἵνα ἐξελληνισθεῖσαν ἐν Ῥωμανίᾳ ἔχοιμεν αὐτήν, εἰς τιμὴν τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ, καὶ τιμῶμεν δι' αὐτῆς τὸν γεννήτορα.

Ὁ ΚΑΘ. Ἀποδέχομαι τοῦτο σφόδρα.

Καὶ δὴ μεταγραφεῖσα ἐδόθη ἡμῖν, ἣν καὶ ἀποκομισάμεθα πρὸς τὴν βασιλεύουσαν.

Τούτων οὕτω γενομένων, εἶπεν ὁ Καθολικὸς πρὸς ἡμᾶς· Ὁ μακάριος Παῦλος ἔφη· *Ἐβουλόμην αὐτὸς ἐγὼ ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου, τῶν συγγενῶν μου, τῶν κατὰ σάρκα, μόνον ἵνα σωθῶσι.* Τοῦτό φημι κἀγὼ ὑπὲρ

τοῦ ἐμοῦ γένους· ἐπεὶ καὶ ἀποθανεῖν ὀφείλει ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς ὑπὲρ τῶν προβάτων αὐτοῦ· πᾶσαν μηχανὴν καὶ σπουδὴν ποιήσω, καὶ πάντα πᾶσι γενήσομαι, ἵνα πάντας, ἢ τινας πάντως, σώσω· ὡς ἂν κἀγὼ δυνηθῶ εἰπεῖν, *Ἰδοὺ ἐγὼ καὶ τὰ παιδία, ἃ μοι ἔδωκεν ὁ Θεός*. Πῶς δὲ τοῦτο ποιήσω, ἄκουσον. Ἀπὸ τῆς σήμερον ἄρξομαι γράφειν ἐπιστολὰς πρὸς τοὺς ἁπανταχοῦ γῆς Ἀρμενίων ἐπισκόπους, καλῶν αὐτοὺς εἰς τὴν σύνοδον. Καὶ μετὰ τὸ κρατηθῆναι τὴν σύνοδον, προθήσω εἰς μέσον ὅσας χρήσεις ἔχουσιν οἱ Ἀρμένιοι, δοκούσας αὐτοῖς βοηθεῖν. Προθήσω δὲ καὶ ὅσας αὐτός μοι παρήγαγες γραφικὰς μαρτυρίας. Καὶ πρῶτον μὲν ἔσομαι ἐκ τοῦ μέρους τῶν Ἀρμενίων, καθ' ὑμῶν γυμνάζων τὸν λόγον· εἶτα ἡρέμα, καὶ κατ' ὀλίγον, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς οἰκονομίας, καὶ κατὰ καιρὸν καὶ τρόπον προσήκοντα, ἄρξομαι ἀποκαλύπτειν τὴν μέχρι τοῦ νῦν κρατήσασαν πλάνην τῶν Ἀρμενίων. Ἐλέγξω δὲ καὶ αὐτοὺς καὶ ἀπὸ συγγραφῆς τοῦ ἐν ἁγίοις Ἰωάννου καὶ Καθολικοῦ, ἣν σοι δέδωκα μεταγράψας, καὶ ἀπὸ πασῶν τῶν ἀποδείξεων, ἃς μοι πεποίηκεν ἡ σὴ λογιότης. Καὶ τὸ ὅλον εἰπεῖν, ἔσομαι Ῥωμαῖος, ὑπὲρ Ῥωμαίων, μᾶλλον δὲ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας κατὰ τῶν Ἀρμενίων ἀγωνιζόμενος, καί μοι ἄψευστος ἐλπίς ἐστιν εἰς Θεὸν, ὅτι τὰ πρόβατα τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούσει, καὶ ἀκολουθήσει μοι, καὶ ἐσόμεθα σὺν Θεῷ μία ποίμνη, εἷς ποιμήν. Καὶ εἰ μὲν πάντες συνέλθοιεν ἐμοὶ, εὖ ἂν ἔχοι· τῷ φιλανθρώπῳ Θεῷ οὐ παύσομαι εὐχαριστῶν· εἰ δέ γε καὶ μὴ (ὅπερ ἀπεύχομαι), μετὰ τῶν ἑπομένων μοι, καὶ στοιχούντων, καὶ ὁμοφρονούντων κυρώσω τὸ δόγμα τῆς ἀληθείας, καὶ ἀποστείλω πρὸς τὸν κραταιὸν καὶ ἅγιον ἡμῶν βασιλέα, καὶ τὸν ἁγιώτατον καὶ οἰκουμενικὸν πατριάρχην τοὺς ἀξιολόγους τῶν ἀρχιερέων μου, φέροντας τὴν ὀρθόδοξον πίστιν ἔγγραφον, καὶ ὑπογεγραμμένην οἰκείᾳ ἐμῇ χειρὶ, ἔχουσαν καὶ ὑπογραφὰς πάντων τῶν ὑπ' ἐμὲ ὄντων ὀρθοδόξων ἐπισκόπων, βεβαιώσοντας, καὶ δι' οἰκείας φωνῆς, καὶ γραφῆς λόγῳ ἡμῶν καὶ τῶν ὀρθοδοξησάντων Ἀρμενίων ταύτην. Ἔσται δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τοῦτο ἐν τῇ τοιαύτῃ ἐγγράφῳ πίστει ἐγκείμενον, ὅτι Δεχόμεθα τὴν ἐν Χαλκηδόνι μεγάλην καὶ οἰκουμενικὴν τετάρτην ἁγίαν σύνοδον, καὶ οὓς αὕτη δέχεται ἁγίους Πατέρας· οὓς δὲ πάλιν αὕτη ἀναθεματίζει, καὶ ἡμεῖς ἀναθεματίζομεν· Εὐτυχέα τε καὶ Διόσκορον, πρὸς δὲ καὶ Σέβηρον, καὶ Τιμόθεον τὸν Αἴλουρον, καὶ πάντας τοὺς αὐτῆς καταφλυαρήσαντας· τοὺς δὲ πρὸς τὸ φῶς τῆς ἀληθείας τοὺς ὀφθαλμοὺς μύσαντας τῆς καρδίας, καὶ σοφωτέρους ἑαυτοὺς τῶν ἁγίων ὑπολαμβάνοντας, αἰωνίῳ ἀναθέματι παραπέμψω. Εἶτα μετὰ τὸ κυρωθῆναι συνοδικῶς ἐν τῇ βασιλευούσῃ ταῦτα πάντα, καὶ ὑποστρέψαι τοὺς ἐμοὺς ἀρχιερεῖς, εἴγε κελεύσει ὁ θεοφιλέστατος βασιλεὺς, εἰσέλθω καὶ αὐτὸς εἰς τὴν βασιλεύουσαν, προσκυνήσων τὰ ἐκεῖσε ἅγια προσκυνήματα, καὶ τὸν ἰσαπόστολον καὶ ἅγιον βασιλέα, καὶ τὸν ἁγιώτατον πατριάρχην. Καὶ ταῦτα εἰπὼν, ἐξέβαλε πάν-

A doquidem bonus pastor etiam mori debet pro suis ovibus, omnem machinationem atque studium adhibebo, et omnibus omnia fiam, ut omnes, aut aliquos omnino servem, quo et ipse dicere possim : *En ego, et liberi, quos Deus mihi dedit*[88]. Quo autem modo sim id facturus, audi. Ab hodierno die scribere litteras ad Armeniorum episcopos ubique gentium incipiam, quibus eos ad synodum invitabo. Ea cum habita fuerit, in medium proponam auctoritates omnes, quotquot Armenii habent, et pro ipsis esse videntur. Proponam et illa sacrarum Litterarum testimonia, quæcunque tu mihi protulisti. Ac primum quidem ero ex parte Armeniorum, contra vos disserendo contendens : deinde paulatim, ac pedetentim, nec sine multo consilio, convenienti et B tempore et modo, detegere incipiam Armeniorum errorem, qui hactenus obtinuit. Redargnam eos et de libro sanctæ memoriæ Joannis illius generalis episcopi, quem librum tibi descriptum obtuli : de omnibus illis denique demonstrationibus, quas eruditio tua mihi suppeditavit. Ad summam, Romanus ero, proque Romanis, imo pro veritate, adversus Armenios decertabo, ac spe infallibili fretus erga Deum, futurum mihi polliceor, ut oves meæ vocem meam audiant, ac me sequantur : et erimus, Deo juvante, unum ovile, unus pastor. Quod si ad me universi accesserint, bene erit, ac benigno Deo gratias agere non desinam : sin autem, (quod evenire nolim) cum iis qui me sequentur, et mecum C consentient, veritatis doctrinam confirmabo, et ad præpotentem sanctumque nostrum imperatorem, et sanctissimum ac universalem patriarcham, meos auctoritatis præcipuæ pontifices mittam, qui fidem orthodoxam scripto comprehensam afferent, manu mea subnotatam, et omnium mihi subjectorum recte sentientium episcoporum subscriptiones continentem ; quique tam voce propria quam per scripturam, nostro nomine pariter, et amplexorum veram sententiam Armeniorum, eam confirmabunt. Atque huic comprehensæ scripto fidei hoc quoque, præter alia, insertum erit : Nos habitam Chalcedone magnam, universalem, quartam illam sacram synodum recipere cum iis sanctis Patribus, quos ea recipit ; quos autem e diverso anathemati subjicit, eos nos D quoque anathematizare ; nimirum Eutychetem, et Dioscorum, et præter hos Severum, et Timotheum Ælurum, et omnes qui adversus eam nugas meras effutiverunt. Quotquot autem cordis oculos ad veritatis lucem clauserint, et se viris illis sanctis doctiores existimabunt, æterno anathemati tradam. Deinde cum hæc omnia in urbe Augusta, synodo interveniente, corroborata fuerint, ac reversi mei pontifices : si quidem piissimus imperator jusserit, et ipse urbem Augustam ingrediar, adoraturus et res ibidem sanctas ac veneratione dignas, et apostolis parem ac sanctum imperatorem, et sanctissimum patriarcham. Quibus dictis, e cœnaculo

[88] Isa. VIII, 18.

expulit universos, et animo dolorem præ se ferente, plenisque lacrymarum oculis, ita nos affari cœpit :

Obsecro benignum et sanctum imperatorem nostrum, ut, posteaquam mei pontifices Constantinopolim ingressi et hæc, quæ diximus, omnia confirmata fuerint, jubeat sanctissimum et universalem patriarcham, ornatum pontificalibus suis, quæ gestare consuevit quoties sacrum ministerium peragit, in ambonem conscendere, vel in sacrum et sanctum illud solium post sacram mensam collocatum, crucem sanctam manibus suis tenentem, et venerabilia ligna, audienteque toto ecclesiæ corpore ac populo, genti Armeniorum bene precari, quæ totum prope sæculum exsecrationi subjecta fuit; deinde curet serias concipi preces etiam pro iis Armeniis, qui obdormierunt, ut Deus, qui omnium vult salutem, profectum hoc ex ignoratione, non malitia, delictum eis remittat. Cum ergo videremus eum, hæc corde contrito et cum gemitibus ad nos proferentem : nos quoque moti sumus ad commiserationem, totique meras in lacrymas et lamentationes soluti. Deinde cum paulum temporis intercessisset, quasique pleratus conquievisset, Theorianus dixit :

Has preces tuas, domine, præpotenti et sancto imperatori nostro exponemus. Inde tradita nobis epistola ad piissimum, et sanctum, et Christianum imperatorem nostrum, qua et illud complexus erat, so magnam illam, et universalem, sanctamque synodum quartam, Chalcedone habitam, recipere; pacifice nos dimisit, [tactoque capite nostro, bene nobis est precatus. Nos autem actis Deo pro his omnibus gratiis, Constantinopolim continuis itineribus proficiscebamur, Deum interim et collaudantes et prædicantes : cui quidem omnis majestas, honos, adoratio, et magnificentia, sæculis infinitis competit. Amen.

τας τοῦ ὑπερῴου, καὶ μετὰ πεθαινομένης ψυχῆς, ἔχων καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς δακρύων μεστοὺς, ἤρξατο λέγειν πρὸς ἡμᾶς·

Παρακαλῶ τὸν φιλόστοργον καὶ ἅγιον ἡμῶν βασιλέα, ἵνα μετὰ τὸ εἰσελθεῖν τοὺς ἐμοὺς ἀρχιερεῖς εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν, καὶ βεβαιῶσαι ταῦτα πάντα, ἃ εἴπομεν, πορήσῃ τὸν ἁγιώτατον καὶ οἰκουμενικὸν πατριάρχην φορέσαι τὰ ἱερατικὰ αὐτοῦ, ὅσα φορεῖν εἴωθε, τὴν θείαν ἐκτελῶν λειτουργίαν, καὶ ἀναβῆναι ἐπὶ τοῦ ἄμβωνος, ἢ ἐπὶ τοῦ θείου καὶ ἱεροῦ θρόνου, τοῦ ὄπισθεν τῆς ἁγίας τραπέζης, κρατοῦντα ταῖς χερσὶ τὸν ἅγιον σταυρὸν, ἔχοντα τὰ τίμια ξύλα, καὶ ἐν ἀκροάσει παντὸς τοῦ τε πληρώματος τῆς Ἐκκλησίας καὶ τοῦ λαοῦ, εὐλογῆσαι τὸ γένος τῶν Ἀρμενίων, ὃ σχεδὸν ὅλον αἰῶνα ὑπὸ κατάραν ἦν· εἶτα ποιῆσαι εὐχὴν ἐκτενῆ καὶ ὑπὲρ τῶν κεκοιμημένων Ἀρμενίων, ἵνα ὁ θέλων πάντων ἀνθρώπων τὴν σωτηρίαν Θεὸς, ἀφήσει αὐτοῖς τοῦτο τὸ ἐξ ἀγνοίας, οὐ κακουργίας ἁμάρτημα. Ὡς οὖν ἐωρῶμεν αὐτὸν μετὰ συντετριμμένης καρδίας καὶ στεναγμῶν, ταῦτα πρὸς ἡμᾶς λέγοντα· κεκινήμεθα καὶ ἡμεῖς πρὸς οἶκτον, καὶ ὅλοι δακρύων καὶ θρήνων γεγόναμεν. Ὥρας δὲ ὀλίγης παρελθούσης, καὶ οἷον τοῦ θρήνου κατηρεμήσαντος, εἶπεν ὁ Θεωριανός·

Ταύτην σου τὴν παράκλησιν, δέσποτα, εἴπομεν τῷ κραταιῷ καὶ ἁγίῳ ἡμῶν βασιλεῖ. Καὶ δοὺς ἡμῖν γραφὴν αὐτοῦ πρὸς τὸν εὐσεβέστατον, καὶ ἅγιον, καὶ φιλόχριστον ἡμῶν αὐτοκράτορα, περιέχουσαν τό· ὅτι Δέχομαι τὴν τετάρτην μεγάλην καὶ οἰκουμενικὴν ἁγίαν σύνοδον τὴν ἐν Χαλκηδόνι, ἀπέλυσεν ἡμᾶς ἐν εἰρήνῃ· καὶ ἁψάμενος τῆς κεφαλῆς ἡμῶν, εὐλόγησεν ἡμᾶς. Ἡμεῖς δὲ ἐπὶ πᾶσι τούτοις εὐχαριστήσαντες τῷ Θεῷ, τῆς πρὸς Κωνσταντινούπολιν φερούσης οἰχόμεθα, αἰνοῦντες καὶ εὐλογοῦντες τὸν Θεόν· ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, καὶ μεγαλοπρέπεια εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΘΕΩΡΙΑΝΟΥ

ΔΙΑΛΕΞΙΣ ΔΕΥΤΕΡΑ ΜΕΤΑ ΝΟΣΕΡΣΟΥ

ΚΑΘΟΛΙΚΟΥ ΤΩΝ ΑΡΜΕΝΙΩΝ.

THEORIANI

DISPUTATIO SECUNDA CUM NERSETE

PATRIARCHA GENERALI ARMENIORUM.

Epistola Nersetis generalis Armeniæ ad imperatorem dominum Manuelem, missa per legatos suos, et in

Πιττάκιον (1) τοῦ Καθολικοῦ τῆς Ἀρμενίας Νερσέσου πρὸς τὸν βασιλέα κῦρον Μανουήλ,

(1) Manuelis epistolæ, Disputationi I præmissæ, respondet Nerses.

σαλὲν δι' ἀνθρώπων αὐτοῦ τοῦ βραχαμίων (2), *καὶ ἐξελληνισθὲν παρὰ τοῦ μοναχοῦ τοῦ Ἀτμάνου τοῦ ἀπὸ Φιλιππουπόλεως, παρουσίᾳ καὶ τοῦ μαΐστωρος Θεωριανοῦ, μηνὶ Δεκεμβρίῳ ἰνδικτιῶνος τετάρτης. Τοῦτο μετὰ τὴν διάλεξιν τοῦ Θεωριανοῦ.*

Ὁ ὁρισμὸς τῆς αὐτοκρατορίας σου, θεόστεπτε βασιλέων τῆς Ῥώμης, πορφυρογέννητε, τροπαιοῦχε, νικητὰ, ἀεὶ αὔγουστε, φίλε τῆς εὐσεβείας καὶ τῆς εἰρήνης τῶν Ἐκκλησιῶν, κατέλαβε καὶ πρὸς ἡμᾶς τοὺς εὐτελεῖς εὐχέτας τῆς ἁγίας βασιλείας σου, ἐξ οὗ διέγνωμεν τὸ θέλημα αὐτῆς ἑπόμενον τῷ θείῳ θελήματι· ὥσπερ γὰρ διὰ τῆς ὁμωνυμίας, οὕτω καὶ διὰ τῶν ἔργων τῷ κατ' ἀλήθειαν Ἐμμανουὴλ θέλεις ὁμοιωθῆναι, τῷ ποιήσαντι εἰρήνην ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ, καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ διαλύσαντι κατὰ τὸν Ἀπόστολον· μετὰ γοῦν τοῦ ἐγγράφου ὁρισμοῦ, δεδηλώκασι καὶ διὰ ζώσης φωνῆς τὰ παρὰ τῆς βασιλείας σου ὁριαθέντα οἱ ἀποσταλέντες παρ' αὐτῆς, ὅ τε φιλόσοφος καὶ μαΐστωρ Θεωριανὸς, καὶ ὁ ὁμόφυλος καὶ ὁμοσχήμων (3) ἡμῶν Ἰωάννης ὁ ἡγούμενος, ὃς καὶ Ἀτμάνος ἐπονομάζεται, ἐξ ὧν τελείαν ἐγνώκαμεν ἔχειν ὑμᾶς προθυμίαν περὶ τῆς εἰς τὴν καθολικὴν Ἐκκλησίαν ἑνώσεως, καὶ πεπιστεύκαμεν οὐκ ἀνθρώπινον εἶναι τὸ τοιοῦτον θέλημα καὶ ζήτημα, ἀλλὰ θειότερόν τε καὶ ὑψηλότερον· ὅτι ὥσπερ ἡ ἀνωτάτω φύσις ἔκλινεν εἰς τὴν ἡμετέραν ταπείνωσιν ἵν' ἡμᾶς ὑψώσῃ, καὶ ὁ πλήρης ἐκένωσεν ἑαυτὸν ἀπὸ τῆς ἰδίας δόξης ἐπὶ μικρὸν ἵν' ἡμᾶς πληρώσῃ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡ ἁγία βασιλεία σου ἀνενδεὴς ἐκ πάντων ὑπάρχουσα, ὡς ἐνδεὴς ἐπιθυμεῖ τῇ ἡμετέρᾳ πτωχείᾳ κοινωνῆσαι, οὐκ εἰς ἀναπλήρωσιν τῆς ὑστερήσεως αὐτῆς, ἀλλ' ὑπὸ τῆς θείας ἀγάπης ἠττηθεῖσα τοῦ κελεύσαντος ἀγαπᾷν μὴ μόνον τὸν πλησίον ὡς ἑαυτὸν, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐχθρὸν, καὶ μὴ τὸ ἑαυτοῦ μόνον ζητεῖν συμφέρον, ἀλλὰ καὶ τὸ τοῦ πλησίον.

Διὸ καὶ ἡμεῖς διαλεχθέντες ἐκ τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς μετὰ τοῦ ἀποσταλέντος φιλοσόφου παρὰ τῆς ἁγίας βασιλείας σου, ἐλάθημεν τὸν νοῦν, ἀκούσαντες τῶν λόγων τῆς πίστεως Ἐκκλησίας τῶν Ῥωμαίων (4). Καὶ γὰρ ἀπὸ ἰδιωτῶν τινων τῶν ἀπὸ τῶν ἐνταῦθα μερῶν τῆς θαλάσσης καλουμένων Ῥωμαίων, ἠκούομεν ἡμεῖς τε καὶ οἱ πρὸ ἡμῶν λόγους οὐχ ὑγιεῖς εἰς τὴν οἰκονομίαν τοῦ Χριστοῦ λαλουμένους· καὶ ἠρώστῶμεν [*cod.* ἠρωτῶμεν] τοῦ ἡμετέρου νοὸς σκανδαλιζομένου, ὑπολαμβάνοντες εἴς τι μέρος τοῦ Νεστορίου παρεκκλίνειν ὑμᾶς. Καθάπερ καὶ ὑμεῖς περὶ ἡμῶν ἐκ τῶν ἡμετέρων ἰδιωτῶν τοῦ ἀποσκιρτησάντων ἀφ' ἡμῶν διὰ τὴν ἄτακτον διαγωγὴν αὐτῶν, ἠκούετε οἱ τῶν καθ' ἡμῶν καταλαλιὰν ὡς τι δῶρον προσέφερον ἐνώπιον ὑμῶν κατὰ τοῦ πρὸ ὑμῶν εὐδοκιμεῖν πρὸς ὑμᾶς ἐκ τούτου καὶ οἰκειοῦσθαι ὑπολαμ-

Græcum conversa sermonem a monacho Atmano Philippopolitano, præsente etiam magistro Theoriano, mense Decembri, indictione quarta. Scripta vero fuit post priorem cum Theoriano disputationem.

Majestatis tuæ deliberatio, coronate a Deo imperator Romanorum, Porphyrogenite, triumphator, victor, semper auguste, religionis pacisque Ecclesiarum amator, ad nos quoque pervenit humiles sanctæ tuæ majestatis veneratores, indeque tuam divinæ conformem voluntatem cognovimus. Sicut enim nominis paritate, ita etiam operibus, vere Emmanueli vis esse similis, qui pacem cœlo terræque conciliavit, mediumque maceriæ parietem, ut Apostolus ait, destruxit [1]. Una igitur cum scripta deliberatione, viva quoque voce sententiam majestatis tuæ nobis patefecerunt missi a te homines, philosophus scilicet atque magister Theorianus, necnon popularis noster, monasticæque professionis socius Joannes abbas, qui et Atmanus vocitatur. Quippe ex his summum vestrum circa Ecclesiæ catholicæ unionem studium intelleximus : neque vero hanc voluntatem cupiditatemque ex hominibus ortam esse confidimus, sed divinitus cœlitusque immissam. Nam velut illa natura celsissima ad humilitatem nostram sese inclinavit, ut nos extolleret : et qui plenus erat, semet aliquandiu gloria sua exinanivit, ut nos plenitudine sua compleret ; ita sancta majestas tua, quanquam nihili indiga, attamen egentis instar cum nostra gestit paupertate versari ; non ut aliquem defectum suum inde suppleat, sed ut divini amoris obsequatur impulsui, quo jubemur non tantum homines proximos ceu nosmetipsos diligere, verum etiam inimicos, neque nostras solum, verum etiam alienas utilitates curare.

Itaque et nos sermone instituto, sacris Scripturis ducibus, cum philosopho a sancta majestate tua misso, mentis quamdam medicinam experti sumus, cum fidem Romanæ Ecclesiæ ex prædicti viri oratione cognovimus. Etenim ab obscuris quibusdam maritimarum regionum accolis, qui se Romanos dictitabant, et nunc et olim nescio quos sermunculos de Christi incarnatione non sanos audivimus : ideoque in ægritudinem quamdam incidimus propter mentem nostram scandalo offensam, quia vos putavimus in partem aliquam Nestorianæ hæreseos declinavisse. Vicissim vos a popularibus quibusdam nostris, qui ob inconditos mores a nobis se subduxerunt, malam de nobis famam accepistis, dum hi suas contra nos calumnias doni instar ad vos afferrent, gratiam vestram atque amicitiam lucrari spe-

[1] Ephes. II, 14.

(2) Vocabulum corruptum, ut puto, a Græco scriptore ex Armeniaco *panagan*, qui est *orator*, *legatus*.

(3) Ab Armeniis de monachatu patriarchas assumi solitos, comperium est.

(4) *Romanorum* nomine apud Byzantinos scriptores *Græcos* denotari solitos, exploratum est ; qui ob incolume in Oriente imperium *Romanos* se, Occidentales autem *Latinos* appellabant.

rantes. Quare et animi vestri scandalo percussi sunt, dum nos Eutycheti ejusque asseclarum dogma tenere putaretis, qui unam naturam pravo sensu asserunt. Verumtamen ex hac colloquii ventilatione nudata est palamque convicta utrimque mentientium falsitas, prodiit in lucem veritas, planeque constitit tum vos a Nestoriana divisione, tum nos ab Eutychiana confusione longe abesse : invicem autem, per Dei gratiam, proximi visi sumus, quod attinet ad dogmatum rectitudinem. Sed quoniam vestri imperii potestas, quæ sacerdotii libertatem protegit, genti nostræ ab infidelium tyrannide erepta est, idcirco meus quoque pontificatus patrio solo ac sede depulsus, in aliena regione periclitatur. Quamobrem neque in præsenti Armeniorum episcopi et doctores coram adsunt, neque licet sine horum generali concilio quæstui vestro quantum opus est respondere, ne pro concordia ansam multiplicem discordiæ demus, neque inconstanter aliquid absurdumve loquamur. Igitur haud rectum mihi visum est, cum iis tantum qui circa me sunt hominibus, de hac gravissima controversia defensionem scribere, prius quam in Armeniam magnam, imo et in reliquas orbis partes nuntios miserim, cunctosque Armeniorum sapientes congregaverim, coramque ipsis vestram hanc de fide et disciplina Ecclesiæ quæstionem exposuerim : quod cum fiet, equidem omnes meos conatus, studium, voluntatem, operam, adhortationem, vim exempli ipsam, in eo collocabo ut amoris mutui pacisque inter nos instaurandæ auctor sim : videlicet ut nos vobiscum, qui priores hoc spiritale bonum fieri curastis, beatitudine illa pacificorum digni simus, quam in Evangelio Christus promisit. Quoniam vero missi a magnitudine tua viri postulaverunt, ut nunc etiam brevem aliquem scripto sermonem de nostra in rebus fidei sententia ad sanctam majestatem tuam mitteremus, id sane fecimus, haud fere nostris, sed sanctorum qui ante separationem vixere doctorum verbis utentes.

A δάνοντες. Διὸ ἐσκανδαλίζεσθε τὸν νοῦν καὶ ὑμεῖς, νομίζοντες ἡμᾶς ὁμόφρονας εἶναι τοῦ Εὐτυχοῦς καὶ τῶν μετ' αὐτοῦ, τῶν λεγόντων μίαν φύσιν πακῶς. Πλὴν ἐκ τῆς ἐρεύνης ταύτης ἐγυμνώθη καὶ ἀπεκαλύφθη ἡ ἀπάτη τῆς ψευδολογίας ἑκατέρων, καὶ ἐδιώχθη, καὶ φανερὰ γέγονεν ἡ ἀλήθεια, καὶ ἐστερεώθη ὅτι μακρὰν ἀφ' ὑμῶν ἐστιν ἡ τοῦ Νεστορίου διαίρεσις, καὶ ἀφ' ἡμῶν ἡ τοῦ Εὐτυχοῦς σύγχυσις, καὶ πλησίον ἀλλήλων γεγόναμεν τῇ ὀρθότητι τῶν δογμάτων, χάριτι τοῦ Θεοῦ. Ἐπειδὴ δὲ ὁ θρόνος τῆς ὑμετέρας βασιλείας, ἀφ' οὗ ἡ τῆς ἀρχιερωσύνης αὐθεντία κρατύνεται, ἀφῄρηται ἀπὸ τοῦ γένους ἡμῶν ἀπὸ τῆς τυραννίδος τῶν ἀλλοφύλων, διὰ τοῦτο καὶ ἡ ἀρχιερωσύνη ἡμῶν ἐδιώχθη ἀπὸ τῆς πατρίου χώρας καὶ τοῦ θρόνου, καὶ εἰς ἀλλοτρίαν χώραν κλυδωνίζεται παροικοῦσα. Ἐξ ἧς αἰτίας οὐκ ἔχομεν ἐγγὺς πρὸς τὸ παρὸν τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ διδασκάλους τῶν Ἀρμενίων· καὶ χωρὶς τῆς τῶν πάντων συμβολῆς, ἀνένδεκτόν ἐστι τελείαν δοῦναι ἀπολογίαν τῷ προστάγματι τοῦ ζητήματος ὑμῶν, ἵνα μὴ ἀντὶ ἑνώσεως, διαφόρους αἰτίας παρέξωμεν χωρισμοῦ, καὶ σεσαλευμένοι καὶ ἀλλόκοτοι γενῶσιν οἱ λόγοι ἡμῶν. Διὰ τοῦτο οὐκ ἐνδεχόμενον ἔδοξεν ἡμῖν μετὰ μόνων τῶν παρ' ἡμᾶς γράψαι τὴν ἀπολογίαν τοῦ τοιούτου μεγάλου ζητήματος, μέχρις ἂν ἀποστείλωμεν εἰς τὴν μεγάλην Ἀρμενίαν, καὶ εἰς πᾶν μέρος τῆς οἰκουμένης, καὶ ἐπισυνάξωμεν ἅπαντας τοὺς οἷς ἐστι δύναμις σοφίας Ἀρμενίους, καὶ ἐνώπιον αὐτῶν προθῶμεν τὸν παρ' ὑμῶν ζητούμενον περὶ τῆς πίστεως καὶ τῆς τάξεως τῆς Ἐκκλησίας λόγον, ἐμοῦ καταναγκάζοντος καὶ ἐπισπεύδοντος καὶ οἷον ἀγωνιζομένου καὶ προθυμουμένου καὶ ποδηγοῦντος αὐτοὺς καὶ παροτρύνοντος εἰς τὸ αἴτιον τῆς ἀγάπης καὶ τῆς εἰρήνης· ὡς ἂν καὶ ἡμεῖς μεθ' ὑμῶν τῶν πρωταιτίων τοῦ τοιούτου πνευματικοῦ ἀγαθοῦ, ἀξιωθῶμεν τοῦ μακαρισμοῦ τῶν εἰρηνοποιῶν τοῦ ἐπηγγελμένου παρὰ τοῦ Χριστοῦ. Ἐπεὶ δὲ οἱ παρὰ τῆς ὑμῶν μεγαλειότητος ἀποσταλέντες ἐζήτησαν μικρόν τινα καὶ πρὸς τὸ παρὸν λόγον ἔγγραφον καὶ περὶ τῆς πίστεως τοῦ ἡμετέρου δόγματος ἀποσταλῆναι πρὸς τὴν ἁγίαν βα-

B

C

σιλείαν σου, τοῦτο πεποιήκαμεν οὐκ ἀφ' ἡμῶν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν χρήσεων τῶν ἁγίων διδασκάλων τῆ; Ἐκκλησίας τῶν πρὸ τοῦ χωρισμοῦ.

Confitemur itaque consubstantialem et increatam sanctam Trinitatem, in tres distinctam personas, unaque natura et divinitate conjunctam, haud circumscriptam tempore, neque cessaturam, vel cuilibet mutationi obnoxiam, ut creatæ naturæ solent. Pater est ingenitus, quippe a nemine manans : Filius a Patre genitus incorporaliter, ut ex mente verbum : Spiritus a Patre incomprehensibiliter inscrutabiliterque procedens. Sine principio Pater; a Patre autem experte principii Filius; itemque Spiritus ingenitus sine principio, cujus rei ratio neque mente intelligi, neque lingua explicari potest : una voluntas, una vis, una potentia : unus rerum omnium factor, unus provisor, cujus gloria cœlum ac lusque repletur. Novissimis autem diebus, unus de sancta Trinitate, Filius nempe, volente Patre, et sancto Spiritu cooperante, ad humanam naturam

Ὁμολογοῦμεν γοῦν ὁμοούσιον καὶ ἀγέννητον τὴν ἁγίαν Τριάδα ἐν τρισὶ διαιρουμένην ταῖς ὑποστάσεσι, καὶ εἰς μίαν φύσιν καὶ θεότητα ἑνουμένην, οὐκ εἰργμένην ἐν χρόνῳ οὐδὲ παυομένην ἢ τραπομένην ὡς γενητὴν φύσιν. Ὁ Πατὴρ ἀγέννητος, οὐ γὰρ ἔκ τινος, ὅτι ἐξ οὐδενός· ὁ Υἱὸς γεννητὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς, ἀσωμάτως ὡς λόγος ἐκ νοῦ· καὶ τὸ Πνεῦμα ἐκπορευτὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς ἀνεξιχνιάστως καὶ ἀκατανοήτως. Ἄναρχος ὁ Πατὴρ, καὶ ἐκ τοῦ ἀνάρχου Πατρὸς ὁ Υἱός· καὶ τὸ Πνεῦμα ἀγεννήτως καὶ ἀνάρχως καὶ ἀκαταλήπτως νῷ, καὶ ἀῤῥήτως λόγῳ· ἓν θέλημα καὶ μία δύναμις καὶ μία ἐξουσία· εἷς ποιητὴς τῶν ὄντων, καὶ εἷς προνοητὴς πάντων, οὗ πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης. Ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν, ὁ εἷς τῆς ἁγίας Τριάδος ὁ Υἱὸς, εὐδοκίᾳ τοῦ Πατρὸς καὶ συνεργείᾳ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκκλινεν εἰς τὴν ἡμετέραν φύσιν διὰ τὴν ἡμε-

D

τέραν σωτηρίαν· καὶ ἔλαβεν ἡ τελεία θεότης τὴν τελείαν ἀνθρωπίνην φύσιν, ψυχὴν καὶ νοῦν καὶ σῶμα ἐκ τῆς ἀειπαρθένου Μαρίας· καὶ ἐγένετο καινὴ ἐκ δύο φύσεων εἰς μίαν ὑπόστασιν ἑνωθεισῶν ἀπορρήτως καὶ ἀχωρίστως· καὶ ἐγεννήθη ἐξ αὐτῆς Θεὸς ἐνανθρωπήσας, καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, Υἱὸς ἀνθρώπου καὶ γενόμενος καὶ καλούμενος οὗτ' ἠλλοιώθη ἐκ τῆς ἀνθρωπίνης οὐσίας τὸ προσληφθὲν ἐκ τῆς Παρθένου, ἀλλ' ἐν τῇ ἀῤῥήτῳ ἑνώσει τῆς θεότητος καὶ τῆς ἀνθρωπότητος, ἔμεινεν ἀμετάβλητος καὶ ἄτρεπτος τῶν φύσεων ἡ φανέρωσις, πλὴν μόνῳ νῷ θεωρουμένη, καὶ ἀχωρίστως καὶ ἀδιαιρέτως. Καὶ γὰρ ὑπερέκεινα τῆς μίξεως τῶν θνητῶν φύσεων νοεῖται ἡ τοῦ Ποιητοῦ κράσις μετὰ τοῦ κτίσματος· ἐκεῖναι γὰρ ἢ χωρίζονται τῇ ἑνώσει, ἢ μεταβάλλουσιν εἰς ἄλλα· ὁ δὲ Ποιητὴς φύσει ἥνωται ἡμῖν, χωρισμὸν ἢ μεταβολὴν οὐκ ἐδέξατο εἰς ἀνθρωπότητα, ἢ τῆς ἀνθρωπότητος εἰς θεότητα. Διὸ οὐ κατὰ τὸν Νεστόριον μερίζομεν εἰς δύο πρόσωπα τὸν ἕνα Χριστὸν, οὐδὲ, κατὰ τὸν Εὐτυχῆ καὶ τοὺς ὁμόφρονας αὐτοῦ, εἰς μίαν φύσιν συγχέομεν, ἀλλὰ λέγομεν τὰς δύο φύσεις κατὰ τὸν μέγαν Γρηγόριον τὸν Θεολόγον ἐν τῇ πρὸς Κληδόνιον ἐπιστολῇ γράφοντα κατὰ Ἀπολιναρίου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, ὅτι φύσεις δύο· εἶτα λέγει καὶ τὴν αἰτίαν, Θεὸς καὶ ἄνθρωπος. Καὶ ἐν ἀληθείᾳ· καὶ γὰρ εἰ Θεὸς μόνον ἢ ἄνθρωπος μόνον, εὔλογον ἂν εἴη λέγειν μίαν φύσιν ἔχειν, ἢ θείαν ἢ ἀνθρωπίνην· ἐπειδὴ δὲ Θεός ἐστι καὶ ἄνθρωπος ἑνωθεὶς ἀῤῥήτῳ ἑνώσει, δῆλον ὅτι θείαν ἔχει φύσιν καὶ ἀνθρωπίνην, ἀλλ' ἡνωμένως, ἀχωρίστως, ὥσπερ ψυχὴ καὶ σῶμα· καὶ ἔτι ὑπερβαίνει ἡ ἀλήθεια τῆς ἑνώσεως τὸ παράδειγμα, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ διδάσκαλος ἑξῆς λέγει· Οὐκ ἄλλος καὶ ἄλλος, μὴ γένοιτο· τὰ γὰρ ἀμφότερα ἐν τῇ συγκράσει, Θεοῦ μὲν ἐνανθρωπήσαντος, ἀνθρώπου δὲ θεωθέντος. Καὶ ἀλλαχοῦ φησι, Διπλοῦς γὰρ ἦν δηλονότι τῇ φύσει οὐ τῇ ὑποστάσει.

propter nostram salutem semet inclinavit, ita ut perfecta divinitas perfectam asciverit humanitatem, animam scilicet, mentem corpusque, ex perpetua Virgine Maria: factaque nova conjunctio est ex duabus naturis sub persona unica ineffabiliter et inseparabiliter unitis, Deusque humanatus de Maria natus est: et qui Filius Dei est, idem et re et nomine Filius hominis esse cœpit: neque tamen ut homo fieret, divinam naturam immutavit; neque id quod a Virgine sumpsit, humanam substantiam deseruit; sed in ineffabili divinitatis et humanitatis unione, immutabilis et inconvertibilis naturarum mansit ostensio, quam tamen mente tantummodo contemplari licet; eaque, ut dixi, inseparabiliter et indivisibiliter confecta est. Etenim Creatoris concretio cum creatura, supra solitam mortalium naturarum mistionem est: hæ quippe vel ab aliis separantur dum aliis uniuntur, vel aliud quid efficiuntur: Creator autem naturaliter nobis unitus est, quin tamen a divinitate separaretur, vel in humanitatem divinitas converteretur. Quamobrem haud cum Nestorio unum Christum in duas personas partimur, neque cum Eutyche ejusque asseclis in unicam naturam confundimus; sed duas naturas ex magni theologi Gregorii sententia dicimus, qui in epistola ad Cledonium adversus Apollinarem ejusque consectaneos duas naturas affirmat: cujus rei addit causam, quia videlicet Deus homoque est. Recte id sane: nam si Deus tantummodo esset, vel homo tantummodo, recte diceretur unam naturam habere, vel divinam scilicet vel humanam: nunc cum Deus et homo sit ineffabili copulatus unione, constat eum tum divinam habere naturam tum etiam humanam, conjuncte tamen et inseparabiliter ceu anima corpusque sunt: imo hypostaticæ unionis veritas prædictum exemplum superat, velut ipse doctor in sequentibus ait: Non alius atque alius est; absit: utraque enim res in concretione adest, Deus videlicet incarnatus, homo deificatus. Tum et alibi ait: Duplici enim natura constat, non persona.

Τὸ δὲ λέγειν ἡμᾶς μίαν φύσιν, μή τις δι' ἄλλο τι ὑπολάβῃ, ἀλλ' ἢ διὰ τὴν τῶν δύο φύσεων ἀχώριστον ἕνωσιν· ὃ μεμαθήκαμεν παρὰ τῶν ὀρθοδόξων διδασκάλων τῆς Ἐκκλησίας, μάλιστα δὲ παρὰ τοῦ ἁγίου Κυρίλλου τοῦ Ἀλεξανδρείας, καθὼς γράφει οὗτος κατὰ Νεστορίου ἐν τῇ πρώτῃ πρὸς Σούκενσον ἐπιστολῇ. Ὁμολογοῦμεν μίαν τοῦ Λόγου φύσιν σεσαρκωμένην, ὡς οἱ Πατέρες εἰρήκασιν. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ πρὸς αὐτὸν ἐπιστολῇ ἔτι ἀριδηλότερον λέγει, τιθεὶς πρῶτον τὸν λόγον τῶν ἐναντιουμένων αὐτῷ λέγοντι μίαν φύσιν τοῦ Λόγου σεσαρκωμένην· Εἰ ἐκ δύο φύσεων συνηνέχθη, φησὶν, ὁ Ἐμμανουὴλ, μετὰ δὲ τὴν ἕνωσιν μία φύσις νοεῖται τοῦ Λόγου σεσαρκωμένη, ἔφεται πάντως τὸ χρῆναι λέγειν αὐτὸν παθεῖν εἰς ἰδίαν φύσιν. Πρὸς οὓς ἀπολογεῖται μετά τινας λόγους καὶ τοῦτο· Ποῖα τοίνυν παθεῖν αὐτὸν ἀνάγκη εἰς ἰδίαν φύσιν, εἰ λέγοιτο μετὰ τὴν ἕνωσιν μία φύσις Υἱοῦ σεσαρκωμένη; Εἰ μὲν γὰρ οὐκ ἦν ἐν τοῖς λόγοις τῆς οἰκονομίας τὸ πεφυκὸς ὑπομένειν τὸ πάθος, ὀρθῶς ἂν ἔφησαν ὅτι ὄντος τοῦ πεφυκότος

Quod autem nos unam naturam dicimus, id nemo ob aliam causam fieri existimet, nisi quia duarum naturarum inseparabilis unio est: quam rem ab orthodoxis Ecclesiæ doctoribus didicimus, præcipue vero a sancto Cyrillo Alexandrino, qui contra Nestorium in prima ad Successum epistola ita scribit: Confitemur unam Verbi naturam incarnatam, uti Patres dixerunt. Sed et in secunda ad eumdem epistola, adhuc enucleatius ait, postquam adversantium sibi, qui unam Verbi incarnatam naturam dicebant, hæc verba retulit: « Si ex duabus naturis coacervatus est Emmanuel, post unionem autem una natura intelligitur Verbi incarnata, profecto ipsum in propria natura passum dicere oportet. » A quibus ita se defendit post alia dicta sic: Cur vero opus sit, ipsum in propria natura pati, si dicatur post unionem una natura Verbi incarnata? Si enim forte non esset in incarnationis ratione subjectum passionis, recte dicerent quod desiderato passionis subjecto, necesse foret ipsam

Verbi naturam subire passionem. Rursusque dicit: Quod aiunt adversarii, si una est natura Verbi incarnata, plane necesse est commistionem accidisse et confusionem, deminuta veluti ac subtracta hominis in Christo natura; hi denuo ignorant, dum recta distorquent, unam revera esse Verbi incarnatam naturam. Tum paucis interjectis dictum suum exemplis declarat: Non enim, inquit, id tantummodo quod natura sua simplex est, veraciter unum dicitur; verum id etiam de iis prædicatur quæ per compositionem conglutinata sunt; cujusmodi est homo ex corpore animaque constans, quæ sunt quidem heterogenea neque invicem consubstantialia, nihilo tamen minus conjuncta, unicam hominis naturam efficiunt; quamquam in compositionis ratione differentia inest, ob naturam illarum rerum quæ ad unionem conveniunt. Frustra igitur sunt qui aiunt, quod si una sit natura Verbi incarnata, prorsus commistio facta fuisset atque concretio, tanquam deminuta atque subtracta hominis natura: neque enim deminuitur, ut ipsi aiunt, neque subtrahitur. Multa alia in eamdem sententiam dicta tum apud sanctum Cyrillum, tum apud alios doctores deprehendere est. Idem doctor, qui divisionem inferentibus obstitit, contra eos quoque qui unicam affirmabant confusam naturam, dicit in prima epistola: Considerantes igitur, ut dixi, incarnationis rationem, duas videmus naturas inter se convenisse per unionem inseparabilem, inconfuse et inconvertibiliter: nam caro utique caro est, non divinitas, quamquam Dei facta est caro. Verbum pariter Deus est, non caro, quamquam idem per œconomiæ mysterium ad se carnem transtulit. Pauloque post ait: Quantum igitur cogitatione solisque animæ oculis perspicere rationem licet qua Unigenitus humanatus est, duas esse naturas unitas dicimus, unum Christum Filium et Dominum, Verbum Dei humanatum atque incarnatum.

Jam cum hæc effata theologiam nostram prorsus regant, nos videlicet ejusmodi ducibus in veritatis via, quæ ad Deum ducit, utentes, recte libereque theologicum nostrum sermonem duplici ratione proferimus; nempe unam Verbi naturam incarnatam dicimus, secundum sanctum Cyrillum, propter ineffabilem unionem; et duas quoque dicimus, secundum sanctum Gregorium, propter invariabilem naturarum divinæ et humanæ conditionem. Sic enim sancti Patres arma justitiæ non simplicia, sed utrimque, id est, dextra sinistraque cædentia gerentes, ut ait Apostolus[1], Arianæ quidem distinctioni naturæ, Sabellianam in Trinitate unitatem naturæ opposuerunt, quin tamen unicam personam assererent: Sabellianam vero personæ unitatem, Ariana personarum distinctione profligaverunt, ita tamen ut distinctionem quamlibet unicæ naturæ ab Ecclesia prorsus expulerint. Parique ra-

[1] II Cor. vi, 7.

A πάσχειν, πᾶσά πως ἀνάγκη τῇ τοῦ Λόγου φύσει συμβαίνειν τὸ πάθος. Καὶ πάλιν λέγει· Ὅτι λέγουσιν οἱ ἐναντιούμενοι, εἰ μία φύσις τοῦ Λόγου σεσαρκωμένη, πᾶσά πως ἀνάγκη λέγειν φυρμὸν γενέσθαι καὶ σύγκρασιν, μειουμένης ὥσπερ καὶ ὑποκλεπτομένης τῆς ἀνθρώπου φύσεως ἐν αὐτῷ· ἠγνόησεν πάλιν οἱ τὰ ὀρθὰ διαστρέφοντες, ὅτι κατ' ἀλήθειάν ἐστι μία φύσις τοῦ Λόγου σεσαρκωμένη. Καὶ μετ' ὀλίγα δηλοποιεῖ διὰ παραδειγμάτων τὸν λόγον· οὐ γὰρ ἐπὶ μόνων τῶν ἁπλῶν κατὰ τὴν φύσιν ἓν ἀληθῶς λέγεται, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν κατὰ σύνθεσιν συνηγμένων, ἀποῖόν τι χρῆμά ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος, ἑτεροειδῆ μὲν τὰ τοιαῦτα, καὶ ἀλλήλοις οὐχ ὁμοούσια, ἑνωθέντα γε μήν, τὴν μίαν ἀνθρώπου φύσιν ἀπετέλεσαν, κἂν τοῖς τῆς συνθέσεως B λόγοις ἐνυπάρχῃ τὸ διάφορον κατὰ τὴν φύσιν τῶν εἰς ἑνότητα συγκεκομισμένων. Περιττολογοῦσι τοίνυν οἱ λέγοντες, ὡς εἴπερ εἷς τοῦ Λόγου φύσις μία σεσαρκωμένη, πάντη τε καὶ πάντως ἔποιτο ἂν τὸ φυρμὸν γενέσθαι καὶ σύγκρασιν, ὡς μειουμένης καὶ ὑποκλεπτομένης τῆς ἀνθρώπου φύσεως· οὔτε γὰρ μεμείωται, οὔτε, καθώς φησιν, ὑποκλέπτεται. Καὶ ἄλλα πολλὰ τῆς αὐτῆς ἐννοίας παρά τε τῷ ἁγίῳ Κυρίλλῳ καὶ ἑτέροις διδασκάλοις ἔστιν εὑρεῖν. Ὁ αὐτὸς διδάσκαλος, ὃς καὶ ἀντεῖπε πρὸς τοὺς διαιρεσιν ποιοῦντας, καὶ πρὸς τοὺς κατὰ σύγχυσιν τὴν μίαν φύσιν λέγοντας, λέγει ἐν τῇ πρώτῃ ἐπιστολῇ· Ἐννοοῦντες τοίνυν, ὡς ἔφην, τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως τρόπον, ὁρῶμεν ὅτι δύο φύσεις συνῆλθον C ἀλλήλαις καθ' ἕνωσιν ἀδιάσπαστον ἀσυγχύτως καὶ ἀτρέπτως· ἡ γὰρ σὰρξ, σάρξ ἐστι καὶ οὐ θεότης, εἰ καὶ γέγονε Θεοῦ σάρξ· ὁμοίως καὶ ὁ Λόγος Θεός ἐστι καὶ οὐ σὰρξ, εἰ καὶ ἰδίαν ἐποιήσατο τὴν σάρκα οἰκονομικῶς. Καὶ μετ' ὀλίγα λέγει· Οὐκοῦν μὲν ὅσον ἦκεν εἰς ἔννοιαν καὶ εἰς μόνον τὸ ὁρᾶν τοῖς τῆς ψυχῆς ὄμμασί τινα τρόπον ἐνηνθρώπησεν ὁ Μονογενής, δύο τὰς φύσεις εἶναί φαμεν ἑνωθείσας, ἕνα Χριστὸν Υἱὸν καὶ Κύριον τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον ἐνανθρωπήσαντα καὶ σεσαρκωμένον.

Ἃ δὴ γνώρισμά εἰσι τῇ ἡμετέρᾳ τελείᾳ σοφίᾳ· τούτους οὖν ὁδηγοὺς ἔχοντες καὶ ἡμεῖς πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ὁδὸν τὴν ἄγουσαν εἰς τὸν Θεὸν, ὀρθῶς καὶ ἐλευθερίως φέρομεν εἰς διπλῆν θεωρίαν τὸν λόγον, μίαν λέγοντες φύσιν τοῦ Λόγου σεσαρκωμένην, C κατὰ τὸν ἅγιον Κύριλλον, διὰ τὴν ἄῤῥητον ἕνωσιν, καὶ δύο, κατὰ τὸν ἅγιον Γρηγόριον τὸν Θεολόγον, διὰ τὸ ἀκαινοτόμητον καὶ ἀμετάβλητον τῶν φύσεων τῆς τε θείας καὶ τῆς ἀνθρωπίνης· οὐ μονομερῆ ἔχοντες τὰ ὅπλα τῆς δικαιοσύνης, ἀλλὰ δεξιὰ καὶ ἀριστερὰ κατὰ τὸν Ἀπόστολον· κατὰ μὲν τῆς διαιρέσεως Ἀρείου τῆς ἐπὶ τῆς φύσεως, τῆς Τριάδος τὴν ἑνότητα τοῦ Σαβελλίου τῶν φύσεων τιθέντες, καὶ τὸ μίαν λέγειν ὑπόστασιν ἀποῤῥίψαντες· κατὰ δὲ τῆς μιᾶς ὑποστάσεως τοῦ Σαβελλίου, τὴν διαίρεσιν τῶν ὑποστάσεων τοῦ Ἀρείου ἀντιτιθέντες, καὶ τὴν διαίρεσιν τῆς μιᾶς φύσεως πρόῤῥιζον ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας ἀνασπάσαντες. Ὁμοίως καὶ τὴν σύγχυσιν τοῦ

Εὐτυχοῦς καὶ τῶν ὁμοφρόνων αὐτῷ ἐξουδίνωσαν καὶ ἐξύβρισαν· καὶ τὴν ἀχώριστον ἕνωσιν τῶν δύο φύσεων τῆς θεότητος καὶ τῆς ἀνθρωπότητος ἅπαντες ἀντέθηκαν τῷ Νεστορίῳ καὶ τοῖς κατ' αὐτὸν διαιροῦσιν, οἵτινες δύο φύσεις εἶπον, ἀλλὰ διῃρημένας, καὶ οὐχ ἡνωμένας ἐπὶ τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ, θέντες μακρὰν τὴν διαίρεσιν τοῦ Νεστορίου, ὡς ζιζάνια πικρίας· τὸ δὲ ἀκαινοτόμητον τῶν ἀμφοτέρων ἐν τῇ ἑνώσει τῆς θεότητος καὶ τῆς ἀνθρωπότητος, τεθήκασι κατὰ τοῦ Εὐτυχοῦς καὶ τῶν κατ' αὐτὸν, καὶ τῶν μετ' αὐτὸν τὴν μίαν φύσιν λεγόντων κακῶς· ὥσπερ οἱ παῖδες τῶν ἰατρῶν οὐκ ἐκ τῶν ὑγιεινῶν μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ ἀπὸ τῶν βλαβερῶν κατασκευάζουσι φάρμακον εἰς ὑγείαν.

Νῦν οὖν καὶ ἡμεῖς, κατὰ τὴν τῶν ὀρθοδόξων ἁγίων Πατέρων παράδοσιν, ἀναθεματίζομεν τοὺς κατὰ τροπὴν καὶ ἀλλοίωσιν λέγοντας μίαν φύσιν τοῦ Λόγου σεσαρκωμένην· καὶ τοὺς λέγοντας ὅτι [οὐκ] ἐκ τοῦ ἡμετέρου φυράματος ἔλαβε τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν καὶ ἥνωσε τῇ θεότητι, ἀλλ' αὐτὸς ἐξ ἑαυτοῦ ὑπεστήσατο τὴν σάρκα ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς Παρθένου, ἢ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ αὐτὴν ἤγαγεν, ἢ κατὰ φαντασίαν ἐφάνη ἄνθρωπος, καὶ οὐκ ἀληθείᾳ· καὶ τοὺς δι' ἄλλην τινὰ αἰτίαν λέγοντας μίαν φύσιν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ, καὶ οὐχὶ διὰ τὴν ἀχώριστον καὶ ἀσύγχυτον ἕνωσιν. Οὕτως ἀναθεματίζομεν καὶ τοὺς κατὰ τὸν Νεστόριον εἰς δύο φύσεις χωρίζοντας ἰδίως καὶ ἀνὰ μέρος τὸν Θεὸν καὶ ἄνθρωπον, λέγοντας παθόντα καὶ ἀποθανόντα, καὶ οὐχὶ τὸν ἀπαθῆ καὶ ἀθάνατον· καὶ οὐχὶ τῇ ἑνώσει διδόντας τὰ ἀμφότερα, τὸ πάθος καὶ τὴν ἀπάθειαν, τὸν θάνατον καὶ τὴν ἀθανασίαν. Ἀλλ' ἡμεῖς πιστεύομεν ὅτι ὁ Θεὸς Λόγος, ὁ ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθεὶς πρὸ τῶν αἰώνων, ὁ ἀόρατος, ὁ ἀπαθής, ὁ ἀθάνατος, ἔλαβε τὴν ἡμετέραν φύσιν τελείως ἐκ τῆς Παρθένου, καὶ ἥνωσε τῇ αὐτοῦ θείᾳ φύσει ἀσυγχύτῳ καὶ ἀχωρίστῳ ἑνώσει, καὶ ἐγένετο ὁ ἀόρατος κατὰ τὴν θείαν φύσιν, ὁρατὸς κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· καὶ ὁ ἀψηλάφητος, ψηλαφητός· καὶ ὁ ἀπαθὴς καὶ ὁ ἀθάνατος κατὰ τὴν θείαν φύσιν, παθητὸς καὶ θνητὸς κατὰ τὴν ἡμετέραν φύσιν· οὐ κατὰ τὴν διαίρεσιν ἄλλος ἐστὶν ὁ ἀπαθὴς, καὶ ἄλλος ὁ παθητὸς, ἄλλος δὲ ὁ ἀθάνατος καὶ ἄλλος ὁ θνητὸς, ἀλλ' ὁ παθὼν καὶ θανὼν κατὰ τὴν προσληφθεῖσαν ἀνθρώπου φύσιν, ὁ αὐτὸς ἀπαθὴς καὶ ἀθάνατος κατὰ τὴν οἰκείαν θείαν φύσιν. Διὰ τοῦτο καὶ αἷμα Θεοῦ λέγεται καὶ πάθος καὶ θάνατος καὶ Θεὸς σταυρούμενος, καὶ τὰ ὅμοια, ἃ τῇ θείᾳ φύσει διδόαμεν οὐκ ἰδίως, ἀλλὰ τῇ ἀῤῥήτῳ ἑνώσει. Καὶ ὥσπερ ἀδύνατόν ἐστι διὰ θανάτου ζωὴν καὶ ἀθανασίαν δωρήσασθαι τοῖς ἀνθρώποις, πλὴν τοῦ Θεοῦ Λόγου ἑνωθέντος τῇ θνητῇ φύσει καὶ παθητῇ τῶν ἀνθρώπων, τὸ ἀδύνατον δυνατὸν ἐγεγόνει· καὶ γὰρ ὁ ἀπαθὴς ἔπαθε τῷ παθητῷ, καὶ ὁ ἀθάνατος τῷ θνητῷ ἀπέθανεν. Διὰ τοῦτο ἐζωοποιήθημεν καὶ ἡμεῖς οἵτινές ἐσμεν σῶμα αὐτοῦ καὶ μέλη ἁρμολογούμενα τῷ ζῶντι καὶ ζωοποιοῦντι ἡμᾶς Χριστῷ τῇ κεφαλῇ ἡμῶν, ὃς ἐστιν εὐλογητὸς καὶ δεδοξασμένος εἰς τοὺς αἰῶνας.

A tione confusionem quam Eutyches ejusque asseclæ invehebant, objurgatam exsufflaverunt : et inseparabilem duarum naturarum divinæ atque humanæ unionem Nestorio ejusque consectaneis objecerunt, qui Christum dividunt, quique duas quidem dicunt naturas, sed divisas, non in uno Christo conjunctas. Sic videlicet Nestorianam divisionem, ceu zizania amara, a se longe propulerunt : rei vero utriusque in faciendo unione immutabilitatem, divinitatis scilicet et humanitatis, contra Eutychetem ejusque veteres novosque asseclas, qui unam naturam pravo sensu asserunt, constabiliverunt : qua in re medicos imitati sunt, qui non e salubribus tantummodo rebus, verum etiam e noxiis, salutare pharmacum conficere solent.

B Nunc igitur et nos, juxta othodoxorum sanctorum Patrum traditionem, anathematizamus eos, qui unam naturam dicunt factam Verbi incarnati per conversionem et immutationem : item illos, qui Christum aiunt haud ex nostra substantia humanam sumpsisse naturam ac divinitati univisse, sed ipsum per se carnem sibi in Virginis utero circumposuisse, aut de cœlo eam attulisse, aut phantastice, non vere hominem apparuisse : item illos, qui alia quavis ex causa unam Christi naturam dicunt, non autem propter inseparabilem inconfusamque unionem. Sic etiam Nestorianos anathematizamus, qui Christum in duas naturas ita dividunt, ut Deum seorsum habeant ab homine, id est eum qui passus mortuusque est seorsum C ab eo qui impassibilis immortalisque est; neque utramque rem unionis virtuti tribuunt, passionem et impassibilitatem, mortem et immortalitatem. Nos vero credimus Dei Verbum illud a Patre ante sæcula genitum, invisibile, impassibile et immortale, nostram ex Virgine naturam perfecto modo sumpsisse, et cum sua divina natura inconfusa et inseparabili unione copulavisse. Atque ita qui est in divina natura invisibilis, evasit visibilis in humanitate; qui est impalpabilis, factus est palpabilis; impassibilis immortalisque secundum divinitatem, passibilis mortalisque secundum nostram naturam evasit : non autem seorsum alius est impassibilis, alius passibilis; alius immortalis, D alius mortalis : verum ille qui passus mortuusque est in assumpta hominis natura, idem impassibilis immortalisque est in propria divina natura. Idcirco et Dei sanguis, et passio, et mors, et Deus crucifixus dicitur, et cætera talia, quæ divinæ naturæ haud proprie, sed ineffabilis unionis causa tribuimus. Etsi autem impossibile est morte vitam atque immortalitatem largiri hominibus, nihilominus postquam Dei Verbum mortali passibilique hominum naturæ unitum est, id quod antea fieri non poterat, possibile evasit : nam impassibilis passus est natura passibili, immortalis mortali mortuus est. Idcirco et nos vivificati fulmus, qui corpus ipsius sumus, et membra coagmentata viventi vivificantique nos Christo, nostro capiti; qui est benedictus et glorificatus in sæcula.

Pauca hæc in præsenti, ex multis quæ dicenda supererant, dictata sunt ab exiguo humilique ingenio nostro infirmaque doctrina, ad sublimem sapientiam vestram, ut summatim intelligat Armeniacæ Ecclesiæ circa fidem de sancta Trinitate et de Christi incarnatione finitum dogma : licebitque vobis cognoscere a parte totum ; veluti tenui minimoque sibi profusve gustu, a salubri noxium discernere licet. Absolutum vero plenissimumque tractatum de controversiis omnibus, quibus invicem dissidemus, quantæcunque hæ sunt, post congregatam, ut supra diximus, synodum, ad tuam potentem sanctamque majestatem scribemus.

A Τοῦτο τοίνυν ὀλίγον πρὸς τὸ παρὸν ἐκ μέρους ἐκδέδοται ἀπὸ τοῦ πενιχροῦ καὶ εὐτελοῦς ἡμῶν νοὸς καὶ τῆς ἀσθενοῦς ἡμῶν σοφίας τῇ ὑμετέρᾳ ὑπερτάτῃ σοφίᾳ· ὡς ἂν νοήσῃ κεφαλαιωδῶς τὸ τῆς Ἐκκλησίας τῶν Ἀρμενίων στερεὸν δόγμα εἰς τὴν πίστιν τὴν εἰς τὴν ἁγίαν Τριάδα καὶ εἰς τὴν οἰκονομίαν τοῦ Χριστοῦ· καὶ δύνασθε γνωρίσαι ἀπὸ τοῦ μέρους τὸ πᾶν, ὥσπερ ἀπὸ τῆς μικρᾶς καὶ οὐδαμινῆς ἀπογεύσεως τῆς βρώσεως ἢ τῆς πόσεως, καὶ τὸ βλαβερὸν καὶ τὸ μὴ τοιοῦτον. Τὸν δὲ τέλειον καὶ πληρέστατον λόγον περὶ πάντων τῶν ζητημάτων τῆς μέσον ἡμῶν ἀνισότητος, ὅση ἂν καὶ εἴη αὕτη, ἐν τῇ συνάξει τῆς συνόδου, ὡς ἄνωθεν εἴρηται, δώσομεν ἐγγράφως ἐνώπιον τῆς κραταιᾶς καὶ ἁγίας βασιλείας σου.

De vitæ autem nostræ casibus, propter loci temporumque, in quibus vivimus, asperitatem, et de rerum necessariarum inopia, deque molestiis longinquæ nostræ stationis, qui in medio tabernaculorum Cedar versamur, certior fiet sancta majestas tua ab iis qui hanc nostram epistolam deferunt oratoribus; qui et coram vestra celsitudine ac magnitudine parva nostra munera sistent, nimirum tres Arabicos equos et arcus Musulitico : quæ etsi res exiguæ sunt, mystice tamen significant fore ut ascendas super equos tuos, et hostium tuorum arcus conteras : nimirum ut verus Emmanuel invisibiles potestates, sic tu visibilem illorum vim reprimas qui Ecclesiam oppugnant : atque ita digni efficiamur, ut te in Christi Dei gloria videamus tibique gratulemur.

B Περὶ δὲ τῶν βιωτικῶν συναντημάτων, ὑπὸ τῆς σκληρότητος τοῦ τόπου καὶ τοῦ καιροῦ ἐν ᾧ ἐσμεν, καὶ τῆς στερήσεως τῶν ἀναγκαίων, καὶ τῆς ἀγανακτήσεως τῆς ἐνταῦθα μακρᾶς παροικίας ἡμῶν κατοικούντων ἐν μέσῳ τῶν σκηνωμάτων Κηδάρ, μαθήσεται ἡ ἁγία βασιλεία σου παρὰ τῶν διακομισάντων ἀφ' ἡμῶν τὴν παροῦσαν γραφὴν τῶν βραχαμίων· οἵτινες καὶ ἐνώπιον τῆς ὑμῶν ὑψηλότητος καὶ μεγαλειότητος φέρουσί τι ἀφ' ἡμῶν, ἤγουν τρία Ἀραβικὰ ἄλογα καὶ τόξαρια μουσουλιτικά, ἅτινα εἰ καὶ μικρόν τί εἰσιν, ἀλλ' οὖν μυστικόν, ὅτι ἐπιβήσῃ ἐπὶ τοὺς ἵππους σου καὶ συντρίψῃς τὰ τόξα τῶν ἐχθρῶν σου· ὥσπερ ὁ ἀληθὴς Ἐμμανουὴλ τὴν ἀόρατον δύναμιν, οὕτω καὶ σὺ τὴν ὁρατὴν τῶν πολεμούντων Ἐκκλησίαν· καὶ ἀξιωθείημεν ἰδεῖν σε καὶ C ἀγαλλιασθῆναι εἰς δόξαν Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ.

Rescriptum sanctissimi patriarchæ domini Michaelis, philosophorum supremi, ad prædictum generalem, nomine potentis sanctique imperatoris nostri domini Manuelis datum.

Ἀντίγραμμα πρὸς τοῦτον τὸν Καθολικὸν τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου κύρου Μιχαὴλ (5) *τοῦ γεγονότος ὑπάτου τῶν φιλοσόφων, γραφὲν ὡς ἐκ προσώπου τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως κύρου Μανουήλ* (6).

Epistola tua, Generalis reverendissime, ad majestatem meam delata est, meaque potentia comperit te justitiæ viam agnovisse; et, ut ait Scriptura, te discipulum esse factum regni cœlorum, similemque homini negotiatori, qui de thesauro suo nova et vetera profert[8] : quippe qui primariis divinisque apostolorum consentiens atque obtemperans traditionibus, Patrum quoque posteriora statuta canonumque præscripta sectari decrevisti. Accendisti enim in meditatione tua ignem, calefaciensque et D explorans in Christo vero Deo et Servatore nostro sermonem tuum, recte attenuasti, spiritalique fornaci tradidisti : et si quid inerat splendorem veritatis obscurans, divina flamma excoquendum curasti; quod reapse instar aridi sarmenti combustum est. Jam si quid adhuc epistolam tuam attente inspicientes fortasse offendit, id quoque tuæ severitatis

Ἡ γραφή σου ἀπεκομίσθη τῇ βασιλείᾳ μου, Καθολικὰ τιμιώτατε, καὶ ἐπέγνω τὸ κράτος ἡμῶν ὅτι τὴν τῆς δικαιοσύνης ἐπέγνως ὁδόν, καὶ κατὰ τὸ ἱερὸν λόγιον ἐμαθητεύθης τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, καὶ ἔοικας ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ ἐκ τοῦ θησαυροῦ αὐτοῦ παλαιὰ καὶ καινὰ ἐκβάλλοντι, καὶ ταῖς πρώταις καὶ θείαις ἀποστολικαῖς συμφωνῶν καὶ ἑπόμενος παραδόσεσι, ναὶ μὲν ἀλλ' οὐδὲ τῶν πατροπαραδότων καὶ ὑστέρων θεσμοθεσιῶν καὶ ὅρων ὑπερόρια βαδίζειν αἱρούμενος. Ἐξέκαυσας γὰρ ἐν τῇ μελέτῃ σου πῦρ, καὶ πυρώσας καὶ δοκιμάσας τὸν ἐν Χριστῷ τῷ ἀληθινῷ Θεῷ καὶ Σωτῆρι ἡμῶν λόγον, ὀρθῶς ἐξελέπτυνας καὶ τῇ πνευματικῇ χωνείᾳ παρέδωκας· καὶ εἴ τι τῆς ἀληθείας λαμπρότητι ζοφοποιῶν παραμέμικτο, ἐξέδωκας τῇ καύσει τῆς ἐν σοὶ θειοτάτης δοκιμασίας, καὶ ἐξετεφρώθη ὡς φρύγανον εὐκατάπρηστον εἴ τι δέ που καὶ ὑπολέλειπται τῷ περιεσκεμμένως

[8] Matth. XIII, 52.

(5) Michael hujus nominis tertius, quem eodem titulo *supremi philosophorum* (quæ fuit dignitas palatina) donat etiam Ephremius a me editus in catalogo patriarcharum Cp. v. 10202.

(6) Prima, ut jam dixi, Manuelis epistola pertinet ad primam disputationem. Secunda hæc epistola respondet Nerseti qui scripserat ad imp. post primam disputationem. Est autem hæc publica epistola. Nam privatæ seu arcanæ (*confidentiales*) tum imperatoris tum patriarchæ epistolæ infra recitabuntur.

τὸν νοῦν ἐφιστῶντι τῷ γράμματι, ἀλλὰ καὶ τοῦτο τῆς σῆς ὀρθοτομίας εὐθύτητι ὡς τραχὺ καὶ μὴ τοῦ κανόνος ὑποπίπτον τῷ γνώμονι, τῷ καθαρῷ τῆς ὀρθοδοξίας σίτῳ οἷα μικρὸν [*cod.* μικρῷ] καὶ ἀσυμφανὲς ζιζάνιόν τι παραφυόμενον, ὥσπερ σκανδάλου πρόξενον ἀποξεσθὲν ὡς νοθευὸν τοῦ εὐγενοῦς νοὸς τὴν λειότητα ἀφανείᾳ τελείᾳ παραδοθήσεται. Καὶ οὕτω; ἀληθῶς τὸ γεγραμμένον ἐστὶν, ὅτι *Ἐν χειρὶ γλώσσης ζωὴ καὶ θάνατος*· θάνατος γὰρ καὶ θανάτων δεινότατος ἡ τῆς εὐσεβοῦς ἀπόπτωσις δόξης τοῖς εἰς τὴν βέβηλον κατενηνεγμένοις ἀπιθείαν, καὶ τὴν γλῶτταν εἰς γλῶτταν εἰκαίως [*cod.* εἰκαίους] ὁπλίζουσι, καὶ ὡς ᾅδου πύλην τὸ οἰκεῖον στόμα πλατύνουσιν· ὥσπερ ζωὴ καὶ ζωὴ αἰωνία καὶ φθορᾶς πάσης ὑπερισχύουσα, οἱ σκοτεινοὶ καὶ ἀόρατοι καὶ ἀπόκρυφοι τῆς ἀληθοῦς καταλήψεως θησαυροὶ, οὓς ἐξανοίγειν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἐπηγγείλατο τοῖς ὀρθῶς ἐκζητοῦσιν αὐτὸν, καὶ μὴ τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως αἴρουσιν, ἀλλ' εἰσερχομένοις καὶ αὐτοῖς, καὶ μὴ τοὺς εἰσερχομένους κωλύουσι.

Τὴν ζωὴν οὖν ταύτην ἔχουσα ἡ σὴ τιμιότης παρ' ἑαυτῇ, εὖ οἶδεν ἡ βασιλεία ἡμῶν ὅτι καὶ τοῖς ἄλλοις ταύτης μεταδώσει καὶ μεταριθμήσει τισὶ τῶν ἀπειθεστέρων ἐνιζάνουσαν σκαιότητα καὶ σκληρότητα, καὶ τοῖς ποτίμοις λόγοις τῆς ἀνεπισφαλοῦς πίστεως τὴν ἀλμυρὰν ἀποκλύσει θάλασσαν τῆς κακοπιστίας, καὶ μετενέγκῃ τὴν νόσον εἰς εἰλικρινεστάτην ὑγιείαν. Ἔχοντες οὖν σε τὴν κεφαλὴν ταῖς λοιπαῖς οἰκουμενικαῖς συνόδοις, ἀλλὰ καὶ τῇ τετάρτῃ συνᾴδουσαν, εὐέλπιδές ἐσμεν, ὡς καὶ τὰ μέλη τῇ κεφαλῇ συνακολουθήσουσι· καὶ πᾶν τὸ διασπῶν τὴν ἐπαινουμένην συνέχειαν, καὶ τὸν τῆς ἑνώσεως σύνδεσμον λύον, ὡς ἀσυμφυὲς καὶ ἀξύμβλητον τῇ τῆς ὁμολείας ἁρμολογίᾳ, ἀνακαθαρθὲν ἀπὸ τοῦ μέσου ἀρθήσεται. Εἰ γὰρ καὶ οἱ πρότεροι τῶν Ἀρμενίων ποιμένες κατὰ τὸν τοῦ προφήτου ἠφρονεύσαντο λόγον, καὶ ἡ νομὴ πᾶσα οὐκ ἔγνω καὶ διεσκορπίσθησαν, ἀλλ' ὁ μετὰ τούτους ἐλθὼν ἐπιστημονικὸς καὶ ἔμφρων ποιμὴν τὸ διασκορπισθὲν ἐπισυναγάγῃ, καὶ ἀναγνωρίσει πᾶσι τὴν ἀντίστοιχον τῆς θανασίμου πόας νομὴν, καὶ εἰσαγάγῃ τὸ ποίμνιον, καὶ ἐνοικήσει τῇ ψυχοτρόφῳ μάνδρᾳ τῇ ἀβλαβεῖ, καὶ εὐφρανεῖ τὸν οἰκοδεσπότην, ὅτι τὸ τάλαντον εἰς ἐπίδοσιν ἦλθε, καὶ αἱ οὐράνιαι δυνάμεις ἐπὶ τῇ τῆς δραχμῆς εὑρέσει ἠγαλλιάσαντο. Τὸν τῆς εἰρήνης ἀθόλωτον ποταμὸν ἐπικλῦσαι πάσας τὰς Ἐκκλησίας, ἐδίψησε καὶ διψᾷ ἡ βασιλεία ἡμῶν· καὶ εἰς ἕνα σύνδεσμον πάντας γενέσθαι πνευματικὸν, ἐπιθυμίᾳ θερμοτάτῃ καὶ ἐπεθύμησε καὶ ἐπιθυμεῖ, καὶ χαίρει ἐπὶ τούτοις ὡς οὐκ ἐπ' ἄλλῳ τινί· καὶ ἐνέσταξας γάνος θυμηδίας ἀῤῥήτου αὐτῇ, ὅτι εὑρέθης καὶ αὐτὸς εἰς τοῦτο συντρέχων καὶ ἐπισπεύδων τὸ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ὁμονοίας καλόν. Καὶ χαιρέτω ἡ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία, καὶ ἐφ' ἡμῖν καὶ ταύτῃ ὁ τῶν θείων ἀποστόλων χορὸς, ὁ τῶν ἁγίων Πατέρων ἑσμὸς, ἡ τῶν πιστῶν κληρουχία, καὶ πάντες οἱ οἰκονόμοι τῆς χάριτος. Θρηνείτω ὁ Εὐτυχὴς καὶ Διόσκορος, οἰμωζέτω Νεστόριος, καταδυέσθω

A æquitas, ceu exuberans neque ad perpendiculum quadrans (videlicet tanquam panca et inobservata zizania inter purum orthodoxiæ triticum nata), id, inquam, utpote scandali occasionem, et ingenuæ puræque mentis quamdam maculam, funditus abrasum abolebit et antiquabit. Quamobrem veritas Scripturæ dicentis apparet : *In potestate linguæ vita et mors*[a]. Mors enim, imo mors teterrima est, recti dogmatis amissio iis qui in impiam incurrunt incredulitatem, et linguam temere contra linguam armant, et tanquam inferorum portam os suum dilatant. Contra vita, imo æterna nullique corruptioni obnoxia vita, est in abstrusis illis invisibilibus arcanisque orthodoxæ sententiæ thesauris, quos communis Deus reseraturum se hominibus
B iis promisit, qui ipsum studiose quærunt, quique recti sensus clavim non abdunt, sed et ipsi introeunt, neque alios ingressu prohibent.

Hanc ergo vitam cum tua reverentia in se habeat, probe novit majestas mea te aliis quoque impertiturum esse, correcturumque hærentem ipsis perversitatem ac pertinaciam : ita ut irriguis tutissimæ fidei doctrinis, pravorum dogmatum tempestas sedetur, et morbi vitium in perfectissimam sanitatem vertatur. Quippe cum te habeamus, qui gentis caput es, tum reliquis generalibus synodis tum etiam quartæ assentientem, bonam spem alimus fore ut reliqua membra conspirent cum capite; ita ut id omne quod laudabilem concordiam
C distrahit, et unitatis vincla dissolvit, utpote alienum et adversum universi corporis compagi, purgatum denique e medio tollatur. Etsi enim præteriti Armeniorum pastores insanierunt, ut ait propheta[a], cunctusque grex desipuit et dispersus est; attamen qui eis successit cordatus sapiensque pastor palantes congregabit, et aliena mortiferis herbis pascua cunctis demonstrabit, minabitque gregem, et spiritali ovili quaquaversus tuto concludet, jucundabitque patremfamilias, quia commodatum talentum usuram peperit, et cœlestes spiritus de drachma inventa lætabuntur. Sane cunctas Ecclesias puris fontibus inundari, sitivit et sitit majestas mea; easque uno cunctas spiritali vinculo
D constringi, ardentissima semper cupiditate exoptavit et optat; ex eaque re gaudium quam quod maximum capit : nunc vero ineffabilem haurit animo voluptatem, cum te quoque in id conspirantem, incumbentemque ad ecclesiasticæ concordiæ bonum videt. Jamque adeo lætetur Dei Ecclesia, nostrique et ipsius Ecclesiæ causa divorum gaudeat apostolorum chorus, Patrum sanctorum cœtus, fidelium hæreditas, cunctique divinæ gratiæ ministratores. Lugeant Eutyches et Dioscorus; ploret Nestorius; pudore afficiatur Severus, eique consentiens Timotheus; valeant quotquot

[a] Prov. xviii, 21. [a] Isa. xxiv, 6.

mendacia nobis vobisque, ut scripsisti, obtruserunt. Neque vero nos hominicolæ Nestorio assentiamur, prava ejus opinione afflati, ut duas unius Christi personas orthodoxo dogmati oggeramus: sed unum Christum confitemur Dominum et Deum nostrum, in una persona post unionem quoque adorandum, duabus nempe naturis sub una persona inseparabiliter inconfuseque unitis, ex duabus inquam naturis et in duabus: naturis enimvero pollere duabus etiam post unionem Christum dicimus atque credimus.

Tuæ igitur reverentiæ scripta ad majestatem meam fidei expositio, lecta a nobis est, plenaque sapientiæ et veritatis visa, neque ab Ecclesiæ nostræ fide discors aut devia, præsertim si ejus mens ac veritatis summa consideretur: quanquam aliquando dictio ejus, quæ nobis est insolita, legentem vellicat. Nam quod naturæ suæ proprietatem immutabilem inconversamque, etiam post unionem retinuerit humana substantia illa, quæ de purissima et sanctissima Virgine Delpara sumpta fuit, omnem tollit dubitationem sanctæ et œcumenicæ quartæ synodi doctrina ejusque confessio, nec non magni inter sanctos Leonis Papæ Romani epistola, quam orthodoxiæ columen Ecclesia nostra semper appellavit. Porro quod in hypostatica ineffabili unione, imo et post factam sine mutatione vel conversione unionem, naturæ ipsæ indivisibiliter et inseparabiliter maneant, melius id, inquam, a nobis dicitur scribiturque, quam quod vos dicitis naturarum mansisse immutabilem et inconvertibilem ostensionem. Etenim accuratis verbis, non periphrasticis, de dogmatibus loquendum est atque scribendum, in iis præsertim regionibus locisve, ubi ambiguum quid suspicamur, vel in controversiam vocari videmus. Ergo Christum dicere ex duabus naturis, et in duabus naturis, et duas habentem naturas, id demum orthodoxum est, et apostolorum Patrumque regulæ apprime consonum: secus vero si post unionem una in eo prædicetur natura, id manifeste contra rectam et a Patribus traditam doctrinam fit: etsi nonnulli studeant prætextus nescio quos obtendere, et falsi dogmatis deformitatem colore aliquo imbuere verborum persuasibilium, quæ recipi prorsus non queunt, propter hujusmodi doctrinæ varias salebras et invenustatem. Cur enim opus est hanc ansam stulto errori præbere, occasionemque non incongruam iis offerre, qui spurium dogma sectantur atque tuentur? Quæ horum colorum, et contortorum argumentorum, ac veluti excusationum utilitas? Aut cur laborandum est propter hanc vanam et infructuosam circumlocutionem? Sicut enim oportet corde credere ad justitiam, neque absurdo aliquo cogitatu mentem polluere; ita par est lingua quoque ad salutem confiteri, et ne verbo quidem tenus aut syllaba, sive scribimus sive loquimur, dictione uti quæ scandali occasio sit;

Σεβῆρος καὶ ὁ τούτου σύμφρων Τιμόθεος· οἰχέσθωσαν εἰ τὰς ψευδολογίας ἡμῶν καθοριζόμενοι καὶ ὑμῶν, ὥσπερ ἔγραψας· οὐχ ἡμεῖς φρονοῦμεν ὡς ὁ ἀνθρωπολάτρης Νεστόριος τῇ κακονοίᾳ τούτου συναπαγόμενοι, καὶ δύο ὑποστάσεις ἐπὶ τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ τῷ ὀρθοδόξῳ πληρώματι παρεισφέροντες· ἀλλ' ὁμολογοῦμεν τὸν ἕνα Χριστὸν καὶ Κύριον καὶ Θεὸν ἡμῶν ἐν μιᾷ ὑποστάσει καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν προσκυνούμενον, τῶν δύο φύσεων εἰς μίαν ὑπόστασιν ἑνωθεισῶν ἀχωρίστως καὶ ἀσυγχύτως, ἐκ δύο φύσεων καὶ ἐν δύο, καὶ δύο φύσεις καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν τὸν Χριστὸν εἶναι, καὶ λέγοντες καὶ πιστεύοντες.

Ἡ μὲν οὖν παρὰ τῆς σῆς τιμιότητος γραφεῖσα καὶ ἀποσταλεῖσα τῇ βασιλείᾳ ἡμῶν τῆς πίστεως ἔκθεσις, ὑπανεγνώσθη αὐτῇ καὶ ἔδοξε πλήρης σοφίας καὶ ἀληθείας, καὶ τῆς ἡμετέρας ἁγίας Ἐκκλησίας οὐκ ἀλλοτριόφρων οὐδὲ ἀσύνδρομος, καὶ μᾶλλον κατά γε τὸν νοῦν καὶ τὴν τῆς ἀληθείας ἀκρίβειαν, εἰ καὶ ἔν τινι ἡ λέξις τραχύνει τὴν ἀκοὴν διὰ τὸ ταύτης ἀσύνηθες· ὑποψίαν γὰρ πᾶσαν περιαιρεῖ ἡ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς τετάρτης συνόδου παραδοχὴ, καὶ ἡ ταύτης ὁμολογία, καὶ ἡ τοῦ ἐν ἁγίοις μεγάλου Λέοντος πάπα Ῥώμης ἐπιστολὴ, ἣν στήλην ὀρθοδοξίας ἡ καθ' ἡμᾶς ἁγία Ἐκκλησία καὶ ὠνόμασε καὶ ὀνομάζει καὶ οὐ παύεται ὀνομάζουσα, καὶ τὸ ἀναλλοίωτον καὶ ἀμετάτρεπτον τῆς ἰδίας φύσεως μεῖναι καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν τὸ ἐκ τῆς ἀνθρωπίνης οὐσίας προσληφθὲν ἐκ τῆς πανσχράντου καὶ ὑπεραγίας Παρθένου καὶ Θεομήτορος. Κρεῖττον δέ ἐστι καὶ λέγειν καὶ γράφειν ὅτι ἐν τῇ καθ' ὑπόστασιν ἀῤῥήτῳ ἑνώσει, καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν ἀμεταβλήτων καὶ ἀτρέπτων, ἀδιαιρέτως καὶ ἀχωρίστως. αἱ φύσεις ἔμειναν, παρ' ὃ τὸ ἔμεινεν ἀμετάβλητος ἡ τῶν φύσεων φανέρωσις. Ὀνομαστικῶς γὰρ καὶ οὐ περιφραστικῶς τὰ περὶ τῶν δογμάτων χρὴ λέγεσθαί τε καὶ γράφεσθαι, καὶ μᾶλλον ἐν ἐκείναις ταῖς χώραις καὶ τοῖς τόποις ἔνθα τὸ ἀμφίβολον ὑπονοεῖται, καὶ τὸ ἀμφίμαχον ὑποπτεύεται. Ἐκ δύο τοίνυν φύσεων λέγειν τὸν Χριστὸν, καὶ ἐν δυσὶ φύσεσι, καὶ δύο φύσεις τὸν αὐτὸν, ὀρθότητος πάσης, καὶ ἀποστολικῆς καὶ πατρικῆς ἀκριβολογίας ἐχόμενον· τὸ δὲ μετὰ τὴν ἕνωσιν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ μίαν φύσιν ἀνακηρύττειν, προδήλως τῇ πατροπαραδότῳ δόξῃ ἐναντιοῦται· κἂν ἐθέλει τις αἰτίας ἀναπλάττειν τινὰς, καὶ τὸ πικρὸν τῆς ψευδοδοξίας ἐπιχρωννύειν διά χρωμάτου τινὸς πειθανοπλαστίας δυσπαραδέκτου, διὰ τὸ δυσχερὲς τῆς τοῦ τοιούτου λόγου παρεισαγωγῆς καὶ ἀποφήμου. Τίς γὰρ ἡ ἀνάγκη διδόναι χώραν ὅλως τῇ ἀτοπίᾳ, καὶ λαβὴν οὐκ ἀγενῆ τῷ πρὸς τὴν κακοδοξίαν ταύτην ἀντιθεοῦντι καὶ ἀντιλέγοντι; καὶ δεῖσθαι χρωμάτων καὶ πειθανάγκης καὶ ἀντεπιφορῶν, καὶ ἀγωνιᾷν διὰ τὴν εἰκαίαν καὶ ἀσυντελῆ ταύτην παρεισπλοκήν; Ὥσπερ γὰρ δέον καρδίᾳ εἰς δικαιοσύνην πιστεύεσθαι, καὶ μὴ χραίνεσθαι κατὰ νοῦν τινι νοήματι καὶ ἀπηχεστάτῳ, οὕτω καθῆκον καὶ γλώσσῃ εἰς σωτηρίαν ὁμολογεῖν, καὶ μὴ δὲ μέχρι λόγου καὶ συλλαβῶν συνθήκης καὶ προσφορᾶς πρόξενον σκανδάλου ῥῆμα προΐεσθαι, καὶ ἀπερρεύγεσθαι τοῦτο εἰς ἐπισκιασμὸν τοῦ λαμπροῦ καὶ διαφανοῦς τῆς ἀποστολι-

κῆς· καὶ πατρικῆς διδασκαλίας φωτός. Διὰ τί δὲ ὅλως ἑαυτοὺς τὸν τοῖχον ἀλείφειν ἐκβιαζόμεθα; *Ἐξαλείψω* γάρ, φησὶ, *τὸν τοῖχον καὶ τὸν ἀλείφοντα αὐτόν*· τουτέστι τὸ ψεῦδος καὶ τὸν τοῦτο προσάγειν καὶ συγκαλύπτειν ἐθέλοντα. Ἄπαγε λέγειν οὕτω, εἰ φαῦλον τὸ λέγειν μίαν φύσιν ἐπὶ Χριστοῦ· ἅπαξ ἀποβληθὲν, ἐρρίφθω ἐς κόρακας, συγχωσθήτω τῷ λήθης βυθῷ, μηδ' ἄχρι φωνῆς εἰς ἀέρα μάτην λυομένης παρενοχλείτω ταῖς ἀκοαῖς.

Τρεῖς αἱ ἀνωτάτω δόξαι περὶ τῆς ἑνώσεως τῶν ἐν Χριστῷ φύσεων κατεβλήθησαν, διαιρετική, συγχυτική, καὶ ἡ κυρίως ἑνωτικὴ λεγομένη· αἱ μὲν οὖν δύο παισὶν αἱρετικῶν ἐπαίχθησαν καὶ παιζέσθωσαν. Καὶ τὴν μὲν πρώτην μαιευέτω Νεστόριος ὁ παράφορος, καὶ τὴν οἰκείαν ὠδῖνα περιεπέτω, καὶ καταπάσθω εἰς ᾅδου βάραθρον, καὶ συγκαθιζέσθω τῷ πατρὶ τοῦ ψεύδους Σατάν· τὴν δὲ δευτέραν ἐχέτωσαν συγχέουσαν αὐτῶν τὸ λογιστικὸν καὶ σκότους πληροῦσαν Εὐτυχὴς καὶ Διόσκορος οἱ παράφρονες καὶ ἡ περὶ αὐτοὺς κακοδαιμονεστάτη ὁμήγυρις, ἕν τι πρᾶγμα νόθον φανταζομένη καὶ ἀναπλάττουσα, καὶ ἐν οὐδοποτέρῳ τῶν ἑνωμένων καθαρῶς τὸ ἴδιον ἀποσώζουσα· ἃς καὶ ὁ τῶν θείων Πατέρων κατάλογος καλῶς ποιῶν ἀποβαλὼν ἱκανῶς ἐστηλίτευσεν. Ἡ δὲ τρίτη ἀσύγχυτός τε καὶ ἀδιαίρετος τῶν δύο φύσεων ἕνωσις, οἵδε μὲν τὰ ἑνωθέντα ἀνελλιπῶς ἔχοντα κατὰ τὴν αὐτῶν ἰδιότητα, διὰ τὸ ἄτρεπτον καὶ ἀναλλοίωτον· κοινῶς δὲ ταῦτα ἑνὸς εἶναι ποιεῖ, δι' αὐτὴν δὲ τὴν οὐσιότητα ἕνωσιν· ὡς εἶναι τὰ μὲν κυρίως ἴδια θατέρου, κοινὰ τοῦ ὅλου· τὰ δὲ τοῦ ὅλου κοινὰ, θατέρου ἴδια, διὰ τὴν ἐν θατέρῳ ἀσύγχυτον ἰδιότητα. Ὁ μὲν οὖν τῆς ἀληθείας λόγος τὸ μὲν ταὐτὸν κατὰ τὴν ὑπόστασιν οἶδε, κατὰ δὲ τὴν φύσιν τὸ ἕτερον. Ἀλλὰ τοῖς ἐπὶ Χριστοῦ μίαν φύσιν μετὰ τὴν ἕνωσιν λέγουσιν, ὁ τρόπος συνῆκται τῆς ἀναχύσεως, καὶ τῶν φύσεων οὐ περισώζεται τὸ διάφορον, κἂν αὐτοὶ μὴ τοῦτο ἐθέλωσιν. Ὅθεν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ Σωτῆρος ἡμῶν μίαν φύσιν λέγειν μετὰ τὴν ἕνωσιν, σφαλερόν τε καὶ ἐπικίνδυνον.

Καὶ ψευδῶς καὶ ἀμαθῶς οἱ τοῦτο φληναφοῦντες προσφέρουσι τὸν ἄνθρωπον εἰς παράδειγμα. Ὁ μὲν γὰρ ἄνθρωπος σύνθετος μία φύσις ἀποτελεῖται, ἐπειδὴ τῶν ἐξ ὧν συνετέθη τοὺς λόγους καὶ τὰς ὀνομασίας κυρίως οὐκ ἐπιδέχεται· οὐ γάρ ἐστιν εἰπεῖν ὅτι ὁ ἄνθρωπος κυρίως ψυχή τε ἢ σῶμα λέγεται· οὔτε μὴν τοὺς λόγους [κυρίως;] (7) ἐπιδέχεται, κἂν ψυχὴν καὶ σῶμα κεκτῆσθαι λέγεται. Ὁ δὲ δὴ Χριστὸς Θεὸς ἡμῶν, συντεθειμένος ἐκ θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος, καὶ τὰς ὀνομασίας καὶ τοὺς λόγους τῶν ἐξ ὧν συνετέθη φύσεων ἐπιδέχεται· ὁ

A neque quidquam eructare, quod splendidam atque perspicuam apostolorum Patrumque doctrinæ lucem obscuret. Cur manus nostras ad dealbandum parietem pene invitas impellimus? Cum Scriptura dicat: *Ego murum cum eo qui hunc dealbat delebo* [a]; mendacium scilicet, cum eo qui id obtrudere latenter nititur. Omitte igitur, quandoquidem id falsum est, unam Christi naturam dicere. Et quoniam id semel explosum est, abeat sane in malam rem, oblivionis fluctu mergatur: denique id ne voce quidem tenus, quæ in aerem frustra evanescit, aures offendat.

B Tres olim de naturarum in Christo unione sententiæ dictæ sunt, divisionis videlicet, confusionis, et ejus quæ maxime unitiva dicta est: quarum duæ priores hæreticis illuserunt et sane illudant. Primam insanus de suo cerebro Nestorius fudit, qui utique partum suum foveat, ab eoque in inferni barathrum pertrahatur, ibique cum mendacii parente diabolo sedeat. Secundam habeant sibi ad mentis propriæ confusionem cæcitatemque vecordes Eutyches atque Dioscorus cum sua infelicissima secta, qui spurium dogma sibi confinxerunt ac procuderunt, quique neutri naturarum unitarum parti proprietatem suam conservant. Utramque jamdiu sententiam synodus sanctorum Patrum proscripsit atque infamavit. Tertia quæ inconfusam indivisamque duarum naturarum unionem asserit, conjunctorum utique subjectorum immotas proC prietates conservat, propter eorum inconvertibilem invariabilemque rationem: verum idiomata communia uni facit, et in substantia ipsa unionem agnoscit: ita ut quæ sunt propria alterutrius, vere toti fiant communia; et quæ toti communia sunt, ea propria evadant alterutrius; propter utriusque inconfusam proprietatem. Verax igitur doctrina, quod unum est, personæ tribuit; quod duale, naturæ. At vero illis, qui unam Christi naturam post unionem dicunt, confusionis quidem ratio conficitur, naturarum autem differentia, etiamsi id minime velint, perit. Itaque Christi Dei ac Servatoris nostri unam naturam post unionem dicere, lubricum periculosumque est.

D Porro imperite falsoque, hi qui ita nugantur, exemplum ab homine sumptum oggerunt. Humanum quippe compositum una natura esse dicitur, quia rerum, unde concretum est, appellationes et nomina haud proprie recipit: neque enim homo proprie anima vel corpus dicitur: neque has appellationes proprie recipit, etiamsi animam et corpus habere dicitur. Christus autem Deus noster ex divinitate atque humanitate constat, et appellationes ac nomina naturarum, ex quibus constat, recipit: ipse enim est Deus et homo, has appellationes na-

[a] Ezech. XIII, 14.

(7) In vetere hujus operis codice Vaticano, propter abscissam oram, unum saltem vocabulum periit. In recentiore autem ejusdem operis codice Vat. iii ibidem lacuna, relicto spatiolo. Unde apparet, recentiorem hunc exscriptum fuisse ab illo antiquiore, et quidem jam leviter læso. Hinc sane contigit, ut nulla mihi lectionum varietas in hoc altero exemplari se obtulerit.

turaliter gerens. Non igitur eum quisquam una pollere natura dicat, neque unam post unionem affirmet naturam. Insuper hominis una natura dicitur, quia de multis atomis subjectum ejus componitur, quæ atomi idcirco humanæ naturæ participes esse dicuntur : quam rem de Christo neque dicere licet neque cogitare.

αὐτὸς γάρ ἐστι καὶ Θεὸς καὶ ἄνθρωπος φύσει τοὺς λόγους τούτων ἐπιδεχόμενος. Οὐκ ἄρα μιᾶς φύσεως αὐτὸν ἐρεῖ τις ἀποτελεῖσθαι, ἢ μίαν φύσιν εἶναι, μετὰ τὴν ἕνωσιν. Καὶ ἄλλως δὲ ὁ ἄνθρωπος μία φύσις λέγεται, διὰ τὸ πολλῶν ἀτόμων αὐτῷ ὑποκειμένῳ κατηγορεῖσθαι, καὶ τούτων ὡς τῆς αὐτῆς αὐτῷ κοινωνούντων φύσεως λέγεσθαι· ὅπερ οὐκ ἂν τις εἴποι ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ, οὐδὲ διανοίας ἀναπλάσαι κινήμασιν.

Age vero et ipsum sanctum Cyrillum in multis suis diversisque scriptis comperimus, sicuti etiam reverentia tua in datis ad majestatem meam litteris significavit, duas in Christo post unionem naturas prædicare atque docere. Cur hunc contradictionis veluti accusabimus, dicendo eumdem unam quoque affirmasse post unionem esse naturam? Prorsus enim sive Cyrillum hoc in transcursu, ut videtur, dixisse atque scripsisse credendum est; sive is abusive naturam pro persona posuit, ut ipsum alibi, itemque ex classicis Patribus alios, fecisse scimus; sive unam naturam de Christi divinitate pronuntiavit, ita tamen ut humanam quoque demonstraverit, dum addidit *incarnatam* : sive denique secundum alium quemvis sensum intellectumque aut œconomiæ rationem ita locutus est vir sanctus; minime id certe ob infirmandam rectæ fidei doctrinam, et scandalum repugnantiæ sibi excitandum, fecit. Cum ergo veritas explorata sit, in eamque omnes sancti Patres doctoresque nostri, magna sanctæ Dei Ecclesiæ lumina, conspirent, frustra jam objicitur atque obtruditur mordicusque tenetur vocula, quæ Ecclesiam, id est, unum Christi corpus, discindit ac lacerat : præsertim cum illa vocula ex aliis multis corrigi possit, neque posteriorum temporum Patres quidquam turbaverit. Nostra igitur pietas datori omnium bonorum Deo gratias agit, qui pacis nobis atque unionis fores aperuit. Profecto is concordiam hanc tecum per temet initam, quæ ad cunctos coætaneos tuos tibique subjectos pontifices universumque gregem pertinet, felici exitu coronabit; plenamque et sine ulla exceptione unitatem sententiarum efficiet, ad sui nominis gloriam et invisibilis hostis ignominiam.

Ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ ἐν ἁγίοις θειότατος Κύριλλος ἐν πολλοῖς καὶ διαφόροις τῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων εὑρίσκεται, ὡς καὶ ἡ σὴ τιμιότης ἐν τῷ πρὸς τὴν βασιλείαν ἡμῶν ἀποσταλέντι παρ' αὐτῆς ἐδηλοποίησε γράμματι, δύο φύσεις μετὰ τὴν ἕνωσιν ἀνακηρύττων καὶ διδάσκων ἐπὶ Χριστοῦ, διὰ ποίαν αἰτίαν ἐναντιοφωνίας δώσει τις πρόφασιν, λέγων τὸν αὐτὸν καὶ μίαν φύσιν λέγειν ἐπὶ τούτου μετὰ τὴν σάρκωσιν; Πάντως γὰρ ἢ τὸν τοιοῦτον τούτου λόγον παραδράμῃ ὡς ἔδοξεν ἐκείνῳ ῥηθέντα τε καὶ γραφέντα, ἢ καταχρηστικώτερον ἐκλαβομένῳ τὴν φύσιν ἀντὶ ὑποστάσεως, ὡς καὶ αὐτὸς ἐν ἄλλοις, καὶ ἄλλοι τῶν ἁγίων ἐκκρίτων εὑρίσκονται οὕτω ποιήσαντες· ἢ τὴν μίαν φύσιν ἐπὶ τῆς θεότητος τοῦ Χριστοῦ εἰρηκότι, καὶ παραστήσαντι καὶ τὴν ἀνθρωπίνην ἐν τῷ ἐπαγαγεῖν τὸ, *σεσαρκωμένην*· ἢ καὶ τὴν ἄλλην τινὰ ἔννοιαν καὶ ἐπιβολήν, ἢ καὶ τρόπον οἰκονομίας, ἀφ' ἧς ταύτην τὴν φωνὴν εἰρηκέναι τὸν ἅγιον, οὐκ εἰς παρενόχλησιν τοῦ ὀρθοῦ λόγου τῆς εὐσεβείας ταύτην προβαλεῖται, καὶ καθ' ἑαυτοῦ σκάνδαλον ἀνεγερεῖ διαστάσεως. Φανεροῦ γὰρ ὄντος τοῦ ἀληθοῦς, καὶ πάντων τῶν ἁγίων Πατέρων καὶ διδασκάλων ἡμῶν τῶν μεγάλων φωστήρων τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας συμφωνούντων εἰς τοῦτο, περιττὸν τὸ, μίαν ῥῆσιν εἰς ῥῆξιν καὶ διασπασμὸν τοῦ ἑνὸς σώματος τῆς τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίας, δυναμένην καὶ ταῦτα ἐκ πολλῶν τὴν θεραπείαν δέχεσθαι, καὶ τῶν μή τινα τῶν ὕστερον ἐλθόντων Πατέρων διαταράξασαν, προβάλλεσθαι καὶ προσφέρειν, καὶ ἔχεσθαι ταύτης καὶ μὴ μεθίστασθαι. Εὐχαριστεῖ οὖν ἡ ἡμετέρα εὐσέβεια τῷ παντὸς ἀγαθοῦ δοτῆρι Θεῷ τῷ ἤδη λύοντι τὰς ὠδῖνας τῆς ἡμῶν εἰρήνης καὶ τῆς ἑνώσεως· ὃς καὶ τὴν διὰ σοῦ καὶ μετὰ σοῦ συμφωνίαν πάσης τῆς κατὰ σὲ καὶ ὑπὸ σὲ ἱεραρχίας καὶ ποίμνης τελεσφορήσει, καὶ τὴν ὁμόνοιαν ἀπεργάσεται ἐντελεστάτην, καὶ κατὰ μηδὲν τὸ ἐλλιπὲς ἔχουσαν, εἰς δόξαν τοῦ ἁγίου αὐτοῦ ὀνόματος, καὶ αἰσχύνην τοῦ ἀοράτου ἐχθροῦ.

DISPUTATIO.

Anno ab orbe condito 6680, qui erat annus tricesimus post imperium susceptum a piissimo im-

ΔΙΑΛΕΞΙΣ.

Ἔν ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου ,ςχπ', ἐν ἔτει δὲ τριακοστῷ (8) τῆς αὐτοκρατορίας τοῦ ἐν βασιλεῦσιν

(7*) Anno Christi 1172.

(8) Ergo biennio post primam disputationem, quæ in Græco textu dicitur acta anno regnantis Manuelis vicesimo octavo, etsi mendose in Latina Leunclavii interpretatione (*Bibl. PP. Paris.* t. I, p. 439) dicitur *decimo octavo*. Obiter autem hic observo canones quoque chronicos Samuelis Armenii Aniensis (quos ego olim Mediolani edidi) aliquantum esse perturbatos, apud quos primus Nersetis patriarchæ annus componitur cum Manuelis imp. anno tricesimo quinto. Neque tamen is error editionis meæ est; namque est Vaticanus Samuelis codex Armeniacus tertius cum libro meo prorsus consentit. Sed quid opus est Samuelem arguere, cujus ratio in recensendis Manuelis annis prorsus a communi ratione discedit? Apud eum enim Manuel regnat annis 46, incipiens ab anno Ch. 1135; apud alios autem chronographos regnat annis 37 cum dimidio, ab anno 1143. Alio modo peccat Leunclavius dum ad vocabulum πορφυρογέννητος annotat : *Porphyra palatii nomen in quo pariebant Augustæ*. Est enim notissimum sic potius appellatos principes qui de parente imperante concepti natique erant. Denique Leunclavius nescivit Ῥωμαίων κουλά (Romanorum castellum quod Orientales pronuntiant *Romela*) arcem fuisse ad Euphratem, ad quem locum patriarcha

εὐσεβεστάτου καὶ φιλοχρίστου καὶ θεοστέπτου κυρίου Μανουὴλ τοῦ Πορφυρογεννήτου καὶ Κομνηνοῦ, ἀνύοντος δεύτερον ἔτος· κατὰ μῆνας τρεῖς τοῦ θεοστέπτου βασιλέως ἡμῶν κύρου Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ καὶ υἱοῦ αὐτοῦ ἰνδ. ε' κατὰ τὴν κ' δευτ. μηνὸς, κατελάβομεν ἐκ δευτέρου τὸ Ῥωμαίων Κουλά, καὶ χαιρετίσαντες τὸν καθολικὸν τῶν Ἀρμενίων ἐκ τοῦ μέρους τοῦ βασιλέως, δεδώκαμεν τὸ πρὸς αὐτὸν βασιλικὸν θεῖον γράμμα, τὸ πρὸς τὴν φανερὰν αὐτοῦ γραφὴν (9) ἀπολογούμενον· εἶτα χαιρετίσαντες αὐτὸν καὶ ἐκ τοῦ μέρους τοῦ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου, ἐνεχειρίσαμεν αὐτῷ τὸ πρὸς αὐτὸν πατριαρχικὸν γράμμα. Ἡδέως ἄγαν καὶ περιχαρῶς ἠρώτησεν ἡμᾶς περὶ τῆς εὐτυχίας καὶ εὐεξίας τοῦ βασιλέως καὶ τῆς τῶν Ἐκκλησιῶν καταστάσεως· ἡμεῖς δὲ, τὰ εἰκότα ἀποκριθέντες, ἀπήλθομεν ἀναπαυσόμενοι. Ὀψίας δὲ καταλαβούσης ἀπεστάλκαμεν πρὸς τὸν Καθολικὸν διὰ τοῦ πρεσβυτέρου Μιχαὴλ τοῦ ἑρμηνέως τὴν μυστικὴν γραφὴν τοῦ βασιλέως, ἥτις ἦν ἀντίγραμμα πρὸς τὴν μυστικὴν γραφὴν τοῦ Καθολικοῦ (10)· καὶ ἡ μὲν μυστικὴ γραφὴ τοῦ βασιλέως ἦν αὕτη.

A peratore, Christi amante, et a Deo coronato domino Manuele Porphyrogenito Comneno; tertio mense secundi anni post initam imperii societatem a filio ipsius domino Alexio imperatore nostro a Deo coronato Comneno, indictione quinta, die mensis secundi vigesima, pervenimus denuo Romeliam, salutatoque imperatoris verbis Armeniorum Generali, regium sacrarum Litterarum exemplar tradidimus, quæ publicæ ipsius epistolæ respondebant: deinde verbis quoque patriarchæ œcumenici salute impertita, patriarchales similiter litteras obtulimus. Tum Generalis comiter admodum et lætabundus de felicitate ac salute imperatoris, deque Ecclesiarum statu, nos percunctatus est: cui postquam quæ opus erat respondimus, ad quietem B secessimus. Sera autem nocte misimus ad Generalem, per Michaelem interpretem, imperatoris arcanam epistolam, qua Generalis æque arcanæ epistolæ responsio fiebat. Porro arcana imperatoris epistola hujusmodi erat:

Μανουὴλ, ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ πιστὸς, βασιλεὺς Πορφυρογέννητος θεοστεφὴς, ἄναξ κραταιὸς, ὑψηλὸς, ἀεὶ αὔγουστος καὶ αὐτοκράτωρ Ῥωμαίων, ὁ Κομνηνὸς, τῷ τιμιωτάτῳ καὶ εὐλαβεστάτῳ τῶν Ἀρμενίων Καθολικῷ τὴν χάριν αὐτοῦ.

Manuel, in Christo Deo fidelis, rex Porphyrogenitus a Deo coronatus, dominator fortis, excelsus, semper augustus, imperator Romanorum, Comnenus, reverendissimo summeque colendo Armeniorum Generali gratiam suam D.

Ἡ γραφὴ τῆς σῆς τιμιότητος, ἡ διὰ τοῦ λιζίου (11) ἀνθρώπου τῆς βασιλείας μου τοῦ καϊστωρος Θεωριανοῦ σταλεῖσα, διεκομίσθη τῇ βασιλείᾳ μου, καὶ ἐπέγνω δι' αὐτῆς ὅτι τὴν τῆς δικαιοσύνης ὄντως βαδίζειν θέλεις ὁδὸν, καὶ, κατὰ τὸ ἱερὸν λόγιον, ἐμαθητεύθης τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. Ἔχουσα γοῦν σε τὴν κεφαλὴν, ταῖς τρισὶν οἰκουμενικαῖς συνόδοις, ἀλλὰ καὶ τῇ τετάρτῃ συνᾴδουσαν (12), εὐέλπις ἐστὶν, ὡς καὶ τὰ μέλη τῇ κεφαλῇ συνακολουθήσουσι, καὶ πᾶν τὸ διασπῶν καὶ λύον τὸν τῆς ἑνώσεως σύνδεσμον, ἐκ μέσου ἀρθήσεται. Ἔνθεν τοι καὶ ἀποδεξαμένη τὴν οὕτω περὶ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν ἀσφαλῆ κρηπῖδα τῆς σῆς τιμιότητος, καὶ πιστεύσασα ὡς καὶ τοῖς λοιποῖς ὁδὸς καὶ θύρα γενήσῃ πρὸς τὴν εὐσέβειαν, καὶ τὰ παρὰ τοῦ πονηροῦ τῇ τοῦ Χριστοῦ ἀρούρᾳ ἐγκατασπαρέντα ζιζάνια, διὰ τῆς τοῦ ἐκ Θεοῦ δοθέντος σοι λόγου τομωτάτης δρεπάνης ἐκριζωθήσεται, καὶ τοῦ καθαροῦ τῆς εὐαγγελικῆς ἅλωνος σίτου ἀποσκυβαλισθήσεται, τὸν διαληφθέντα λίζιον τῆς βασιλείας μου τὸν Θεωριανὸν καὶ τὸν μοναχὸν Ἀτμάνον καὶ πάλιν πρὸς τὴν τιμιότητα ἐξαπεστείλαμεν, ἵνα ὥσπερ καθ' ἑαυτὸν τὸν τῆς ἀληθείας λό-

Reverentiæ tuæ epistola, quam per hominem subditum majestati meæ magistrum Theorianum misisti, ad manus meas pervenit; ex eaque cognovi te prorsus justitiæ viam insistere velle, atque, ut sacra oracula aiunt, regni cœlorum factum esse discipulum. Jam quia te, qui caput es, tribus œcumenicis synodis, imo et quartæ consentientem videmus, valde speramus fore ut membra capitis exemplum sequantur, et quidquid concordiæ vinculum hactenus solvit, de medio tollatur. Læto igitur animo excipimus reverentiæ tuæ circa orthodoxam fidem firmum decretum teque fore arbitramur viam ostiumque reliquis ad rectam fidem, atque ad purgandum acutissima Verbi tibi divinitus dati falce lolium, quod diabolus in Christi arvo proseminaverat, ita ut a puro evangelicæ aræ tritico procul eventiletur. Subditum igitur majestati meæ Theorianum cum monacho Atmano rursus ad reverentiam tuam misimus, ut sicuti jam privatim veritatis doctrinam recta regula direxisti, sic etiam in generali Armeniacæ Ecclesiæ conventu rem bene geras: atque ita ex horum pleno cœtu lux oriatur,

Gregorius Nersetis frater, securitatis gratia, sedem transtulerat (Samuel Aniensis ad an. Ch. 1116). Interpretatur ergo perperam Leunclavius *limites Romanorum*. De voc. κουλὰ, *arx*, legatur Cangius.

(9) Hanc publicam Nersetis epistolam nos superius vulgavimus.

(10) Nersetis arcana epistola non est in Græco nostro codice.

(11) De hoc titulo multus est Cangius in utroque Græc. et Lat. Glossar. Neque enim simpliciter *subditum* significat, sed paulo honorificentius *vassallum* aut *aulicum familiarem*. (Ex Græco λίζιος est Italicum *ligio*.) Item *magister* titulus dignitatis palatinæ fuit.

(12) Scilicet hoc affirmaverat Nerses in arcana epistola ad imp., utl cognoscitur ex clausula disputationis primæ; namque in publica a nobis vulgata consensum suum quatuor synodis Nerses non commemorat.

quæ veritatis et orthodoxiæ diem efficiat. Vale. Scripta eodem mense, indictione quarta.

καὶ φῶς τῷ τούτων πληρώματι γένοιτο, πρὸς τὴν Ἔχε καλῶς. Τῷ μηνὶ αὐτῷ ἰνδ. δ'.

Postquam hæ litteræ coram Generali ab interprete Michaele lectæ fuerunt, audito quod ibi scribebatur Atmani nomine, ait Generalis: Arcanum quidem latebat Atmanum: cur ergo nomen ejus in litteris est? Respondit Michael, velle imperatorem ut Atmanus atque ac philosophus tractationis hujus conscius fiat. Qua re intellecta Generalis graviter ingemuit, interim tamen tacitum se continuit. Et illa quidem arcana fuit imperatoris epistola; publica autem ejusdem epistola sic ad verbum se habebat:

Epistola per legatos reverentiæ tuæ missa ad majestatem meam delata est, et sanctissimo patriarchæ œcumenico sacræque et divæ synodo sanctissimæ Dei Magnæ Ecclesiæ ostensa. Probavit autem majestas mea quidquid de duabus in una Christi hypostasi seu persona naturis, deque inconfusa et indivisibili unione a tua reverentia dictum est cum sanctorum Patrum dogmatibus conspirante. Sed enim unam naturam in una Christi ex duabus naturis persona dicere, id locutionis genus a catholicæ et orthodoxæ Ecclesiæ definitionibus omnino absonum esse comperimus, et innumeris sanctorum Patrum sententiis damnatum, quippe quod iis hæreticis favet qui duarum in Christo naturarum confusionem astruunt. Nam etsi magnum Cyrillum alicubi invenimus unam naturam Verbi incarnatam dicentem, minime hæc dictio sic ab Ecclesia intelligitur, ut eam Armenis interpretari placet; verum ipse divus Cyrillus hanc in variis sermonibus suis satis enucleat. Ergo iterum ad tuam in Deo reverentiam mittuntur subditus majestatis meæ Theorianus, et philippopolitani Armeniorum monasterii abbas Atmanus, ut conventu, sicut tua reverentia promisit, apud vos celebrato, de hoc doctrinæ capite quæstio habeatur, quod sane inter cætera gravissimi momenti est, ut schismatis quod inter nos intercedit causa præcipua. Tum et de cæteris controversiarum capitulis sermo agitetur, et de illis quorum in priore disputatione mentio non fuit. Atque ita pacifici Christi ope, sublato quovis offendiculo, divisa coeant; et juxta Domini oraculum grex unus cuncti flamus, sub uno duce et pastore Jesu humanato Deo constituti. Porro tua reverentia his, quæ a nostris legatis dicentur, fidem tute adhibebit.

μία ποίμνη πάντες γενώμεθα ὑφ' ἕνα καθηγητὴν καὶ ποιμένα τὸν θεάνθρωπον τετόμενοι Ἰησοῦν· καὶ δύναται πιστεῦσαι ἡ σὴ τιμιότης τοῖς παρ' αὐτῶν λαληθησομένοις.

A γον ὠρθοτόμησας, οὕτω καὶ ἐν τῇ παγκοίνῳ συνελεύσει τῆς τῶν Ἀρμενίων Ἐκκλησίας ποιήσεις, τῆς ἀληθείας καὶ ὀρθοδοξίας ἡμέραν καθοδηγῶν.

Ταύτης τῆς γραφῆς ἀναγνωσθείσης τῷ Καθολικῷ παρὰ τοῦ ἑρμηνέως Μιχαὴλ, ἐπεὶ εἶχε τὸ ὄνομα τοῦ Ἀτμάνου ἐν αὐτῇ, ἀκούσας ὁ Καθολικὸς εἶπε· Τὸ μυστήριον ὁ Ἀτμάνος ἠγνόει, πῶς οὖν κεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐν τῇ γραφῇ; Ὁ δὲ Μιχαὴλ εἶπε· Θέλημά ἐστι τοῦ βασιλέως, ὡς ἵνα γινώσκῃ καὶ αὐτὸς περὶ ταύτης τῆς ὑποθέσεως, ὅσα καὶ ὁ φιλόσοφος. Ὁ δὲ Καθολικὸς ἀκούσας ἐκ βάθους ἐστέναξε, καὶ τέως τότε παρεσιώπησεν. Καὶ αὕτη μὲν ἡ μυστικὴ τοῦ βασιλέως γραφή· ἡ δὲ φανερὰ ἔχει κατὰ ῥῆμα οὕτως·

B

Τὸ μετὰ τῶν ἀνθρώπων τῆς σῆς τιμιότητος σταλὲν γράμμα τῇ βασιλείᾳ μου διακομίσθη αὐτῇ· ὑπεδείχθη δὲ τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ καὶ τῇ ἱερᾷ καὶ θείᾳ συνόδῳ τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ μεγάλης Ἐκκλησίας· ἀπεδέξατο μὲν ἡ βασιλεία μου ὅσα περὶ τῶν δύο φύσεων τῶν ἐν τῇ μιᾷ τοῦ Χριστοῦ ὑποστάσει, ἤτουν τῷ ἑνὶ προσώπῳ (13), καὶ περὶ τῆς ἀσυγχύτου καὶ ἀδιαιρέτου ἑνώσεως ἡ σὴ τιμιότης ἐδήλωσεν, ὡς τοῖς τῶν θεοφόρων Πατέρων ἀκόλουθος δόγμασιν· ἐπεὶ δὲ τὸ μίαν φύσιν λέγειν ἐπὶ τῆς ἐκ δύο φύσεων μιᾶς τοῦ Χριστοῦ ὑποστάσεως, ὅπως τὴν τοιαύτην ὅλως ῥῆσιν παρεδέξατο τοῖς τῆς καθολικῆς ὀρθοδόξου Ἐκκλησίας ὅροις μὴ συνᾴδουσιν, καὶ μυρίαις θεοφόρων Πατέρων γνώμαις ἀπορραπιζομένην, ὡς ἀρέσκουσαν τοῖς τὴν σύγχυσιν τῶν ἐν τῷ Χριστῷ δύο φύσεων δογματίζουσιν. Εἰ γὰρ καὶ ὁ μέγας Κύριλλος ἔν τισιν εὑρίσκεται μίαν φύσιν τοῦ Λόγου σεσαρκωμένην εἰπών, ἀλλ' οὐχ ὡς παρὰ τῆς τῶν Ἀρμενίων Ἐκκλησίας ἡ τοιαύτη ῥῆσις ἐκλαμβάνεται, οὕτω καὶ παρὰ τῆς Ἐκκλησίας ἑρμηνεύεται· ἀλλ' αὐτὸς οὗτος ὁ θεῖος Κύριλλος ἐν διαφόροις αὐτοῦ λόγοις ταύτην ἐπεξηγήσατο. Ἀπεστάλησαν τοίνυν καὶ αὖθις πρὸς τὴν σὴν κατὰ Θεὸν εὐλάβειαν ὅ τε λίζιος τῆς βασιλείας μου ὁ Θεωριανὸς καὶ ὁ καθηγούμενος τῆς ἐν Φιλίππου πόλει Ἀρμενικῆς μονῆς ὁ Ἀτμάνος, ἵνα συνελεύσεως, ὥσπερ ἡ σὴ τιμιότης ὑπέσχετο (14), γενομένης παρ' ὑμῖν, ζητηθῇ μὲν καὶ τὰ περὶ τούτου τοῦ κεφαλαίου, ὡς τῶν λοιπῶν μείζονος, καὶ τοῦ μεταξὺ ὑμῶν καὶ ἡμῶν σχίσματος πρωτιστίου. Προτεθῇ δὲ καὶ ὁ περὶ τῶν λοιπῶν κεφαλαίων λόγος, καὶ ὧν ἐν τῇ φθασάσῃ γενέσθαι διαλέξει οὐκ ἐμνήσθητε. Καὶ οὕτω τῇ τοῦ εἰρηνοποιοῦ Χριστοῦ βοηθείᾳ, παντὸς διαιρεθέντος προσκόμματος, τὰ ἑστῶτα συναφθῇ, καὶ κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου ἀπόφασιν

C

D

Epistola patriarchæ.

Pax multa, Scriptura inquit, *diligentibus legem* [1], neque scandalum inter ipsos est, sed Dei via-

Τὸ πατριαρχικόν.

Εἰρήνη πολλὴ, φησὶ, *τοῖς ἀγαπῶσι τὸν νόμον*, καὶ οὐκ ἔστιν αὐτοῖς σκάνδαλον, Θεοῦ δὲ σύνεσμος,

[1] Psal. cxviii, 165.

(13) Hypostasim pro persona accipi, dicit Theorianus in disput. i, p. 443, E.
(14) Circa finem prioris disputationis.

ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ· καὶ ὁ πνευματικὸς σύνδεσμος, καὶ τὸ εἶναι ἓν τοὺς ἐγκαυχωμένους αὐτοῦ τῷ ὀνόματι. Ἐνοποιὸν δὲ οὐκ ἔστιν οὕτως, ὡς ἡ πρὸς αὐτὸν ἀκραιφνεστάτη πίστις, καὶ ὁ λόγος τῆς ἀληθείας ὁ πανταχόθεν ἀμώμητος, ὡς ἑπόμενος τῆς ὀρθότητος. Καὶ ὅσον πόρρω Θεοῦ καὶ τοῦ φωτὸς τῆς γνώσεως φέρεται ὁ τὴν διχόνοιαν ἐθέλων καὶ τὴν διάστασιν, τοσοῦτον ἐνίζει Θεῷ ὁ τὴν αὐτοῦ εἰρήνην πρὸ τῶν ἄλλων πάντων τιθέμενος. Συνέζευκται γὰρ τῇ εἰρήνῃ ταύτῃ καὶ ὁ ἁγιασμός. *Εἰρήνην* γὰρ, φησὶ, *διώκετε καὶ ἁγιασμόν*, τὸ Γράμμα τὸ ἱερόν. Οἱ τοιοῦτοι γὰρ ἀνακεκαλυμμένῳ τῷ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτρίζονται. Τούτου τοῦ φωτὸς ἀνάμεσος ὢν ὁ θειότατος ἡμῶν αὐτοκράτωρ οὐ παύεται τὴν τοῦ Θεοῦ διώκων εἰρήνην, καὶ ἐν πάσῃ ἡμέρᾳ καὶ νυκτὶ, καὶ πρὸ τῶν αὐτοῦ κοσμιωτέρων μεριμνῶν, αὕτη ἡ φροντὶς ἐπίμονος προπορεύεται (15). Διὸ καὶ δοξάζεται ἐν πᾶσι, καὶ τὴν θείαν ἐπικουρίαν ἄκρως πλουτεῖ, καὶ μεγεθύνεται ἔτι τὰ τούτου μεγαλουργήματα, καὶ τῷ θεοκρότῳ στέφει αὐτοῦ αἱ βασίλειαι πάσης σχεδὸν τῆς γῆς ὑποτάσσονται, καὶ ἔστι φοβερὸς παρὰ πᾶσι τοῖς περὶ κύκλῳ αὐτοῦ. Ἐπεὶ δὲ ἔστι φιλόκοινος καὶ τῷ ὄντι βασιλεὺς καὶ πατὴρ, καὶ ἀγαθύνεσθαι θέλει τοὺς ἅπαντας, ἀκατάληκτον τρέφει τὸν ἔρωτα ἵνα καὶ τὰς ἐπὶ γῆς ἁπάσας Ἐκκλησίας εἰς μίαν συναγάγῃ τὴν πίστιν, καὶ ἑνοποιήσῃ ταύτας κατὰ τὴν θεοπαράδοτον ἕνωσιν. Καὶ εὗρεν ὁ τεχνίτης τὴν ὕλην τῆς οἰκοδομῆς εὐεργῆ, δηλαδὴ τὴν σὴν τιμιότητα· ἅμα γὰρ ἐλάλησέ τε καὶ ἔγραψε, καὶ ἅμα τὴν σὴν φιλοθεΐαν ἐφεῦρεν, οὐ πρὸς τὸ πρᾶγμα σκληρὰν καὶ ἀπόκροτον, ἀλλ' εὐφυᾶ καὶ ἐπιδεξίαν, καὶ τὴν κατὰ Θεὸν ὁμόνοιαν διῴωσαν καὶ προαρπάζουσαν. Καὶ τὰ μὲν προκαταβληθέντα σπέρματα ἀγαθά. Δεῖ δὲ Θεὸς καὶ τὸ τέλος ἐπάξιον τῆς τοῦ ἀγαθοῦ βασιλέως ἀρετῆς καὶ σπουδῆς, καὶ κατὰ τὸν σὸν ζῆλον αἴσιον. Ἐχάρημεν οὖν καὶ ἡμεῖς καὶ ἡ καθ' ἡμᾶς ἁγία τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία ἐπὶ τῇ μελεδῶνι ταύτῃ τοῦ ἁγίου ἡμῶν αὐτοκράτορος, καὶ τῇ σῇ εὐνδότῳ καὶ ἀξιολόγῳ διαθέσει. Πρὸς δὲ καὶ ταῖς ἐπιστημονικαῖς τῶν θείων Γραφῶν ἀναπτύξεσι, καὶ ταῖς τεχνικαῖς ἀντιθέσεσι, καὶ ταῖς πρὸς τὰς λύσεις τούτων ῥᾳδιουργήτοις συγκαταθέσεσι, καὶ τὴν ὄντως ἄδολον καὶ καλὴν ἁπλότητα μακαρίζοντες, τὴν εὐχαριστίαν ἐγκάρδιον τῷ Θεῷ ἀνηνέγκομεν· καὶ παραβλέψαιτο τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἡ ἀγαθότης αὐτοῦ, καὶ ἴδοιμεν ἡμέραν σωτήριον, καὶ χαρείησαν αἱ δυνάμεις αἱ οὐράνιαι καὶ θεοειδεῖς ἐπὶ τῇ συμπνοίᾳ τοῦ περιουσίου λαοῦ καὶ κλήρου αὐτοῦ, καὶ ἐνδοξασθείη ἡ κεφαλὴ τῆς δόξης τῶν μελῶν αὐτῆς, καὶ γένοιτο συνδέουσα καὶ συνάγουσα (16) τὰ διεστῶτα ἡ τῆς αὐτῆς φιλανθρωπίας εὐμένεια! Καὶ προηγήσαιτο μὲν τούτου ἀγαθοῦ ἔργου μετὰ Θεὸν ὁ ἅγιος βασιλεὺς, ἐφέποιτο δὲ καὶ συγκροτοίη ὁ τι-

culum, id est, Dei amor, vinculum spirituale, quo unum veluti corpus sunt qui lætantur in nomine ejus. Nihil autem æque homines colligat ac genuina in Deum fides, doctrina vera et quaquaversus irreprehensibilis, quæ exactam regulam sequitur. Et quantum a Deo et a scientiæ lumine recedit is qui discordiam dissidiumque vult, tantumdem ad Deum accedit qui ejus pacem cunctis rebus præfert. Etenim pacis socia sanctitas est: sacra enim Scriptura dicit, *Pacem sectamini et sanctitatem* [a]. Hi enim revelata facie gloriam Dei contemplantur. Hoc lumine sacratissimus noster imperator collustratus, pacem Dei semper sectatur, ac diu noctuque, posthabitis etiam mundanis curis, hoc constanter studium præ se fert. Idcirco in omnibus gloriosus est, et divina ope abundanter fruitur, res ejus gestæ amplificantur, cuncta propemodum orbis regna stemmati ejus subjacent, et finitimis omnibus est formidabilis. Quia vero admodum civilis est, ac vere rex et pater, beneficiis cunctos afficere gestit, studiumque impausabile fovet omnes ecclesias ad unum cœtum redigendi, atque ad constitutam a Deo unitatem revocandi. Porro artifex docilem structuræ materiam reperit, reverentiam scilicet tuam. Statim enim ac ille scripsit locutusve est, in tuam incidit religiosam pietatem haud sane rei repugnantem vel abhorrentem, sed facilem atque dextram, et concordiæ in Deo cupide ultro occurrentem. Jacta igitur semina præclara sunt. Utinam vero Deus dignum optimi regis virtute et votis exitum tribuat, tuumque simul zelum secundet! Nos igitur nostraque sancta Dei Ecclesia huic sancti imperatoris nostri studio, tuoque docili ac laudabili animo gratulamur. Jam quod attinet ad sapientes divinarum Scripturarum explicationes, artificiosas objectiones, atque harum solutionibus tuas faciles assensiones, sane tuam vere ingenuam præclaramque mirantes simplicitatem, grates Deo totis animis agimus: cujus utinam bonitas peccata nostra dissimulet! ita ut salutarem denique diem videamus, cœlestes qui Deo astant chori de populi electi patrimoniique Dei concordia lætentur, membrorum gloriæ in caput redundet, mutuus denique amor eos qui hactenus dissidebant vinculo constringat! Atque hujus præclari operis sit sane post Deum sanctus imperator antesignanus, subsequatur autem et faveat bonus ac reverendissimus generalis Nerses, quicum universus cœtus episcoporum subditorum, imo universa Armeniorum natio, conspiret. Neque vero calamus aut fœnum huic tam firmo ædificio admisecebitur, quod immobili fundamento Christo Deo Domino Rege ac Servatore nostro defixum est. Ecce et nostra mediocritas, et sancta apostolica Ecclesia nostra, ad sanctitatem

[a] Hebr. xii, 14.

(15) Manuelis imperatoris singulare studium rei religiosæ et ecclesiastici status declarat inter alios historicos Ephremius a me t. III editus; itemque Illud magnum concilium Constantinopoli celebratum et a me t. IV vulgatum, in quo Manuel præcipuas sibi partes ambitiosissime vindicavit.

(16) Cod. συνδέων καὶ συνάγων, relicto deinde vocabuli spatio. Vel igitur sic emendandum fuit, vel supplendum aliquid.

tuam brachia tendit, vestroque complexu frui gestit. Sic utinam una fide copulati puris animis, remotoque omni scandalo divinum vivificum salutaremque panem comedamus, mystico Christi convivio confidenter communicemus, ejusque nomini laudem concinamus! Vale, reverendissime et in Domino dilecte, Generalis, vir sanctissime.

ἡμᾶς ἁγία καὶ ἀποστολικὴ Ἐκκλησία τὰς ἀγκάλας αὐτῆς τῇ ὑμῶν ἐξήπλωσεν ὁσιότητι, καὶ ἔστιν ἕτοιμος εἰς τὴν ὑμετέραν ὑποδοχήν· καὶ μιᾶς πίστεως γεγονότες φάγοιμεν ὁμοῦ μετὰ συνειδότος ἀνακεκαθαρμένου καὶ ἄτερ σκανδάλου παντὸς τὸν θεῖον ἄρτον τὸν ζωοποιὸν καὶ σωτήριον, καὶ τοῦ μυστικοῦ αὐτοῦ δείπνου μεταλάβοιμεν ἀνεπαισχύντως, καὶ δόξαν ὁμοῦ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἀνενέγκοιμεν. Ἔρρωσο, τιμιώτατε καὶ ἐν Κυρίῳ ἀγαπητὲ καὶ Καθολικὲ ἀνερ ὁσιώτατε.

Post biduum vocati ad synodum venimus; ibi silentio indicto, cœpit Generalis de unica natura disserere, argumentis nempe confirmans quod si una dicatur Christi natura, recte id fiat, neque hinc aliquid detrimenti recta fides capiat. Ita vero agebat Generalis, non quod ipse sic judicaret, sed quia huic synodo intererant ipsius episcopi, qui priori conventui non adfuerant, sed fando audiverant Generalem in Romanorum partes transisse, arcanamque epistolam ad imperatorem scripsisse, qua synodum quartam se recipere aiebat. Quam ob rem Generali irascebantur, qui nunc ita se propterea gerebat, ut hanc illis opinionem eximeret. Nos vero Generalis scopum ignorantes, magnopere adversabamur. Illius autem nobiscum disputatio hujusmodi fuit.

Μετὰ δὲ δύο ἡμέρας μετακληθέντες ἀνήλθομεν εἰς τὴν σύνοδον· σιωπῆς δὲ γενομένης, ἤρξατο ὁ Καθολικὸς περὶ τῆς μιᾶς φύσεως διαλέγεσθαι, κατασκευάζων ὅτι τὸ λέγειν καὶ μίαν φύσιν τὸν Χριστὸν καλόν ἐστι, καὶ οὐδὲν ἐκ τούτου ὁ ὀρθὸς καταβλάπτεται λόγος (17). Τοῦτο δὲ ἐποίει οὐχ ὅτι οὕτως ἐφρόνει, ἀλλ' ὅτι παῆσαν ἐν τῇ συνόδῳ ταύτῃ ἐπίσκοποι αὐτοῦ, οἵτινες ἐν τῇ προτέρᾳ μὲν συνόδῳ οὐκ ἦσαν, προηκηκόεισαν δὲ ὅτι ὁ Καθολικὸς ἠνώθη τοῖς Ῥωμαίοις, καὶ ἔγραψε μυστικὴν γραφὴν πρὸς τὸν βασιλέα, λέγων ὅτι Δέχομαι τὴν τετάρτην σύνοδον, καὶ ἦσαν σκανδαλισμένοι πρὸς τὸν Καθολικόν. Διὰ τοῦτο γοῦν διεγένετο οὕτω, θέλων αὐτοὺς πληροφορῆσαι ὅτι οὐκ εἰσὶν ἀληθῆ ἃ ἀκηκόασιν· ἀλλ' ἡμεῖς, τὸν σκοπὸν αὐτοῦ ἀγνοοῦντες, σφοδρῶς ἀντελέγομεν· ἡ δὲ πρὸς ἡμᾶς αὐτοῦ διάλεξις ἦν αὕτη.

GENERALIS. Sacra epistola lecta, cognovi sacratissimum regem criminari adversus nos, quod unam Christi naturam dicamus: et hac de causa vos misisse dicit, ut de hoc capitulo simulque de reliquis, quorum in priore disputatione mentio non fuit, nunc quæstionem instituamus. Ego vero existimabam, quandoquidem et duas naturas ob confusionem excludendam dicimus, et rursus unam ob ipsarum inseparabilitatem, nihil ultra a nobis exigi: dum enim unam affirmamus, divisionem Nestorianam vitamus: dum autem duas asserimus, ab Eutychiana confusione divertimus. Si ergo quidquam præterea a nobis postulatis, non obsequemur. Nam sancti quoque Patres modo duas naturas Christi dicunt, modo unam; nequaquam sibi vel invicem repugnantes, sed quia neutrum effatum, si recte intelligatur, ab orthodoxia recedit. Quod si forte aliquis, Deo sibique hostis, sanctorum Patrum sermones falsa interpretatione convellit; certe nos ea quæ recte scripta et intellecta sunt, nunquam improbabimus: nam si ita animis comparati essemus, permultas quoque sancti Evangelii et cæterorum hagiographorum librorum dictiones vellicaremus. Ecce enim sacrilegi latrones litteræ, ex singulis prope sanctarum Scripturarum dictionibus hæresim aliquam progenuerunt.

Ὁ ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. Ἀναγνοὺς τὰς θείας συλλαβάς, ἔγνων ὅτι ὁ θειότατος βασιλεὺς αἰτιᾶται ἡμᾶς ὡς λέγοντας μίαν φύσιν τὸν Χριστόν· καὶ δὴ καὶ διὰ τοῦτο ἡμᾶς, φησὶν, ἀπέστειλεν, ὡς ἂν καὶ περὶ τοῦ κεφαλαίου τούτου καὶ περὶ τῶν λοιπῶν ὧν μνείαν τότε οὐ πεποιήμεθα, ποιησώμεθα νῦν τὴν διάλεξιν. Ἐγὼ μὲν ὤμην, ἐπεὶ καὶ δύο φύσεις ὁμολογοῦμεν διὰ τὸ ἀσύγχυτον τῶν φύσεων, καὶ μίαν διὰ τὸ ἀδιαίρετον πάλιν αὐτῶν, μηδὲν πλέον ἀπαιτεῖσθαι ἡμᾶς· ἐν γὰρ τῷ λέγειν μίαν φύσιν, τὴν διαίρεσιν ἐκφεύγομεν τοῦ Νεστορίου· ἐν δὲ τῷ λέγειν δύο φύσεις, τοῦ Εὐτυχοῦς τὴν σύγχυσιν παρεκκλίνομεν. Εἰ οὖν ὑμεῖς πλέον τούτου ζητεῖτε, οὐχ ἡμάμεθα ὑμῖν. Καὶ γὰρ οἱ θεῖοι Πατέρες ποτὲ μὲν δύο φύσεις λέγονται τὸν Χριστὸν, ποτὲ δὲ μίαν, οὐκ ἐναντιούμενοι ἑαυτοῖς καὶ ἀλλήλοις, ἀλλ' ὅτι ἀμφότερα, εὐσεβῶς νοούμενα, οὐκ ἐκπίπτουσι τῆς ὀρθοδοξίας. Εἰ δέ τις ἐχθρὸς τοῦ Θεοῦ καὶ ἑαυτοῦ τοὺς λόγους τῶν θείων Πατέρων παρερμηνεύει, ἡμεῖς οὐκ ἀποδοκιμάσομεν τὰ καλῶς γραφέντα καὶ νοηθέντα· εἰ γὰρ τοῦτο ποιῆσαι θελήσομεν, τὰς πλείονας τοῦ τε ἁγίου Εὐαγγελίου καὶ τῶν λοιπῶν ἁγιογράφων δέλτων λέξεις ἀπορραπίσομεν· σχεδὸν γὰρ ἐκ πάσης λέξεως τῶν ἁγίων Γραφῶν αἱρεσιν ἀπεγέννησαν οἱ τοῦ γράμματος ἱερόσυλοι.

THEORIANUS. In superiore quoque disputatione optavimus a magna sanctitate tua edoceri, quisnam Patrum sanctorum et ubinam unam Chri-

Ὁ ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. Καὶ ἐν τῇ προτέρᾳ διαλέξει ἠθελήσαμεν ἀναδιδαχθῆναι παρὰ τῆς μεγάλης ἁγιωσύνης σου, τίς τῶν ἁγίων καὶ ποῦ μίαν φύσιν εἶπεν

(17) Ita se acturum in futura synodo promiserat Nerses disput. prim. sub finem.

Χριστόν· καὶ τοῦτο τότε τέως οὐκ ἔδειξας· νῦν οὖν, [εἰ] σοι δυνατόν ἐστι, δεῖξον.

ΚΑΘ. Ἑτοίμως ἔχω τοῦτο εἰς μέσον παραγαγεῖν. Ἐν τῇ πρὸς Ἀκάκιον Μελιτηνῆς ἐπιστολῇ ὁ μακάριος Κύριλλος ἀριδηλότερον τοῦτο παρίστησι· φησὶ γὰρ ταῦτα· « Τὰ ἐξ ὧν ἐστιν ὁ εἷς καὶ μόνος Υἱὸς καὶ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, ὡς ἐν ἐννοίαις δεχόμενοι, δύο μὲν φύσεις ἡνῶσθαί φαμεν μετὰ δὲ τὴν ἕνωσιν ὡς ἀνῃρημένης ἤδη τῆς εἰς δύο διατομῆς, μίαν εἶναι πιστεύομεν τὴν τοῦ Υἱοῦ φύσιν ὡς ἑνὸς, πλὴν ἐνανθρωπήσαντος καὶ σεσαρκωμένου.

ΘΕΩΡ. Θαυμάζω, δέσποτα, πῶς ἄλλο ὑποσχεθεὶς δεῖξαι, ἄλλο παρήγαγες. Ὑπεσχέθης γὰρ δεῖξαι τὸν μακάριον Κύριλλον λέγοντα μίαν φύσιν τὸν Χριστόν· ὁ δὲ οὐ λέγει τοῦτο. Ἀλλὰ τί; Μίαν εἶναι πιστεύομεν τὴν τοῦ Υἱοῦ φύσιν ὡς ἑνός· καὶ τότε ἐπήγαγε, Πλὴν ἐνανθρωπήσαντος καὶ σεσαρκωμένου. Ἔασον οὖν, εἰ κελεύεις, τὰς χρήσεις τὰς λεγομένας μίαν φύσιν τοῦ Υἱοῦ· περὶ γὰρ τούτου οὐδεμία ἀμφιβολία· λέλυται γὰρ ἐν τῇ προτέρᾳ διαλέξει, ἐν ᾗ παρηγάγομεν τὸν μέγαν Ἀθανάσιον περὶ Ἀρείου λέγοντα, πῶς ἐδόξαζε δύο φύσεις τοῦ Λόγου. Ἀλλὰ δεῖξον ποῦ γέγραπται, μία φύσις ἐστὶν ὁ Χριστός.

ΚΑΘ. Ἀλλ' εἴρηκε, « Μετὰ δέ γε τὴν ἕνωσιν ὡς ἀνῃρημένης ἤδη τῆς εἰς δύο διατομῆς. » Τί τούτου ζητεῖς σαφέστερον;

ΘΕΩΡ. Τὸ « Ὡς ἀνῃρημένης ἤδη τῆς εἰς δύο διατομῆς », τοῦτο λέγει, τὸ δὲ εἰς δύο Χριστοὺς, ἢ δύο πρόσωπα, ἢ δύο ὑποστάσεις. Εἰ δὲ εἰς δύο φύσεις νοεῖν ἐθέλεις, οὕτω νοήσεις τὸ ῥητὸν εὐσεβῶς, « Ἀνῃρημένης ἤδη τῆς εἰς δύο φύσεις ἰδίᾳ καὶ ἀνὰ μέρος διατομῆς, τουτέστιν εἰς θείαν φύσιν ἰδίᾳ, καὶ εἰς ἀνθρωπίνην φύσιν ἰδίᾳ· » ἀφ' οὗ γὰρ ἡνώθησαν αἱ δύο φύσεις, ἀχώριστοι μεμενήκασι καὶ μενοῦσιν ἀεί· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων λεγόμενον, « ἀδιαιρέτως, ἀχωρίστως, εἰς μίαν ὑπόστασιν γενέσθαι τὴν ἕνωσιν. » Ὅτι δὲ ὁ ἅγιος Κύριλλος οὐκ ἐδογμάτιζε [μίαν] φύσιν τὸν Χριστὸν, ἔνεστι καταμαθεῖν ἀπὸ πολλῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων· πολλαχοῦ γὰρ δύο φύσεις ὁμολογεῖ τὸν Χριστὸν, ὡς δέδεικται ἐν τῇ προτέρᾳ διαλέξει. Εἰ γὰρ μίαν φύσιν ἐδογμάτιζε τὸν Χριστὸν, εὑρίσκεται οὐ μόνον πᾶσι τοῖς ἁγίοις Πατράσιν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἑαυτοῦ διαμαχόμενος. Ἐν γοῦν πρὸς Ἰωάννην ἐπίσκοπον Ἀντιοχείας περὶ τῆς εἰρήνης ἐπιστολῇ, ἵνα τὰς παραχθείσας τότε χρήσεις ἐν τῇ φθασάσῃ γενέσθαι διαλέξει παραλείψω, οὕτω σαφῶς φησι· « Τὰς δὲ εὐαγγελικὰς περὶ τοῦ Κυρίου φωνὰς, ἴσμεν τοὺς θεολόγους ἄνδρας τὰς μὲν κοινοποιοῦντας ὡς ἐφ' ἑνὸς προσώπου, τὰς δὲ διαιροῦντας ὡς ἐπὶ δύο φύσεις· καὶ τὰς μὲν θεοπρεπεῖς κατὰ τὴν θεότητα τοῦ Χριστοῦ, τὰς δὲ ταπεινὰς, κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα αὐτοῦ παραδιδόντας. » Ὁ οὖν οὕτω καὶ φρονῶν καὶ γράφων, πῶς ἔμελλεν ἐναντίον αὐτοῦ δογματίζειν; Φησὶ γὰρ τὰς μὲν κοινοποιοῦντας ὡς ἐφ' ἑνὸς προσώπου, τὰς δὲ διαιροῦντας ὡς ἐπὶ δύο φύσεις. Ἀλλὰ καὶ παρακατιών φησι· « Ταύτῃ τοι καὶ ὁ πάνσοφος Πέ-

sti naturam dixerit. Quod hactenus non demonstrasti, nunc, si potes, demonstra.

GEN. Ego vero id in medium proferre, nihil morabor. In epistola ad Acacium Melitinensem beatus Cyrillus perspicue rem tradit his verbis: « Ea, ex quibus est unus et solus Filius ac Dominus Jesus Christus, tanquam cogitatione complexi, duas quidem naturas copulatas esse dicimus: sed post unionem, veluti jam sublata divisione in duo, unam esse credimus Filii naturam utpote unius, verum tamen humanati atque incarnati. »

THEOR. Miror, domine, quomodo aliud promiseris, aliud dederis. Promiseras enim te ostensurum, a beato Cyrillo Christi dici unam naturam: is vero minime id ait. Quid ergo? Scilicet unam esse credimus Filii naturam, utpote unius; statimque addidit: Verumtamen humanati atque incarnati. Omitte igitur, si placet, locutiones illas quæ unam dicunt Filii naturam: neque enim hac super re dubitatur, quæ in superiore colloquio nostro jam definita est, ubi magnum Athanasium adversus Arium dicentem exhibuimus, quanam mentis suæ notione duas Verbi naturas intelligeret. Sed illud potius demonstra, ubinam scriptum sit unam Christi esse naturam.

GEN. Atqui dictum ab eo est: « Post unionem autem veluti jam sublata in duo divisione. » Quid hoc clarius postulas?

THEOR. Verba: « Sublata jam in duo divisione », significant vel in duos Christos, vel in duas personas aut hypostases. Quod si in duas naturas intelligere velis, tum adhuc orthodoxe sic dictionem intelliges, nempe: « Sublata jam in duas separatim partialiterque naturas divisione; id est in divinam naturam seorsum, itemque seorsum in humanam. » Ex quo enim unitæ fuerunt duæ naturæ, eæ inseparabiles manserunt, semperque manent. Hoc enim apud Patres significat illa locutio: « Indivisibiliter et inseparabiliter sub una persona factam esse unionem. » Quod autem sanctus Cyrillus unam Christi naturam esse non censuerit, ex multis ejusdem scriptis cognoscere licet: sæpe enim duas Christi confitetur naturas, sicuti in priore colloquio demonstratum fuit. Nam si forte Cyrillus unam Christi naturam esse docuisset, non solum sanctis Patribus, verum ipse sibi repugnare videretur. Etenim in epistola de pace ad Joannem Antiochiæ episcopum (mitto enim auctoritates quas jam in superiore disputatione laudavimus) sic aperte dicit: « Evangelicas de Christo locutiones scimus a theologis partim uni personæ communes fieri, partim dividi ac duabus naturis attribui. Et sublimiores quidem ad Christi divinitatem, humiles ad ejusdem humanitatem pertinere putant. » Qui ergo sic ait et scribit, eurnam contraria dogmati suo censuisset? Dicit enim, alias locutiones communes fieri uni personæ, alias divisim duabus naturis attribui. Tum in subsequentibus dicit: « Ita et sapientissimus Petrus: *Christo*, inquit, *pro nobis in*

carne passo[9]; non autem in ineffabilis divinitatis natura. » Viden' ut haud natura divinitatis passum sit Christum, sed carne, id est humana natura? Insuper in tractatu *De Trinitate* ait : « Duplex de Verbo loquendi genus sapientissimus Paulus, imo et universus sanctorum cœtus, agnoscunt atque usurpant, postquam unio cum carne facta est. » Viden' ut duplex dicit loquendi genus, postquam carni Verbum copulatum est? Quomodo ergo idem Pater carnem ac divinitatem censeret esse unam naturam, qui duas manifeste naturas prædicat? Rursus in sua ad Joannis epistolam responsione sibi ducem proponit magnum Athanasium, sic dicens : « Quod autem sanctorum Patrum sententias ubique sequamur, præsertim vero beati et inclyti Patris nostri Athanasii, caveamusque ne vel minimum quidem ab iis recedamus, id tua sanctitas sibi persuadeat, neque alius quispiam dubitet. » Audiamus igitur quid hac super re dicat magnus Athanasius, cujus tractatum sanctus Cyrillus appellat. Scilicet ad Epictetum Corinthiorum episcopum ita scribit : « Quis hæc unquam audivit? quis docuit, vel quis didicit? *De Sion enim exibit Dei lex, et Verbum Domini de Jerusalem*[10]. Hæc autem unde prodierunt? quis eructavit avernus, consubstantiale dicere corpus de Maria natum Verbi divinitati? » Certe enim sicuti consubstantiale Patri Verbum dicimus, quia unam eamdemque cum illo naturam obtinet; sic qui ait corpus divinitati Verbi consubstantiale, unam eamdemque naturam corpus ac divinitatem esse fatetur. Idcireo Christus servator noster hæreticos appellavit portas inferi : *Et portæ inferi*, inquit, *non prævalebunt adversus eam*[11], id est Ecclesiam : quia videlicet per hæresim ceu per portam in inferos, id est in perditionem, multi introeunt. Magnus vero Athanasius haud portas inferi, sed absolute inferos hæresim appellat : imo mihi videtur, si quid inferis pejus magnus Athanasius, aut rem aut nomen scivisset, illa potius appellatione in hujus sententiæ hominibus denotandis fore usurum. Sed et reliqua videamus, quæ pergit loqui : « Cæteroqui, ne, si omnino sileam, impudentiæ occasionem malarum illi rerum artifices arripiant, e re fuerit ex divinis Scripturis pauca memorare : sic enim fortasse pudore affecti turpissimas opiniones excogitandi finem facient. Heus vos, quibusnam rationum momentis impulsi corpus dicitis consubstantiale Verbi divinitati? (Hinc enim ordiri operæ pretium sit, ut quum ejus sententiæ fœditas palam fuerit, et reliqua omnia ejusdem esse pretii conspicuum sit.) In divinis certe Scripturis nihil apparet hujusmodi : nam ipsæ Deum in humano fuisse corpore affirmant. Item Patres qui Nicææ convenerunt, non corpus sed ipsum Filium consubstantialem Patri dixerunt : et hunc quidem ex substantia Patris, corpus autem ex Maria esse, Scripturis ducibus, confessi sunt. Vel igitur Nicænam

τρος, *Χριστοῦ οὖν, φησὶ, παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ, καὶ οὐχὶ τῇ φύσει τῆς ἀῤῥήτου θεότητος.* Ὁρᾷς ὅτι οὐ τῇ φύσει τῆς θεότητος φάσκει τὸν Χριστὸν πεπονθέναι, ἀλλὰ τῇ σαρκὶ, ἤγουν τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει; Ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ *περὶ Τριάδος* λόγῳ φησί· « Διττὸν τὸν ἐφ' Υἱῷ λόγον ὁ σοφώτατος Παῦλος, μᾶλλον δὲ πᾶς ὁ τῶν ἁγίων χορὸς, ἐγνώκασί τε καὶ εἰσκομίζουσι μετὰ τὸ ἑνωθῆναι σαρκί. » Ὁρᾷς ὅτι διττὸν λέγει τὸν Λόγον μετὰ τὸ ἑνωθῆναι σαρκί· πῶς οὖν ἤθελε δογματίζειν ὁ αὐτὸς τὴν σάρκα καὶ τὴν θεότητα μίαν φύσιν, δύο φύσεις κηρύττων ἀναφανδόν; Εἶτα ἐν τῇ αὐτοῦ πρὸς Ἰωάννην ἐπιστολῇ πράξει ἑαυτῷ ἐπιγράφεται τὸν μέγαν Ἀθανάσιον, οὕτω λέγων· « Ὅτι δὲ ταῖς τῶν ἁγίων Πατέρων δόξαις ἑπόμεθα πανταχοῦ, μάλιστα δὲ τοῦ μακαρίου καὶ πανευφήμου Πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου, τὸ κατὰ τί γοῦν ὅλως φέρεσθαι ἔξω παραιτούμενοι, πεπείσθω ἡ σὴ ὁσιότης, ἐνδοιαζέτω δὲ τῶν ἄλλων μηδείς. » Ἀκούσομεν τοιγαροῦν τί φησι περὶ τούτου τοῦ κεφαλαίου ὁ μέγας Ἀθανάσιος, ὃν πρᾶξιν ἐπιγράφεται ὁ ἅγιος Κύριλλος. Γράφων οὖν πρὸς Ἐπίκτητον ἐπίσκοπον Κορινθίων λέγει· « Τίς ἤκουσε ταῦτα πώποτε; τίς ὁ διδάξας ἢ μαθών; *Ἐκ μὲν γὰρ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος Θεοῦ, καὶ Λόγος Κυρίου ἐξ Ἰερουσαλήμ.* Ταῦτα δὲ πόθεν ἐξῆλθε; ποῖος ᾅδης ἠρεύξατο, ὁμοούσιον εἰπεῖν τὸ ἐκ Μαρίας σῶμα τῇ τοῦ Λόγου θεότητι; » Ὥσπερ γὰρ λέγομεν ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ, διότι μιᾶς ἐστι καὶ τῆς αὐτῆς αὐτῷ φύσεως, οὕτω καὶ ὁ λέγων σῶμα ὁμοούσιον τῇ θεότητι τοῦ Λόγου, μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς φύσεως τὸ σῶμα καὶ τὴν θεότητα ὁμολογεῖ. Διὰ τοῦτο ὁ μὲν Χριστὸς καὶ Σωτὴρ ἡμῶν τοὺς αἱρετικοὺς πύλας ᾅδου καλεῖ· *Καὶ πύλαι ᾅδου*, φησὶν, *οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς*, τῆς Ἐκκλησίας δηλονότι· ὅτι δι' αὐτῶν ὡς διὰ πυλῶν εἰς ᾅδην ἤτοι τὴν ἀπώλειαν εἰσέρχονται πολλοί. Ὁ δὲ μέγας Ἀθανάσιος οὐ πύλας ᾅδου, ἀλλ' αὐτόχρημα ᾅδην ὀνομάζει· καὶ μοι δοκεῖ, εἰ ἐγίνωσκεν ὁ μέγας Ἀθανάσιος χεῖρον ᾅδου ἢ πρᾶγμα ἢ ὄνομα, ἐκεῖνο ἂν ὠνόμασε τοὺς τοιαῦτα φρονοῦντας. Ἀλλ' ἴδωμεν καὶ τὰ ἑξῆς τί φησι παραχατιών· « Ἵνα δὲ μὴ ἐκ τῆς τελείας σιωπῆς πρόφασιν ἀναισχυντίας ἑαυτοῖς οἱ τῶν κακῶν ἐφευρεταὶ πορίσωνται, καλὸν ἐκ τῶν θείων Γραφῶν ὀλίγα μνημονεῦσαι· τάχα κἂν οὕτως αἰδεσθέντες παύσωνται ἀπὸ τῶν ῥυπαρῶν τούτων ἐννοιῶν· πόθεν ὑμῖν, ὦ οὗτοι, τὸ εἰπεῖν ὁμοούσιον εἶναι τὸ σῶμα τῇ τοῦ Λόγου θεότητι; Ἀπὸ γὰρ τούτου καλὸν ἄρξασθαι, ἵνα τούτου δειχθέντος σαθροῦ, καὶ πάντα τὰ ἄλλα τοιαῦτα δόκῃ. Ἀπὸ μὲν οὖν τῶν θείων Γραφῶν οὐκ ἔστιν εὑρεῖν· Θεὸν γὰρ ἐν ἀνθρωπίνῳ σώματι λέγουσι γεγονέναι. Ἀλλὰ γὰρ καὶ οἱ Πατέρες οἱ ἐν Νικαίᾳ συνελθόντες, οὐ τὸ σῶμα, ἀλλ' αὐτὸν τὸν Υἱὸν [*cod.* Κύριον.] ὁμοούσιον εἰρήκασι τῷ Πατρὶ, καὶ τοῦτον (*cod.* τοῦτο.] μὲν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, τὸ δὲ σῶμα ἐκ τῆς Μαρίας ὡμολόγησαν εἶναι κατὰ τὰς θείας Γραφάς. Ἢ τοίνυν ἀρνήσασθε τὴν ἐν Νικαίᾳ σύνοδον, καὶ ὡς αἱρε-

[9] I Petr. IV, 1. [10] Isa. II, 3. [11] Matth. XVI, 18.

GEN. Miror quomodo Dominus nusquam aquæ mentionem fecerit : *Qui manducat*, inquit, *meam carnem, et bibit meum sanguinem* [19] aquam autem non commemorat. Item in convivio : *Hic est meus sanguis* [20] aquam prorsus reticuit. Denique Apostolus : *Qui indigne bibit*, inquit, *sanguinem Domini* [21], de aqua nihil adjecit. Cur, inquam, neque Dominus neque Apostolus de aqua locuti sunt?

ΚΑΘ. Θαυμάζω πῶς οὐδαμοῦ ὁ Κύριος ὕδατος μνείαν ἐποίησεν· *Ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα*, λέγων, *καὶ πίνων μου τὸ αἷμα*, ὕδατος οὐκ ἐμνημόνευσε· καὶ ἐν τῷ δείπνῳ, *Τοῦτό ἐστι τὸ αἷμα*, καὶ ὕδατος μνείαν οὐδαμοῦ πεποίηκε· καὶ ὁ Ἀπόστολος, *Ὁ γὰρ ἀναξίως πίνων τὸ αἷμα τοῦ* Κυρίου, φησὶ, μὴ προστιθεὶς καὶ τὸ ὕδωρ· Πῶς οὔτε ὁ Κύριος οὔτε ὁ Ἀπόστολος τοῦτο εἶπεν.

C

THEOR. Cum sanguinem dixit, rem dixit ex vino et aqua conversam : non enim ex vino tantummodo verum etiam ex aqua sanguis Domini conficitur, ut Nyssenus demonstravit Gregorius. Si ergo dixisset Dominus : Hoc est vinum meum, prorsus oportuisset et aquæ mentionem adjicere : nunc cum vinum non appellaverit, necessario et aquam reticuit; sed sanguinem dixit, id quod ex utraque substantia conversum est. Quare frustra expetitur aquæ etiam nominatim mentio. Præter quam quod Scriptura sic loqui solet cum de Veteris Testamenti sacrificiis sermo fit. Quare sicuti tunc, ita ne postea quidem

ΘΕΩΡ. Εἰπὼν αἷμα, τὸ ἐξ οἴνου καὶ ὕδατος γεγονὸς ἐδήλωσεν· οὐ γὰρ ἐκ μόνου οἴνου τὸ τοῦ Κυρίου αἷμα συνέστη, ἀλλὰ ἐξ ὕδατος, ὡς ἔδειξεν ὁ Νύσσης Γρηγόριος. Εἰ μὲν οὖν ἔλεγε, τοῦτό ἐστιν ὁ οἶνός μου, ἔδει προσθεῖναι πάντως καὶ τὸ ὕδωρ· ἐπεὶ δὲ οὐκ εἶπεν οἶνον, ἐξ ἀνάγκης καὶ τὸ ὕδωρ ἀπεσιώπησεν· ἀλλ' αἷμα εἶπε τὸ ἐξ ἀμφοτέρων τὴν σύστασιν ἐσχηκός. Περιττὸν οὖν ἐστιν ἀπαιτεῖν καὶ ὕδωρ ὀνομαστὶ λέγειν· πλὴν ἔστι καὶ τοιοῦτον ἰδίωμα τῆς Γραφῆς ἐν ταῖς θυσίαις τῆς παλαιᾶς Διαθήκης· καὶ κατ' ἐκεῖνο ὕδατος οὐ γέγονε κάνταῦθα μνεία· σκιὰ γὰρ ἦσαν ἐκεῖναι τῶν παρ' ἡμῖν. Γράφων οὖν ὁ μα-

D

[17] Cant. I, 6. [18] Joan. IV, 14. [19] Joan. VI, 55. [20] Matth. XXVI, 28. [21] I Cor. XI, 27.

(26) Dictio καὶ ὕδατος, quam Theoriani codex habet, in Morelliana Nysseni editione desideratur. Ego vero consultis Vaticanæ bibliothecæ novem codicibus, in quibus hæc Nysseni oratio scribitur, nempe Vat. 401, p. 330, 444, p. 280, b, 445, p. 85, 579, p. 82, 1248, p. 57, b, 1433, p. 55, b; item Urbin. 9, p. 70, b; 14, p. 103; Ottob. 119, p. 75; dictionem καὶ ὕδατος æque abesse comperi. Ergone de Theoriani fide dubitabimus? Minime gentium, judicio meo. Etenim, præter quam quod jam diximus Theoriani hoc codice plurimis in locis Nyssenum verissime emendari; si forte hanc dictionem de suo Theorianus addidisset, nihil magnopere egisset, quia jam Nyssenus in superioribus non semel dixit, nutrimentum hominis aqua, vino, et pane constare; quod evidenter Nyssenus refert ad Eucharistiam, quæ pane, vino, et aqua conficitur. Est igitur genuina lectio καὶ ὕδατος. Codices item Vaticani septem habent veram lectionem ἧς· ἡ σύστασις pro falsa οἷς· ἡ σύστασις quam Morelliana editio cum duobus nostris recentis ætatis codicibus exhibet. Denique ad catecheticæ orationis clausulam quod attinet, quam Morellianus liber alieno lacinia auctam ostentat, septem quidem Vaticani codices illam prætermittunt; unus recens separatam retinet; unus denique æque recens confusam, ut est apud Morellium, habet.

(27) Cod. τοῦτο τοῦ λόγου οὕτως ἑρμηνευθέντος.

κάριο; Παῦλος πρὸς Ἑβραίους φησί· *Λαβὼν τὸ αἷμα τῶν τράγων καὶ τῶν μόσχων, μετὰ ὕδατος καὶ ἐρίου κοκκίνου καὶ ὑσσώπου, αὐτό τε τὸ βιβλίον καὶ πάντα τὸν λαὸν ἐράντισε λέγων· Τοῦτο τὸ αἷμα τῆς διαθήκης ἧς Κύριος ἐνετείλατο πρὸς ὑμᾶς ὁ Θεός· καὶ τὴν σκηνὴν δὲ καὶ πάντα τὰ σκεύη τῆς λειτουργίας τῷ αἵματι ὁμοίως ἐράντισε. Καὶ σχεδὸν ἐν αἵματι πάντα καθαρίζεται κατὰ τὸν νόμον, καὶ χωρὶς αἱματεκχυσίας οὐ γίνεται ἄφεσις.* Ἤκουσας ὅτι πρῶτον τὴν σύγκρασιν ἐξ αἵματος καὶ ὕδατος γεγενῆσθαι· ἐν δὲ τῷ ῥαντίζειν, ὕδατος μνείαν πεποίηκε. *Τοῦτο*, φησί, *τὸ αἷμα τῆς διαθήκης.* Καὶ πάλιν τὰ σκεύη τῆς λειτουργίας τῷ αἵματι ὁμοίως ἐράντισε, καὶ σχεδὸν αἵματι πάντα καθαρίζεται κατὰ τὸν νόμον, καὶ χωρὶς αἱματεκχυσίας οὐ γίνεται ἄφεσις· καὶ τετράκις αἵματος μνημονεύσας, οὐκ ἐμνημόνευσεν ὕδατος. Ἆρα διὰ τοῦτο εἶπαμεν, οὐκ εἶπεν ὕδωρ ἐκεῖ; καὶ πῶς φησι μετὰ ὕδατος καὶ ἐρίου κοκκίνου. Μὴ οὖν ξενίζου, δέσποτα, εἰ καὶ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις τὸ ὕδωρ οὐκ ἐξεφώνησεν ὁ Σωτήρ. Ἐμάθομεν γὰρ ἀπὸ τῆς κατηχήσεως τοῦ Νύσσης Γρηγορίου, ὅτι ἐξ ὕδατος καὶ οἴνου τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα συνέστηκεν. Εἰπὼν οὖν αἷμα, τὸ ἐξ ἀμφοτέρων τὴν γένεσιν ἐσχηκὸς ὑπεσήμανεν.

Ὁ ΚΑΘ. Ἀρκετῶς περὶ τοῦ κεφαλαίου τούτου εἴπομεν· ὅταν δὲ σὺν Θεῷ ποιήσωμεν τὴν πάγκοινον σύνοδον, προθήσομεν τὰ περὶ τοῦ τοιούτου κεφαλαίου παρὰ σοῦ λαληθέντα, καὶ εἴ τι ὁ πανάγαθος Θεὸς εὐδοκήσει. Νῦν οὖν, εἴ τι ἔχεις ἄλλο κεφάλαιον, εἰς μέσον τιθέσθω.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ἤκουσα ὅτι προχθὲς κατὰ τὴν εἰκοστὴν ἕκτην τοῦ Δεκεμβρίου ἑωρτάσατε τοῦ ἁγίου Στεφάνου τοῦ πρωτομάρτυρος ἑορτήν, καὶ ἀνέγνωτε τοῦ Νύσσης λόγον εἰς αὐτὴν αὐτῷ πονηθέντα, οὗ ἡ ἀρχή, « Ὡς καλὴ τῶν ἀγαθῶν ἡ ἀκολουθία! » Καὶ ἐθαύμασα πῶς; τοῦτο πεποιήκατε, ὅτι ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ ἀναμφιλέκτως δείκνυται ὅτι πρῶτον ὀφείλεις ἑορτάσαι τὰ Γενέθλια τοῦ Κυρίου, καὶ οὕτω τὴν ἑορτὴν τοῦ ἁγίου Στεφάνου τοῦ πρωτομάρτυρος. Ὑμεῖς μὲν κατὰ τὴν κϛ' τοῦ Δεκεμβρίου ἑωρτάσατε τοῦ πρωτομάρτυρος τὴν ἑορτήν, τὰ δὲ τοῦ Κυρίου Γενέθλια μέλλετε ἑορτάσαι εἰς τὰς ἕξ τοῦ Ἰανουαρίου. Πῶς οὖν συνᾴδει ὑμῖν ὁ Νύσσης; Λέγει γάρ, « Ὡς καλὴ τῶν ἀγαθῶν ἡ ἀκολουθία, ὡς γλυκεῖα ἡ τῆς εὐφροσύνης διαδοχή. Ἰδοὺ γὰρ ἑορτὴν ἐξ ἑορτῶν, καὶ χάριν ἀντιλαμβάνομεν χάριτος· χθὲς ἡμᾶς ὁ τοῦ παντὸς Δεσπότης εἱστίασεν, σήμερον ὁ μιμητὴς τοῦ Δεσπότου. » Ἀκούεις τί λέγει; Σὺ δὲ τὸν μιμητὴν ἑώρτασας, τὸν δὲ Δεσπότην παρέβλεψας· καὶ πίστευσόν μοι, αἰσχύνομαι ἀνθ' ὑμῶν, ὅτι, τοῖς οὕτω προφανέσιν ἐλεγχόμενοι, διορθωθῆναι οὐκ ἐβουλήθητε. Συμβουλεύσαιμι δ' ἂν ὑμῖν, ἐπεὶ τὰ ὑπὸ τῶν ἀναγνωσμάτων δηλούμενα οὐ φυλάττετε, μηδὲ τὰ ἀναγνώσματα ἔχειν καὶ ἀναγινώσκειν, ἵνα μὴ ὑπὸ τούτων διηνεκῶς ἐλεγχόμενοι πλέον κατάκριμα ἔχητε.

Ὁ ΚΑΘ. Ἐν τούτοις ὁ Καθολικὸς μειδιάσας ἔφη·

aquæ mentio facta est : etenim illa sacrificia adumbratio nostrorum erant. Scribens itaque beatus Paulus ad Hebræos ait : *Sumpto sanguine hircorum ac vitulorum, cum aqua et vellere coccineo atque hyssopo, librum ipsum cunctumque populum aspersit dicens : Hic est sanguis fœderis quod Dominus vobis imposuit. Tabernaculum quoque et omnia sacri ministerii instrumenta sanguine pariter aspersit. Imo cuncta propemodum sanguine expiari solent ex legis norma, et sine sanguinis effusione non fit remissio* [19]. Audisti primo sanguinis et aquæ factam misturam, nullam tamen in aspergendo aquæ mentionem : *Hic*, inquit, *sanguis fœderis*. Rursusque, vasa ministerii sanguine pariter aspersit, et omnia propemodum sanguine purgantur ex legis præscripto, et sine sanguine non fit remissio. Quater, inquam, memorato sanguine, aquam silentio pressit. Num ergo negabimus, primo quoque aquam commemoratam? Atqui dixit : Cum aqua et lana coccinea. Ne igitur mirum tibi videatur, domine, quod in Evangeliis aquam non appellarit Servator. Quippe jam a Nysseni Gregorii catechetico edocti sumus, Christi corpus ex aqua et vino fuisse conversum. Cum ergo Christus sanguinem dixit, rem utramque unde ille est effectus subindicavit.

GEN. Satis de hoc capitulo diximus. Cum autem generalem synodum Deo favente celebrabimus, ea quæ a te super hac re disputata fuerunt referemus, et si quid præterea Deus optimus annuet. Nunc age, si forte aliud capitulum in promptu habes, expone.

THEOR. Audivi nudiustertius, die Decembri sexta supra vicesimam, sancti Stephani protomartyris festum vos celebrantes, quo die Nysseni sermonem legebatis de illo festo, cujus initium : « Quam pulchra est bonorum successio! » Mirabar autem qui id faceretis, quandoquidem in hoc ipso sermone perspicue demonstratur, debere te primo Domini Natalia celebrare, deinde sancti protomartyris Stephani festivitatem. Vos autem die Decembris 26 festum Protomartyris agitatis; Domini autem natalia sexta demum Januarii die celebraturi. Qui ergo vobis Nyssenus consonat dicens : « Quam pulchra est bonorum successio, quam dulcis lætitiæ continuatio! En aliud ex alio festum, en gratiam ex gratia excipimus. Heri nos universalis Dominus festo convivio excepit, hodie Domini imitator. » Audin quid dicat? Tu vero imitatorem solemnitate celebras, Dominum prætermittis? Crede mihi, pudet me vestri, qui manifeste adeo convicti, corrigi non patimini. Auctor equidem vobis sum, ut quandoquidem ea quæ lectiones liturgicæ docent non observatis, lectiones ipsas omittatis, ne ab his perpetuo redarguti, gravius judicium patiamini.

GEN. Ad hæc Generalis arridens ait : Habemus ora-

[19] Hebr. IX, 19-22.

tionem sancti Procli Constantinopolitani in protomartyrem, cujus initium « Sensibilis quidem sol. » Atque hic sermo haud secius nobis adversatur, ait enim : « O novi regis admiranda facta ! Heri mater eum peperit, et hodie ipsi gloriosus Stephanus oblatus est. » Sed enim ad festa quod attinet, ut olim quoque tibi dixi, vivente adhuc beato illo Generali fratre meo in familiaribus inter nos colloquiis sic dicebamus : Cur præter omnium consuetudinem nos festa peragimus? Franci, Romani, Syri, quævis gens Christiana, conspirant in festis atque consentiunt ; soli Armenii a cunctis differimus.

THEOR. Jam si forte vos non pudet, quod cum omne genus Christianorum laboribus abstinet, sacris laudibus occupatum, et toto orbe terrarum festis conclonibus lætatur, vos soli cum Hebræis ac Saracenis servilia opera facitis (præsertim quia gens vestra divinis Scripturis magnopere studet : crede enim mihi, nihil ad gratiam loquor, cum vos in sacris Bibliis valde eruditos dico ;) quid cum ait Theologus Gregorius : « Christus natus est, laudate ; » et paulo post : « Hoc nobis panegyrim convocat, hoc hodierna solemnitate recolimus, adventum scilicet Dei ad homines ; » deinde in sermone alio : « Iterum Jesus meus, iterum mysterium ; » cum ergo : « Iterum, » auditis, nondumne intelligitis, quod non eodem die Christi Natale ac Baptisma celebrandum sit ?

GEN. Caput hoc in priore disputatione satis jam tractatum, recte compositum fuit. Ne igitur actum agas.

THEOR. Profecto actum non ago ; sed quæ tunc ob nimiam copiam nos fugerunt, ea nunc complere fert animus. Nam et de sacro unguento tunc locuti, sacra auctoritate non confirmavimus, oportere id scilicet ex oleo olearum fieri ; sed tua tantummodo verba refutare contenti fuimus. Nunc, si placet, auctoritatem quoque recitabimus, ne quid videamur, ut ait proverbium, ex ventre loqui. In Exodo scriptum est : *Locutus est Dominus Moysi dicens : Sume tibi aromata, primæ myrrhæ et electæ quingentos siclos, et odori cinamomi dimidiam portionem, id est ducentos quinquaginta siclos, et odorati calami similiter ducentos quinquaginta, et casiæ siclos quingentos ad sanctuarii pondus exactos, et oleum olearum, conficiesque unctionis oleum, unguentum compositum arte unguentarii. Hoc oleum unctionis sanctum erit* [10-11]. Audisti ? *Oleum olearum*, non sesami, dixit.

GEN. Sacra hæc auctoritas, ante etiam quam recitares, nota nobis erat. Sed age, trade nobis scripta, si placet, capitula omnia, quæ sanctus imperator et Romanorum sancta Ecclesia a nobis probari postulant, ut fiat unio. His enim communiter consideratis, nostram de omnibus sententiam dicemus.

[10-11] Exod. xxx, 22-25.

Ἔχομεν λόγον τοῦ ἁγίου Πρόκλου Κωνσταντινουπόλεως εἰς τὸν πρωτομάρτυρα, οὗ ἡ ἀρχή, « Ὁ μὲν αἰσθητὸς ἥλιος. » Οὗτος οὖν οὐκ ἔλαττον ὁ λόγος; τούτου ἀντίκειται ἡμῖν· λέγει γάρ· « Ὦ ξένου βασιλέως παράδοξα πράγματα ! χθὲς ἐτέχθη, καὶ σήμερον αὐτῷ Στέφανος ἔνδοξος προσηνέχθη. » Ἀλλὰ περὶ τῶν ἑορτῶν, ὡς σοι καὶ πέρυσιν εἶπον, ἔτι περιόντος τοῦ μακαρίου Καθολικοῦ ἐκείνου τοῦ ἐμοῦ ἀδελφοῦ πρὸς ἀλλήλους κοινολογούμενοι τοῦτο ἐλέγομεν, Ἵνα τί κεχωρισμένως; ἀπὸ πάντων ἡμεῖς ἑορτάζομεν; Φράγγοι, Ῥωμαῖοι, Σύροι, καὶ πᾶν ἔθνος Χριστιανῶν ὁμοφρονοῦσι καὶ ὁμογνωμονοῦσιν ἐν ταῖς ἑορταῖς, μόνοι δὲ οἱ Ἀρμένιοι διαφωνοῦμεν πρὸς ἅπαντας.

Ὁ ΘΕΩΡ. Κἂν τοῦτο οὐ ποιεῖ ἐρυθριᾶν ὑμᾶς, ὅτι, ὁπότε πᾶν γένος Χριστιανῶν ἀργίαν ἔχει, καὶ ταῖς πρὸς Θεὸν δοξολογίαις ἐνασχολεῖται, καὶ ἐναγάλλεται ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην πανηγυρίζον, ὑμεῖς μόνοι ἐργάζεσθε μετὰ τῶν Ἑβραίων καὶ Σαρακηνῶν (καὶ μᾶλλον ἔθνος; ἀσχολούμενον ταῖς θείαις Γραφαῖς· καὶ πίστευσόν μοι, οὐ πρὸς χάριν λέγω, πεπυκνωμένους; ὑμᾶς εὑρίσκω εἰς τὴν θείαν Γραφήν·) τί οὖν ὅταν λέγῃ ὁ Θεολόγος Γρηγόριος· « Χριστὸς γεννᾶται, δοξάσατε· » καὶ μετά τινα· « Τοῦτό ἐστιν ἡμῖν ἡ πανήγυρις, τοῦτο ἑορτάζομεν σήμερον, ἐπιδημίαν Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους· » εἶτα ἐν ἄλλῳ λόγῳ· « Πάλιν Ἰησοῦς ὁ ἐμός, καὶ πάλιν μυστήριον· » ὅταν οὖν ἀκούητε τὸ « Πάλιν », ἆρα οὐ νοεῖτε ὅτι οὐ κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμέραν ἑορτάζεται τὰ Γενέθλια καὶ τὸ Βάπτισμα;

Ὁ ΚΑΘ. Τὸ κεφάλαιον τοῦτε ἐν τῇ προτέρᾳ διαλέξει τρακταῖσθὲν ἱκανῶς εἰς πέρας ἦχθη χρηστόν· οὐ δεῖ γοῦν ἔτι ταυτολογεῖν εἰς κενόν.

Ὁ ΘΕΩΡ. Οὐκ ἔστι ταυτολογία, ἀλλ' ὅσα τότε ἡμᾶς διὰ τὸ πλῆθος παρέδραμε, νῦν ἀναπληρῶσαι προτεθυμήμεθα. Καὶ γὰρ περὶ τοῦ μύρου τότε εἰπόντες, οὐκ ἔδωκαμεν χρῆσιν, ὅτι ἐξ ἐλαίου τοῦ ἐξ ἐλαιῶν τὸ μύρον ὀφείλει κατασκευάζεσθαι, ἀλλὰ μόνον τὸν σὸν ἀνεσκευασάμεθα λόγον. Νῦν οὖν, εἰ κελεύεις, εἴπωμεν καὶ τὴν χρῆσιν, ἵνα μὴ δόξωμεν ἀπὸ κοιλίας κατὰ τὴν παροιμίαν λαλεῖν. Γέγραπται ἐν τῇ Ἐξόδῳ· *Ἐλάλησεν ὁ Θεὸς πρὸς Μωσῆ λέγων· Καὶ σὺ λάβε ἡδύσματα, ἄνθος σμύρνης ἐκλεκτῆς πεντακοσίους σίκλους, καὶ κιναμώμου εὐώδους τὸ ἥμισυ τούτου, διακοσίους πεντήκοντα, καὶ καλάμου εὐώδους διακοσίους πεντήκοντα, καὶ ἱρέως* [cod. *ἱερέως*] *σίκλους πεντακοσίους τοῦ ἁγίου, καὶ ἔλαιον ἐξ ἐλαιῶν, καὶ ποιήσεις αὐτὸ ἔλαιον χρίσμα ἅγιον μύρον μυρεψικὸν τέχνῃ μυρεψοῦ· ἔλαιον χρίσμα ἅγιον ἔσται.* Ἤκουσας; *Ἔλαιον ἐξ ἐλαιῶν* εἶπεν, οὐκ ἐκ σησάμων.

Ὁ ΚΑΘ. Τὴν χρῆσιν ταύτην, καὶ πρὸ τοῦ σε εἰπεῖν ἐγινώσκομεν· πλὴν εἰ κελεύεις, δὸς ἡμῖν ἐγγράφως τὰ κεφάλαια ἅπαντα ὅσα ὁ ἅγιος βασιλεὺς καὶ ἡ ἁγία Ἐκκλησία τῶν Ῥωμαίων ζητεῖ παρ' ἡμῶν, ἐπὶ τῷ γενέσθαι τὴν ἕνωσιν, ἵνα ταῦτα κοινῇ σκοπήσαντες, εἴπωμεν τὸ ἡμῖν παριστάμενον περὶ πάντων.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ἔδωκα κεφάλαια ταῦτα· Ἵνα ἀναθεματίζωσι τοὺς λέγοντας μίαν φύσιν τὸν Χριστὸν, Εὐτυχέα τε καὶ Διόσκορον, Σεβῆρον καὶ Τιμόθεον τὸν Αἴλουρον καὶ πάντας τοὺς ὁμόφρονας τούτου· καὶ ἵνα ὁμολογῶσι τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ἕνα Χριστὸν, ἕνα Υἱὸν, ἕνα Κύριον, ἓν πρόσωπον, μίαν ὑπόστασιν ἐκ δύο τελείων φύσεων ἑνωθεισῶν εἰς μίαν ὑπόστασιν, ἀχωρίστως, ἀδιαιρέτως, ἀναλλοιώτως, ἀσυγχύτως· οὐκ ἄλλον τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ ἄλλον τῆς Παρθένου, ἀλλὰ τὸν αὐτὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Υἱὸν ἀνθρώπου, φύσεις δυο, τὸν ἕνα Θεὸν καὶ ἄνθρωπον· καὶ ἐν δυσὶ φύσεσι τὸν αὐτὸν καὶ ἕνα Χριστὸν ἔχοντα δύο θελήσεις φυσικὰς, θείαν καὶ ἀνθρωπίνην, οὐκ ἐναντιουμένας ἀλλήλαις ἀλλ' ἑπομένην τὴν ἀνθρωπίνην θέλησιν τῇ θείᾳ θελήσει· καὶ ἵνα λέγωσι τὸ τρισάγιον χωρὶς τοῦ, *ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς* (28), καὶ χωρὶς τοῦ *καὶ* συνδέσμου. Καὶ ἵνα ἑορτάζωσι τὰς ἑορτὰς μετὰ τῶν Ῥωμαίων, τὸν Εὐαγγελισμὸν τοῦ Κυρίου τῇ εἰκοστῇ πέμπτῃ τοῦ Μαρτίου, τὴν Γέννησιν τῇ κε' τοῦ Δεκεμβρίου, τὴν Περιτομὴν κατὰ ὀγδόην τῆς Χριστοῦ Γεννήσεως, τουτέστι τῇ πρώτῃ τοῦ Ἰανουαρίου, τὴν Βάπτισιν εἰς τὰς ς' τοῦ Ἰανουαρίου, τὴν Ὑπαπαντὴν εἰς τὰς β' τοῦ Φεβρουαρίου, καὶ ἁπλῶς ἁπάσας τὰς Δεσποτικὰς ἑορτὰς, καὶ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου καὶ τοῦ Προδρόμου καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων· ἵνα ποιῶσι τὴν θείαν κοινωνίαν μετὰ ἄρτου ἀζύμου καὶ οἴνου καὶ ὕδατος· ἵνα ποιῶσι τὸ ἅγιον μύρον μετὰ ἐλαίου τοῦ ἐξ ἐλαιῶν· ἵνα ἑστῶνται πάντες οἱ Χριστιανοὶ ἐντὸς ἐκκλησίας ὅτε τελεῖται ἡ θεία λειτουργία, πλὴν τῶν κεκωλυμένων παρὰ τῶν θείων κανόνων, ὁμοίως καὶ εἰς τὰς λοιπὰς ἀκολουθίας τῆς Ἐκκλησίας· ἵνα δέχωνται τὰς ἑπτὰ οἰκουμενικὰς συνόδους· ἵνα δέχωνται τὴν πρόβλησιν τοῦ καθολικοῦ μόνου παρὰ τοῦ βασιλέως τῶν Ῥωμαίων. Τούτων τῶν κεφαλαίων δοθέντων τῷ Καθολικῷ, ἠρώτησεν ἡμᾶς ὁ Καθολικός.

Ὁ ΚΑΘ. Ταῦτα πάντα ἐξ ἀνάγκης ἀπαιτοῦσιν ἡμᾶς ποιῆσαι, ὡς, ἐὰν ἓν τούτων λείψῃ, οὐ γενήσεται ἡ ἕνωσις; ἢ ἔστι τινὰ τούτων, ὧν χωρὶς παραδέξονται ἡμᾶς εἰς τὴν ἕνωσιν;

Ὁ ΘΕΩΡ. Ταῦτα μὲν εἰσὶ τὰ ποιοῦντα τὸν χωρισμόν· ἡ Ἐκκλησία δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς ἐξουσίαν ἔχει τινὰ ἴσως τούτων ἆσαι δι' οἰκονομίας, καὶ μὴ περικόψαι τὴν ἕνωσιν δι' αὐτά· ὥσπερ γέγονε καὶ ἐπὶ τῶν Οὐγγρων· ὅταν γὰρ ἐκείνους ἐβάπτισεν ὁ παρ' αὐτῶν ἅγιος Στέφανος, ἵνα μὴ τὸ ὅλον ζημιωθῇ, παρεχώρησεν ἵνα οἱ ἐπίσκοποι αὐτῶν ἔχωσι γυναῖκας νομίμους, ὥσπερ νῦν οἱ ἱερεῖς ἡμῶν· καὶ τοῦτο πεποίηκε μετὰ βραβιλέγου τοῦ τότε πάπα, ὃ καὶ κρατεῖ μέχρι τῆς σήμερον εἴς τινας τῶν ἐπισκόπων αὐτοῦ (29).

THEOR. Tum ego hæc capitula tradidi : nempe ut Armenii anathema dicerent iis qui unam Christi naturam affirmant, Eutycheti, Dioscoro, Severo, Timotheo Æluro cunctisque asseclis eorum. Ut confiterentur Dominum nostrum Jesum Christum, unum Christum, unum Filium, unum Dominum, unam personam, unam hypostasim ex duabus naturis unitis sub una hypostasi, inseparabiliter, indivisibiliter, invariabiliter, inconfuse : neque alium esse Filium Dei, alium Virginis, sed eumdem esse Filium Dei et Filium hominis, duas naturas, unum Deum et hominem ; atque in duabus naturis unum eumdemque Christum duas expromentem naturales operationes divinam atque humanam ; duas naturales voluntates divinam atque humanam, haud invicem adversantes, sed ita comparatas ut divinæ voluntati obsecundet humana. Insuper ut trisagium recitarent absque verbis : *Crucifixus pro nobis*, et absque copula, et, Ut festos dies eodem ac Romani tempore agitarent, Domini Annuntiationem die 25 Martii ; Natalia die 25 Decembris, Circumcisionem die octava post Christi Natalia, id est Januarii die prima ; Baptismum die 6 Januarii ; Virginis Purificationem die 2 Februarii ; atque omnino cunctas Domini solemnitates, itemque sanctissimæ Virginis, Præcursoris, et sanctorum apostolorum. Ut divinam Eucharistiam in pane fermentato et vino cum aqua consecrarent. Ut sanctum chrisma ex oleo olearum conficerent. Ut Christiani omnes intra ecclesiam consisterent, dum sacra liturgia peragitur, iis exceptis quos sacri canones arcent ; pariterque cæteris Ecclesiæ officiis adesseut ; ut septem œcumenicas synodos admitterent ; denique ut electionem solius Generalis ab imperatore Romanorum fieri permitterent. Postquam hæc capitula Generali tradidimus, is ita nos sciscitatus est.

GEN. Hæccine omnia necessario fieri a nobis Romani postulant, ita ut si quid horum desit, unio non sit futura ; an aliquod ex his est, quo prætermisso, nihilominus ad unionem nos admittent ?

THEOR. Nempe hæc sunt quæ schisma faciunt. Cæteroquin Ecclesiæ et imperatori licebit quædam ex his fortasse remittere, prudentiæ gratia, neque horum nomine unionem præcidere : sicuti apud Hungaros quoque factitatum est, quo tempore sanctus ipsorum Stephanus eos baptizandos curavit, qui ne res universa pessumdaretur, sivit ut eorumdem episcopi legitimas uxores haberent, sicuti nunc presbyterorum nostrorum mos est : idque egit impetrato brevi ab eo qui tunc erat papa : quæ adhuc consuetudo apud nonnullos regionis illius episcopos viget.

(28) Lege priorem disputationem, p. 471.

(29) Vana hæc est et inaudita de maritis Hungarorum episcopis, concedente Pontifice, fabula quam sacri cœlibatus historia prorsus non agnoscit. Neque Hercle res tam insignis sive in sancti regis vita copiosissime a diversis edita, sive in fastis Hungaricis, sive in Annalibus ecclesiasticis scripta non esset : neque hoc exemplo, post excitatas denuo de re quæstiones, usi non essent cœlibatus hostes. Illud mihi potius cunctisque constat, summum fuisse omni tempore Romanorum Pontificum studium atque conatum pro conservanda in eccle-

GEN. Dic perspicuè, ecquæ sint ex his capitulis, quibus sepositis, nos tamen ad integram unionem excipient?

THEOR. Puto quod tu sicuti tuummet animum exploratum habes, ita voluntates quoque subditorum pervides, probeque nosti quidnam ex his admissuri sint, quidve secus. Quare tu potius, si vis, indica mihi, quænam Armeniis gravia visum iri putes, quæve nunquam sibi persuaderi passuri sint.

GEN. Nescio. Fortasse quædam mihi videbuntur, de quibus aliter synodus existimabit.

THEOR. Si tu, qui caput es, hoc ignoras, quomodo ego qui pes sum, imo ne pes quidem, apud Romanorum synodum, quod rogas compertum habeam? Nihilominus conjectans dicam. Capitulum illud de Generalis electione, honoris ergo atque utilitatis tuæ et succedentium Generalium perscriptum est : namque ad sedis stabilitatem firmitatemque spectat, quia hæc defensorem sanctum imperatorem nanciscerentur. Romani tamen, ut puto, vim vobis in hoc haud facient : sed ne in quæstione quidem de Azymis vos cogent, si certe de cæteris consenseritis.

GEN. Hæc omnia ad synodi cognitionem perferam : et cum legatos meos ad regiam urbem mittam, scripto significabo tum vestræ synodo tum etiam a Deo coronato imperatori quæ admissa fuerint capitula et quæ secus, simulque causas aperiam propter quas aliqua fortasse repudiata fuerint. Et nisi pravus hominum hostis dæmon magnum hoc negotium disturbaverit, ad nos quidem quod attinet (sic Deus adjuvet) non impedietur. Oportet enim neque nos summo jure agere, neque item vos, siquidem unionem exoptatis; sed in quibusdam indulgere, quæ fidem non violant : quippe rituum differentia ecclesiasticorum, hominem a Christiana religione non submovet. Nunc vero, si placet, reditum parate. Post enim discessum vestrum, ad meos omnes episcopos scribam, ut vel ipsi veniant, vel legatos mittant, quotquot gravis causa ad synodum convenire prohibet. Porro opus est ut ego unionis negotium non sine Albaniæ Generali transigam : hic enim sedem Gregorii illius insidet qui sancti Gregorii nepos fuit, in Armenia magna, quicum mihi spiritalium negotiorum perpetua communio est, ita ut neuter inscio altero quidquam agat. Est autem inter nos intervallum iter mensium, ut reor, trium.

THEOR. Quandonam synodum coacturus es? Tempus enim definite nobis designari oportet, ut imperatori et Ecclesiæ significemus.

Ὁ ΚΑΘ. Εἰπὲ ἡμῖν φανερῶς, εἰ ἔστι τούτων τῶν κεφαλαίων τινὰ, ὧν χωρὶς δέξονται ἡμᾶς εἰς τελείαν ἕνωσιν.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ὑπολαμβάνω ὅτι ὥσπερ γινώσκεις; σὺ τὴν καρδίαν σου, οὕτως γινώσκεις καὶ τῶν ὑπὸ σὲ ἀρχιερέων τὸ θέλημα, καὶ γινώσκεις τίνα τούτων δέξονται, καὶ τίνα οὔ· καὶ, εἰ κελεύεις, εἰπὲ ἡμῖν τίνα τούτων τοῖς Ἀρμενίοις δοκεῖ φορτικά, καὶ οὐκ ἂν συνέλθοιεν ὥστε παραδέξασθαι αὐτά.

Ὁ ΚΑΘ. Οὐκ οἶδα· ἴσως δοκοῦντα ἐμοί τινα, τῇ συνόδῳ οὐ δόξει οὕτως.

Ὁ ΘΕΩΡ. Σὺ κεφαλὴ ὢν, ἀγνοεῖς τοῦτο, πῶς ἐγὼ ποῦς ὢν τῆς παρὰ τῶν Ῥωμαίων συνόδου, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ποῦς, δύναμαι γνῶναι τοῦτο ὃ ἐρωτᾷς; Πλὴν στοχαζόμενος εἴπω· τὸ τῆς προβλήσεως, κεφάλαιον ἀφορᾷ εἰς τιμὴν καὶ ὠφέλειαν σὴν καὶ τῶν μετὰ σὲ Καθολικῶν· εἰς σύστασιν γὰρ τοῦ θρόνου τοῦτό ἐστι καὶ διαμονὴν, ὡς μέλλοντος ἔχειν δεφένσορα τὸν βασιλέα τὸν ἅγιον· καὶ οἶμαι ὑμᾶς εἰς τοῦτο οὐκ ἀναγκάσουσιν· ἀλλ' οὐδὲ περὶ τῶν ἀζύμων βιάσουσιν ὑμᾶς, ἐὰν εἰς τὰ ἄλλα συνέλθητε.

Ὁ ΚΑΘ. Ταῦτα πάντα προθήσω ἐνώπιον τῆς συνόδου· καὶ ὅταν μέλλω ἀποστεῖλαι τοποτηρητὰς εἰς τὴν βασιλεύουσαν, δηλοποιήσω ἐγγράφως τῇ τε ἁγίᾳ συνόδῳ καὶ τῷ θεοστεφεῖ βασιλεῖ τὰ παραδεχθέντα, καὶ μὴ, κεφάλαια· καὶ δώσω καὶ τὰς αἰτίας δι' ἃς τὰ μὴ παραδεχθέντα οὐ παραδέχομαι· καὶ εἰ ὁ πονηρὸς καὶ μισάνθρωπος δαίμων οὐ παρεμποδίσει τοῦτο τὸ μέγα χρῆμα, ἐξ ἡμετέρας αἰτίας, σὺν Θεῷ λέγω, οὐκ ἐμποδισθήσεται. Δεῖ γὰρ μήτε ἡμᾶς τῆς ἄγαν ἀκριβείας μήτε ὑμᾶς τὴν ἕνωσιν βουλομένους ἀντέχεσθαι, ἀλλά τινα παρορᾶν, ὅσα τὴν πίστιν οὐ παραβλάπτει· συνηθειῶν γὰρ διαφορὰν ἐκκλησιαστικῶν, ἄνθρωπον τοῦ Χριστιανισμοῦ οὐκ ἀλλοτριοῖ. Νῦν οὖν, εἰ κελεύετε, ἀπὸ τοῦ νῦν ἑτοιμάσθητε πρὸς ὑποστροφήν· καὶ μετὰ τὴν ὑμῶν ἀναχώρησιν, γράψω πρὸς ἅπαντας τοὺς ἐμοὺς ἀρχιερεῖς, ἢ ἵνα αὐτοὶ ἔλθωσιν, ἢ τοποτηρητὰς ἀποστείλωσιν, ὅσοι δηλονότι δι' ἀναγκαίας αἰτίας εἰς τὴν σύνοδον παραγενέσθαι οὐ δύνανται. Ἐγὼ δὲ πρὸς ἀνάγκης μετὰ τοῦ Καθολικοῦ τοῦ Ἀλβάκ (30) τὴν ἕνωσιν ταύτην ποιήσω· οὗτος γὰρ ἐπέχει τὸν θρόνον Γρηγορίου τοῦ ἐγγόνου τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τῆς μεγάλης Ἀρμενίας, καὶ ἀεὶ ἐσμεν ἐν ταῖς πνευματικαῖς ὑποθέσεσι, καὶ οὐδὲν ἄτερ ἀλλήλων ποιοῦμεν. Ἔστι δὲ ὁδοῦ διάστημα ἀπ' ἐντεῦθεν ἕως ἐκεῖ οὐχ ἧττον οἶμαι μηνῶν τριῶν.

Ὁ ΘΕΩΡ. Καὶ πότε μέλλεις ποιῆσαι τὴν σύνοδον; Δοῦναι γὰρ ἡμῖν ὀφείλεις ὀνομαστὶ τὸν καιρὸν, ἵνα πρὸς τὸν βασιλέα καὶ τὴν Ἐκκλησίαν τοῦτο γνωρίσωμεν.

siasticis viris hac virtute convenientissima; cujus rei cumulare testimonia non interest. Sylvester certe II in celebri ad S. Stephanum regem Bulla nihil de cælibatu dicit. Idem vero in sermone ad episcopos (apud Mabillonium *Anecd.* ed. nov., p. 104) verba Pauli *unius uxoris vir* litteraliter explicat, ne bigamus (id est qui duabus uxoribus jam defunctis copulatus fuerit) ad episcopatum ascendat; allegorice vero, ne episcopus post catholicum dogma, sensum hæreticum sumat; scilicet ut unius uxoris, id est Ecclesiæ, vir appelletur.

(30) De origine Armeniaci patriarchatus Albanie, qui secundus inter patriarchatus Armenios dignitate erat, legesis doctum opus, cui titulus : *Compendio storico di memorie cronologiche concernenti la religione e la morale della nazione Armena*, t. II, p. 9.

Ὁ ΚΑΘ. Οὐδὲ ἐγὼ οἶδα, εἰ μὴ ἐρωτήσω λεπτομερῶς τοὺς γινώσκοντας τὰ διαστήματα τῶν χωρῶν.

Ὁ ΘΕΩΡ. Καὶ μάλιστα πλείονα καιρὸν ὀφείλεις δοῦναι, διὰ τὸ ποιῆσαι ἕκαστον τὴν οἰκονομίαν αὐτοῦ ἀρκοῦσαν.

Ὁ ΚΑΘ. Ἐξαπάντως; οὕτως; ὀφείλει γενέσθαι· πλὴν ἐγὼ μέλλω μετὰ τῶν ἀνθρώπων μου ἀποστεῖλαι γραφὴν πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ δηλώσω τὴν διωρίαν τῆς συνόδου.

Ὁ ΘΕΩΡ. Δεῖξον ἡμῖν, εἰ κελεύεις, ἣν μέλλεις ἀποστεῖλαι πρὸς τὸν βασιλέα ἐπιστολήν.

Ὁ ΚΑΘ. Τοῦτο ποιήσω· νῦν δ' ὑπάγετε, διαναπαύσθητε, καὶ ὅτε ἐκθήσομαι τὴν ἐπιστολὴν δείξω ἡμῖν.

Τῇ ἐπαύριον ἔστειλεν ἡμῖν ὁ Καθολικὸς τὴν ἔκθεσιν τῆς πρὸς τὸν βασιλέα ἐπιστολῆς, ἧς ἡ ἔννοια, ἵνα ἐν ἐπιτομῇ εἴπω, αὕτη. — Οὐκ ἐνομίζομεν σκανδαλίζεσθαι ἡμῶν τινας λεγόντων μίαν φύσιν τὸν Χριστόν· ὀρθῶς γὰρ ἑρμηνευόμενον τοῦτο οὐκ ἔστι κακόν· ἐπεί δέ τινες σκανδαλίζονται, παντελῶς ἐγκαταλιμπάνομεν μίαν φύσιν λέγειν τὸν Χριστόν (31). Εἶτα ἠθέλησεν ὁ Καθολικὸς κατὰ μόνας τῷ Θεωριανῷ συντυχεῖν· καὶ μετακαλεσάμενος ὀψὲ Σαββάτῳ λίαν, εἶπεν αὐτῷ· Ἐσκανδαλίσθησαν οἱ ἐμοὶ ἀρχιερεῖς κατ' ἐμοῦ, καὶ ἔστιν ἀναγκαῖον ἐξελέσθαι τὸ σκάνδαλον ἐκ τῶν καρδιῶν αὐτῶν· ἐσκανδαλισμένοι γὰρ ὄντες, οὐδαμῶς ὑπακούσωσί μου ὡς κεφαλῆς, ἀλλὰ σινιάσουσιν οἷα γένος ἀτέραμνον καὶ σκληροτράχηλον· ἀλλ' αὔριον ἐστὶ Κυριακή, καὶ μέλλουσι συναχθῆναι ἀρχιερεῖς πολλοί, καὶ ἄρχοντές μου σχεδὸν ἅπαντες. Λάλησον οὖν, εἰ κελεύεις, αὐτοῖς κατὰ τὴν ἐκ Θεοῦ σοι δεδομένην σοφίαν πληροφορῶν αὐτούς, οὔτε γραφὴν μυστικὴν οὔτε λόγους ἀπέστειλε πρὸς τὸν βασιλέα ὁ Καθολικός, ἀλλ' ἢ τοῦτο μόνον ὅτι, ἐὰν ἡ βασιλεία σου θέλῃ τὴν ἕνωσιν, οὐχ ἧττον κἀγὼ ταύτην θέλω καὶ ἐπιθυμῶ καὶ σπουδάζω ἵνα γένηται. Ὑπέσχετο γὰρ ὁ Θεωριανὸς τοῦτο ποιῆσαι· τῇ ἐπαύριον ἐκκλησίαν ἀγείρας λαμπρὰν, μετεκαλέσατο ἡμᾶς, καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ ὁ Θεωριανὸς εἶπεν.

Δημηγορία Θεωριανοῦ.

Οὐδὲν οὕτω λυσιτελὲς τοῖς ἀνθρώποις καὶ πολλῶν καὶ μεγάλων πρόξενον ἀγαθῶν, ὡς τὸ φυλάττειν τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ. Διὰ τοῦτο καὶ θεράποντες τοῦ Θεοῦ χρηματίζομεν, καὶ τῆς ἀκαταλήπτου βασιλείας κληρονόμοι, καὶ ἀδελφοὶ τοῦ Χριστοῦ, καὶ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ καὶ εἶναι καὶ λέγεσθαι ἀξιούμεθα· οὗ τί ἂν γένοιτο μακαριώτερον καὶ εὐκταιότερον; Τοῦτο τὸ τηλικοῦτον ἔργον καὶ δυσκατόρθωτον, τὸ μυρίων ἡμῖν παραίτιον ἀγαθῶν ὑπισχνεῖτο ποιήσειν Θεῷ ὁ προφήτης καὶ βασιλεὺς καὶ θεοπάτωρ Δαβίδ, εἰ μόνον συκοφαντίας ἀνώτερον τοῦτο φυλάξει. *Λύτρωσαί με ἀπὸ συκοφαντίας ἀνθρώπων λέγων, καὶ φυλάξω τὰς ἐντολάς σου.* Τί οὖν ἰδιῶται ποιήσουσι

GEN. Ne ego quidem novi, prius quam eos accurate rogavero qui locorum intervalla sciunt.

THEOR. Sane tempus a te spatiosum concedendum est, ut singuli viaticorum suorum rationem habeant.

GEN. Sic prorsus agendum est. Verumtamen ego per homines meos familiares imperatori scribam, tempusque synodo præfinitum significabo.

THEOR. Ostende nobis, si tibi placet, quam ad imperatorem missurus es epistolam.

GEN. Ita sane. Nunc vero ad requiem secedite; statim ac enim epistolam scripsero, vobis ostendam.

Postero die misit ad nos Generalis litterarum ad imperatorem exemplar, quarum summa hæc erat: Existimavimus neminem offensum iri adversus nos qui unam Christi naturam dicunt, quandoquidem id recta interpretatione explicatum, vitio caret. Sed quia nonnulli scandalum hinc patiuntur, nos quidem unam dicere Christi naturam prorsus jam desinemus. Exin Generalis secretum optavit cum Theoriano colloquium, quem Sabbato hora valde serotina ad se vocatum ita allocutus est: Mei mihi episcopi offensi sunt, ideoque opus est ex illorum animis scandalum revellere; quamdiu enim ita se habuerint, nequaquam mihi ut præsuli morem gerent, sed cavillabuntur, utpote genus hominum pervicax et obduratum. Sed enim cras die Dominica conventuri ad Synaxim sunt multi episcopi, præsulesque mei prope omnes. Tu igitur, si libet, pro ea quam tibi contulit sapientia Deus concionare apud eos, iisque suade, neque arcanam epistolam neque dictum aliquod ad imperatorem a Generali missum fuisse, nisi hoc tantum, nempe quam tua majestas optat fieri unionem, ego quoque et volo et cupio, atque ut fiat operam do. Igitur Theoriano excipiente negotium, crastina die Generalis splendida concione coacta, invitavit nos. Tum ibi Theorianus hæc verba fecit.

Theoriani oratio.

Nihil æque utile hominibus, totque ac tantorum bonorum causa est, ut præceptorum Dei observantia. Propter hanc enim et Dei servi sumus, et incomprehensibilis regni hæredes, et Christi fratres, et Dei filii esse dicique meremur: qua quidem re nihil beatius aut optabilius esse potest. Hanc præceptorum Dei observantiam, rem sane magnam atque difficilem et infinitorum bonorum fontem, præstiturum se spondebat Deo Propheta rex et theopater David, si modo calumniæ vim vitare potuisset: *Redime me*, inquit, *a calumniis hominum, ut custodiam mandata tua* [33]. Quid ergo privati facient, si rex calumniam extimescit, atque ut ab ea libere-

[33] Psal. CXVIII, 134.

(31) Egregia sane disputationis conclusio, fructuque pretiosus! Prorsus enim, quia duæ sunt Christi naturæ, unam dicere (præsertim post agitatas cum monophysitis controversias) nulla subtilis interpretatio vel elaborata excusatio concedere Armeniis nunc videtur.

tur, perdifficilem sponsionem facit? Haud sibi postulat longævam vitam, puta quingentorum vel amplius annorum, vel universi orbis dominationem, neque aliud quidquam optabile aut admirabile, sed adversus calumnias hominum defensionem; quam si impetret, mandata Dei servaturum se promittit. Maximum reapse malorum calumnia est; ideoque mens illa apprime prophetica et regalis hanc expavebat, neque se ab ea tutum totius regni sui viribus erdebat, qui cæteroquin victoriis innumeris potitus fuerat. Mater enim scandalorum calumnia infinitis malis orbem obruit: fratres invicem distrahit, parentes a liberis, hos a parentibus, a dilectis uxoribus viros. Quippe hoc vallidissimum diaboli atque antiquissimum telum est, unde etiam nomen homicida ille nactus est: neque enim aliud calumniator significat quam diabolum. Neminem quamlibet reverendum reveretur Satanas, honorabili honorem denegat audax ille et procacissimus. Quamobrem inimicus ne venerabili quidem Patri nostro sanctissimo Generali pepercit, quem reverentur angeli tanquam suum æmulatorem, qui ipsorum mores luteo in corpore imitari contendit: sed vetere suo adversum illum telo, calumnia scilicet, usus est. Audivi enim furtivos quorumdam sermunculos dictitantium, quod secreto Generalis imperatori significaverit, se quartam synodum recipere, atque ad Romanas partes accedere, sive Armenii sequantur sive secus. Et has quidem fraudes apud vos contra Generalem draco nexuit. Rursus nobis hanc calumniam imposuit, quod eum ipsum hæreticum per universam Romaniam dictitaremus, O Satanæ improbitatem! Quis apud nos Generalem hæreseos insimularet, quem ego sanctissimum in disputatione scripta appellavi, quæ in palatio ac synodo lecta fuit, ex qua licet contrariam prorsus calumniantibus sententiam conficere. Sed hæc quidem machinatus est pacis et concordiæ hostis, qui recte factis semper adversatur. Nos vero Generalem et sanctum judicamus et dicimus: neque quidquam ipse ad imperatorem, præter hoc scripsit: Quam tua majestas vult unionem, nos quoque volumus ac peroptamus; et cum synodum nostram celebrabimus, legatorum majestatis tuæ sermones coram sistemus; et quod Deus rectum esse demonstraverit, faciemus; idque totum potenti majestati tuæ per nostros antistites significabimus. Hæc per scriptum Generalis significavit. Pax autem Dei quæ superat omnem sensum, quam et Dei esse didicimus, et cujus Deus ipse Deus est, quæque ipsa Deus est, tanquam in pace Dei nostri, suos quidem hostes in æternum exterminet, amatores autem in Christo Jesu Domino ac vero Deo nostro concordes servet.

σιν, ὅταν βασιλεὺς δέδοικε τὴν συκοφαντίαν, καὶ ὑπὲρ τοῦ λυτρωθῆναι ταύτης, ὑπόσχεσιν ποιεῖ δυσκατόρθωτον; Οὐ ζητεῖ ζωὴν μακροήμερον ἐτῶν πεντακοσίων ἢ πλειόνων, ἢ τῆς ὅλης οἰκουμένης τὴν βασιλείαν, οὐδ' ἄλλο τι τῶν ἐπαράτων καὶ θαυμαστῶν, ἀλλὰ συκοφαντίας ἀνθρώπων ἀπολύτρωσιν, καὶ ἀντὶ ταύτης φυλάττειν τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ ἐπαγγέλλεται. Ὄντως πάμμεγα κακῶν ἡ συκοφαντία· καὶ διὰ τοῦτο ὁ προφητικώτατος καὶ βασιλικώτατος νοῦς ἐκεῖνος ἐδεδίει αὐτὴν, μὴ πάνυ θαρρῶν κατ' αὐτῆς ἐφ' ὅλην τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, ὁ μυρία κατωρθωκὼς καὶ στήσας ἀνδραγαθήματα. Γεννητικὴ γὰρ σκανδάλων ἡ συκοφαντία, καὶ ἐσμοῦ κακῶν τὴν οἰκουμένην ἐμπίμπλησιν· διίστησιν ἀδελφοὺς ἀπ' ἀλλήλων, γονεῖς τέκνων, τέκνα γονέων, ἄνδρας περιποθήτων συνευνῶν, ὡς πρόχειρον ὅπλον τοῦ διαβόλου καὶ ἀρχαιότατον ἐξ οὗ καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ὁ ἀνθρωποκτόνος ἐκτήσατο· οὐ γὰρ ἄλλο δηλοῦν ἐθέλει τὸ τῆς συκοφαντίας ὄνομα, ἀλλ' ἢ τὸν διάβολον. Οὐκ αἰδεῖται τί τῶν αἰδοῦς ἀξίων ὁ Σατανᾶς, τὰ τῆς τιμῆς ἄξια οὐ τιμᾷ, ἀναίσχυντός ἐστιν, αὐθάδης, πάντολμος. Διὰ τοῦτο οὐδὲ τοῦ τιμίου Πατρὸς ἡμῶν τοῦ ἁγιωτάτου Καθολικοῦ ἐφείσατο ὁ ἐχθρὸς, ὃν αἰδοῦνται καὶ ἄγγελοι ὡς αὐτοῖς ἁμιλλώμενον, καὶ τὴν ἐκείνων διαγωγὴν ἐν πηλίνῳ σώματι κατορθῶσαι φιλονεικοῦντα· ἀλλὰ καὶ κατ' αὐτοῦ τῷ ἀρχαίῳ αὐτοῦ ὅπλῳ τῇ συκοφαντίᾳ ἐχρήσατο. Ἤκουσα γάρ τινων ὑποψιθυριζόντων ὅτι ὁ Καθολικὸς ἐμήνυσε λάθρα πρὸς τὸν βασιλέα, ὅτι Δέχομαι τὴν τετάρτην σύνοδον, καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν Ῥωμαῖος ἔσομαι, κἂν τε ἕψονται οἱ Ἀρμένιοι, κἂν τε καὶ μή. Καὶ ταῦτα μὲν κατ' αὐτοῦ ὁ μισόκαλος ἐτεκτήνατο δράκων· καθ' ἡμῶν δὲ ὅτι τὸν Καθολικὸν αἱρετικὸν ἐλέγομεν ἐν ὅλῃ τῇ Ῥωμανίᾳ· ὦ τῆς κακίας τοῦ Σατανᾶ! Πῶς ἤθελον αἱρετικὸν εἰπεῖν τὸν Καθολικὸν ὃν ἐν τῇ διαλέξει ἀγιώτατον ἐμαρτύρησα, ἥτις ἀνεγνώσθη ἐπὶ παλατίου κάπι συνόδου; Καὶ ἐναντίος αὐτὸς ἐν αὐτῇ ἐλεγχθῆναι· Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὑπέβαλεν ὁ τῆς εἰρήνης καὶ τῆς ὁμονίας ἐχθρὸς, ὃς ἀεὶ ταῖς ἀγαθαῖς πράξεσιν ἀντιτάσσεται. Ἀλλ' ἡμεῖς μὲν ἅγιον τὸν Καθολικὸν καὶ ἔχομεν καὶ ὀνομάζομεν· καὶ αὐτὸς οὐδὲν ἄλλο πρὸς τὸν βασιλέα ἔγραφεν ἀλλ' ἢ τοῦτο· « Ἐπεὶ ἡ ἁγία βασιλεία σου ἐθέλει τὴν ἕνωσιν, θέλομεν καὶ ἐπιποθοῦμεν αὐτήν· καὶ ὅταν σὺν Θεῷ τὴν ἡμετέραν ποιήσωμεν σύνοδον, τοὺς λόγους τῶν ἀνθρώπων τῆς βασιλείας σου εἰς μέσον προθήσομεν· καὶ ὅπερ ὁ Θεὸς ἡμῖν ἀπο[δείξει] καλὸν εἶναι, ποιήσομεν, καὶ δηλώσομεν πάντα δι' ἡμετέρων ἀρχιερέων τῇ κραταιᾷ βασιλείᾳ σου. » Ταῦτά εἰσιν ἃ ἐγγράφως ἐμήνυσεν ὁ Καθολικός. Ἡ δὲ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν, ἣν Θεοῦ τε εἶναι ἀκούομεν, καὶ ἧς Θεὸν τὸν Θεὸν, καὶ αὐτὴν Θεὸν, ὡς ἐν τῇ εἰρήνῃ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, τοὺς μὲν ἐχθροὺς αὐτῆς εἰς τέλος καταβαλεῖ, φρουρήσει δὲ τοὺς φιλοῦντας αὐτὴν ἐν τῇ αὐτῆς ὁμονοίᾳ, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ καὶ ἀληθινῷ Θεῷ ἡμῶν.

GEN. His dictis, Generalis ait: Neminem frugi ignorare arbitror, quod origo malitiæ serpens Christianorum unionem spectare non sustinet:

Ὁ ΚΑΘ. Τούτων οὕτω ῥηθέντων, εἶπεν ὁ Καθολικός· Οὐδένα τῶν εὖ φρονούντων ἀγνοεῖν οἶμαι, ὅτι ὁ ἀρχέκακος ὄφις καθορᾷν οὐ φέρει τὴν ἕνωσιν τῶν

Χριστιανῶν· σφάττεται γὰρ τῇ ὁμοιᾳ τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ, καὶ ῥομφαίαν κατὰ καρδίας εἰσδέχεται καιρίαν, θάλλουσαν τὴν εἰρήνην ὁρῶν. Καὶ εἰ καθ' ἡμῶν τοιαῦτα ἐμηχανήσατο, παραβλάψαι θέλων τὴν ἕνωσιν, θαυμαστὸν οὐδέν· ἀλλ' ἡμᾶς οὐ διέλαθον τὰ σκάνδαλα αὐτοῦ. Διὸ τῶν καθ' ἡμῶν ῥηθέντων οὐδένα λόγον ποιούμεθα, ἀλλ' ὅπερ ἐμηνύσαμεν τῷ βασιλεῖ, καὶ πάλιν μηνύομεν. Ἀπὸ τοῦ νῦν, εἰ κελεύετε, ἀποχαιρετίσατε.

A enecatur enim a filiorum Dei concordia; lethalem gladium visceribus accipit, si prosperam pacem cernat. Ergo quod nobis hujusmodi fraudes struxerit, unionis causa disturbandæ, nil est mirandum: sed tamen nos ejus scandala non latuerunt. Quare dictorum adversus nos nullam rationem habemus, sed quod olim imperatori significavimus, nunc iterum significamus. Vos autem, si placet, jam valete.

Ἀποχαιρετίσαντες οὖν ἤλθομεν εἰς τὸ Κεσσούνιον· εὕρομεν δὲ ἐκεῖ τὸν μοναχὸν Θεόδωρον τὸν φιλόσοφον τοῦ Καθολικοῦ τῶν Ἰακωβιτῶν ἤτοι Σύρων (32) περιμένοντα διασῶσαι ἡμᾶς εἰς τὸν Καθολικὸν αὐτοῦ ὄντα τότε ἔν τινι κωτελλίῳ αὐτοῦ λεγομένῳ ὁ ἅγιος Βαλσαμών. Μαθόντες δὲ ἡμεῖς B ὅτι Σαχαπετῖνος ὁ ἀμηρᾶς ἐνεδρεύει τοῦ κρατῆσαι ἡμᾶς, ἐφοβήθημεν ἐκεῖ ἀπελθεῖν, ἀλλὰ καὶ ἀπεστάλκαμεν πρὸς αὐτὸν τὴν βασιλικὴν γραφὴν, καὶ αὐτὸς ἡμῖν ἀπέστειλεν ἐγγράφως Ἑλληνιστὶ τὴν ὁμολογίαν τῆς αὐτοῦ πίστεως, καὶ πιττάκιον πρὸς ἡμᾶς, ὅτι ἐπεὶ οὐκ ἠδυνήθητε ἐλθεῖν πρὸς ἡμᾶς, ἀπεστάλη παρ' ἡμῶν πρὸς σὲ ὁ μοναχὸς Θεόδωρος συντυχεῖν σοι προσώπῳ ἡμῶν περὶ πάντων. Ἡ δὲ ὁμολογία τῆς πίστεως αὐτοῦ ἔχει κατὰ ῥῆμα οὕτως (33).

Igitur vale dicto, Cessunium profecti sumus; quo in loco monachum Theodorum philosophum Generalis Jacobitarum seu Syrorum offendimus præstolantem, ut nos incolumes ad Generalem suum perduceret, in quodam oppidulo commorantem, cui nomen sanctus Balsamon. Verumtamen nos indiciis acceptis quod Sachapetinus amerâs ut nos caperet insidias struxisset, timuimus illo ire; sed regias litteras ad Generalem misimus, qui vicissim fidei suæ confessionem Græce scriptam nobis misit: cum epistola qua significabat, quandoquidem nos ad eum proficisci non potuerimus, mitti a se Theodorum monachum qui Generalis nomine de re tota cum Theoriano dissereret. Fidei vero confessio hæc ad litteram continebat.

(32) Hic erat Michael patriarcha cognomento Magnus, de quo Assemanus loco mox laudando.

(33) De hac cum Syris Theoriani disputatione insigne atque prolixum exstat testimonium Bar-Hebræi in secunda *Chronici* sui parte adhuc inedita (nam primam edidit Kirschius) cujus vaticanum codicem habes descriptum in hujus mese collectionis tomo V, part. II, p. 49. Interim vero dum adhuc opus desiderat typorum lucem, præclara habemus Assemani excerpta in *Biblioth. orient.*, t. II, cujus locum p. 364, rei nostræ maxime idoneum recitare hic opus est, præsertim quia testatur nobis de secundo itinere Theoriani in Orientem ad disputandum, ne quis forte id conflctum a Græcis putet, cum ex perraro Græco codice a me nuper observato et edito res gesta nunc divulgetur; qui quidem codex tam priscus est, ut ab ipsius disputationis ætate haud valde abesse videatur. Sic ergo apud Assemanum Bar-Hebræus.

Anno Græcorum 1481 [imo 1482, Christi 1170.] Manuel Comnenus imp. per Christophorum litteras ad Michaelem patriarcham de religione scripsit. Theorianum insuper ad eumdem et ad Nersetem Armeniorum Generalem misit, qui cum in Ῥωμαίων κουλᾷ, *Castrum Romanum*, pervenisset, significavit Michaeli, ut in Syriam ad colloquium properaret, quoniam ipsi in Mesopotamiam proficisci non licebat. Michael Joannem episcopum Chisumensem [hic in prima disputatione Theoriani apparet] ad Theorianum allegavit. Theorianus Byzantium reversus, iterumque ab imperatore in Syriam missus [an. 1172.] Michaelem ad Castrum Romanum per litteras denuo arcessit. Is vero Theodorum monachum cognomento Bar-Vehebun, discipulum suum mittit, ut ad Theoriani quæstiones responderet. Disceptatum est de substantia et natura ex doctrina Aristotelica, Theoriano ad Theodori argumenta ut Bar-Hebræus ex amore suæ sectæ fabulatur, obmutescente. Hinc Armeniorum Generalis, qui victus Theoriano manus dederat, viribus resumptis, sic ad eumdem scripsisse dicitur: « Cum synodum celebravero, sententiam meam imperatori declarabo. » Epistolam quoque Nerses ad Michaelem patriarcham misit in hæc verba: » Græcorum imperator decem nobis quæstiones proposuit; quinque de fide, ut nimirum duas in Christo unitas naturas dicamus, duas voluntates, duas operationes; ut cum tribus synodis et quartam et quintam et sextam et septimam prædicemus: ut denique e trisagio hymno appendicem illam: *Qui crucifixus es pro nobis*, expungamus: ut scilicet festum Nativitatis cum cæteris nationibus celebremus: ut fermentum in Eucharistia, et aquam in calice ponamus: ut chrisma ex oleo olivæ conficiamus: ut in ecclesiis oremus: ut liturgiam palam faciamus. Et ritus quidem reformare pro bono pacis facile nobis esset, duasque naturas juxta Theologum [Gregorium Naz.] dicere. Verum ut particulam illam: *Qui crucifixus es pro nobis*, expungamus, aut sanctis viris anathema dicamus, fieri nulla ratione potest. His tamen non obstantibus quidquid tu feceris, etiam nos faciemus.

Quid post hæc Nerseti Michael rescripserit, haud exprimit Bar-Hebræus. Vero tamen simile est, hominem Jacobitam nil intentatum reliquisse, ut Armenios, quos præcessores sui Monophysiticis erroribus infecerant, ab Ecclesiæ communione averteret. Id certe egit cum Jacobitis suis: « nam ad litteras imperatoris per Theorianum et alterum quemdam Græcum Caloenum nomine transmissas, quibus ad unitatem Ecclesiæ invitabatur, ita respondisse fertur. Nos pacis summopere studiosi sumus, nec eam fugimus: modo cum iis fiat, qui fidem Patrum haudquaquam mutent, et cum Athanasio atque Cyrillo unam Verbi incarnati naturam dicunt. »

Hic exitus fuit missionis Theoriani juxta Bar-Hebræum: cui consonare videntur quæ ex Menologio Armeniorum scribit Galanus tomo I *Concil. ecclesiæ Armenæ* cum Latina, p. 240, ubi Nersetem Armeniorum patriarcham obiisse affirmat, antequam synodum suæ gentis episcoporum cogeret, in qua orthodoxam ipsis de incarnatione fidem proponere decreverat. Assemanus.

Confessio fidei Generalis Jacobitarum.

Credimus, sancte imperator, atque confitemur Patrem, Filium, et sanctum Spiritum, unum Deum verum, initio ac fine carentem et in nomine sancto ejus baptizamur, secundum apostolorum doctrinam, quam a veraci doctore auribus suis acceperunt dicente ipsis : *Euntes docete omnes populos, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et sancti Spiritus. Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvabitur; qui vero non crediderit condemnabitur* [24]. Recepimus autem et amplexi sumus nos majoresque nostri hanc fidem, eamque retinemus, proque ipsa periculum quodvis ab iis, qui nos tyrannide opprimunt, perepetimur : et immobilem conservamus fidei definitionem secundum consensum et confirmationem divorum sanctorumque Patrum Nicænorum : Patrem omnipotentem agnoscimus, Filium ei consubstantialem prædicamus, Spiritum sanctum ejusdem naturæ cum Patre ac Filio confitemur, tres hypostases, unam substantiam, unam naturam, unam divinitatem. Pater est generans, genitus Filius, Spiritus procedens. Non exstitit Pater ante Filium neque item ante Spiritum ; sed secundum doctrinam affirmationemque Gregorii Theologi aliorumque veracium magistrorum, simul Pater, simul Filius, simul Spiritus sanctus. Generat Pater sine tempore, sine principio; gignitur Filius absque tempore ; procedit Spiritus inenarrabiliter. Unum sunt præcedente omne ævum natura; incomparabilis natura ; hic est Deus noster, factor angelorum omnium atque hominum, visibilium rerum et invisibilium : hujus substantia est interminа atque infinita, præsens omnibus, nemini comprehensibilis : credimus esse, neque tamen intelligimus quid sit : nam inscribitur quidem in mente et anima, cuncta autem in se ipso continet; ab omnibus ei adoratio debetur. Sed enim quamvis infinita in sacris Libris theologica oratio est, quæ incomprehensibilem Deum laudat, qui pro suo beneplacito tantam sui cognitionem creaturis impertitus est quantam hæ capere poterant; nos tamen rem brevissime in hac Trinitatis expositione attigimus, ut hinc vestra sapientia fidei nostræ cognosceret rectitudinem.

Quod autem attinet ad magnum mysterium humanati propter nostram salutem Verbi (incarnationem dico) quod suam revelavit demonstravitque magnitudinem, ita credimus. Confitemur quod ex incomparabili sanctæ Trinitatis natura, una de adorandis hypostasibus sanctus Filius de sancto Patre, sua Patrisque et Spiritus voluntate, novissimis temporibus propter nostram salutem descendit de cœlis, habitavitque in sanctæ Virginis Mariæ utero, secundum edita de hoc magno mysterio prophetica vaticinia, susceptique carnem mente et anima in-

[24] Marc. xvi, 15, 16.

Ὁμολογία τῆς πίστεως τοῦ Καθολικοῦ τῶν Ἰακωβιτῶν.

Πιστεύομεν, ἅγιε βασιλεῦ, καὶ ὁμολογοῦμεν εἰς Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα, ἕνα Θεὸν ἀληθινὸν, μήτε ἀρχὴν ἔχοντα μήτε τέλος, καὶ ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν, κατὰ τὴν ἀποστολικὴν διδασκαλίαν ἣ ἠκουσαν καὶ ἔμαθον παρὰ τοῦ ἀληθινοῦ διδασκάλου εἰπόντος αὐτοῖς· *Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ὁ πιστεύσας καὶ βαπτισθεὶς, σωθήσεται· ὁ δὲ ἀπιστήσας, κατακριθήσεται.* Ἐδεξάμεθα δὲ καὶ ἐπιστεύσαμεν ἡμεῖς καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν ταύτην τὴν πίστιν καὶ ἐπέχομεν, καὶ ὑπὲρ αὐτῆς πάντα κίνδυνον ὑπερφέρομεν ἐκ πάντων τῶν τυραννούντων ἡμᾶς· καὶ ἀμετακίνητον ἔχομεν τὸν ὅρον τῆς πίστεως κατὰ τὴν ἕνωσιν καὶ βεβαίωσιν τῶν θεοφόρων καὶ ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ· τὸν Πατέρα παντοκράτορα ἐπιγινώσκομεν, καὶ Υἱὸν ὁμοούσιον αὐτοῦ κηρύττομεν, καὶ Πνεῦμα ἅγιον ὁμοφυὲς Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ὁμολογοῦμεν. Τρεῖς ὑποστάσεις, μία οὐσία, μία φύσις, καὶ μία θεότης· Πατὴρ γεννήτωρ, Υἱὸς γεννητὸς, καὶ Πνεῦμα ἐκπορευτόν. Οὐ προϋπῆρχε Πατὴρ Υἱοῦ, ἀλλ' οὐδὲ πρότερόν ἐστι τοῦ Πνεύματος, ἀλλὰ κατὰ τὴν διδασκαλίαν καὶ βεβαίωσιν Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου καὶ τῶν ἑτέρων ἀληθινῶν διδασκάλων, ὅτι ἅμα Πατὴρ, ἅμα Υἱὸς, ἅμα Πνεῦμα ἅγιον· γεννᾷ ὁ Πατὴρ ἀχρόνως, ἀνάρχως· γεννᾶται ὁ Υἱὸς ἀχρόνως· καὶ ἐκπορεύεται τὸ Πνεῦμα ἀνεξερευνήτως. Ἐν εἶσι τῇ προαιωνίῳ φύσει, φύσις ἀσύγκριτος· αὐτός ἐστιν ὁ Θεὸς ἡμῶν, ποιητὴς πάντων ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων, ὁρατῶν καὶ ἀοράτων· οὗτός ἐστιν ἀπέραντος καὶ ἀόριστος τῇ οὐσίᾳ, ἐγγύς ἐστι τοῖς πᾶσι, καὶ ἀκατάληπτος τοῖς πᾶσι· πιστεύομεν ὅτι ἐστὶν, οὐ καταλαμβάνεται δὲ τὸ τί ἐστι· περιγράφεται μὲν μεταξὺ νοῦ καὶ ψυχῆς, χωρεῖ δὲ ἐν αὐτῷ [*cod.* αὐτῇ.] τὰ πάντα, χρεωστεῖται δὲ αὐτῷ προσκύνησις ἐκ πάντων. Ἀλλ' εἰ μὲν καὶ ἄπειρός ἐστιν ὁ τῆς θεολογίας λόγος ἐν τοῖς ἁγίοις βίβλοις, ὁ δοξάζων αὐτὸν τὸν ἀκατάληπτον, καθὼς εὐδόκησε μετέχειν τοῖς κτίσμασι τῆς ἑαυτοῦ γνώσεως μετέδωκεν, ὅσον χωρεῖν ἠδύναντο, ἀλλ' ἡμεῖς ἐν βραχυτάτῳ ταῦτα τεθείκαμεν ἐν τῷ περὶ Τριάδος λόγῳ, ἵνα ἐξ αὐτῶν καταλάβῃ ἡ ὑμετέρα σοφία τὴν τῆς ἡμετέρας πίστεως ὀρθότητα.

Περὶ δὲ τοῦ μεγάλου μυστηρίου τοῦ οἰκονομηθέντος διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, τῆς ἐνανθρωπήσεως λέγω τοῦ Λόγου, τοῦ ἀποκαλύψαντος καὶ δείξαντος τὴν ἑαυτοῦ μεγαλειότητα, πιστεύομεν οὕτως. Ὁμολογοῦμεν ὅτι ἐκ τῆς ἀσυγκρίτου φύσεως τῆς ἁγίας Τριάδος μία τῶν προσκυνητῶν ὑποστάσεων ὁ Υἱὸς ὁ ἅγιος, ὁ ἐκ τοῦ ἁγίου Πατρὸς, εὐδοκίᾳ αὐτοῦ τε καὶ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Πνεύματος, ἐν ἐσχάτοις καιροῖς διὰ τὴν ἡμῶν σωτηρίαν κατῆλθεν ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς ἁγίας Παρθένου Μαρίας κατὰ τὰς προ-

φητικὰς προρρήσεις τὰς περὶ τοῦ μεγάλου μυστηρίου τούτου · καὶ ἔλαβε σάρκα ἔννουν καὶ ἔμψυχον, ἄνθρωπον τέλειον, καὶ ἥνωσεν ἑαυτὸν ἑνώσει ἀσυγχύτῳ · οὐ προπλασθείσης τῆς σαρκὸς, εἶτα ἡνώθη αὐτῇ Θεὸς, ἀλλ' ἐν μυστηρίῳ μεγάλῳ καὶ ὑπὲρ λόγον γέγονεν ἄνθρωπος τέλειος, πλὴν τῆς ἁμαρτίας καὶ μόνης · καὶ μετὰ ἐννεαμηνιαίου καιροῦ κατὰ τὸν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως νόμον ἐγεννήθη ἐκ τῆς Παρθένου, καὶ τετήρηκεν αὐτὴν παρθένον. Διὸ καὶ Θεοτόκον ὁμολογοῦμεν τὴν ἁγίαν Παρθένον Μαρίαν, καὶ ὅτι τὸν Θεὸν Λόγον γενόμενον ἄνθρωπον ἐγέννησε · καὶ τραφεὶς ἐν ἡλικίαις ἀνθρωπίναις, τελέσας τὴν σωτήριον οἰκονομίαν, αὐτὸς ὁ Θεὸς Λόγος ἄνθρωπος Ἰησοῦς Χριστὸς, ὃς ἐστιν ἐκ δυοῖν, θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος, ἐκ δύο ὑποστάσεων καὶ φύσεων, μία ὑπόστασις καὶ μία φύσις, εἷς Χριστός.

formatam, perfectum hominem, quem sibi inconfusa unione copulavit : neque ante formata fuit caro, cui deinceps uniretur Deus, sed mysterio magno atque ineffabili factus est homo perfectus, peccato tantummodo excluso : et post novem menses, juxta humanæ naturæ legem, natus est de Virgine, cui suam conservavit virginitatem. Quare et Deiparam confitemur sanctam Virginem Mariam, ipsamque Dei Verbum, hominem factum, genuisse : qui exactis humanæ ætatis temporibus, salutarem œconomiam consummavit : Dei, inquam, Verbum, homo Jesus Christus, qui est ex duabus rebus, divinitate scilicet et humanita e, ex duabus hypostasibus et naturis, una hypostasis et una natura, Christus unus.

Ἀλλ' ὅτι τινὲς ἀκούουσιν ἡμῶν λεγόντων αὐτὸν μίαν ὑπόστασιν καὶ μίαν φύσιν, ἐνταῦθα καθ' ἡμῶν ὑμνοῦντες λέγουσιν ὅτι κατὰ τὸν Εὐτυχῆ ἀποβαλλόμεθα, καὶ πάντας τοὺς λέγοντας τὴν σύγχυσιν ἐν τῇ ἁγίᾳ ἑνώσει· ἀλλ' ὁμολογοῦμεν ὅτι τετήρηται ἡ διαφορὰ τῶν φύσεων ἐξ ὧν ὁ Χριστός · καὶ οὐκέτι λέγομεν ὅτι ἡ θεότης ἠλλοιώθη εἰς τὸ γενέσθαι σάρξ, ἀλλ' οὔτε ἡ σὰρξ μετηλλάγη εἰς θεότητα · ἀλλ' ἡ θεότης διέμεινε θεότης · καὶ ἡ σὰρξ σὰρξ τετήρηται. Καὶ ἐάν τις ἡμῖν ἐνταῦθα εἴπῃ, πῶς ἐστι δυνατὸν εἰδέναι τὰ τῶν φύσεων γνωρίσματα, ἐπειδὴ μία φύσις λέγεται ὁ Χριστὸς, δεῖξαι αὐτῷ ἔχομεν καὶ εἰπεῖν ὅτι πάντα τῷ Θεῷ δυνατά εἰσι κατὰ τὴν μαρτυρίαν τοῦ ἀρχαγγέλου Γαβριήλ. Τὸ δὲ πῶς συνέλαβεν ἡ παρθένος καὶ ἔτεκε, καὶ παρθένος διέμεινε, νοῦς ἀνθρώπινος εἰπεῖν ἀτονεῖ, ἀλλ' οὖν γέγονε μὲν θεϊκῶς. Οὕτω καὶ τὸ τὰς φύσεις τηρεῖσθαι ἐν γνώσει · καὶ πιστεύεται μία διὰ τὸ ἀμέριστον (34) · πιστεύεται δὲ καὶ ἐκ διαλέξεων φυσικῶν · εἰ καὶ τὰς μαρτυρίας τὰς ἐκ τῶν θείων Γραφῶν ἐρευνᾷν τις μεθ' ἡμῶν θελήσειεν, ἔχομεν δεῖξαι κατὰ τὴν ἐν ἡμῖν ἐλπίδα ἐκ τῶν φυσικῶν διαλέξεων. Καθὰ ψυχὴ καὶ σῶμα ἓνα ἄνθρωπον τελοῦσι, καὶ εἰσὶ δύο φύσεις, οὕτω καὶ περὶ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ Λόγου λέγομεν · καὶ καθὼς ἥνωται ἡ ψυχὴ τῷ σώματι, καὶ οὐκ ἀπόλυσι τὴν ἑαυτῆς φύσιν, οὕτω καὶ περὶ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ Λόγου λέγομεν, οὔτε ἡ θεότης μετηλλάγη, οὔτε τὸ σῶμα.

Sed quia nonnulli cum nos audiunt unam hypostasim dicentes et unam naturam, continuo adversus nos occinunt, quod cum Eutychete explodendi simus et cum iis omnibus qui confusionem in sancta unione factam dicunt ; nos utique confitemur naturarum ex quibus est Christus incolumem esse differentiam ; neque dicimus divinitatem immutatam ut caro fieret, neque carnem mutatam in divinitatem : sed divinitas, mansit divinitas; caro autem, caro perstitit. Quod si quis nobis hic objiciat, qui fieri possit ut naturarum proprietates cernantur, siquidem una natura dicitur Christi ; hoc ei respondemus, omnia scilicet Deo esse possibilia, juxta Gabrielis archangeli testimonium. Nam quomodo virgo conceperit ac pepererit simulque virgo permanserit, mens humana effari non potest, et tamen divinitus factum est. Ita naturas quoque conservatas apparet, creditur autem una propter indivisibilitatem. Idque credere possumus naturalis quoque ratiocinii ductu. Plane enim si quis mecum divinæ Scripturæ testimonia scrutari velit, demonstrare rem ut spero licebit naturali ratiocinatione. Nam sicuti anima et corpus unum hominem efficiunt, et cum hæ duæ naturæ sint, fieri tamen nequit, ut homo dicatur duæ naturæ ; sic et de Christo Dei Verbo loquimur, quod neque divinitas mutata sit neque corpus.

Οὕτως ὁμολογοῦμεν τὸν ἕνα Χριστὸν μίαν ὑπόστασιν, καὶ μίαν φύσιν, Θεὸν τέλειον, καὶ ἄνθρωπον τέλειον, ὃ καὶ ὑμεῖς οἴδατε, ὅτι αἱ θεῖαι Γραφαὶ ἕνα Κύριον, ἕνα Χριστὸν ἐδίδαξαν ὑμνεῖν, εἰ καὶ ἐκ δυοῖν αὐτὸν ἐγίνωσκον · ἀλλ' οὐκέτι αὐτὸν εἰς δύο πρόσωπα μερίζουσιν, ἢ εἰς δύο ὑποστάσεις τὸν Λόγον τὸν γενόμενον ἀδιάβλητον ἄνθρωπον, καθά φησιν ὁ ἀπόστολος Ἰωάννης, ὅτι *Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς Μονογενοῦς παρὰ Πατρός* · ὃ καὶ πάλαι ὁ αὐτὸς Κύριος καὶ

Atque ita videlicet unum Christum confitemur, unam hypostasim, unamque naturam, Deum perfectum, itemque perfectum hominem : id quod vos quoque scitis ; quia divinæ Scripturæ unum Dominum, unum Christum, cantare docuerunt quanquam eum ex duabus esse agnoscant : sed deinceps in duas personas non dividunt vel in duas hypostases Verbum effectum absque peccato hominem, sicuti apostolus Joannes ait : *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis, et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre*[35]. Quod idem olim Dominus

[35] Joan. I, 14.

(34) Consonat hæc Syri affirmatio cum illa Armenii p. 322, v. 15; nisi quod Armenius dicit ἀχώριστον *inseparabile*, pro ἀμέριστον *indivisibile*.

ipse et Deus noster Philippo dixerat : *Tanto tempore vobiscum sum, et nondum cognovisti me, Philippe? Qui vidit me, vidit et Patrem meum* [56]. Non quod Verbum absque carne viderent apostoli, sed quia incarnatum Deum, ut unum indivisumque, s g ilicebat.

Præterea pastores ab angelo nuntiante audierunt : *Natus est nobis hodie Servator* [57]. Vos quoque fatemini humanam naturam haud esse Servatorem, et divinam naturam sine carne *in mundo* non esse natam : superest igitur ut Servatorem ipsum appellemus qui de Virgine natus est. Unus a nobis creditur ipse, juxta fidei definitionem a sanctis Patribus in Spiritu sancto Nicææ congregatis editam, Jesus Christus, unigenitum Verbum, lumen de lumine, Deus verus de Deo vero. Velimque vos probe scire, Jesu nomen non de divina tantummodo natura dici, sed de incarnato Deo, qui est Jesus Christus. Alia plurima sunt in divinis Scripturis, quæ dogma probant ; sed nos pauca hæc verba vobis obtulimus, ut cognoscatis nos inculpabiles, cum ipsum confitemur unam esse hypostasim, id est unam Christi naturam. Nam de cætero scimus et credimus, ex duabus ipsum esse inconfuse, indivise, immutabiliter, inconvertibiliter. Hunc credimus vetus fœdus complevisse, juxta prophetarum vaticinia. Idem corpore circumcisus est, quod nostro simile circumferebat passioni obnoxium mortale et corruptibile : quamquam revera non sivit carnem suam experiri corruptionem. Eadem in carne jejunavit, tentatorem superavit, miracula virtutesque patravit, passus est, crucefixus, mortuus, sepultus, tertia denique die resurrexit.

Quia vero nonnulli a nobis existimant, Passionem divinitati obtrudi, quod absit ut unquam dicamus ; sin nos, prout divinæ Scripturæ solent, dicere Deum passum et mortuum, sicuti et Paulus testatur, sed in carne humana ; veluti sanctus quoque Basilius Cappadox ait : Sicuti ferrum igni unitur, quin tamen ignis ea, quæ ferrum, patiatur. Rursus sicuti anima in corpore recipit infirmitatum passiones, famem, mortem, quin tamen anima ab his patiatur, quia spiritalis et incorruptibilis natura est ; sic cum Paulo fatemur Deum mortem gustasse, quin ejus divinitas quidquam passa fuerit. Porro sufficit nobis magni hujus viri testimonium (quia plura scrutemur) qui usque ad tertium cœlum, ut narrat, sublatus audivit ineffabilia. Simul meminimus a sancto Paulo communem naturam appellari et propriam : propria vero natura hypostasim significat. Nequaquam igitur dicimus, Deum communi natura unitum esse humanæ naturæ. Quod nisi ita sit, tota Trinitas toti humanitati unita fuisset ; cum contra reapse in propria natura Verbum hypostatice carni unitum fuerit. Et vos quoque, uti se res habet, ex duabus unam

[56] Joan. XIV, 9. [57] Luc. II, 11.

A Θεὸς ἡμῶν πρὸς τὸν Φίλιππον εἶρηκε · *Τοσοῦτον χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι, καὶ οὐκ ἔγνωκάς με, Φίλιππε ; Ὁ ἑωρακὼς ἐμέ, ἑώρακε τὸν Πατέρα.* Οὐχ ὅτι τὸν Λόγον ἄνευ σαρκὸς ἐθεώρουν οἱ ἀπόστολοι, ἀλλὰ τὸν σεσαρκωμένον Θεὸν ὡς ἕνα καὶ ἀμέριστον ἰδήλου.

Ἔτι δὲ οἱ ποιμένες ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου εὐαγγελιζόμενοι ἦκουον · *Γεννᾶται ἡμῖν σήμερον Σωτήρ* · καὶ ὑμεῖς μαρτυρεῖτε ὅτι ἡ ἀνθρωπίνη φύσις Σωτὴρ οὐκ ἔστι, καὶ ἡ θεία φύσις ἄνευ σαρκὸς οὐκ ἐγεννήθη · λοιπὸν ἵνα Σωτῆρα αὐτὸν καλεῖν τὸν γεννηθέντα ἐκ τῆς Παρθένου. Ἕνα πιστεύομεν αὐτὸν κατὰ τὸν ὅρον τῆς πίστεως τὸν ἐκτεθέντα ὑπὸ τῶν ἐν ἁγίῳ Πνεύματι ἀθροισθέντων ἐν Νικαίᾳ ἁγίων Πατέρων · Ἰησοῦς Χριστὸς μονογενὴς Λόγος, B φῶς ἐκ φωτός, Θεὸς ἀληθινὸς ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ. Καὶ καλῶς γινώσκετε ὅτι τὸ Ἰησοῦς ὄνομα οὐκ ἐπὶ τῇ θείᾳ φύσει μόνῃ ὁμολογεῖται, ἀλλ' ἐπὶ Θεὸν σεσαρκωμένον, ὅς ἐστιν Ἰησοῦς Χριστός. Καὶ ἕτερα πλεῖστά εἰσιν ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς τοῦτο δηλοῦντα · ταῦτα τὰ ὀλιγοστὰ ῥήματα ἠνέγκαμεν ὑμῖν, πρὸς τὸ γνῶναι ὅτι ἀθῷοί ἐσμεν ὁμολογοῦντες αὐτὸν μίαν ὑπόστασιν, ἤγουν μίαν φύσιν, τὸν Χριστόν. Καὶ γὰρ γινώσκομεν καὶ πιστεύομεν ὅτι ἐκ δύο ἐστὶν ἀσυγχύτως καὶ ἀμερίστως καὶ ἀμεταβλήτως καὶ ἀμετατρέπτως. Τοῦτον πιστεύομεν τὴν παλαιὰν πεπληρωκέναι κατὰ τὰς προῤῥήσεις τῶν προφητῶν, καὶ περιετμήθη τῷ σώματι, [δ] καθὰ καὶ τὸ ἡμέτερον παθητὸν θνητὸν καὶ φθαρτὸν C ἐφόρει · καὶ οὐδ' ἐγκατέλιπε τὴν ἑαυτοῦ σάρκα ἰδεῖν διαφθοράν · καὶ ἐν αὐτῇ τῇ σαρκὶ νηστεύσας καὶ πειρασθεὶς καὶ νικήσας ἐτέλεσε θαύματα καὶ δυνάμεις, καὶ ἔπαθεν, ἐσταυρώθη, ἀπέθανεν, ἐτάφη, καὶ ἀνέστη τριήμερος.

Ἐπεὶ δὲ ὥδέ τινες καθ' ἡμῶν ὑπολαμβάνουσιν ὅτι πάθος τῇ θεότητι προσάγομεν, ὅπερ μὴ γένοιτο ἡμῖν λέγειν ! ἀλλ' ὥσπερ καὶ αἱ θεῖαι Γραφαί, οὕτω λέγομεν, ὅτι ἔπαθε Θεὸς καὶ ἀπέθανεν, καθὰ καὶ Παῦλος μαρτυρεῖ, ἀλλ' ἐν τῇ ἀνθρωπίνῃ σαρκί, καθά φησι καὶ ὁ ἅγιος Βασίλειος Καππαδοκίας, « Καθὼς ὁ σίδηρος, λέγων, τῷ πυρὶ ἑνοῦται, καὶ οὐ τὸ πῦρ πάσχει ὅσα καὶ σίδηρος. » Ἄλλως τε καθὰ ψυχὴ ἐν σώματι δέχεται τὰ πάθη τῶν ἀσθενειῶν, τὸν λιμὸν, καὶ τὸν θάνατον, καὶ οὐκέτι D ἡ ψυχὴ ἐκ τούτων πάσχει, διότι πνευματικὴ φύσις ἐστὶ καὶ ἄφθαρτος, οὕτω μετὰ Παύλου ὁμολογοῦμεν ὅτι Θεὸς ἐγεύσατο θανάτου, μηδ' ὅλως παθούσης τῆς αὐτοῦ θεότητος. Ἱκανὸς ἡμῖν ἐστιν οὗτος ὁ μέγας εἰς μαρτυρίαν, ὁ καὶ ἕως τρίτου οὐρανοῦ ἀναβὰς, καὶ τὰ ἄῤῥητα ἀκούσας τοῦ εἰπεῖν, ὡς εἴρηκε, καὶ πλέον μὴ ἐρευνᾷν. Σὺν τούτοις ὑπομιμνήσκομεν ὅτι ὁ ἅγιος Παῦλος κοινὴν φύσιν [φησὶ] καὶ ἰδικήν · καὶ ἰδικὴ μὲν φύσις τὴν ὑπόστασιν δηλοῖ. Οὐκέτι οὖν λέγομεν ὅτι τῇ κοινῇ φύσει ἡνώθη ὁ Θεὸς τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει. Εἰ δ' οὐ μὴ οὕτως, εὑρεθήσεται ὡς ὅτι ὅλη ἡ ἁγία Τριὰς ὅλῃ τῇ ἀνθρωπότητι ἡνώθη · ἀλλ' ἐν ἰδικῇ φύσει

ὑποστατικῶς ἡνώθη ὁ Λόγος τῇ σαρκί. Καὶ ὑμεῖς, ὡς καὶ ἡ ἀλήθεια ἔχει, ἐκ δύο μίαν ὑπόστασιν καὶ ἓν πρόσωπον ὁμολογεῖτε τὸν Χριστόν. Ἡ αὐτὴ οὖν ὑπόστασις ἄνευ Λόγου ἰδικὴ φύσις ἐστί. Λοιπὸν γνώτω ἡ μεγαλειότης ὑμῶν, ὅτι μάτην ἡμᾶς μισοῦσιν οἱ μισοῦντες· ἐν γὰρ τὸ μυστήριόν ἐστι τῆς πίστεως τὸ οἰκοδομηθὲν ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων· ἵνα ὁμολογοῦμεν τὸν Χριστὸν, ἐν τῇ συλλήψει, ἐν γεννήσει, ἐν ἀνατροφῇ, ἐν πάθει καὶ ἐν σταυρῷ καὶ ταφῇ καὶ ἀναστάσει καὶ ἀναλήψει· τοῦτον ἐλπίζοντες ἐλθεῖν ἐν ᾧ ἔλαβεν σώματι τοῦ κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς· τοῦτον τὸν ὅρον ἐδεξάμεθα ἐξ ἀποστολικῶν χειρῶν, καὶ βεβαιωθέντα ὑπὸ τῶν τριῶν ἁγίων καθολικῶν συνόδων.

A hypostasim et unam personam Christi fatemini. Ergo ipsa hypostasis absque Verbo, propria natura est. De cætero sciat magnitudo vestra, immerito nos ab odientibus odio haberi : unum quippe est fidei mysterium, illud scilicet quod super apostolorum fundamento ædificatum est : unum confitemur Christum in Conceptione, in Nativitate, in Nutritione, in Passione, in Cruce, in Sepultura, in Resurrectione atque Ascensione : atque hunc venturum, in eo quod sumpsit corpore, speramus ad judicandos vivos ac mortuos, Hoc dogma accepimus ab apostolicis manibus, a tribus deinde sanctis universalibus synodis confirmatum.

Ναὶ μὴν καὶ τὸν νόμον καὶ τὰς τάξεις ἐμάθομεν τῶν Δεσποτικῶν ἑορτῶν, τῆς Χριστοῦ γεννήσεως, τῆς Περιτομῆς, τῶν Φώτων, τὴν Σταύρωσιν, τὴν Ἀνάστασιν, τὴν Ἀνάληψιν, τὴν Πεντηκοστὴν, τὴν Μεταμόρφωσιν, τὴν τοῦ τιμίου σταυροῦ Ὕψωσιν, τὴν τῆς Θεοτόκου Γέννησιν, τῆς Θεοτόκου τὴν Κοίμησιν, καὶ τὰς τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ἔτι δὲ καὶ τὰς τῶν μαρτύρων ἑκάστην ἐν καιρῷ ἰδίῳ μεθ' ὑμῶν τελοῦμεν, καὶ τῆς μυστικωτάτης θυσίας τῶν ἁγίων παράδοσιν τῆς ἐξ ἄρτου καὶ οἴνου σὺν ὕδατι τιμῶμεν, τὸ προσκυνητὸν μυστήριον τῆς ἡμῶν σωτηρίας. Καὶ πάντα τὸν ὁμολογοῦντα ὅτι Ἰησοῦς Θεός ἐστι καὶ Υἱὸς Θεοῦ, καὶ προσκυνοῦντα τὸν τίμιον σταυρὸν, τοῦτον Χριστιανὸν γινώσκομεν καὶ ἀποδεχόμεθα. Καὶ οὐδέ τινα τῶν Χριστιανικωτάτων ἐθνῶν μισοῦμεν, μᾶλλον δὲ καὶ τοὺς μισοῦντας ἡμᾶς ἐλεοῦμεν, καὶ ὑπὲρ ἐκείνων εὐχόμεθα. Καὶ τὴν ἁγίαν θυσίαν, ἥτις ἐστὶ δόξα τοῦ ζωοποιοῦντος ἡμᾶς, προσφέρομεν ὑπὲρ πάντων τῶν πιστῶν· κατέχομεν δὲ καὶ τοὺς κανόνας τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ τοὺς ὀρθοὺς θεσμοὺς ἔχομεν, καὶ τάξιν τοῦ τελεῖν ἱερουργίαν τοῦ ἁγίου μύρου, καὶ καθιεροῦν ἐκκλησίας κατὰ τὴν ἀκολουθίαν καὶ ἑρμηνείαν τοῦ ἀληθοῦς μαθητοῦ τῶν ἁγίων ἀποστόλων Διονυσίου. Καὶ ταῦτα πάντα ἐν ἀγάπῃ Θεοῦ καὶ πίστει καὶ φόβῳ τελεῖ ὁ ἡμέτερος ὀρθόδοξος λαὸς ἀπὸ τῆς μεγάλης Ἀντιοχείας καὶ πάσης Συρίας, Μεσοποταμίας, καὶ ἕως τῆς μεγάλης Περσίας. Ταῦτα καὶ ἄλλα τινὰ ἡ πρὸς τὸν βασιλέα Γραφὴ τῶν Σύρων τοῦ Καθολικοῦ ἤτοι Ἰακωβιτῶν περιεῖχε (35).

Utique etiam legem ordinemque didicimus Dominicarum festivitatum, Christi Natalium, Circumcisionis, Baptismi, Palmarum : Crucifixionem, Resurrectionem, Ascensionem, Pentecosten, Transfigurationem, venerandæ Crucis Exaltationem, Deiparæ Nativitatem, Deiparæ Dormitionem : item sanctorum Apostolorum nec non sanctorum Martyrum singula festa suo tempore æque ac vos celebramus : et de sacratissimo sacrificio, sanctorum traditioni obsequimur, ut fiat ex pane vino et aqua, adorandum dico salutis nostræ mysterium. Atque omnem hominem, qui Christum Deum et Dei Filium confitetur, et venerandam crucem adorat, hunc Christianum agnoscimus et amplectimur. Neque vero aliquam Christianissimarum gentium odimus, imo potius qui nos odio habent miseramur, et pro his oramus, Tum et sanctam hostiam, quæ est vivificantis nos Christi gloria, pro fidelibus cunctis offerimus. Canones quoque sanctorum apostolorum retinemus, rectasque regulas, et ordinem sancti unguenti peragendi ; nec non ecclesias consecrandi juxta ritum et interpretationem veri sanctorum apostolorum discipuli Dionysii. Atque hæc omnia cum Dei amore et fide ac timore facit noster populus orthodoxus a magna Antiochia et Syria ac Mesopotamia usque ad magnam Persidem. Hæc et alia quædam libello ad imperatorem scripto a Syrorum seu Jacobitarum generali continebantur.

Ὡς οὖν ἀνέγνωμεν ταύτην τὴν τούτων ὁμολογίαν, οὐδὲν ἐν αὐτῇ οὐκ ὀρθῶς ἔχον εὕρομεν προφανῶς, πλὴν τούτου. Ἔγραφε γάρ· « Αὐτὸς ὁ Θεὸς Λόγος ἄνθρωπος Ἰησοῦς Χριστὸς, ὃς ἐστιν ἐκ δύο, ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος, ἐκ δύο ὑποστάσεων καὶ φύσεων, μία ὑπόστασις καὶ μία φύσις. » Φησὶν ὁ Θεωριανὸς πρὸς τὸν μοναχὸν Θεόδωρον τὸν φιλόσοφον. Ἐκτὸς τούτου τὰ ἄλλα δοκεῖ μοι ὀρθά. Ὁ δὲ Θεόδωρος εἶπεν· Ὅταν πρώτως εὕρόν σε ἐν τῇ συνόδῳ τοῦ Καθολικοῦ τῶν Ἀρμενίων, ἠθέλησα περὶ τούτου διαλεχθῆναί σοι (36), σὺ δὲ οὐκ ἐβουλήθης· ἤ γὰρ ἂν ἐξέβαλόν σοι ὅτι οὕτως ὀφείλει πᾶς Χριστιανὸς τὸν

Cum hanc legissemus confessionem, nihil in ea prorsus non rectum reperimus, uno excepto. Scribebat enim Generalis « ipsum Dei Verbum, homo Jesus Christus, qui est ex divinitate scilicet et humanitate, ex duabus hypostasibus atque naturis, una hypostasis et una natura. » Ait ergo philosophus Theorianus ad monachum Theodorum philosophum : hoc excepto, cætera mihi recta videntur. Theodorus respondit : Equidem cum te primo in Generalis Armeniorum synodo inveni, hac de re volueram tecum disserere, nisi tu renuisses : profecto enim tibi demonstrassem, Christianum

(35) Nacta hanc luculentam fidei confessionem, quæ Jacobitarum dogma planissime nobis edisserit !
(36) Lege priorem disputationem, p. 461 sqq.

omnem ita Christum confiteri debere; et cum qui aliter confitetur, procul veritate aberrare.

THEOR. Quia tu ex norma librorum Aristotelis disputare volebas, non ex norma doctorum Ecclesiæ, merito ego tecum nolui de fide Christianorum disserere. Nam de luto unguentum hauriri, nunquam est auditum.

THEOD. An tu nescis, Ecclesiæ principes viros doctrinam ab ethnicis sapientibus hausisse; eos autem de nostris sanctis, qui disciplinis ethnicorum non fuerunt instructi, idiotas esse atque illiteratos? Nunc tibi repeto, quod tum dixi; si ex norma sapientum ethnicorum mecum congredi vis, paratus sum demonstrare dogma Syrorum esse orthodoxum. Sin minus, ego tecum verbum commutare non patior.

THEOR. Si de alio quovis proposito mecum vis disputare ex ethnicorum norma sapientium, non recuso; verum enimvero de Christianorum fide, nisi secundum definitiones theologorum Ecclesiæ, sanctorum apostolorum, sancti Dionysii Areopagitæ, sancti Athanasii, sanctorum Gregoriorum, magni Basilii, atque reliquorum, disputationem instituere vis[1], ne ego quidem verbum tecum commutabo. Quod si tu adeo philosophiæ tuæ confidis, definiamus in primis quatuor hæc, substantiam, naturam, hypostasim, et personam, juxta divos Patres; atque has definitiones ceu propositionum terminos ponamus : tunc demum syllogismorum pugnam ex norma ethnicorum sapientium conseremus.

THEOD. Hæc ipsa quatuor, quæ dicis, intelligi a me necesse est ex eorum ethnicorum sententia qui invenerunt : pugnam item syllogismorum juxta eosdem fieri.

THEOR. Nisi ethnicorum theologi a nostris differrent, tuo jure id faceres : sed quia maxima dissonantia inter illos nostrosque est, non debes ita te gerere. Nam et Joannes Philoponus dum profanos sequitur, veluti tritheita de Ecclesia pulsus est. Tum et alii multi ob hanc ipsam causam a fide aberraverunt. Veluti scribit magnus quoque Paulus ad Timotheum : *O Timothee, depositum custodi, devitans profanas vocum novitates, et oppositiones falsi nominis scientiæ, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt* [2].

His dictis, monachus Theodorus discessit. Postero autem die venit Elias Cessunii episcopus ad Theoriani hospitium, et ait : Miror cur nolueris cum philosopho nostro disputare, sed expaveris; in Armeniorum autem synodo tantum hominum

[2] I Tim. vi, 20.

(37) Jacobitæ hunc morem a Severo parente acceperant, de quo Nyssenus in illa assula, ut diximus p. 71. catechetici clausula ait : οὗτος παρὰ Σεβήρῳ κράτιστος θεολόγος γνωρίζεται, ὃς ἂν τὰς κατηγορίας Ἀριστοτέλους, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἔξω φιλοσόφων κομψὰ ἠσκημένος τυγχάνοι· *Is apud Severum optimus agnoscitur theologus, qui in prædicamentis Aristotelis cæterisque ethnicorum philosophorum pompaticis disciplinis exercitatus fuerit.*

(38) Recole adnotationem p. 388, ubi Theorianus dicitur disputavisse cum Syro Theodoro de substantia et natura, ex doctrina Aristotelica.

Χριστὸν ὁμολογεῖν· καὶ μὴ οὕτως ὁμολογῶν τῆς ἀληθείας ἀποπλανᾶται.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ἐπεὶ ἀπὸ τῶν βιβλίων τοῦ Ἀριστοτέλους (37) ἠθέλησας διαλεχθῆναι, καὶ οὐχὶ ἀπὸ τῶν διδασκάλων τῆς Ἐκκλησίας, εὐλόγως οὐκ ἠβουλήθην περὶ τῆς πίστεως τῶν Χριστιανῶν μετὰ σοῦ συντυχεῖν· ἐκ γὰρ βορβόρου μύρον ἀντλεῖν οὐδέποτε ἠκούσθη.

ΘΕΟΔ. Οὐκ οἶδας ὅτι οἱ τῆς Ἐκκλησίας φωστῆρες τὴν γνῶσιν ἀπὸ τῶν ἔξω σοφῶν ἐκαρπώσαντο; καὶ ὅσοι τῶν ἁγίων τῆς ἐπιστήμης τῆς ἔξω οὐκ ἐπαιδεύθησαν, ἰδιῶται εἰσι καὶ ἀγράμματοι; Νῦν δὲ πάλιν λέγω σοι ὃ καὶ τότε εἶπον, εἰ μὲν ἀπὸ τῶν ἔξω σοφῶν αἱρῇ μεθ' ἡμῶν συντυχεῖν, ἕτοιμός εἰμι δεῖξαι ὅτι τὸ δόγμα τῶν Σύρων ὀρθόδοξόν ἐστιν· εἰ δὲ μή, οὐδενὸς ἀξιῶ σε λόγου.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ἐὰν θέλῃς περὶ ἄλλης τινὸς ὑποθέσεως μεθ' ἡμῶν διαλεχθῆναι ἀπὸ τῶν ἔξω σοφῶν, ἕτοιμός εἰμι· περὶ δὲ τῆς πίστεως τῶν Χριστιανῶν, εἰ μὴ κατὰ τοὺς ὅρους τῶν θεολόγων τῆς Ἐκκλησίας, τῶν ἁγίων ἀποστόλων, τοῦ ἁγίου Διονυσίου τοῦ Ἀρεοπαγίτου, τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου, τῶν ἁγίων Γρηγορίων, τοῦ μεγάλου Βασιλείου, καὶ τῶν λοιπῶν, τὴν διάλεξιν ἐθέλεις γενέσθαι, οὐδ' ἐγώ σε ἀξιῶ λόγου ποτέ. Εἰ δὲ τοσοῦτον θαῤῥεῖς τῇ φιλοσοφίᾳ σου, ὁρισώμεθα ταῦτα πρῶτον τὰ τέσσαρα, τὴν οὐσίαν, τὴν φύσιν (38), τὴν ὑπόστασιν, καὶ τὸ πρόσωπον, κατὰ τοὺς θείους Πατέρας, καὶ θῶμεν ταῦτα ὡς ὅρους προτάσεων, καὶ τότε τὴν συμπλοκὴν τῶν συλλογισμῶν κατὰ τοὺς ἔξω σοφοὺς ποιησόμεθα.

ΘΕΟΔ. Αὐτὰ τὰ τέσσαρα ἃ λέγεις ὀφείλω νοεῖν ὡς οἱ ἐφευρεταὶ αὐτῶν οἱ ἔξω σοφοί· εἶτα καὶ τὴν συμπλοκὴν κατ' αὐτοὺς ἐκείνους ποιεῖν τῶν συλλογισμῶν.

Ὁ ΘΕΩΡ. Εἰ μὴ διεφέροντο πρὸς τοὺς ἔξω οἱ θεολόγοι ἡμῶν, καλῶς ἂν τοῦτο ἐποίησας· ἐπεὶ δὲ μεγίστη διαφωνία μέσον τούτων κἀκείνων ἐστίν, οὐκ ἐφείλεις τοῦτο ποιῆσαι· καὶ γὰρ ὁ φιλόπονος Ἰωάννης, τοῖς ἔξω ἀκολουθήσας, ὡς τριθεΐτης τῆς Ἐκκλησίας ἐκβέβληται. Ἀλλὰ καὶ ἄλλοι πολλοὶ δι' αὐτὸ τοῦτο περὶ τὴν πίστιν ἠστόχησαν· ὥς που καὶ ὁ μέγας Παῦλος πρὸς Τιμόθεον γράφων φησίν· *Ὦ Τιμόθεε, τὴν παρακαταθήκην φύλαξον, ἐκτρεπόμενος τὰς βεβήλους καινοφωνίας* [cod. κενοφ.] *καὶ ἀντιθέσεις τῆς ψευδωνύμου γνώσεως, ἣν τινες ἐπαγγελλόμενοι, περὶ τὴν πίστιν ἠστόχησαν.*

Τούτων οὕτω ῥηθέντων, ὁ μοναχὸς Θεόδωρος ἀνεχώρησε. Τῇ δὲ ἐπαύριον ἦλθεν Ἠλίας ὁ ἐπίσκοπος Κεσσουνίου εἰς τὸ κατάλυμα τοῦ Θεωριανοῦ, καί φησι πρὸς αὐτόν· Θαυμάζω πῶς οὐκ ἠθέλησας διαλεχθῆναι μετὰ τοῦ ἡμετέρου φιλοσόφου, ἀλλ' ἐδει-

λίασας, εἰς δὲ τὴν σύνοδον τῶν Ἀρμενίων τοσοῦτον πλῆθος οὐκ ἐδειλίασας. Γίνωσκε δὲ ὅτι οὐδενὶ ἔθνει οὕτω σοφία ἐμπολιτεύεται νῦν ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις, ὡς ἐν τῷ ἔθνει τῶν Σύρων. Διὰ τοῦτο οὐ παραδεχόμεθα ἄλλως διαλέγεσθαι. Γίνωσκε δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι ὁ Θεόδωρος ἐμὸς μαθητής ἐστι, καὶ ὡς νέος ἔτι ζητεῖ πρὸς τὸν διαλεχθησόμενον.

Ὁ ΘΕΩΡ. Γίνωσκε, δέσποτα, ὅτι οἱ Ῥωμαῖοι εἰς μὲν τὰ ἄλλα ἀνδρικώτατοί εἰσιν, εἰς δὲ τὸ παραβῆναι ὅρια τῶν ἁγίων Πατέρων καὶ σφόδρα δειλοί.

Ὁ ΕΠ. Καὶ ποῦ κεκώλυται ἐκ τῶν ἔξω σοφῶν περὶ πίστεως διαλέγεσθαι;

Ὁ ΘΕΩΡ. Ὁ θεῖος Γρηγόριος ἐν τῷ πρὸς Εὐνόμιον λόγῳ φησίν· « Βάλλε μοι Πλάτωνος τὰς ἰδέας, καὶ τὰς μετενσωματώσεις καὶ περιόδους τῶν ἡμετέρων ψυχῶν, καὶ τὰς ἀναμνήσεις, καὶ τοὺς οὐ καλοὺς διὰ τῶν καλῶν σωμάτων ἐπὶ ψυχὴν ἔρωτας, Ἐπικούρου τὴν ἀθεΐαν καὶ τὰς ἀτόμους, καὶ τὴν ἀφιλόσοφον ἡδονήν, Ἀριστοτέλους τὴν σμικρολόγον πρόνοιαν, καὶ τὸ ἔντεχνον, καὶ τοὺς θνητοὺς περὶ ψυχῆν λόγους, καὶ τὸ ἀνθρωπικὸν τῶν δογμάτων. » Ταῦτα ὁ Θεολόγος περὶ τῶν ἔξω. Τὰ δὲ ἡμέτερα τίνα, καὶ πῶς ὀφείλομεν διαλέγεσθαι, ἄκουσον αὐτοῦ λέγοντος ἐν τῷ δευτέρῳ εἰρηνικῷ· « Ταῦτα ὡς ἐν βραχέσι δογματικῶς ἀλλ' οὐκ ἀντιλογικῶς, ἀλιευτικῶς ἀλλ' οὐκ ἀριστοτελικῶς, ἐκκλησιαστικῶς ἀλλ' οὐκ ἀγοραίως, ὠφελίμως ἀλλ' οὐκ ἐπιδεικτικῶς. » Ἐν δὲ τῷ λόγῳ τῷ περὶ τῆς ἐν ταῖς διαλέξεσιν εὐταξίας φησί· « Τὰς Πύῤῥωνος ἐνστάσεις, ἢ ἐφέξεις, ἢ ἀντιθέσεις, καὶ τῶν Χρυσίππου συλλογισμῶν τὰς διαλύσεις, ἢ τῶν Ἀριστοτέλους τεχνῶν τὴν κακοτεχνίαν, ἢ τῆς Πλάτωνος εὐγλωττίας τὰ γοητεύματα, οἱ κακῶς εἰς τὴν Ἐκκλησίαν ἡμῶν εἰσέφρησαν, ὥσπερ Αἰγυπτιακοί τινες μάστιγες. » Ὑμεῖς δὲ βούλεσθε ἐκ τῆς κακοτεχνίας τῶν Ἀριστοτέλους τεχνῶν διαλέγεσθαι, καὶ μάστιγας Αἰγυπτιακοὺς εἰς φθορὰν τῆς Ἐκκλησίας ἐπάγειν, τῶν κηρύκων τῆς πίστεως καταφρονοῦντες; Ἐγὼ δέ σοι χαριζόμενος, εἰ κελεύεις, καὶ ἐκ τῶν τοῦ Ἀριστοτέλους διαλεχθήσομαι, ὡς ἂν ἴδω τίνα εἰσὶν ἐφ' οἷς ἐπερείδεσθε.

Ὁ ΕΠ. Εἰ τοῦτο ποιήσεις, θεραπεύεις ἡμᾶς· ἴσως δὲ καὶ σύμφρονες εὑρεθησόμεθα. Ὑπισχνοῦμαι δέ σοι ὅτι οὔτε σοφιστικῶς οὔτ' ἀριστικῶς διαλεχθησόμεθα.

Ὁ ΘΕΩΡ. Εὖ λέγεις· ἀπόκρινε οὖν, τὸν Χριστὸν μίαν οὐσίαν λέγεις, ἢ δύο;

Ὁ ΕΠ. Μίαν καὶ ἄτομον.

Ὁ ΘΕΩΡ. Τὴν μίαν καὶ ἄτομον, τὴν οὖσαν ἐν τῷ ἀριθμῷ, λέγει Ἀριστοτέλης ἐπιδέχεσθαι ἅμα τὰ ἐναντία, ἢ οὔ; Οἷον λέγω, τοῦτο τὸ πῦρ, καὶ θερμὸν ἅμα καὶ ψυχρόν· ἢ κτιστὸν καὶ ἄκτιστον τὸ αὐτό, καὶ τὰ τοιαῦτα, ἢ οὔ;

Ὁ ΕΠ. Οὐδαμῶς.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ἐπιδεχόμενος οὖν ὁ Χριστὸς ἅμα τὰ δύο ἐναντία· ἔστι γὰρ κτιστὸς καὶ ἄκτιστος, θνητὸς καὶ ἀθάνατος, ἔναρχος καὶ ἄναρχος, ὁρατὸς καὶ ἀόρατος, οὐκ ἔσται μία οὐσία. Καὶ δῆλον ἐκ τῆς ἀντιστροφῆς. Εἰ γὰρ ἡ μία οὐσία καὶ ἄτομος ἅμα τὰ ἐναντία οὐκ ἐπιδέχεται, ἀλλ' ἀνὰ μέρος τῶν ἐναντίων εἰσὶ δεκτικά κατὰ τὸν Σταγειρίτην, τὸ ἐπιδεχόμενον ἅμα τὰ ἐναν-

numerum non timueris. Scito autem, nullo in populo tantam esse hodierna ætate sapientiam, quanta apud Syros versatur. Quare non patimur alia ratione disputare. Præterea scito Theodorum illum meum esse discipulum qui utpote adolescens adhuc avet tecum disputare.

THEOR. Scito, domine, Romanos ut ad cætera sunt audacissimi, ita ad transgrediendos sanctorum Patrum fines, valde esse meticulosos.

EPISC. Qui porro est vetitum, ex norma profanorum sapientium de fide disputare?

THEOR. Divus Gregorius in oratione adversus Eunomium ait : Apage mihi Platonis ideas, animarum nostrarum ad alia corpora transitiones et periodos, et reminiscentias, et non pulchros per pulchra corpora in animam subeuntes amores, Epicuri athelsmum et atomos atque indignam philosopho voluptatem, Aristotelis avaram providentiam et artificiosam, et mortales de anima sermones, et humanam dogmatum rationem. » Hæc theologus de ethnicis. Nostra autem quæ sint, et quommodo tractari debeant, audi ab ejusdem verbis in secundo sermone de pace : « Hæc paucis dogmatice non contentiose, piscatorio more non Aristotelico, Ecclesiæ non fori stylo, utiliter non pompatice. » In sermone autem de moderatione in disputationibus servanda ait : « Pyrrhonis oppositiones aut assentiendi retentiones ac oppositiones, et Chrysippi syllogismorum solutiones, aut Aristotelicæ artis artificium pravum, vel Platonicæ suadelæ præstigia, malo sane omine in ecclesiam nostram irrepserunt, ceu quædam Ægyptiæ plagæ. » Vos vero avetis malitioso Aristotelis artificio disserere, et flagella Ægyptiaca ad Ecclesiæ perniciem inducere, contemptis fidei præconibus? Ego nihilominus ut tibi, si vis, gratificer, more quoque Aristotelico disputabo, ut quæ sint fundamenta vestra cognoscam.

EPISC. Hoc agens, nos demereberis, et in eadem fortasse sententia esse videbimur. Porro tibis pondeo, neque sophistice nos disputaturos neque contentiose.

THEOR. Recte. Responde igitur : Christum, unam substantiam dicis an duas?

EPISC. Unam et indivisibilem.

THEOR. Unum et indivisibile, quod ad numerum pertinet, aitne Aristoteles recipere contraria, nec ne? Exempli causa, hic ignis simulne calidus est et frigidus? aut idem creatusne est et non creatus? et alia similia dicine queunt, nec ne?

EPISC. Nequaquam.

THEOR. Cum ergo Christus duo simul contraria in se recipiat; est enim creatus et increatus, mortalis et immortalis, cum principio et sine principio, visibilis et invisibilis; una substantia non erit. Idque ex converso argumento patet. Si enim una substantia et indivisibilis, simul contraria non recipit; sed contra quod est divisibile contrariorum

est capax secundum Stagiriten, sequitur et quod simul contraria recipit, una substantia non sit. Duæ igitur substantiæ Christus, etsi unus Christus est : et secundum quidem unam creatus, secundum alteram increatus : similiter mortalis et immortalis, cum principio et sine principio, et eodem modo reliqua.

τία, οὐκ ἔστι μία οὐσία. Δύο ἄρα οὐσίαι ὁ Χριστὸς, εἰ καὶ εἷς Χριστός ἐστι· καὶ κατὰ μὲν τὴν μίαν, κτιστὸς, κατὰ δὲ τὴν ἑτέραν, ἄκτιστος· ὡσαύτως θνητὸς καὶ ἀθάνατος, ἔναρχος καὶ ἄναρχος, καὶ τὰ λοιπὰ ὁμοίως.

Iis dictis, interrogabat Theorianum episcopus quidnam de Armeniis judicaret? Qui respondit : In divinis quidem Scripturis versatos admodum Armenios comperi, tum jejunio et orandi studio magnorum sanctorum æmulos : sed ad disputandum plane rudes ; videntur enim mihi rhetorica arte et dialectica reliquisque disciplinis expertes. Quare cum ipsi sibi fucum faciant, hallucinari se non intelligunt. Aiunt enim naturam quidem esse universale quid et commune ; personam autem, partiale utpote indivisibile, sicuti etiam sancti viri definierunt. Deinde Christum aiunt esse unam personam, utpote quid partiale. Et hactenus quidem recte ratiocinantur. Exin dicunt Christi unam naturam, quam jam fassi fuerant esse quid universale : neque intelligunt, quod si Christus est quid partiale, utpote qui est persona, una natura esse non potest : alioquin quod partiale est, esset universale ; indivisibile, esset species ; quod prorsus fieri non potest. Etsi enim dicimus, superiora prædicari de inferioribus, hoc tamen in philosophico tantum vocabulo, quod et physicum dicitur, verum evadit ; non autem in artificiali vocabulo, quod etiam logicum appellant hujus disciplinæ professores : artificiale nimirum, utpote artis inventum non naturæ ; logicum autem quia spectat ad logicam disciplinam, quæ est philosophiæ organum, non philosophia. In philosophico quidem vocabulo, universalia prædicantur de partialibus ; id est inferiora accipiunt et nomen ac definitionem superiorum : exempli causa, Petrus est homo, homo est animal, ergo Petrus est homo et animal. Similiter definitionem quoque hominis et animalis Petrus recipit : est enim animal rationale et mortale Petrus, ac substantia animata et sentiens. Et ut in philosophico vocabulo inferiora recipiunt etiam superiorum nomen et definitionem. Verumtamen in logico vocabulo id non usuvenit. Nam quod est indivisibile, neque species dicitur, neque genus, neque est plurale, neque numero differt, neque item specie, cum quid sit prædicatur. Sic et in Christo accidit : nam personam quidem ipsum dicimus et hypostasim, non tamen naturam : neque enim naturæ nomen vel definitionem recipit ; siquidem Christus non est motus et quietis principium, quæ naturæ definitio est. Nam persona, hypostasis, indivisibilitas, species, genus et similia, non pertinent ad philosophica vocabula seu physica, sed ad logica seu artificialia : porro universalitas communis vocabuli, de partialibus non prædicatur. Itaque philosophici vocabuli differentiam a logico ignorantes Armenii, imperite miscent pugnantia, quia neque quid dicant neque quid affirment, intelligunt.

Τούτων οὕτω ῥηθέντων, ἠρώτα ὁ ἐπίσκοπος τὸν Θεωριανὸν περὶ τῶν Ἀρμενίων λέγων· Ποταπούς διέγνως τοὺς Ἀρμενίους ; Ὁ δέ φησιν· Εἰς μὲν τὴν θείαν Γραφὴν πεπυκνωμένους εὗρίσκω, καὶ εἰς νηστείαν καὶ προσευχὴν τοῖς μεγάλοις ἁγίοις ἀμιλλωμένους· εἰς δὲ τὸ συλλογίζεσθαι παντελῶς ἀμυήτους· ἀμέτοχοι γάρ μοι δοκοῦσι ῥητορικῆς καὶ διαλεκτικῆς καὶ τῶν λοιπῶν μαθημάτων. Διὸ καὶ αὐτοὶ ἑαυτοὺς παραλογιζόμενοι οὐκ ἴσασιν ὅτι παραλογίζονται. Λέγουσι γὰρ τὴν μὲν φύσιν καθόλου τι καὶ κοινὸν, τὸ δὲ πρόσωπον μερικὸν ὡς ἄτομον, καθὼς καὶ οἱ ἅγιοι ταῦτα ὡρίσαντο. Εἶτα τὸν Χριστὸν ὁμολογοῦσιν ἓν πρόσωπον ὡς μερικόν. Καὶ μέχρι τούτου καλῶς λέγουσιν. Ἔπειτα λέγουσι τὸν Χριστὸν μίαν φύσιν, ἣν ὡμολόγησαν καθόλου τι εἶναι· καὶ οὐ νοοῦσιν, ὅτι ἐπεὶ ὁ Χριστὸς μερικόν ἐστι, ὡς ὂν πρόσωπον, οὐ δύναται εἶναι μία φύσις· ἡ γὰρ ἂν ἔσται τὸ μερικὸν καθόλου, καὶ τὸ ἄτομον εἶδος, ὅπερ ἀδύνατον. Εἰ γὰρ καὶ λέγομεν ὅτι τὰ ἐπάνω κατηγορεῖται τῶν ὑποκάτω, ἀλλὰ τοῦτο ἀληθεύει κατὰ τὴν φωνὴν τὴν φιλόσοφον μόνον, ἥτις καὶ φυσικὴ λέγεται, οὐ μὴν κατὰ τὴν τεχνικὴν φωνὴν ἣν καὶ λογικὴν ὀνομάζουσιν οἱ περὶ ταῦτα δεινοί· τεχνικὴν μὲν, ὡς εὕρεμα τέχνης, οὐ φύσεως· λογικὴν δὲ, ὅτι τῆς λογικῆς ἐστι πραγματείας, ἥτις ὄργανόν ἐστι φιλοσοφίας, οὐ φιλοσοφία. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς φιλοσόφου φωνῆς τὰ καθόλου κατηγορεῖται τῶν μερικῶν, τουτέστι τὰ ὑποκάτω ἐπιδέχεται καὶ τὸ ὄνομα καὶ τὸν ὅρον τῶν ἐπάνω· οἷον ὁ Πέτρος ἐστὶν ἄνθρωπος, ὁ ἄνθρωπός ἐστι τὸ ζῶον, ὁ Πέτρος ἄρα καὶ ἄνθρωπός ἐστι καὶ ζῶον. Ὡσαύτως καὶ τὸν ὅρον τοῦ ἀνθρώπου καὶ τοῦ ζώου ἐπιδέχεται ὁ Πέτρος· καὶ γάρ ἐστι ζῶον λογικὸν θνητὸν ὁ Πέτρος, καὶ οὐσία ἔμψυχος αἰσθητική. Ἰδοὺ ἐπὶ τῆς φιλοσόφου φωνῆς τὰ ὑποκάτω ὑποδέχεται καὶ τὸ ὄνομα καὶ τὸν ὅρον τῶν ἐπάνω. Ἐπὶ δὲ τῆς λογικῆς φωνῆς τοῦτο οὐ γίνεται· τὸ γὰρ ἄτομον οὔτε εἶδος λέγεται, οὔτε γένος, οὔτε ἐστὶ τὸ κατὰ πλειόνων καὶ διαφερόντων τῷ ἀριθμῷ, ἢ τῷ εἴδει ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορούμενον. Οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ πρόσωπον μὲν λέγομεν αὐτὸν καὶ ὑπόστασιν, οὐ μὴν καὶ φύσιν· οὔτε γὰρ τὸ ὄνομα τῆς φύσεως, οὔτε τὸν ὅρον ὑποδέχεται· οὐδὲ γὰρ λέγεται ὁ Χριστὸς ἀρχὴ κινήσεως καὶ ἠρεμίας· τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ φύσις. Τὸ γὰρ πρόσωπον, ἡ ὑπόστασις, καὶ τὸ ἄτομον, καὶ τὸ εἶδος, καὶ τὸ γένος, καὶ τὰ τοιαῦτα, οὐκ εἰσὶ τῆς φιλοσόφου φωνῆς, ἤτοι τῆς φυσικῆς, ἀλλὰ τῆς λογικῆς, ἤτοι τεχνικῆς· τὸ δὲ καθόλου τῆς καθολικῆς φωνῆς οὐ κατηγορεῖται τῶν μερικῶν. Οἱ γοῦν ἀγνοοῦντες τὴν διαφορὰν τῆς φιλοσόφου φωνῆς, ἣν ἔχει πρὸς τὴν λογικὴν, μιγνύουσι τὰ ἄμικτα ἀμαθῶς, μὴ γινώσκοντες περὶ τίνος λέγουσιν, ἢ περὶ τίνος διαβεβαιοῦνται.

Ὁ ἘΠ. Τί σοι δοκεῖ περὶ αὐτῶν; Ἑνωθήσονται μεθ' ὑμῶν, ἢ οὔ; A

Ὁ ΘΕΩΡ. Ὅσον κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Καθολικοῦ ἐξ ἅπαντος ἔσται ἡ ἕνωσις.

Ὁ ἘΠ. Δύσκολον τοῦτο αὐτοῖς· πολλὰ γάρ εἰσι τὰ διείργοντα· ὅμως ἀκηκόαμεν παρὰ πολλῶν ὅτι συνέρχονται ὑμῖν νῦν ἐν ἅπασιν. Ἡμεῖς δὲ οἱ Σύροι Θεοῦ χάριτι ἡνωμένοι ἐσμὲν κατὰ πάντα τοῖς Ῥωμαίοις ὑμῖν, πλὴν ἑνός· τὸν Χριστὸν οὐ λέγομεν δύο οὐσίας, ἵνα μή τις ἐν τῇ Τριάδι προσθήκη γένηται, καὶ εὑρεθῶμεν τετράδα καὶ οὐ Τριάδα σέβοντες· Μονάδα γὰρ καὶ Τριάδα παρὰ τῶν Πατέρων καὶ πιστεύειν καὶ ὁμολογεῖν ἐδιδάχθημεν, οὐ μὴν μονάδα καὶ τετράδα· καὶ διὰ τοῦτο λέγομεν ὁμοούσιον τὸ σῶμα τῷ Λόγῳ, ἵνα μὴ ἑτεροούσιόν τι τῇ B Τριάδι προσάψωμεν.

Ὁ ΘΕΩΡ. Προείρηκεν ἄνωθεν ἡ ἁγιωσύνη σου ὅτι ἐν οὐδενὶ ἔθνει οὕτω σοφία ἐμπολιτεύεται νῦν, ὡς ἐν τῷ ἔθνει τῶν Σύρων· καὶ νῦν ἀκούω, ὅτι διὰ τοῦτο οὐ λέγετε δύο οὐσίας τὸν Χριστὸν, ἵνα μὴ γένηται τετρὰς ἡ Τριάς· τοῦτο τοιγαροῦν ἐκφυγεῖν βουλόμενοι, λέγετε τὸν Λόγον τῷ σώματι ὁμοούσιον· ταυτὸν δὲ εἰπεῖν ὁμοούσιον τὸ σῶμα τῷ Λόγῳ.

Ὁ ἘΠ. Εὖ λέγεις, οὕτω λέγομεν.

Ὁ ΘΕΩΡ. Καὶ μὴν ἐὰν λέγηται τὸ σῶμα ὁμοούσιον τῷ Λόγῳ, τότε μᾶλλον ποιεῖτε τὴν Τριάδα τετράδα, καὶ ἐμπίπτετε εἰς βόθυνον ὃν διαφυγεῖν διασπουδάζετε· καὶ ταυτὸν σπουδάζετε τοῖς ὑπὲρ τοῦ μὴ ἀποθανεῖν πίνουσι κώνειον. Καὶ τοῦτο βουλομένῳ σοι ῥᾴδιον καταμαθεῖν. Τὸ ὁμοούσιον ἐφ' ἑνὸς προσ- C ώπου οὐ λέγεται· οὐδὲ γὰρ λέγεταί τι ὁμοούσιον αὐτὸ ἑαυτῷ, ἀλλὰ πάντως πρὸς ἕτερον πρόσωπον· τῶν πρός τι γάρ ἐστιν· οἷον τὸ ὁμοούσιον ὁμοουσίου. ὁμοούσιον λέγεται. Τοίνυν ὁ Λόγος λέγεται τῷ Πατρὶ ὁμοούσιος· ἕτερον πρόσωπον δηλονότι ὁ Πατήρ, καὶ ἕτερον ὁ Υἱὸς ὁ τῷ Πατρὶ ὁμοούσιος. Ἐὰν οὖν δώσομεν καὶ τὸ σῶμα καθ' ὑμᾶς, ὁμοούσιον τῷ Λόγῳ, εὑρίσκεται καὶ τὸ σῶμα ἕτερον πρόσωπον παρὰ τὸν Υἱόν. Ὥσπερ γὰρ ὁ Υἱὸς, ὁμοούσιος ὢν τῷ Πατρὶ, ἕτερον πρόσωπόν ἐστι παρὰ τὸν Πατέρα, οὕτω καὶ τὸ σῶμα, ἐὰν ὁμοούσιον ᾖ τῷ Λόγῳ, ἕτερον πρόσωπόν ἐστι παρὰ τὸν Υἱόν· καὶ εὑρίσκεται ὁ Υἱὸς δύο πρόσωπα ἔχων, ὡς ὁ Νεστόριος ἔλεγεν. Ἔχομεν δὲ καὶ τὸ Πνεῦμα ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ· καὶ ἰδοὺ τετρὰς ἡ Τριὰς προφανῶς καθ' ὑμᾶς· προσώπων γὰρ, οὐκ οὐσιῶν, ἡ Τριάς. Κἀκ τούτου εὑρίσκεται τὸ σῶμα ὁμοούσιον οὐ μόνον τῷ Υἱῷ, ἀλλὰ καὶ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Πνεύματι. Εἰ γὰρ ὁμοούσιος ὁ Λόγος τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν τῶν Πατέρων ὁμολογίαν, ὡσαύτως καὶ τῷ Πνεύματι, ὡς ἅπασι πρόδηλον. Ὁμοούσιον δὲ τὸ σῶμα τῷ Υἱῷ καθ' ὑμᾶς, ὁμοούσιον πάντως ἐστὶ τὸ σῶμα τῷ Πατρὶ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι. Καὶ εὑρίσκονται τέσσαρα ἀλλήλοις ὁμοούσια. Καὶ φεύγοντες τὴν τετράδα, εἰς αὐτὴν οἱ φιλόσοφοι ἐμπεπτώκατε, ὥς φησιν ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῇ πρὸς Ἐπίκτητον ἐπίσκοπον Κορινθίων ἐπιστολῇ· « Ταῦτα οὕτω λέγοντες, οὐ νοοῦσιν ὅπως ἑαυτοῖς περιπίπτουσιν. » Ἐγὼ θαυμάζω πῶς ἐν φιλοσοφίᾳ, ὡς φῄς, ἀσχολούμενοι,

EPISC. Quid tibi de Armeniis videtur? Vobiscumne conjungentur, necne? A

THEOR. Quod quidem attinet ad Generalis votum, prorsus fiet unio.

EPISC. Arduum hoc est Armeniis; multa enim eos arcent: nihilominus a multis audivimus, illos nunc vobiscum in omnibus conspirare. Nos autem Syri, Dei beneficio, vobiscum in omnibus concordes sumus, uno excepto, nempe quod Christi duas substantias non dicimus, ne quod additamentum Trinitati fiat, nobisque accidat ut quaternionem pro Trinitate colamus. Namque Unitatem ac Trinitatem credere et confiteri a Patribus edocti sumus, non autem unitatem et quaternionem: ideoque consubstantiale dicimus corpus Verbo, ne quid B alterius substantiæ Trinitati adjungamus.

THEOR. Modo dixerat sanctitas tua, nulla in gente æque nunc versari sapientiam atque apud Syros. Ecce autem audio, vos duas substantias Christum non dicere, ne Trinitas evadat quaternio. Ut ergo id vitetis, Verbum corpori consubstantiale dicitis: perinde enim est corpus consubstantiale Verbo dicere.

EPISC. Recte ais, sic dicimus.

THEOR. Atqui si corpus consubstantiale Verbo dicatur, tunc potius de Trinitate facitis quaternionem; et quam foveam vitare studetis, in eam deciditis: idemque facitis cicutam bibentibus, ne moriantur. Quam rem volenti tibi perfacile est intelli- C gere. Consubstantiale, in una persona non dicitur; neque enim quidpiam dicitur sibimet consubstantiale, sed omnino hoc vocabulum in alteram rem tendit; est enim ex iis quæ ad aliud referuntur: ita ut quod est consubstantiale consubstantiali, id consubstantiale dicatur. Jamvero Verbum dicitur Patri consubstantiale: est ergo alia persona Pater, alia Filius qui Patri consubstantialis est. Si ergo ex sententia vestra concedamus, corpus quoque consubstantiale esse Verbo, jam et corpus aliam personam esse comperimus, præter Filium. Nam sicuti quia Filius est Patri consubstantialis, diversa a Patre persona evadit; ita etiam corpus siquidem Verbo consubstantiale sit, diversa a Filio persona erit: sequiturque ut Filius duas personas habeat, D ut Nestorius aiebat. Sed habemus etiam Spiritum sanctum Patri Filioque consubstantialem: en igitur manifeste in sententia vestra quaternio pro Trinitate. Est enim personarum, non substantiarum, Trinitas. Sic ergo accideret ut corpus non Filio solum esset consubstantiale, sed etiam Patri et Spiritui. Si enim Verbum Patri est consubstantiale, juxta Patrum confessionem, æque est consubstantiale Spiritui, ut omnes sentiunt. Itaque si corpus, ut vos dicitis, consubstantiale Filio est, idem sine dubio corpus Patri quoque et Spiritui sancto consubstantiale erit. Et en quatuor inter se consubstantialia. Quare, o philosophi, dum quaternionem fugitis, in eum inciditis; ut ait magnus Athanasius in Epistola ad Epictetum Corinthiorum episcopum;

« Hæc dum aiunt, quod se ipsos evertant, nesciunt. » Ego vero miror, quomodo vos ut dicitis in philosophia nutriti, incaute vobis ipsi negotium facessitis. Olim Joannes, tuus in Cessunii episcopatu decessor, Armeniorum synodum me absente ingressus, imperitissima voce missa consessum omnem perturbavit. Paucis vero interjectis diebus rursus adfuit me præsente in synodo : cumque ille congredi nollet, utpote qui in aliena synodo versaretur, ego ad Armeniorum Generalem verba feci : tum sermonis mei summam in prædictum episcopum detorquens, deprompsi, domine, quæsitum illud quod in priore disputatione scriptum est usque ad verba : « Sine patriarcha meo. » Sed cum illo quidem philosophiæ ignaro, tunc exemplo abusus sum; nunc vero tibi philosopho, logicam obtuli demonstrationem. Et illi quidem suasi, non fieri de Trinitate quaternionem ob tunc maxime deTrinitate fieri quaternionem, cum

A ἑαυτοὺς ἀτέχνως παραλογίζεσθε. Πέρυσιν ὁ πρὸ σοῦ τοῦ Κεσσουνίου ἐπίσκοπος Ἰωάννης, παραγενόμενος ἐν τῇ συνόδῳ τῶν Ἀρμενίων ἀπόντος ἐμοῦ, καὶ φωνῆς ἀλογίστου τὴν σύνοδον διετάραξε· καὶ μετά τινας ἡμέρας πάλιν παρῆν αὐτὸς κἀγὼ τῇ συνόδῳ· ἐπεὶ δὲ συντυχεῖν ἐκεῖνος οὐκ ἠβουλήθη, ὡς ὅῆθεν συνόδῳ προστυχὼν ἀλλοτρίᾳ, πρὸς μὲν τὸν Καθολικὸν τῶν Ἀρμενίων τὸν λόγον ἐποιησάμην ἐγώ· τὸν νοῦν δὲ τοῦ λόγου πρὸς τὸν ῥηθέντα ἐπίσκοπον ἀποτεινόμενος ἔφην, δέσποτα, ἐρώτημα ὅπερ ἐγράφη ὄπισθεν, ἕως τοῦ « Ἄνευ τοῦ ἐμοῦ πατριάρχου (39) ». Ἀλλ' ἐκείνῳ μὲν τότε παραδειγματικῶς ὡς ἀφιλοσόφῳ, σοὶ δὲ νῦν ὡς φιλοσόφῳ λογικῶς ἀποδέδειχα· ἐκείνῳ μὲν ὅτι οὐ γίνεται τετρὰς ἡ Τριὰς, διὰ τὴν προσθήκην τῆς ἑτέρας φύσεως (40)· σοὶ δὲ ὅτι τότε μᾶλλον γίνεται τετρὰς ἡ Τριὰς, ὅταν ὁμοούσιον εἴπωμεν τὸ σῶμα τῇ τοῦ Λόγου θεότητι.

B

alterius naturæ adjectionem; tibi vero ostendi, corpus dixerimus consubstantiale Verbi divinitati.

His dictis, respondit episcopus Elias : nos Christum unam substantiam compositam dicimus, ut sancti Patres docent. Cæteroquin ego haud veni disputaturus, sed fraterno more hunc commovi sermonem, ut Romanorum de hac re sententiam cognoscerem. Philosophus autem Theodorus, qui a nostro patriarcha ad te missus est, pro suo loquatur libito.

Τούτων ῥηθέντων, εἶπεν ὁ ἐπίσκοπος Ἠλίας· Ἡμεῖς τὸν Χριστὸν μίαν οὐσίαν σύνθετον λέγομεν, ὡς οἱ ἅγιοι Πατέρες διδάσκουσι· πλὴν μὲν ἐγὼ οὐκ ἦλθον πρὸς τὸ διαλεχθῆναι, ἀλλ' ἀδελφικῶς κεκίνηκα τὸν περὶ τούτου λόγον, βουλόμενος μαθεῖν παρὰ σοῦ τί περὶ τούτου λέγουσιν οἱ Ῥωμαῖοι. Ὁ φιλόσοφος δὲ Θεόδωρος, ὁ καὶ παρὰ τοῦ ἡμετέρου πατριάρχου ἀποσταλεὶς πρὸς σὲ, λεγέτω τὸ δοκοῦν αὐτῷ (41).

THEOR. Dixisti, domine, vos unam compositam substantiam affirmare. Ast oro ne explicare mihi graveris quid sit quod ait theologus Gregorius in suo de Spiritu sancto sermone : « Si autem substantia est, et non aliquid eorum quæ substantiæ accidunt, superest plane ut vel creatura sit vel Deus. Nam medium quid inter hæc, vel neutrius C particeps, vel ex ambobus compositum, ne ii quidem cogitabunt qui centaures sibi confingunt. » Cur ergo vos compositam substantiam Christum dicitis, quum theologus compositam substantiam prorsus ignoret?

Ὁ ΘΕΩΡ. Εἶπας, δέσποτα, ὅτι μίαν σύνθετον οὐσίαν λέγετε· καὶ παρακαλῶ, μὴ ἀπαξιώσῃς ἑρμηνεῦσαί μοι, τί ἐστιν ὃ λέγει ὁ Θεολόγος Γρηγόριος ἐν τῷ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος λόγῳ· « Εἰ δ' οὐσία τις, οὐ τῶν περὶ τὴν οὐσίαν, ἤτοι κτίσμα ὑποληφθήσεται ἢ Θεός· μέσον γάρ τοι τούτων, ἤτοι μηδετέρου μετέχον, ἢ ἐξ ἀμφοῖν σύνθετον, οὐδ' ἂν οἱ τοὺς τραγελάφους πλάττοντες ἐννοήσαιεν. » Πῶς ὑμεῖς μὲν σύνθετον οὐσίαν λέγετε τὸν Χριστὸν, ὁ Θεολόγος δὲ σύνθετον οὐσίαν ἠγνόησεν ὁλικῶς;

EPISC. Dixi jam, me ad disputandum huc non venisse. Aio tamen haud magnam esse nostram a vobis discrepantiam. His dictis, Syrus quidam sacerdos exsurgens ait Theoriano : Cur frontem signatis duobus digitis? nonne digiti singillatim divisi sunt? ut duæ Christi naturæ separatæ apud vos credantur. Cui Theorianus quasi jocabundus respondit : Non ut duas Christi naturas significemus, id agimus; sed quia tyrannide diaboli liberati, D edocti fuimus aciem adversus illum bellumque instruere : et manibus quidem justitiam, eleemosynam, ceterasque virtutes operamur, quæ est veluti acies instructa; cum autem digitis signum Christi

Ὁ ΕΠ. Προείρηκά σοι, ὅτι οὐκ ἦλθον διαλεχθησόμενος· λέγω δὲ ὅτι μέσον ἡμῶν καὶ ὑμῶν οὐκ ἔστι μέγα σφάλμα. Τούτων οὕτω ῥηθέντων, ἀναστὰς ἱερεύς τις τῶν Σύρων εἶπε πρὸς τὸν Θεωριανόν· Διὰ τί σφραγίζετε δακτύλοις δυσίν; Οὐκ εἰσὶν οἱ δάκτυλοι διακεχωρισμένοι ἀνὰ μέρος; Λοιπὸν καὶ αἱ δύο φύσεις τοῦ Χριστοῦ κεχωρισμέναι εἰσὶ καθ' ὑμᾶς. Ὁ δὲ Θεωριανὸς οἷον ἀστειζόμενος εἶπεν· Οὐ τὰς δύο φύσεις τοῦ Χριστοῦ σημαίνοντες οὕτω δρῶμεν, ἀλλὰ τῆς τυραννίδος τοῦ διαβόλου ἀπαλλαγέντες, ἐδιδάχθημεν παράταξιν ποιεῖν κατ' ἐκείνου καὶ πόλεμον, ταῖς μὲν χερσὶν ἐργαζόμενοι δικαιοσύνην καὶ ἐλεημοσύνην καὶ τὰς λοιπὰς ἀρετὰς,

(39) Ante hoc adamussim vocabulum hiatus est editæ prioris disputationis, quem ergo defectum ope codicis Vaticani explevi.

(40) Videsis hæc in priore disputatione, p. 466.

(41) Recte episcopus Theodoro disputandi partes cedit, quem sui temporis fuisse doctissimum et eloquentissimum, linguasque Græcam, Syriacam, et Saracenicam calluisse, ait Bar-Hebræus apud Assemanum *Biblioth. orient.*, t. II, p. 215. Attamen ego miror, nullam deinceps a Theoriano scribi Theodori disputationem, excepta clausula in qua idem Theodorus ad catholicorum partes se propemodum transire dicit. Mihi igitur Theoriani tractatio cum Jacobitis inchoata potius quam perfecta videtur.

ὅπερ ἐστὶν ἡ παράταξις, διὰ δὲ τῶν δακτύλων τοῖς μετώποις ἐπιτεθέντες τὴν τοῦ Χριστοῦ σφραγῖδα, συνιστῶμεν τὸν πόλεμον, καὶ οὕτω τοῦτον καταγωνιζόμεθα, καὶ μετὰ τοῦ Δαβὶδ εὐλογοῦμεν τὸν Κύριον, Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεός μου, λέγοντες ἕκαστος, ὁ διδάσκων τὰς χεῖράς μου εἰς παράταξιν καὶ τοὺς δακτύλους μου εἰς πόλεμον· οὐ τὸν δάκτυλον ἀλλὰ τοὺς δακτύλους.

A imponimus fronti, prælium ciemus, atque ita diabolum debellamus, et cum David Dominum laudamus, Benedictus Dominus Deus meus, dicentes, qui docet manus meas ad struendam aciem, digitos meos ad prælium. Haud digitum, ait, sed digitos.

Ἐπὶ τούτοις εἶπεν ὁ Θεόδωρος Ἐπὶ τῷ Θεῷ πέποιθα, ὅτι τὸ τῆς μιᾶς φύσεως σκάνδαλον ἀφαιρεθήσεται ἐκ μέσου ἡμῶν, καὶ δεξόμεθα τὴν τετάρτην σύνοδον, καὶ τὸν πάπαν Λέοντα (42), ἐὰν οἱ Ῥωμαῖοι οὐ καταναγκάσουσιν ἡμᾶς ἀναθεματίσαι Σεβῆρον, διότι οὐδαμοῦ εὑρίσκεται Σεβῆρος μίαν φύσιν ἢ οὐσίαν λέγων τὸν Χριστὸν, ἀλλὰ μίαν ὑπόστασιν καὶ ἓν πρόσωπον· ἄλλως τε πᾶσαν ἀκολουθίαν ἐκκλησιαστικὴν, στιχερὰ, καὶ κανόνας τῶν ὅλων ἁγίων, παρ' ἐκείνου ἔχομεν, καὶ πάνυ δύσχερὲς B ἡμῖν ἀναθεματίσαι ὃν ἔχομεν διδάσκαλον· πλὴν τοῦτο λέγω, ὅταν ὁ Καθολικὸς τῶν Ἀρμενίων ἀποστεῖλῃ εἰς τὴν βασιλεύουσαν ὥστε κυρωθῆναι συνοδικῶς τὰ τῆς πίστεως, ἀποστελεῖ [*Cod.* ἀποστέλλει], καὶ ὁ ἡμέτερος, ὡς ἂν ἀποτελεσθῇ τὸ δοκοῦν τῷ Θεῷ (43).

Post hæc Theodorus ait : Hoc a Deo spero, fore ut unius naturæ scandalum de medio nostri tollatur, et quartam synodum ac Leonem papam recipiamus, si certe Romani anathematizare Severum nos haud cogent, quia nusquam Severus in suis scriptis unam Christi naturam vel substantiam dicit, sed unam hypostasim et unam personam. Jam vero cum universum nos ecclesiasticum officium, hymnos et cantica de omnibus sanctis ab ipso habeamus, valde molestum foret illum anathematizare quem magistrum habemus. Hoc tamen aio : Statim ac Armeniorum Generalis legationem ad regiam urbem miserit, ut fidei articuli synodice confirmentur : tunc nostrum quoque Generalem legatos missurum, ut id quod Deo visum fuerit perficiatur.

(42) Falsa igitur, ob partium suarum studium, narrat Bar-Hebræus a nobis citatus in adn. p. 588, qui ait victoriam penes Theodorum suum stetisse, Theorianum autem convictum obmutuisse. Theodorum Jacobitam post varios casus in Castrum Romanum, seu Romelam, apud patriarcham Armeniorum se recepisse, ejusque ope, et regis Ciliciæ auctoritate, patriarcham Jacobitarum in Cilicia proclamatum, et anno Christi 1192 (vicesimo scilicet post hanc disputationem) obiisse, narrat Bar-Hebræus apud Assemanum. *Biblioth. Orient.* t. II, p. 216.

(43) Antequam a Theoriano discedo, placet ex inedita ejusdem epistola quam ad sacerdotes monticolas de nonnullis ecclesiasticæ tantum disciplinæ capitibus scripsit, verba aliquot recitare, quibus ejus vel catholicus animus, vel certe a schismate abhorrens, et Latinæ Ecclesiæ amantissimus declaratur. Sic ergo Theorianus sub epistolæ initio : Πρῶτος παρακαλοῦμεν ὑμᾶς φιλονικείας μὴ καταδέχεσθαι· ἡμεῖς γὰρ τοιαύτην συνήθειαν οὐκ ἔχομεν, οὔτε ἡ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ· ἀλλ' εἰρήνην μετὰ πάντων διώκειν, ἔχοντες εἰρήνην Χριστὸν τὸν ποιοῦντα αὐτὰ ἀμφότερα ἕν· καὶ ἀγαπᾶτε τοὺς Λατίνους αὐτοῦ συναδελφούς· ὀρθόδοξοι γάρ εἰσι, καὶ τέκνα τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας ὥσπερ ἡμεῖς· αἱ γὰρ ζητήσεις αὗται συνήθεις, εἴ τινές εἰσι, τῆς πίστεως μηδαμῶς καθαπτόμεναι· πάντα γὰρ καλὰ, ἐὰν εἰς δόξαν Θεοῦ ποιῶμεν αὐτά· οὐδὲν γὰρ οὔτε ἐν Λατίνων ἐκκλησιαστικῶν συνηθείᾳ, οὔτ' ἐν ἡμετέρᾳ, ἔξω τοῦ καλοῦ ἢ τοῦ πρέποντος, εἴληφεν ἐπικράτειαν, ἀλλὰ θειοτέρου ἔχον τοῦ σκοποῦ καὶ νοήματος· τοῖς οὖν ἐχέφροσι, πάντα ὀρθὰ, τοῖς δὲ μὴ τοιούτοις, σκάνδαλόν τε καὶ πρόσκομμα. *In primis vobis auctor sum, ut contentiones non suscipiatis ; nos enim hujusmodi morem non habemus neque Ecclesia Dei. Sed pacem sectamini, pacem Christi retinentes, qui facit utraque unum. Diligite autem Latinos, qui vestri in Christo fratres sunt : orthodoxi enim sunt, et catholicæ atque apostolicæ Ecclesiæ filii, sicuti et nos. Etenim si quæ exsurgunt, ut fieri solet, quæstiones, hæ fidem non lædunt : quippe cuncta sunt bona, si certe ad Dei laudem fiant. Nihil porro sive in Latinorum ecclesiasticorum consuetudine sive in nostra est, quod ab honesto et decoro recedat ; sed omnia præclarum habent scopum atque propositum. Sapientibus igitur, recta omnia ; stultis autem, scandalum et offensio.*

THEORIANI PHILOSOPHI

EPISTOLA

DE JEJUNIO SABBATI.

Vide *Patrologiæ* tom. XCIV, col. 405, in P. Michaelis Lequien Dissertatione VI Damascenica.

ANNO DOMINI MCLXXII.

S. NERSES CLAIENSIS.

S. Nersetis Opera, Armenice et Latine Venetiis a Patribus Mechitaristis edita, complectitur peculiaris *Patrologiæ* nostræ series quæ *Patrologia Orientalis* audit. Ibi vide ad annum suprascriptum.

ANNO DOMINI MCLXXX.

JOANNIS CINNAMI

EPITOME

RERUM A JOANNE ET ALEXIO COMNENIS GESTARUM.

—

CAROLI DUFRESNE EPISTOLA.

Illustrissimo viro domino D. Joanni Baptistæ COLBERT, regi ab intimis consiliis et secretis, generali ærarii moderatori, summo regiorum ædificiorum præfecto, regiorum ordinum quæstori, marchioni de Seignelay, Carolus Du FRESNE.

Exigit officii mei ratio, vir illustrissime, ut vulgandam lucubrationem hanc meam auspiciis non aliis committam quam tuis, cujus moderationi auctoritatique præcipuæ quodcunque in re æraria munus gero, subjectum est. Atque ad patrocinium quidem tuum præ cæteris ambiendum cum id me satis per se superque impellat, tum adducor in primis amore ac studio isto singulari, quo et litteras et litteratos omni data occasione prosequeris. Qua enim es amplitudine animi, non minus in liberalium quam in cæterarum etiam inferiorum artium renovationem incubuisti hactenus : et quantum felicitatis attulisti advecta per has restitutas rerum omnium affluentia, tantum decoris illarum patrocinio conciliasti regno universo, cujus nomen ab eruditis quibusque ad immortalem gloriam facilius traducatur. Certe cum amplissima laudum accessione aucta sit atque locupletata Gallia, ex quo Ludovicus subditorum sibi populorum splendori et commodo tanta cum animi contentione invigilat, id diligentiæ præsertim et industriæ tuæ, vir illustrissime, memori animo illa ascribit, quod ardua tanti principis consilia strenuus plane fidusque administer exsequeris. Si redditum ab rege populis terra marique commercium ; si principatum illum eloquentiæ, quem etiam Romani Gallis aliquando detulere, nunc quasi postliminio recuperatum ; si restitutam denique suam artibus omnibus celebritatem merito illa gloriatur : hoc opera quodammodo tua perfectum agnoscit, qui omnem ingenii ac solertiæ vim in mandatis regiis conficiendis tam operose impendis. Eodem pariter jure obstrictam se tibi profitetur bibliotheca Regia, quam a Francisco I inchoatam, ab Henrico II et Catharina Medicea non mediocriter adauctam, rex idem noster nova manuscriptorum voluminum accessione locupletavit. Ea enim et numero propemodum infinita, et raritatis laude omnium haud scio an præstantissima, ita studio tuo incredibili sunt conquisita, ut non tam auxisse, quam novam bibliothecam effecisse dicendus sit, atque adeo divisam in majoribus suis, in se collectam, te procurante, gloriam conjunxisse. Sed et præcipuum bibliothecæ istius decus pretiosa illa raraque numismata, quæ a serenissimo Aurelianensium duce Gastone collecta tanto labore tantoque delectu, tum coronæ, ut aiunt, regiæ legata, nunc asservantur ibi diligenter, quotidie ab rege consiliis tuis incitato mirifice multiplicantur. Ac ne reconderetur fons ille eruditionis uberior, eodem quo bibliotheca constructa est loco, Academiæ virorum totius Europæ peritissimorum, te suadente, constitutæ ; qui cum eo parati accedant certis quibusdam diebus ad omne humanioris doctrinæ genus tractandum, tum si quid inter disputandum dubii forte controversique acciderit, illico ad librorum auctoritatem, quasi ad decretorium judicium confugiant. Atque hoc in memoriam revocat, haud absimilem olim imperatorum quorumdam Byzantinorum pro re litteraria curam ; qui insignem Constantinopoli bibliothecam instituerant, et ipsi curandæ perficiendæque præfecerant viros omnino duodecim, at

lectissimos totius imperii, sic omnibus disciplinis quam excultissimos. Etsi autem, vir illustrissime, minime dubitem, quin tanta pro superandis litterarum molestiis commoda sint ejusmodi, ut iis ad suscipiendas egregias lucubrationes plerique ingenii doctrinæque laude illustres impellantur acrius; haud scio tamen an ista facilitate, benignoque aditu inflammentur maxime, quo tum ipsos, tum ipsorum opera soles benevolus amplecti. Equidem licet id mihi non arrogem, ut me in tantorum virorum numero collocare ausim, benignitatis tamen istius specimen nuper jam sensi luculentum, cum illustratam utcunque a me sancti Ludovici historiam, dicatamque regi nostro Christianismo, tibi que oblatam, excepisti amantissime. In quo ut profuerint multum et majestas augusti quod præfert nominis, et argumenti nobilitas atque sanctimonia, plus tamen, mea sententia, profuit maxima viri illustrissimi Caroli Colbert fratris auctoritas, cujus commendatio tanto plus habuit apud te ponderis, quando te et arctiori conjunctione sanguinis, et veriori prudentiæ, ingenii, modestiæ, virtutisque similitudine complectitur. Quas quidem in eo dotes cum tota passim Gallia suspiciat, tum rex ipse adeo perspectas habet atque exploratas, ut amplissimis eas muneribus ornaverit : quorum omnium instar hæc duo sunt, demandata nuperæ pacis sanciendæ cura, et solemnis quam apud serenissimum magnæ Britanniæ regem nunc obit legatio. Cui quidem utrique provinciæ, quod non modo præfectus fuerit ab rege perspicacissimo rerum æstimatore, sed etiam satisfecerit undecunque summo principum plausu, et publica omnium gratulatione, vel inde conjicere licet quanta apud omnes existimatione floreat, Cæterum qua in me passim usus est benevolentia, eadem quoque, vir illustrissime, adducor, ut sperem te mihi nunc facilem ac benevolum adfore. Quod quidem haud ægre præstiteris, si has tibi inscriptas qualescunque in historiam Comnenicam et in Paulum Silentiarium exercitationes benigno exceperis animo, et nominis tui quasi auctoritate protexeris. Hanc spem meam auget in primis præclara consiliorum tuorum factorumque ratio, quæ eo duntaxat ex communi omnium consensu pertinet, ut regni regisque nostri invictissimi gloriam amplitudinemque, si tamen accessionem aliquam admittunt, quocunque modo amplifices. Nam cum in hoc opere elaborando nihil aliud mihi propositum fuerit, quam ut egregia quæque Gallorum facinora, ut suscepta olim incredibili animo, ita felicius toto Oriente, laudabiliusque perfecta, collocarem in meliori lumine, tum hoc pergratum tibi, perque jucundum fore confido, ad commendandam quippe Galliæ gloriam, cui uni inservis, omnino accommodatum.

EJUSDEM PRÆFATIO.

Cum propensus erga litteras omnes artesque ingenuas amor, non decorus solum principibus viris, iisque quos ad hominum imperia magnasque res et arduas capessendas, seu virtus, seu natura genuit, sed etiam perutilis jure censeatur : tum is maxime qui versatur in hoc studio, quod in historiæ et antiquitatis scientia situm est. Ex ea quippe non superiorum modo notitiam ætatum, sed et certa civilis prudentiæ petunt documenta, et alienis exemplis et casibus in suis vel communibus gerendis rebus nullo suo periculo cautiores evadunt. Et vero historia magistra morum, et regula posteris est, ad quam vitam dirigere suam jubentur ; et quædam clara lux veritatis, quæ sicubi aberrent, aut degenerent, pravitatem erroremque in obscuro esse non sinit. Præ reliquis autem Constantinopolitanorum imperatorum annales frequenti rerum humanarum fortunæque, quam in iis legere est, vicissitudine, quid tenendum vitandumque sit, attentis variorum eventuum æstimatoribus haud obscure demonstrant. Hujus porro Byzantinarum historiæ rerum in eam ego partem studiose mihi, ac sane, ni fallor, utiliter incumbendum putavi, quæ et videbatur a nostris hominibus adhuc aut ignorata, aut relicta, et arctiori cognationis nexu cum Gallicis devincta atque conjuncta, lucis iisdem plurimum afferre posset. Eos igitur commentariis et animadversionibus auctores illustrandos constitui, qui in id præcipue stylum contulerunt, ut eam litteris consecrarent : ut appareat non frustra amplissimos viros, qui universam Byzantinam historiam typis regiis hactenus edendam curarunt, operam collocasse, quo non senescentem modo, sed exstinctam prope, scriptorum tam illustrium laudem et memoriam ab oblivione hominum atque silentio vindicarent, qui permulta de nostris rebus, Gallorumque toto fere Oriente laudabiliter ac præclare gestis, haud comperta memoriæ prodiderunt. Quæ certe digna sunt, ut in iis commendandis immortalitati scriptorum omnium certet industria, cum acres sæpe aculeos ad gloriam habuerint alienæ, aut, ut verius dicam, cognatæ virtutis monumenta ; nec omnino ferendum sit, ut tot clarissimarum exempla virtutum in tanta tamque diuturna apud posteros obscuritate delitescant. Scribere autem orsus sum ab expugnata captaque a Gallis, tum Venetis Constantinopoli, partim editis ad eam rem in Villharduinum, qui expeditionis hujus, cujus et ipse pars magna exstitit, exordia descripsit, observationibus ; partim etiam e probatis scriptoribus Græcis ac Latinis, tum veteribus quoque monumentis e regiis tabulariis, quæ harum expeditionum consilia atque acta conservant, depromptis,

totius historiæ illius continuatione serieque contexta, quæ et salebris impedita expiicaret, ac obscurata peneque obruta in lucem proferret. Jam vero en ad novum aggredior opus scholiis notisque illustrandum, quod propter vel eventuum varietatem, vel rerum quas complectitur præstantiam, vel eorum qui id elucubrarunt illustrem dignitatis gradum, præcipuam quamdam apud eruditos gratiam meretur et commendationem. Ea est historia Comnenica, seu imperatorum Constantinopolitanorum ex nobilissima Comnenorum familia, quæ præ cæteris, quæ hujusce imperii gubernacula tenuerunt, nostris potissimum innotuit, tum ob bella quæ cum Francis ac Normannis gessit, tum propter varia cum iis pacis, atque adeo connubiorum et affinitatum inita fœdera. Gentis istius incunabula ac incrementa primus publicavit Nicephorus Bryennius Cæsar, Annæ Comnenæ Porphyrogenitæ Alexii Comneni imperatoris filiæ conjux : vir non modo splendore natalium inclitus ac magistratuum prærogativa, sed omni etiam disciplinarum genere quam excultissimus : in cujus quidem commentariis, quæ ad priscos illos nostrates Normannos, qui in Oriente non modica bellicæ virtutis edidere documenta, spectant, plurima occurrunt intermista. Historiam a conjuge Bryennio exaratam excerpsit et prosecuta est Anna Comnena Cæsarissa, eamque in quindecim libros partita est, quibus Alexiadis appellationem indidit, seu de rebus gestis Alexii Comneni imperatoris parentis sui, qui una cum Isaacio Comneno decessore Comnenorum potentiæ viam aperuit; quos quidem acri profecto supra sexum judicio ac singulari elegantia conscripsit. Quippe, ut fidem faciunt scriptores ejus ævi, litterarum laude apprime floruit, ac cultu præsertim Atticæ limatæque dictionis. Alexio autem imperante e Gallia Normanni in illius principatu, totoque Græcorum imperio, cum in Italia, atque adeo in Dalmatia, præclaris patratis facinoribus plurimum inclaruerunt, tum vero potissimum Franci, cum iis Gotefrido duce in Palæstinam properantibus Alexius obstitit, qui non semel cum ingenti suorum strage repulsus est. Rebus proinde ipsis, quas cum laude descripsit, et variis utrinque cum imperatore vafro initis fœderibus interfuit, oculisque ipsis plerosque usurpavit ex inclytis illis ducibus ac belli fulminibus, quorum appulsu Oriens totus echorruit. Quin et singulorum notavit nomina, dignitatem generis et quæ gerebant munera designavit. Illustrissimum hoc par conjugum eorumque annales e tenebris primus eruit et Romana civitate donavit Petrus Possinus soc. Jesu presbyter, vir utriusque linguæ peritissimus et omni eruditionis genere instructissimus, qui, ut multa alia scriptorum monumenta, Georgii Pachymeris Historiam a se luculenter illustratam, diuque ab eruditis exspectatam, hoc ipso tandem quo scribimus anno luce publica donavit. Alexiadem Annæam excipit Joannes Cinnamus imperatorius grammaticus, qui ab excessu Alexii Comneni imperatoris, Annæ parentis, historiam suam exorsus, resque ab Joanne imperatore, Alexii filio et Annæ fratre, carptim et libro unico complexus, eas potissimum describendas suscepit, quæ Manuele Comneno, Joannis filio, imperante accidere, cum et iis interfuerit, ipsique Manueli militarit, in omnibus quas ille obiit expeditionibus fidissimus comes. Nemo porro ex tot principibus qui Constantinopoli imperarunt, in Latinos æque propenso fuit animo, atque Manuel, cum et uxores Latini generis binas sibi adjunxerit et cum Latinis fœdera plurima pepigerit et Conradum imperatorem Germanicum in castris primum, deinde Adrianopoli; ac regem denique Franciæ Ludovicum VII Constantinopoli exceperit magnifice, ipsiusque Ludovici filiam Agnetem Alexio filio in uxorem expetierit et obtinuerit. Et sane ea voluntatis et animi propensione fuisse Manuelem in Latinos profitentur scriptores omnes, ut inde non semel subditarum sibi gentium invidiam ac odium conflarit. At cum Cinnami historia, haud ita pridem ex mss. codicibus eruta, nondum regiis typis ac Luparæis ornamentis donata esset, hanc iis committere operæ pretium visum est, ne quid hac in re ad historiæ Comnenicæ laudem deesset et commendationem. Verum cum ea omnia quæ sparsim de rebus potissimum nostratibus in hac nobilissimorum scriptorum triade interseruntur, ut dicam quod res est, non ita sint explicata, in medioque posita (quia de rebus exteris ἀκριβῶς et enucleate scribere oppido difficile est), ut a scriptoribus coævis arcessito lumine non indigeant, eorum cum Bryennii Annæque et Cinnami narrationibus comparationem instituï, ut rerum quæ describuntur veritas elucescat et eorum infirmetur fides, si quando socero gener, parenti filia et principi subditus, pluscalum etiam quam concedit veritas, indulserint. Quanquam nuda hac et simplici collatione minime contentus, difficiliores insuper magisque perplexos elegantis istius Historiæ Comnenicæ nodos pro virili extricare studui, atque e tenebris eruere multa quæ ad res Byzantinas spectant, non obvia cuivis et expedita. Porro ut imperatorum ac principum, tum Græcorum, tum Latinorum et Turcorum, quorum passim in tota hac Historia injicitur mentio, familiæ et stemmata facilius dignoscerentur, non gentis duntaxat Comnenicæ, sed etiam Bryennianæ, atque adeo Normannicorum Apuliæ ducum et regum Siciliæ et Turcicorum ac Iconiensium sultanorum indices genealogicos præmittere consultum putavi; interim dum totum quod de familiis Orientalibus digessi opus in publicum prodeat. Iis denique adjungere visum est topographiam et descriptionem Constantinopoleos, aliquot annis antequam urbs in Turcorum potestatem concederet a Christophoro de Bondelmontibus Florentino exaratam, brevioribusque notis illustratam; ut et præclarum Pauli Silentiarii de Sophiana æde poema, quod in manus meas affecta pene hujusce operis editione pervenit, cum rem gratam facturum me eruditioribus arbitratus sim, si hæc inedita historiæ Byzantinæ monumenta in publicum proferrem.

DE CINNAMO.

De Cinnamo hujusce historiæ quæ elegantissimis et vere regiis typis nunc prodit, scriptore quædam observaturus, ordiar a verbis Leonis Allatii, qui in Diatriba de Symeonibus illius elogium perstrinxit. « Cinnamus, » inquit vir eruditissimus, « nescio quo fato a quibusdam Sinnamus dicitur, reluctante apertissime Vaticano codice, ex quo exempla cætera exscripta sunt. Cinnamorum familia ad hæc usque tempora non contemnenda in Græcia agnoscitur; Sinnamorum nulla est, quæ etiam si esset, cum illa historia Cinnamum præferat auctorem, frustra operam ludunt, qui aliter proferunt, posterioris exscriptoris incuria decepti. » Certe Cinnamorum familiam in Italia pridem notam constat ex Martiale, apud quem occurrit nescio quis Cinnamus tonsor, eques Romanus effectus, nomine licet tacito notatus a Juvenale sat. I, in quem ita lusit lib. VII Epigr. 63:

Qui tonsor fueras tota notissimus urbe,
Et post hæc dominæ munere factus eques:
Sicanias urbes, Ætnæaque regna petisti,
Cinname, cum fugeres tristia jura fori.
Qua nunc arte graves tolerabis inutilis annos?
Quid facit infelix et fugitiva quies?
Non rhetor, non grammaticus, ludive magister,
Non Cynicus, non tu Stoicus esse potes:
Vendere nec vocem Siculis plausumque theatris;
Quod superest, iterum, Cinname, tonsor eris.

Exstat præterea Romæ vetus inscriptio, quæ Cinnamorum familiam Italicam asserit, hisce concepta verbis: RELIQUIÆ. CINNAMI. TI. CÆSARIS. AUG. FAUSTIANI. Sed et senescente Græcia sedem fixisse in Apulia docet Joannis archiepiscopi Barensis diploma, quod descripsit Ferdinandus Ughellus in Episcopis Juvenacensibus n. 1 exaratum: « Quadragesimo anno imperii Constantini, simulque cum eo regnante Romano Porphyrogenito dilecto filio ejus, serenissimis imperatoribus, » proinde a. Chr. 951 in quo mentio habetur « Pandonis clerici, filii Cinnami imperialis spathæ » (id est spatharii) « quondam, et judicis Juvenaciæ. » Ex quibus perspicuum etiam fit Cinnamos sub imperatoribus Constantinopolitanis in Italia munia non contemnenda obiisse, unde postea Constantinopolim et in Thraciam concesserunt. Quippe præter Joannem Cinnamum hujusce historiæ scriptorem, qui Manueli imperatori meruit, nonnullos alios Cinnamos memorat Joannes Cantacuzenus, lib. III, cap. 26, 89, 95 et 97, quos iis qui vulgo Ἄρχοντες indigitantur, florebantque sub Palæologis, accenset, ut et Michael Psellus hisce versibus ab Allatio laudatis:

Τοῖς ἐν πνέουσι καὶ συνουσιωμένοις,
Συγκλητικοῖς, ἄρχουσι τῆς ἐκκλησίας
Βάρδαις, Προκοπίοις τε, Κιννάμοις πλέον, etc.

Ex Cinnamorum igitur nobili satis et antiqua gente ortus Joannes Cinnamus vixit sub Manuele Comneno, cujus res gestas aliquot libris digessit, quemadmodum et Joannis parentis. Sed Joannis vitam leviter unicoque libro perstrinxit, quod, ut ipse ait, eo imperante ac nedum plane fatis functo, nondum ad maturam ætatem pervenisset. At Manuelis historiam eo libentius scribendam suscepit, quod et vixerit illius ætate, eique meruerit ab ipsa adolescentia, et plurimis in utramque continentem ab eo susceptis expeditionibus interfuerit; adeo ut neminem alium majori cum fide et diligentia istud operis aggredi posse existimaret. Huc accedebat quod litteris non modo humanioribus, sed etiam divinis apprime esset instructus, proindeque historiæ scribendæ perquam idoneus. Nam, ut Allatii de Cinnami scriptoris charactere judicium appingam, « auctor est elegans si quis alius, formulis dicendi peregrinis sæpius utitur, figuris ex sophistarum penu. Periodi illi concisæ, planæ, nisi cum compositionis novitate asperantur et obscurantur. Totum se, ut verbo extricem, ad Procopium componit. Et mirum est inter tot alios posterioris sæculi scriptores tumultuarie in dicendo scribendoque delirantes, hunc tantum sapuisse. » Cinnami vero in rebus theologicis eruditionem commendat Nicetas Choniates in Andronico Tyranno, lib. II, n. 5, cujus etiam specimen non unum in historia sua suppeditat, cum de iis disserendi sese offert occasio. Certe in isto opere, ut in enarrandis Græcorum gestis nimium sibi videtur indulsisse, dum ea longe majora, quam erant, facit, ita in pontifices Romanos, imperatores Germanicos, atque adeo in Latinos omnes, ex innato Græcanicis ingeniis in illos odio, seu potius invidia, parum æquus, imo semper et acriter intemperans est. Sed id, ut dixi, non Cinnamo duntaxat, sed cæteris etiam scriptoribus Græcis seu Byzantinis familiare est. Militari studio operam dedisse Cinnamum,

ex ipsiusmet scriptis arguitur. Scribit enim lib. I, cap. 1, se vixdum adolescentem una cum Manuele in utramque continentem profectum esse, initisque in iis bellis interfuisse : Ἐπεὶ καὶ οὔπω μειραξίῳ γε ὄντι μοι πλείστας συνεκδεδημηκέναι οἱ τῶν ἑῴων ἤπειρον ἑκατέραν συνέβαινεν ἐκστρατειῶν; et lib. V, cap. 18 ait se in Manuelis comitatu fuisse, cum Zeugminum oppugnavit. Denique Nicetas loco laudato testatur Joannem Cinnamum, quem Κινάμου Ἰωάννην vocat, Andronico Tyranno militasse, cum ad Lopadium in Bithynia castra posuit. Unde forte miretur aliquis, quod vir rebus bellicis, militarique officio tota vita sua impeditus, regii seu potius imperatorii grammatici munus obierit, quod idem fuit ac notarii seu secretarii. Nam, ut auctor est Hieronymus Blanca in prologo ad Commentarios rerum Aragonensium, « ipsi notarii ac privilegiorum hujusmodi scriptores, tum scribæ regii, tum et quandoque grammatici regum appellari, Græco nomine retento, consueverunt. » Atque hac notione γραμματικοῦ vocem usurpasse videtur Pachymeres, lib I, cap. 19 ; lib. III, cap. 11 ; et lib. V, cap. 26 ; quæ quidem appellatio notariis indita est, quod id muneris litteratos potissimum viros spectaret : nam, ut ait Diomedes, lib. II, *De arte grammat.* : « Grammaticus Latine litteratus est appellatus. » Grammatici igitur imperatorii dignitas palatina fuit, etsi in catalogis officiorum aulæ Constantinopolitanæ nulla illius occurrat mentio. Cinnami historiam primus e Vaticanæ bibliothecæ codice exscripsit Isaacus Vossius majoribusque distentus curis Cornelio Tollio Ultrajectensi tradidit Latino donandam proferendamque in lucem. Hanc ille tandem emisit Trajectensibus typis anno 1652 cum levioribus aliquot notis, quæ non tanti visæ sunt, ut eas huic adjungerem editioni, cum nihil fere eorum quæ ad historiæ Cinnamicæ illustrationem aut locorum difficilium enodationem pertinent, contineant. Sed et illius versionem tumultuaria quadam, ut ipsemet fatetur, opera exaratam recensere operæ pretium duxi, cum multis in locis scriptoris mentem vix sit assecutus, in aliis paulo obscurior visus sit. Qua quidem in elucubratione ita sum versatus, ut nihil laudandis interpretis conatibus detractum velim. Cum vero codex ms. Cinnami, qui servatur in bibliotheca Vaticana, in sex libros dividatur, in totidem historiam hanc, librosque in sectiones, aut capita sum partitus, cum in editione Tolliana in quatuor tantum libros divideretur, quorum ultimus sua mole tres alios ferme excedit. Quippe in ms. codice in tres pariter distinguitur, ut auctor est Allatius, qui præterea principium septimi in eo legi, nec ultra, adnotat. Quod inde factum existimat, « quod ille codex exscribebatur, cum Constantinopolis terra marique obsessa, tormentis bellicis a Mahumetanis oppugnabatur, ut exscriptor in margine adnotaverat. Dei postmodum justo judicio urbe hostibus tradita, exscriptio quoque illa post aliquot paginas finem habuit, vel expugnatione urbis, vel infortunio, utinam non cæde exscriptoris interturbata. » Et sane post Manuelis excessum historiam se concinnasse ipsemet testatur Cinnamus, l. I, c. 1, cum ait Manuelem sua ætate defunctum, relicto filio impubere. Hanc autem an absolverit et ad Manuelis mortem necne perduxerit, etsi videtur probabile, non tamen omnino id constat, quanquam variis in locis, ac præsertim p. 150, ubi de Alexio, Manuelis filio, quædam a se dicenda et enarranda proponit, quæ in codice Vaticano non exstant. Utcunque sit, libri epigraphe ita concipitur, ut, vivo adhuc Manuele ac nedum exstincto, videatur apposita, cum Ἐφιτομὴν rerum ab Joanne imp. nuper fatis functo gestarum et Manuelis, Joannis filii, historiam dicatur continere. Nam si Manuel tum vivendi finem fecisset, cum historiam absolvit, aut illius titulum ascripsit Cinnamus, non tam Joannem, quam Manuelem μακαρίτην appellasset; solent enim Græci viros potissimum illustres, qui haud ita pridem decesserunt, τῶν μακαριτῶν appellatione donare, ut ex Synesio et aliis constat : quemadmodum feminas nobiliores τῶν μακαριτίδων; quam ultimam vocem usurpant idem Synesius epistola 44 et Pachymeres l. IV, c. 23.

C. TOLLII PRÆFATIO.

Exsolvo nunc promissi fidem, quam ante biennium, cum Palæphatum ederem, de publicando etiam Cinnamo dedi, lector amice et benevole. Scriptor is, seu regius, ut se ipse vocat, grammaticus, memoria sane et posteritate dignissimus, Vitam Joannis Comneni, imperatoris Constantinopolitani, brevi compendio tradidit ; sed imperium ac res gestas filii ejus et successoris Manuelis, cui per Asiam atque Europam bellanti adolescens admodum comes adfuit, cujus facta pleraque oculis suis vidit, longa serie prosecutus est. Dictio ejus pura ac tersa satis, Herodoti, Xenophontis, aliorumque veteris Græciæ in historia principum, æmula : ut vel hac solum virtute immenso post se spatio relinquat Glycam, Constantinum Manassem, Tzetzem, Choniatem Nicetam, et qui alii ejus ævo, aut paulo post, scripsere tumidi homines et salebrosi. Fidem profitetur incorruptam, sine amore cujusquam, sine odio ; quanquam indul entior visus est quibusdam in laudando Manuele, deprædicandoque magnis ausis, æpe etiam temerariis, promptum ejus animum ; cum tamen hanc a se et principe suo avertere suspicionem conetur, producta ad exemplum Alexandri Magni et reliquorum audacia, qui gloria sublati, pericula in præliis

sua esse, non militum, voluerunt. Quidquid sit, habes certe erutum tenebris ac carcere cæco omnibus æqualibus ingenio et claritate sua prælucentem scriptorem; et, quod habes, gratias hoc ages nomine industriæ et liberalitati amplissimi atque inclyti nominis viri Isaaci Vossii, qui eum e codice Vaticanæ bibliothecæ exscriptum majoribus distentus curis mihi, ut juris facerem publici, donavit : meum si in vertendo illustrandoque studium modo agnoveris, amplum satis collocatæ operæ præmium videbor retulisse. Omnibus enim bonis et amantibus eorum, qui laudem assequi ex studiis conituntur, satisfecisse me pro mediocritate mea spero. Si qui supercilium induere volent, et in vitia tam cernere acutum, quam aut aquila, aut serpens Epidaurius, illi suam sibi austeritatem sævitatemque magis fore vitio sciant, quam errorem aut lapsum juveni; cui, subacto nondum ad remotissima quæque per ætatem ingenio, ut est errare inter homines facillimum, ita primus quoque ante omnes veniam indulgentiamque meretur. Accedit, quod pars magna operis conficienda fuerit vixdum firmatis ex longo ac gravissimo morbo viribus. Simul namque prodire e funebri quasi lecto, et manum admovere tabulæ potui, exercui me et defatigavi, ne quo alio, ut nonnulli metum admovebant, præveniente, oleum et operam atque aliquod fortassis inde meritum perderem. Nunc vero spem nostram utcunque exsecuti, damus hic tibi quidquid hoc libri aut laboris est, utque æquus ac libens fruare, humanitatem tuam rogamus. Vale lector, et quantum mihi Dei benignitate vitæ deinceps dabitur, illud omne publico me bono, si qua prodesse potero, crede transmissurum.

JOANNIS CINNAMI

HISTORIARUM LIBRI SEPTEM

—

ΕΠΙΤΟΜΗ ΤΩΝ ΚΑΤΟΡΘΩΜΑΤΩΝ ΤΩ ΜΑΚΑΡΙΤΗ ΒΑΣΙΛΕΙ
ΚΑΙ ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝΝΗΤΩ

ΚΥΡΙΩ ΙΩΑΝΝΗ ΤΩ ΚΟΜΝΗΝΩ

ΚΑΙ ΑΦΗΓΗΣΙΣ
ΤΩΝ ΠΡΑΧΘΕΝΤΩΝ ΤΩ ΑΟΙΔΙΜΩ ΥΙΩ ΑΥΤΟΥ ΤΩ ΒΑΣΙΛΕΙ ΚΑΙ ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝΝΗΤΩ
ΚΥΡΩ ΜΑΝΟΥΗΛ ΤΩ ΚΟΜΝΗΝΩ
ΠΟΝΗΘΕΙΣΑ
ΙΩΑΝΝΗ ΒΑΣΙΛΙΚΩ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΩ ΤΩ ΚΙΝΝΑΜΩ.

—

EPITOME RERUM PRÆCLARE GESTARUM A DIVÆ MEMORIÆ
ET PORPHYROGENITO

DOMINO JOANNE COMNENO,

ET NARRATIO
RERUM QUÆ GESTÆ SUNT AB INCLYTO IPSIUS FILIO IMPERATORE ET PORPHYROGENITO

DOMINO MANUELE COMNENO,

CONSCRIPTA
A JOANNE IMPERATORIO GRAMMATICO CINNAMO.

—

ΒΙΒΛΙΟΝ Α.

—

LIBER I.

—

[P. 1] α'. Οὐδὲ τὸ τῆς ἱστορίας ἔργον ἀφιλότιμον τοῖς πάλαι ἐνομίσθη σοφοῖς. Πλείστου; μὲν οὖν αὐτῶν καὶ ἐντεῦθεν εὐδοκιμηκέναι συνέβη. Ὁ μὲν

1-3 1. Historiam scribere gloriosum jampridem visum est sapientibus, quorum plurimos contigit non mediocrem inde famam laudemque consequi,

Illic enim exarandæ Græcorum historiæ dedit operam : ille Cyri a puero institutionem resque ab illo jam viro præclare gestas enarrandas suscepit, et ubi periculum erat, ne quæ longo ante tempore facta erant rursum oblivione delerentur, ea libris tanquam perennibus insculpta columnis, posteritati commendarunt. Ac tale quidem consilium est historiarum scriptoribus. Oportere autem arbitror, ut qui aliqua cum laude hoc in studio versari velit, et scientia rerum, quæ eo pertinent, singularum instructus, et variis quæ huic vitæ perpetuo adhærescunt curis ac negotiis solutus, ad id accedat; quorum neutrum nobis quantum opus est suppetit. Neque propterea silentio prætercunda videntur quæ nostro acciderunt sæculo : imo curandum ut oblata nobis occasione utcunque fieri potest utamur. Id autem ita confici omnino poterit, si cæterarum rerum maxime, quæ in communi hac mortalium vita frequentius eveniunt, omissa narratione, quæ a duobus gesta sunt imperatoribus describamus, quorum alter nobis necdum natis decesserat, alter nostra ætate et floruit et exstinctus est; filio adhuc impubere imperii hærede relicto. Fuerunt illi Joannes et Manuel, ex Comnenorum familia. Quid autem egerit is a quo uterque prognati sunt, quorum ille patri, ille avo acceptam referebat imperii successionem, utque rem Romanam administraverit, satis superque enarratum esse ab iis arbitror, qui rerum ab illo gestarum historiam litteris consignarunt, ut supervacaneum sit earum memoriam revocare : ut et quemadmodum in Nicephorum ea tempestate imperantem, adeoque jam ætate confectum rebellarit : omnia enim, ut jam prænonui, accurate ab iis pertractata sunt, qui ab omni odio et simultate in scribendo alieni fuerunt. Joannis quidem res gestas breviter et summatim attingam, cum illius ætate, quod supra innui, non vixerim. At Manuelis, qui Joannem excepit, historiam haud scio an quisquam veraciori stylo persequi valeat, quippe qui vixdum adolescens susceptis ab eo plurimis in utramque continentem expeditionibus interfuerim. Hæc igitur præfari operæ pretium fuit : res vero postulat ut ad propositam inde narrationem aggrediar.

2. Alexio vita functo, destinatum jam ante sibi

Οὗτος γὰρ τὰ Ἑλλήνων εἰς ἱστορίαν ἤλασεν ἔργα, ὁ δὲ Κύρου διεξῆλθεν ἀναγκήν τε τὴν ἐκ παίδων καὶ πράξεις, ὅσαι εἰς ἄνδρας ἦκον τοῦτῳ ἐξεπονήθησαν · καὶ καθάπερ ὑπόσα τῷ χρόνῳ φανέντα εἰσαῦθις ἐπικρυβήσεσθαι κίνδυνον εἶχον, ταῦτα ἐκεῖνοι καθάπερ ἐν ἀθανάτοις στήλαις ταῖς βίβλοις ἐντυπωσάμενοι τῷ ἔξης παρέδοσαν βίῳ. Τὸ μὲν δὴ ἔργον τοιοῦτον. Χρὴ γὰρ οἶμαι τούς γε μὴ πάνυ ἀντιξίους τούτῳ ἐπιχειρήσοντας εἰδήσεώς τε τῆς περὶ ἕκαστα εὖ ἥκειν καὶ πραγμάτων ὡς ἔπιπαν ἀφεστάναι (1) ὅσα βίῳ τῷδε [P. 2.] συνέζευκται διηνεκές · ὧν οὐδέτερον ὅπως οἶμαι χρεὼν ἡμῖν πάρεστιν. Οὔκουν οὐδὲ διὰ τοῦτο παντάπασιν ἔργα σιγητέον, ἃ τῷ ἡμετέρῳ δήπου συνέπεσεν αἰῶνι, ἐπιμελητέον δ' ὅπως μὴ καὶ τῆς ἐναύσης ἄρα εὐκαιρίας κατέῤῥειν ἡμῖν ἐλθεῖν γένοιτο. Γένοιτο δ' ἄν, εἴ τῶν ἄλλων καθάπαξ ἁπάντων καὶ ὅσα ἐς τὸν κοινὸν ἥκει τῶν ἀνθρώπων βίον τὴν ἀφήγησιν ὑπερβάντες ὀλίγα ἔργα παραστησόμεθα βασιλέοιν, ὧν ὁ μὲν ἔφθη πρὸ τῆς εἰς τὸν βίον ἡμῶν προόδου τὸ ζῆν ἀπολιπών, ἕτερος δὲ ἤκμασέ τε ἐφ' ἡμῶν καὶ ἀπῆλθε τοῦ βίου τὴν βασιλείαν ἀνήβῳ λιπὼν τῷ παιδί (2). Ἰωάννης οὗτος καὶ Μανουήλ, οἱ Κομνηνοί. Ὅπως μὲν γὰρ εἶχεν ἐξ οὗπερ ἄμφω ἐγενέσθην (ὁ μὲν ἐς πατέρα, ὁ δὲ ἐς πάππον αὐτὸν ἀναφέρων τὴν βασίλειον ἀνεζώσατο ἀρχήν), καὶ ὡς τὰ κοινὰ Ῥωμαίων διῴκησε πράγματα, ἱκανῶς οἶμαι διηγηθέντα ἐπὶ τῶν τὰ ἐκείνου ἀναγραψαμένων οὐ χρὴ καὶ πάλιν ἀναλαμβάνοντας ἐκτιθέναι, ἀλλ' οὐδὲ ὅπως ἐκεῖνος Νικηφόρῳ (3) ἐπανέστη τῷ τηνικάδε τὴν βασιλείαν διέποντι, ἀνδρὶ πόῤῥω τῆς ἡλικίας (4) ἥκοντι καὶ ἐπὶ δυσμαῖς βίου γεγονότι.

Πάντα γὰρ ἐς τὸ ἀκριβὲς ἤδη, καθάπερ ἔφην, διεξιέναι τοῖς γε μὴ πρὸς ἀπέχθειαν ἐκείνῳ συγγεγραφόσιν (a). Εἰρήσεται δέ μοι τὰ μὲν τοῦ Ἰωάννου κατ' ἐπιτομὴν καὶ ὥσπερ ἐν κεφαλαίῳ, ὅτι μηδ' ἐν τοῖς κατ' ἐκεῖνον, ὅπερ ἤδη ἔφην, γέγονα χρόνοις. Τά γε μὴν τοῦ μετ' ἐκεῖνον Μανουὴλ οὐκ οἶδα εἴ τις ἐμοῦ κάλλιον ἐξιστορῆσαι ἔχει, ἐπεὶ καὶ οὕπω μειρακίῳ γε ὄντι μοι πλείστας συνεκδεδημηκέναι οἱ τῶν εἰς ἤπειρον ἐκατέραν συνέβαινεν ἐκστρατειῶν. Ἡ μὲν οὖν πρόθεσις αὕτη, καιρὸς δ' ἂν εἴη λοιπὸν εἰς ἀρχὴν τὸν λόγον ἀναγαγόντας ἐντεῦθεν τῆς ἱστορίας ἀπάρξασθαι.

β'. Ἀλεξίου τὸν βίον καταλύσαντος, Ἰωάννης

Du Cangii notæ.

(1) [P. 429] *Ὡς ἐπιπαν ἀφεστάναι.* Petrus Diaconus in præfat. ad l. IV Chron. Casin. : *Historia a vetusti decoris altitudine ruet, si mens cogitationibus obumbrata et pressurarum mundialium tenebris offuscata fuerit.* Infra : *Mens vero historiographi elucescere minime valet, quandiu terrenis curis et lucris inundat, quia cum homo mundi turbinibus quatitur, movetur pariter et mens, et cum quiescit, similiter et ipsa quiescit*, etc.

(2) *Ἀνηβῳ παιδί.* Alexio Comneno, Manuelis imp. filio, cui Andronicus Tyrannus vitam et imperium ablatum.

(3) *Νικηφόρῳ.* Botaniatæ, cui successit Alexius Joannis parens.

(4) *Πόῤῥω τῆς ἡλικίας.* Erat quippe Nicephorus, cum imperium occepit, admodum senex. Vide not. ad Alexiadis p. 45.

Cornelii Tollii notæ

(a) *Μὴ πρὸς ἀπέχθειαν ἐκείνῳ συγγεγραφόσιν.* Apposite in hanc mentem Tacitus historia prima : *Mihi Galba, Otho, Vitellius, nec beneficio nec injuria cogniti. Dignitatem nostram a Vespasiano inchoatam, a Tito auctam, a Domitiano longius provectam non abnuerim : sed incorruptam fidem professis nec amore quisquam, et sine odio, dicendus est.*

καὶ πρότερον πρὸς τοῦ πατρὸς αὐτῷ μνηστευθεῖσαν (5) τὴν βασιλείαν παρέλαβεν, ἐφ' ὅσον τε ὁ καιρὸς ἐπεμέτρει τοῖς πολιτικοῖς ἑαυτὸν ἐπιδοὺς πράγμασιν ἐπὶ τὴν Ἀσίαν (6) ἐξώρμησεν. Ἔστι δέ τις ἄγχιστα Λύκου καὶ Κάπρου τῶν Φρυγίων ποταμῶν κειμένη πόλις ὄνομα Λαοδίκη (7). Ταύτην δὲ χρόνῳ τινὶ πρότερον Πέρσαις ἁλοῦσαν τῇ Ῥωμαίων ἀνασώσασθαι ὁ βασιλεὺς διανοηθείς, ἀξιόλογον ἐπ' αὐτῇ στρατείαν ἦλασεν. Ἐπειδή τε πόλεως ἀγχοῦ Φιλαδελφείας ἦν, αὐτὸς μὲν αὐτῇ που χάρακα περιβαλὼν ἐστρατοπεδεύετο, τῶν δέ τινα εὐνουστάτων αὐτῷ Ἰωάννης ἐς Πέρσας τὸ γένος ἀναφέροντα ἅμα στρατεύματι τῆς πόλεως ἀποπειρασόμενον ἐπεμψε. Δεῆσαν δὲ ὀλίγῳ ὕστερον πανστρατεὶ καὶ αὐτὸς ἐπιστὰς αὐτοβοεὶ ταύτην εἶλεν. Ἔνθα Βαρβάρων τε ἄλλων πολὺν τετύχηκεν ὄμιλον εἶναι καὶ τῶν ἐν σφίσιν ἐπιφανεστέρων οὐκ ἐλάττους τῶν ὀκτακοσίων, [P. 5.] ἐν οἷς καὶ Πιχαρᾶς (8) ἦν πολέμων ὡς ἄγαν πολλῶν ἔμπειρος. Τότε μὲν οὖν φρουρὰν ἀποχρῶσαν τῇ πόλει καταλιπὼν τῶν ἐπιτηδείων τε διαρκῶς ἐμπλησάμενος ἐς Βυζάντιον ἐπανέζευξε. Χρόνῳ δὲ ὕστερον Σωζόπολιν (9) ἐπιστρατεύσας πόνῳ οὐδενὶ καὶ ταύτην ὑπὸ Ῥωμαίοις ἔθετο. Τὸ δὲ ὅπως αὐτὰ καὶ δή μοι λελέξεται. Σωζόπολις αὕτη πόλις μέν ἐστι τῶν ἐν Ἀσίᾳ πάλαι ἐπισήμων, ἐφ' ὑψηλοῦ δέ τινος καὶ ἀποκρήμνου ἱδρυμένη χωρίου τῷ μὲν ἄλλῳ ταύτης μέρει πανταχόθεν ἄβατος γίνεται, μίαν δέ τινα κομιδῇ στενωτάτην παρέχεται εἴσοδον, ἐφ' ἣν οὔτε μηχανὴν ἄν τις ἑλκύσαι δυνήσεται οὔτε τι τῶν εἰς τειχομαχίαν εὐτρεπίσασθαι· καὶ ἀνθρώποις γάρ ὅτι μὴ κατ' ὀλίγους πορευομένοις μόλις ἐπὶ τὴν πόλιν εἰσηγητὰ γίνεται. Ἡ μὲν δὴ πόλις οὕτως εἶληχε θέσεως. Βασιλεῖ δὲ Ἰωάννῃ τὸ μὲν πρῶτον ἀπέγνωστο τὰ τῆς ἐπιχειρήσεως, ἔπειτα ἔννοιά τις ἐπῆλθεν αὐτῷ, ἣ τήν τε πόλιν Ῥωμαίοις οὐ σὺν πόνῳ παρεστήσατο καὶ αὐτὸν μέγα κλέος ἐς ἀνθρώπους πάντας περιβαλέσθαι πεποίηκεν. Ἥτις ἐξ αὐτῆ δηλώσω. Δύο δὴ δορυφόρων προσκαλεσάμενος τῶν αὐτοῦ, ὧν ὁ μὲν Παχτιάριος, ἄτερος δὲ Δεκανὸς ἐπεκέκληντο, ἐκέλευεν ἅμα τῷ ἅμφ' αὐτοὺς στρατεύματι εὐθὺ τῶν τῆς πόλεως ἰόντας πυλῶν ἀκροβολίζεσθαι πρὸς τοὺς ἐν τῷ τείχει, ἐπεξιόντων δὲ αὐτῶν φεύγειν μηδὲν αἰσχυνομένους ἕως ἐπὶ πλεῖστον ἐκπεσόντες εἰς ὄλωξιν τὸ στενὸν ἀπολίποιεν, τὸ δὲ ἀπὸ τοῦδε ἀγχιστρόφῳ ἐπελάσει τῇ τῶν πυλῶν προτερήσαντας διακληροῦσθαι χώραν. Οἱ μὲν οὖν ἀπῆσαν ὡς ἐπὶ τὴν πόλιν· οἱ δὲ βάρβαροι ἐπειδὴ προσιόντας αὐτοὺς εἶδον, τὰς πύλας εὐθὺς ἀνακλίναντες ὡς εἶχον τάχους ἐξέθεον ἐπ' αὐτούς. Τῶν δὲ νῶτα δόντων αὐτοῖς ξυνέβαινε τὴν ὄλωξιν ἐπὶ πολὺ γίνεσθαι. Ἄτερος τοίνυν τοῖν εἰρημένοιν

a patre imperium Joannes suscepit. Rebus ille urbanis quantum licebat compositis, in Asiam transiit. Proxime autem Lycum, Caprumque, Phrygiæ fluvios, est civitas nomine Laodicea, quam a Persis antea captam Romano rursum asserere imperio constituens imperator, idoneum exercitum eo transmisit. Cumque haud procul abesset Philadelphia, castra illic posuit valloque urbem circumdedit. Misso deinde quodam ex intimis, natione Persa, cum copiis, qui obsidionem aggrederetur, ipse mox cum universo subsecutus exercitu, urbem primo impetu 6 expugnavit. Hic non modica Barbarorum inventa multitudo, quos inter exstitere ex illustrioribus octingenti ut minimum, atque in iis Picharas, militari scientia insignis. Relicto itaque ad continendam urbem valido præsidio, rebusque necessariis prout decebat procuratis, Byzantium rediit. Tum versa ad Sozopolim acie, urbem labore nullo Romanis subjecit. Quomodo autem id factum sit, nobis promendum. Sozopolis, et ipsa inter civitates Asiæ quondam præcipuas, excelso præruptoque sita loco, cæteris quidem locis præclusa undique et impervia, unicum duntaxat, sed angustum admodum præbet aditum, per quem aut machina duci, aut quidquam eorum quæ ad murorum oppugnationem pertinent, apparari nequaquam potest, cum hominibus raro agmine incedentibus vix pateat. Ejusmodi fuit urbis situs. Ac primum quidem Joannes illius capiendæ spem abjecit. Mox subiit cogitatio, quæ et Romanis urbem nullo negotio asseruit et imperatori apud omnes homines gloriam non mediocrem peperit. Qua vero ratione id contigerit, paucis perstringam. Accersitis duobus ad se satellitibus, quorum alteri Pactiario nomen alteri Decano erat, jussit ut confestim portis urbis cum copiarum parte subeuntes levi eos velitatione, qui in mœnibus stabant, provocarent : quod si egrederentur, terga verterent nullo pudore, donec longius ad persequendos 7 ipsos effusi hostes excessissent locorum angustiis; tum repente conversis inde ad portam equis locum caperent. Profectos itaque quasi ad urbem oppugnandam jamque advenientes simul atque conspexerunt Barbari, reseratis e vestigio portis, quanta poterant celeritate in illos irrupere. Romanis terga dantibus longiusque illis persequentibus, alter eorum, quos dixi, statim retro cessit, et cum eo non modica Romanorum multitudo. Cumque jam portis proximi essent, ex equis desiliunt ibique consistunt. Mox cæteri e Romanorum copiis, intellecto quid ab sociis gereretur, retractis equis citatum impetum in hostes fecerunt, qui ab ipsis inter-

Du Cangii notæ.

(5) *Μνηστευθεῖσαν.* Joannes enim statim atque in lucem est editus, imperator a patre acclamatus est. Anna, l. vi, p. 167, 168.

(6) *Ἐπὶ τὴν Ἀσίαν.* Conferendus Nicetas in Joann. n. 4.

(7) [P. 430] *Λαοδίκη.* Laodicea Phrygiæ urbs, de qua Plinius l. v, c. 29 : *Celeberrima urbs Laodicea imposita est Lyco flumini, latera alluentibus Asopo et Capro, appellata primo Diospolis, deinde Rhoas.*

(8) *Πιχαρᾶς.* Qui Nicetæ Ἀλπιχαρᾶς, apud quem, αλ, præpositio est, quam crebro Arabes nominibus propriis præponunt. Vide Vaterium in Præfatione ad El-Macinum.

(9) *Σωζόπολιν.* Pamphyliæ oppidum. Vide Nicetam.

clusi, alii alio per circumjacentes campos fugerunt, hacque ratione urbs expugnatur.

3. Digressus inde imperator Hieracoryphiten castrum sic dictum aliaque complura quæ Attaliæ finitima sunt cepit, posteaque Byzantium reversus est. Pauco deinde elapso tempore in Macedoniam movit. Nam Scythæ ingentibus copiis Istrum transgressi in fines irruperant Romanorum. Verum quod hiems tum erat, circa Beroem civitatem in hibernis militem collocavit, cunctisque interim ad bellum instructis, quosdam ex illorum phylarchis sibi conciliare maxime annixus est, ut cæteros ab his divisos tanto facilius debellaret. Sub vernum tempus, cum ex iis complures legationibus subinde submissis ad suas allexisset partes, in cæteros profectus est, rerumque summam cum iis statuit experiri. Commissa utraque acie, æquo aliquandiu Marte pugnatum, ipseque imperator jaculo in crure percussus est. Tandem Romanis acriter certantibus superantur Scythæ, quorum alii in ipso prælio interiere, alii vivi capti sunt. Pars vero quædam non ignobilior ad castra reversa, fugæ se dare nequaquam voluit : quin potius cum conjugibus et liberis quidquid restaret periculi sustinere decrevere, compositisque et apte inter se connexis plaustris, quæ desuper bovinis contexerant pellibus, positisque in iis uxoribus et liberis, prælium instaurant. Rursum igitur atrox conseritur pugna et utrimque fit multa cædes. Scythæ quippe curribus veluti munimento usi non minimum Romanis damnum intulerunt. Quæ cum adverteret imperator, statuit equo descendere pedesque cum cæteris militibus dimicare. Verum nequaquam id probantibus suis, præcipit bipenniferis qui sibi astabant (gens ea est Britannorum, quæ a multis retro sæculis Romanis militat), ut instarent securibusque suis currus dissecarent. Jussa iis statim exsequentibus, Scytharum castris potitus est imperator. Tunc plerique ex iis qui fuga sibi consuluerant, popularium desiderio adducti, ultro ad eum confluxere. Romanorumque sedibus illati et numeris inserti militaribus diutissime in fide perseverarunt.

4. Atque isto quidem modo sese habuit Scytharum ad Romanos transitio. Imperatorem autem rursus detinuere res Asiæ. Ubi Barbaris inexspectatus, sub hiemis maxime tempus, aliis in servitutem redactis, pluribus ad Christianam fidem

ἵππων ἀποβάντες αὐτοῦ ἵσταντο· ἐξῆς δὲ καὶ τὸ A αὐτίκα ὀπίσω ἐχώρει, καὶ Ῥωμαίων αὐτῷ πλεῖστοι εἵποντο. Ἐπειδή τε πρὸς ταῖς πύλαις ἐγένοντο, τῶν ἄλλο Ῥωμαίων στράτευμα τῶν πραττομένων αἰσθόμενοι δρόμῳ πολλῷ ἐχώρουν, καὶ οἱ πολέμιοι ἐν μέσῳ λοιπὸν ἐναπειλημμένοι ἄλλης ἀλλαχῆ κατὰ τῆς προκειμένης ἐθέοντο παδιάδος, ἥ τε πόλις ἡλίσκετο.

γ'. Βασιλεὺς δὲ ἐκεῖθεν μεταβὰς Ἱερακοουφίτην τε εἶλε τὸ φρούριον καὶ πλείστων ἄλλων ἃ τῇδε ἵδρυται τῇ Ἀττάλου ἐπὶ πλεῖστον ἀγχιθυροῦντα, οὕτω τε λοιπὸν ἐς Βυζάντιον ἀνακομίζεται. Οὗ δὴ ἐπ' ὀλίγον διατρίψας ἐπὶ τὴν Μακεδονικὴν ἐχώρει. Σκύθαι γὰρ πανστρατὶ τὸν Ἴστρον διαβάντες εἰς τὰ Ῥωμαίων εἰσέβαλον ὅρια. Ἀλλὰ τότε μὲν χειμῶνος ἐπιλαβομένου ἐνταῦθά που περὶ πόλιν Βερόην διεχείμαζε, τὸ μὲν τὰ πρὸς τὸν πόλεμον ἐξαρτύων, B [P. 4.] τὸ δὲ πλέον ἤθελε τῶν ἐν σφίσι φυλάρχων (10) τινὰς ἑταιρίσασθαι, ὡς ἂν οὕτω τοὺς ἄλλους χωρὶς ἀπολαβὼν οὐ σὺν πόνῳ καταγωνίσηται. Ἔαρος δὲ πολλοὺς ἤδη διὰ πρεσβειῶν αὐτῷ προσχωρῆσαι ἀναπείσας ἐπὶ τοὺς λοιποὺς ἐχώρει, πολέμῳ κρῖναι θέλων τὰ πράγματα. Συρραγέντων τοίνυν ἀλλήλοις τῶν στρατευμάτων, μέχρι μέν τινος ἰσοτάλαντος ἡ μάχη ἐγίνετο, ὅτε καὶ αὐτὸς βασιλεὺς βάλλει τὸν πόδα ἐπλήγη· τῶν δὲ Ῥωμαίων εὐθύμως ἀγωνιζομένων ἡττῶνται κατὰ κράτος οἱ Σκύθαι, καὶ αὐτῶν οἱ μὲν ἔπεσον, οἱ δὲ ζωγρείᾳ ἑάλωσαν. Μοῖρα δέ τις οὐκ ἀγενὴς ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἐπανιοῦσα οὐκέτι φεύγειν ἠξίου, ἀλλ' αὐτοῦ σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις τοῖς αὐτῶν τὸν κίνδυνον ὑποστῆναι εἵλοντο προπονούμενοι τῶν ἁμαξῶν, ἃς βοείοις ἄνωθεν βύρσαις περιλαβόντες ἐς τὸ ἀκριβές τε ἁρμοσάμενοι C ἐπ' αὐτῶν τὰς γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα ἐνέθεσαν. Αὖθις οὖν μάχη συνίσταται καρτερὰ καὶ φόνος ἀμφοτέρωθεν γίνεται. Σκύθαι γὰρ ὥσπερ ἐπιτειχίσματι ταῖς ἁμάξαις χρησάμενοι μεγάλα Ῥωμαίοις ἐλύπουν. Ὁ βασιλεὺς ἐννοησάμενος ἤθελε μὲν αὐτὸς τοῦ ἵππου ἀποβὰς πεζῇ σὺν τοῖς στρατιώταις τὸν ἀγῶνα διαῦλῆσαι. Ῥωμαίων δὲ οὐδαμῇ ἐπαινούντων ἐκέλευε τοῖς ἀμφ' αὐτὸν πελεκυφόροις (11) (ἔθνος δέ ἐστι τοῦτο Βρεττανικὸν βασιλεῦσι Ῥωμαίων δουλεῦον ἀνέκαθεν) πελέκεσιν ἐπιστάντας διακόπτειν αὐτάς. Τῶν δὲ αὐτίκα ἔργου ἐχομένων, οὕτω δὴ καὶ αὐτοῦ τοῦ Σκυθῶν στρατοπέδου ἐγκρατὴς βασιλεὺς γίνεται. Ὅτε καὶ τῶν ἄλλων, ὅσοι φυγῇ τὴν σωτηρίαν ἐπραγματεύσαντο, οἱ πλείους τῷ φίλτρῳ τῶν D ἑαλωκότων αὐτόμολοι βασιλεῖ γεγονότες, εἰς ἤθη τε τὰ Ῥωμαίων ἀπήχθησαν καὶ στρατιωτικοῖς ἐγγραφέντες καταλόγοις ἐπὶ μακρὸν διετέλεσαν.

δ'. Ἡ μὲν οὖν τῶν Σκυθικῶν ἐθνῶν ἐς Ῥωμαίων διάβασις ταύτῃ πῃ ἔσχε· βασιλεὺς δὲ καὶ αὖθις τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν εἶχετο πραγμάτων. Ἀπροσδόκητος γὰρ τοῖς τῇδε βαρβάροις χειμῶνος μάλιστα ἐπιθέμενος ἄρδην ἠνδραποδίζετο, πλείστους τε αὐτῶν

Du Cangii notæ.

(10) *Φυλάρχων*. Nam in plures tribus distributi erant, nec uni parebant duci, inquit Nicetas. Procopius, l. 1 De bello Persico : Οὐδεὶς δὲ οὔτε Ῥωμαίων στρατιωτῶν ἄρχων, οὓς δοῦκας καλοῦσιν, οὔτε Σαρακηνῶν τοῖς Ῥωμαίοις ἐπισπόνδων ἡγούμενοι, οἱ φύλαρχοι ἐπικαλοῦνται etc. Cæterum expeditionem Joannis Macedonicam ad a. 5 imperii refert Nicetas, qui cadit in ann. Chr. 1123.

(11) *Πελεκυφόροις*. Varangis. Brycnnius, l. 4, c. 20 : Ἀσπιδιφόρον ξύμπαν καὶ πελεκῶν τινα ἐπὶ ὤμων φέρον. Vide not. ad Villhard. et Annam.

ἐπὶ τὴν εὐσεβῆ μεταφέρων δόξαν αὔξην στρατευμάτων ἐντεῦθεν Ῥωμαίοις πεποίητο. Οὕπω γὰρ γεηπονικοῖς ἐνησχημένοι ἔργοις γάλακτός τε ἀπερρόφουν καὶ κρεῶν ἐσιτοῦντο, κατὰ τοὺς Σκύθας, ἀεὶ σποράδες τε ἀνὰ τὸ πεδίον ἐσκηνημένοι ταύτῃ τοῖς βουλομένοις αὐτοῖς ἐγχειρεῖν προχειρότατοι ἐγίνοντο. Πέρσαις μὲν δὴ οὕτω συνέβαινε βιοῦν πρότερον· Ῥωμαίοις δὲ καὶ Οὕννοις (12), οἳ ἐπὶ τῆς ὑπὲρ τὸν Ἴστρον χώρας οἰκοῦσι, πόλεμος ἀπ' αἰτίας ἐνερράγη τοιᾶσδε. Λαδισθλάβῳ (13) τῷ Παννονίας ῥηγὶ παῖδες ἄῤῥενες ἦστην δύο, Ἀλμούζης καὶ Στέφανος. Ἀλλὰ Στέφανος μὲν, ἐπειδήπερ ὁ πατὴρ αὐτοῖς ἀποθάνοι, τὴν ἀρχὴν αὐτὸς ἀναλαμβάνει πρεσβύτερος ὤν, ἄτερος δὲ φυγὰς ἐπὶ βασιλέα παραγίνεται. Ἔθος γὰρ [P. 5.] Οὔννοις ἐστὶ, τοῦ ἐν σφίσιν ἄρχοντος ἐπὶ παισὶ τετελευτηκότος, ἕως μὲν ὁ τὴν ἡγεμονίαν ἐκ τούτων παραλαβὼν ἄῤῥενος οὐκ εἴη πατὴρ παιδὸς, ξυνεῖναί τε ἀλλήλοις τοὺς ἀδελφοὺς καὶ τῆς παρ' ἀλλήλων τυγχάνειν εὐνοίας, ἐπειδὰν δὲ ἥδη παῖς αὐτῷ γένηται, οὐκέτι ἄλλως τὴν ἐπὶ τῆς χώρας ξυγχωρεῖν αὐτοῖς διατριβὴν, ἀλλ' ἢ τὰς ὄψεις ἐκκεντηθεῖσιν. Ἀλμούζης μὲν οὖν τούτου δὴ ἕνεκα παρὰ βασιλέα ἦλθεν. Ὁ δὲ ἀσμένός τε τὸν ἄνθρωπον εἶδε καὶ ξὺν φιλοφροσύνῃ ἐδέξατο. Ἐτύγχανε γὰρ δὴ βασιλεὺς Ἰωάννης Εἰρήνην τὴν Βλαδισλάβου παῖδα γυναῖκα γαμετὴν ἤδη πεποιημένος, σωφρονεστάτην τε εἴπερ τινὰ καὶ ἀρετῆς ἐς τὰ μάλιστα μεταποιουμένην. Ὅσα γοῦν ἐκ βασιλέως τε ξυνοίκου καὶ τῆς βασιλείας ἐπεπόριστο, οὔτε τοῖς παισὶν εἰς κλήρους ἀφώρισεν οὔτε περιττότητι κόσμων ἠνάλωσε καὶ τρυφῇ. Εὖ δὲ ποιοῦσα διετέλει τὸν πάντα τῆς ζωῆς αἰῶνα τοὺς ὅσοι ἐφ' ὑτφοῦν ἐκείνης δεόμενοι ἦσαν. Ἡ δὲ καὶ φροντιστήριον (14) ἐπ' ὀνόματι τοῦ παντοκράτορος (15) ἐν Βυζαντίῳ συνεστήσατο, ἐς κάλ-

perductis, non modicam Romano exercitui accessionem fecit. Agriculturæ enim prorsus imperiti, lac sorbebant carnibusque vescebantur, atque vagi Scytharum more in campis sub tentoriis degentes facili opera cujuslibet impetu expugnari poterant. Eam igitur Persæ olim vivendi rationem secuti sunt. Inter Romanos vero et qui trans Istrum regiones incolunt Hungaros bellum hac de causa exarsit. Vladislao Hungariæ regi filii duo erant, Almus et Stephanus. Horum alter Stephanus, exstincto parente, ut natu major regnum accepit, alter patria elapsus adiit imperatorem. Moris quippe est apud Hungaros, ut cum princeps superstitibus liberis vita fungitur, quandiu prolis masculæ exsors est qui in imperium succedit, conveniant inter se fratres mutuamque benevolentiam exerceant : simul ac vero natus illi filius, non alias iis intra regni fines nisi excæcatis oculis habitare concedatur. Eapropter ad imperatorem confugit Almus, a quo et visus libenter et benigne exceptus est. Quippe jam uxorem duxerat Joannes imperator Irenem, **10** Vladislai filiam, modestia singulari cumprimis feminam et virtutibus decoratam. Quidquid illa sive ex conjugis Augusti liberalitate comparavit sive ex imperii reditibus, non transmisit in liberos, aut in superfluos sumptus luxumque immodicum expendit : sed observata semper eadem vivendi ratione indigentioribus erogavit. Eadem monasterium CP. exstruxit dicavitque Omnipotenti, opus structuræ elegantia et amplitudine nulli secundum : hujusmodi quidem moribus fuit Augusta. Rex Hungariæ interim, perceptis iis quæ de fratre ferebantur, per legatos imperatorem rogavit ut finibus expelleretur Romanorum. Renuente idque dene-

Du Cangii notæ.

(12) *Οὔννοις*. De hoc bello Hungarico Nicetas in Joan. n. 5.

(13) *Λαδισθλάβῳ*. Ladislaus seu Vladislaus, Hungariæ rex, non fuit Almi pater et Stephani, uti vult Cinnamus : unicam quippe filiam sustulit Pyriscam, Joanni Comneno imperatori nuptam et a Græcis Irenes nomine donatam. Vladislao vero in regnum successit ex illius testamento Almus, ex Geisa fratre Vladislai nepos, qui, assumpto in regni consortium Calamano fratre, ab eodem oculis privatus et exactus, ad imperatorem Germaniæ primum, deinde ad Joannem Constantinopolitanum Augustum fuga dilapsus est, auxilii expetendi gratia. Exstincto demum Calamano, Stephanus filius regnum adeptus est, is nempe de quo hic agit Cinnamus, qui proinde non fuit Almi frater, licet eodem in errore versetur Nicetas. Consulendi in primis ad hoc firmandum stemma regum Hungaricorum, Otho Frising. l. VII Chr., c. 13 et 21 et Thwroczius in Chr. Reg. Hung. c. 63, ubi Stephano bellum a Græcis illatum pluribus persequitur. Adde Uspergensem et Albericum an. 1135 et notas ad Annæ p. 416.

(14) *Φροντιστήριον*. Perperam hoc loco, ut et l. II, *scholam* vertit Tollius; rectius *sacra loca* l. VI; est enim Græcis idem quod μοναστήριον. Suidas : Φροντιστήριον, διατριβὴ, ἢ μοναστήριον, ὅπερ οἱ Ἀττικοὶ σεμνεῖον καλοῦσι, quasi locus cogitationum seu commentationum, in quo monachi cogitationes commentationesque suas ad virtutem erigunt; unde Athanasio ἀσκηταὶ καὶ τῆς ἀρετῆς φροντισταί dicuntur. Acta SS. Phileæ et Philoromi, Ruffino interprete n. 8 : *Jam immolavit in phrontisterio*. Hac notione vocem istam usurpant, Anna. p. 156, 482, 485; Theophylactus Simoc. l. I Hist. Maur. c. 14; Nicetas in Man. l. VII, c. 3; Cantacuzenus, l. I, c. 22 et alii.

(15) *Παντοκράτορος*. A Joanne exstructum monasterium Pantocratoris, seu Dei omnipotentis, narrant Nicetas in Man. l. I, c. 1 et Innocentius III PP. l. XIII, epist. 162, apud quem nuncupatur *pantocraton*, ut et in alia ejusdem pontificis epistola apud Odor. Raynaldum in Annal. Eccl. an. 1207 n. 19 et 20, usitato Latinis et Francis ævi medii scriptoribus more, qui Græcas voces in *op* desinentes in *um* efferunt, ut pridem a nobis observatum ad Villhard. in eo humatum Manuelem tradunt idem Nicetas et Cinnamus l. II. Ad Manuelis monumentum lacrymas fudisse Andronicum Tyrannum auctor est idem Nicetas. Monasterium virorum fuit, cujus hegumenus seu abbas olim fuit patriarcha Antiochenus, ex Villharduinorum familia oriundus, ut prodit Georg. Pachymeres l. V. Imaginis Deiparæ, quam a D. Luca depictam asserebant, in hac æde magno populi concursu cultæ, meminit idem scriptor l. II, c. 31. [P 413] Agunt etiam de hoc monasterio Gregoras l. VII, Codinus, De offic. aulæ CP. c. 15, et Ducas c. 36; in 11 urbis regione statuitur a Gyllio l. IV, c. 2, a quo pluribus describitur : juxta templum SS. Apostolorum, in parva-

gante Joanne, transmisso Istro Belegradam, civitatem fluvio adjacentem, expugnat, dirutaque illa a fundamentis ipsis lapides inde navigio avexit et ex iis urbem Zeugmen condidit in Sirmio, quæ exinde multis annis substitit : donec imperante Manuele a fundamentis perinde eversa, tanquam vicissitudine quadam, murorum Belegradensium instaurationi tota inserviit. Verum ista deinceps commemorabuntur, cum ad ea tempora historia pertigerit. Hæc postquam comperit imperator, Istrum versus cum universo exercitu profectus est, ex Ligurinis equitibus, quos nostri Lombardos vulgo appellant, et Persis, ascitis in societatem copiis, sedit aliquandiu ad fluvii ripas sese comparans ad prælium. Interea **11** Stephanus, etsi corpore invalidus, in interioribus regni partibus ægritudine detineretur, nulla interposita mora, vires quam potest maximas contrahit, quibus imperatorem progredi ultra prohiberet, suis hoc dans in mandatis ut in transistriana regione manerent. Jussis paruerunt Hungari. Imperator vero, ut quæ negari videbantur absque vi ulla exsequeretur, hæc comminiscitur. Separata sociorum auxilia jubet retro a flumine veluti ad Tempum locum sic dictum progredi et qua collis quidam ex Hungarorum terra exsurgens ad fluvium usque protenditur, amnem superare : dum ipse cum reliqua parte exercitus ex adverso Chrami castelli consistens, fingit eo sese confestim suos transmissurum. Quo facto nullo negotio Romani transiverunt : ac ne primum quidem Hungari sustinentes impetum totis viribus in fugam se conjecere. Insequentibus ad flumen usque Romanis, universaque Hungarorum turba in pontem qui Istrum jungit confluente, pons ipse disruptus complures in amnem præcipitat et exstinguit : plurimi in manus Romanorum veniunt, quos inter viri fuere magni apud Hungaros nominis, Acuses et Celapes. His feliciter gestis imperator, Chramoque castello primo impetu expugnato, confestim in Romanorum regionem rursum transvolat, urbeque Branizova militari præsidio, cui Curticium præposuit, munita Constantinopolim **12** revertitur. At non multo post obsessam Branizovam occuparunt Hungari, cæsis partim qui in ea reperti sunt Romanis, captis aliis, aliquot etiam fuga elapsis. Id factum graviter accipiens imperator Curticium die indicta proditionis reum condemnat tergumque illius flagris cædi imperat, licet ille non prius, quam hostes cum universo exercitu urbem

(86) *Οὐκ οἶδα ὅτου ἕνεκα. Ne populis inter se dissidentibus contentiones orirentur, et ut commodius vitæ necessaria suis procurarent legionibus, equisque et jumentis ad onera deputatis pabula non deessent.* Ita Will. Tyrius, l. xvi, c. 19, Gesta Ludov. VII, Math. Paris, et alii.

(87) *Ἐς ἐννενήκοντα.* Willelmus Tyrius : *Ut constanter asserunt qui in ea expeditione fuerunt, in solo domini imperatoris comitatu ad septuaginta millia fuerunt loricatorum, exceptis peditibus, parvulis, et mulieribus, et equitibus levis armaturæ : in exercitu vero regis Francorum, virorum fortium loricis utentium numerus ad 70 millia, excepta classe secunda, æstimabantur.* Otho Frisingensis de Conrado : *Tantam autem post se multitudinem traxit, ut et flumina ad navigandum, camporumque latitudo ad ambulandum vix sufficere videretur.* Chron. Reichersperg. an. 1147 : *Tamque infinitus erat exercitus, quod ex quo gentes esse cœperunt, nunquam tantam hominum equitum simul et peditum multitudinem in unum congregatam fama sit.* Odo de Diogilo, l. II de Conrado : *Valde imperialiter egressus est et navali apparatu et pedestri exercitu : et bene, habebat enim tunc Hungaros inimicos.* Idem l. III : *Et licet ego præscripserim et verum sit de illius exercitu infinitos jam obiisse, audivimus tamen a Græcis, qui numerarunt transeuntes (brachium S. Georgii) eum cum nongentis* (nonaginta) *millibus et quingentis* 66 *transfretasse.* Denique Gotefridus Viterbiens, part. XVII :

——— numerum si noscere quæras,
millia milleni militis agmen erat.

In utroque scilicet exercitu Alemannorum et Francorum.

ratore 70 demandata erat provinciæ præfectura, quemadmodum ei imperatum erat, necessaria omnia subministravit. Posquam ad Sardicam ventum est, accessere duo ex illustrioribus viri, qui et eos humaniter, ut par erat, exciperent, et commeatum præberi curarent. Alter horum fuit Michael sebastus, ex Palæologorum gente, vir ingenio et multa rerum experientia præstans, qui nescio quod ob crimen ab imperatore Joanne in exsilium actus, a Manuele revocatus fuerat; huic deinceps, rebusque Romanis addictissimus. Alter vero dignitate chartularius operam suam utrique impenderat imperatori; sed Joannis præsertim adeo fuerat benevolentiam expertus, ut Alexio natu filiorum majore rebus humanis exempto, mandaverit ei imperator, ut post excessum suum Manueli ad sceptra vocato imperium resignaret. Hunc illi in finem Sardicam pervenere. Sed enim Barbari, quandiu fuere in locis difficilibus (multi enim ab Istro flumine ad Sardicam usque prærupti eminent, vixque non inaccessi montes) incedebant quietius, nihilque ab iis actum, quod Romanis displiceret. At postquam attigere loca plana, quæ regionum circa Dacicam difficultates excipiunt, tum demum hostilem animum prodidere. Res quippe venales exponentibus injustas injiciebant manus : et si quis rapientibus 71 obsisteret, eum continuo ense detruncabant. Hæc etsi perpetrarentur, nihilominus movebatur rex Conradus, si qui essent qui quererentur, nec præbebat aures; vel si auscultaret, petulantiæ id multitudinis ascribebat. Ea postquam ad imperatorem pervenere, Prosuchum, militari virtute præinsignem virum, cum raptim coacto agmine adversus eos mittit : qui juxta Adrianopolim Barbaros assecutus, primum quidem haud longo intervallo subsequebatur, ac subinde coercebat inordinatius evagantium excursiones. Tandem ubi eos videt supra modum feroces, palam etiam signa confert, tali ocasione. Quidam ex illustrioribus Alemannis, corpore affecto, Adrianopoli se in monasterium receperat, cum pecuniis, alioque omni apparatu. Id Romani aliquot milites ex pedestribus numeris subodorati, domicilium, ipsumque adeo ægrotum igne subdito cremant, sicque pecuniis potiuntur. Quam rem ubi accepit Fredericus, Conradi ex fratre nepos, homo incredibiliter ferox, impetu vehemens, elatoque admodum animo, Adrianopolim propere revertit, duorum itinerum dierum Conradum prævertens, ac monasterium, in quo primum diverterat Alemannus, incendit, sicque belli occasionem Romanis simul ac suis præbuit. Prosuchus igitur idcirco Fredericum

A χώρας πρὸς βασιλέως ἐμπεπιστευμένος ἀρχὴν Μιχαὴλ ἐπώνυμον Βρανᾶς προὔνοείτο ἤδη τῶν ἀναγκαίων αὐτοῖς, οὕτω προστεταγμένον αὐτῷ. Μέχρι μὲν οὖν καὶ ἐπὶ Σαρδικῆς ἐν τούτοις ἦσαν, ἔνθα καὶ ἄνδρε δύο τῶν ἐπὶ δόξης ἠλθέτην παρ' αὐτοὺς, δεξιωσομένω τε τὰ εἰκότα καὶ τὰ ἀναγκαῖα σφίσιν ἐμπορισομένω. Ἦν μὲν ὁ αὐτῶν Μιχαὴλ σεβαστὸς ἐκ Παλαιολόγων, ἀνὴρ ἱκανῶς συνετὸς καὶ πραγμάτων πολλῶν ἔμπειρος, ὃς βασιλεῖ Ἰωάννῃ οὐκ οἶδ' ὅ τι προσκεκρουκὼς πρότερον ὑπερόριός τε διὰ τοῦτο γεγονὼς πρὸς βασιλέως ἀνεκαλεῖτο Μανουὴλ εὔνους τε αὐτῷ καὶ τοῖς Ῥωμαίων μάλιστα ἐγένετο πράγμασιν. Ὁ μὲν δὴ τοιοῦτος ἦν. Ἕτερος δὲ χαρτουλάριος (88) μὲν ἀμφοτέροιν ἐχρημάτισε τοῖν βασιλέοιν. Τοσούτῳ γε μὴν Ἰωάννῃ βασιλεῖ εὐνούστατος

B γέγονεν ὡς ὁπότε Ἀλεξίῳ τῷ πρεσβυτάτῳ τῶν υἱέων ἐξ ἀνθρώπων γεγενῆσθαι ξυνέβη, ἐνσκῆψαί οἱ τὸν βασιλέα μετὰ τελευτὴν τὴν αὐτοῦ τὸν Μανουὴλ ἐπὶ τὰ σκῆπτρα καλέσαι καὶ τὴν βασιλείαν ἐγχειρίειν. Οἱ μὲν οὖν τούτων ἕνεκα ἐπὶ τὴν Σαρδικὴν ἦλθον. Οἱ δὲ Βάρβαροι μέχρι μὲν ἐν δυσχωρίαις ἦσαν (πολλὰ γὰρ ἐκ τοῦ ποταμοῦ Ἴστρου ἄχρι καὶ ἐπὶ Σαρδικὴν ὄρη ἀνέχει ὑψηλὰ καὶ δεινῶς ἄβατα), σιγῇ τε ἐπορεύοντο καὶ οὐδὲν ὅτι Ῥωμαίοις οὐ κατὰ γνώμην ἐποίουν. Ἐπεὶ δὲ ταῖς πεδιάσιν ἤδη ὠμίλουν, αἳ πολλὰ τὰ δυσπρόσοδα τῶν κατὰ τὴν Δακικὴν διαδέχονται χωρίων, παραφαίνειν λοιπὸν τὸ δυσμενὲς ἤρξαντο, τοῖς τε κατ' ἐμπορίαν τὰ ὤνια σφίσιν ἀποδιδοῦσι χεῖρα ἐπέβαλον ἄδικον· [P 40] κἄν τις ἀπ-

C ισχυρίσαιτο πρὸς τὴν ἁρπαγὴν, τοῦτον δὲ ῥομφαίας ἔργον ἐτίθεσαν. Ὅ τε ῥῆξ Κορράδος ἀνεπιστρόφως πάντη τῶν γινομένων εἶχε καὶ τοῖς ἐπικαλοῦσιν ἢ οὐδὲ προσεῖχεν ὅλως, ἢ καὶ προσχὼν τῇ τοῦ πλήθους ἀλογιστίᾳ τὸ πᾶν ἀπεγράφετο. Τούτων βασιλεὺς ἀκηκοὼς στράτευμα ᾗ τάχους εἶχεν ἅμα Προσοὺχ ἀνδρὶ ἐμπειρομάχῳ κατ' αὐτῶν ἐπεμψεν. Ὃς καὶ ἐπειδὴ περὶ πόλιν Ἀδριανοῦ τοῦτοις συνέμιξε, μέχρι μέν τινος ἀπὸ διαστάσεως εἵπετο, τὰς ἀτάκτους τοῦ πλήθους ἀνασειράζων ὁρμάς. Ὡς δὲ καὶ ἐπὶ μᾶλλον θρασυνομένους αὐτοὺς ἐώρα, καὶ πολεμίας ἤδη ἐν τῷ ἐμφανεῖ συνέμιξε χεῖρας ἀπ' αἰτίας τοιᾶσδε. Τῶν τινα ἐπισημοτέρων Ἀλαμανῶν (*μ*) μαλακισθέντα τὸ σῶμα σεμνεῖόν τι εἶχε τῶν ἀνὰ τὴν πῶλιν Ἀδριανοῦ σύν τε χρήμασι καὶ ἀποσκευῇ τῇ πάσῃ· ἃ φωράσαν-

D τές τινες Ῥωμαίων τῶν ἐκ πεζικῶν καταλόγων πῦρ τε τῇ καταγωγῇ ὑφῆψαν καὶ τὸν ἄνθρωπον οὕτω προσαπολέσαντες τὰ χρήματα ἔσχον. Ὡς οὖν εἰς ἀκοὰς Φρεδερίκῳ (89) τὸ γεγονὸς ἦλθε τῷ Κορράδου ἀδελφιδῷ, ἀνδρὶ ὑπ' ἀσυμμέτρου αὐθαδείας τὴν τε ὁρμὴν ἀκαθέκτῳ καὶ ἐπιεικῶς φρονηματίᾳ, σπουδῇ παλίνορσος ἐπὶ τὴν Ἀδριανοῦ ἦλθε καίτοι δυοῖν ἡμέ-

Du Cangii notæ.

(88) Ἕτερος δὲ χαρτουλάριος. Basilius Tzitziluces, de quo Nicetas, l. 1, n. 1.

(89) Φρεδερίκῳ. Id ipsum refert Nicetas, l. 1, n. 5, Gotefridus Viterb.

Adfuit egregius [P. 440] *Fridericus dux Suevorum,*
Æqua suo patruo regit agmina Teutonicorum,
Hostibus ingeritur, protegit ipse forum.

Cornelii Tollii notæ.

(*μ*) Τῶν τινα ἐπισημοτέρων Ἀλαμανῶν. Ait Nicetas cognatum hunc fuisse regis ipsius Conrati.

ραιν ὁδὸν Κορράδου προαπιὼν, πυρί τε τὸ σεμνεῖον φλέξας οὗ δὴ ὁ Ἀλαμανὸς κατέλυε πρότερον, ταύτην πολέμου πρόφασιν Ῥωμαίοις τε καὶ αὐτοῖς ἐντεῦθεν ξυνεπορίσατο. Θ γάρ τοι Προσοὺχ εἰς χεῖρας διὰ τοῦτο Φρεδερίχῳ ἐλθὼν ἐτρέψατο αὐτὸν καὶ φόνον Βαρβάρων πολὺν εἴργαστο. Ἦν δὲ Φρεδερίκος οὗτος ὁ μετὰ Κορράδον Ἀλαμανῶν ἄρξας, ἐξ αἰτίας ἣ ἐν τοῖς εἰσέπειτα λελέξεται λόγοις. Ἐντεῦθεν τῆς προτέρας Ἀλαμανοὶ καθυφῆκαν ἀλαζονείας, ἔργῳ τὴν Ῥωμαίων διδαχθέντες ἰσχύν.

ιδ'. Ταῦτα μὲν οὖν τῇδε ἐπράσσετο. Ἀνδρόνικος δὲ ὃν καὶ Ὦπον ἐκάλουν, ἐκ βασιλέως τούτων δὴ ἕνεκα πεμφθείς, τῶντε ὅρκων ἀνεμίμνησκε σφᾶς καὶ ἃ περὶ τῷ μηδὲν ἀδικήσειν Ῥωμαίους διωμολογήκεσι πρότερον συχνὰ προφέρων ὠνείδιζέ τε τὴν ἀπιστίαν αὐτοῖς, καὶ εἴγε μὴ εἰς προῦπτον κακὸν ἐμπεσεῖσθαι βουλομένοις εἴη, ἐπὶ τὸν Ἀβύδου (90) ξυνεβουλεύετο πορθμὸν ἰέναι κἀκεῖθεν αὐτίκα περαιωσομένους. Ἀλλ' Ἀνδρόνικος μὲν τοσαῦτα εἰπὼν ἐπειδὴ μὴ πεῖθειν εἶχεν, ἄπρακτος ἐς Βυζάντιον ἀνεχώρει. Οἱ δὲ εἰς βουλὴν συλλεγέντες περὶ τῶν ἐν χερσὶ πραγμάτων ἐσκέπτοντο. Δόξαν δὲ τῆς ἐπὶ Βυζάντιον ἔχεσθαι, ἅπαντες ἐκεῖθεν ὁδῷ προήεσαν. Οὐδέν τε ἧσσον αὖθις ἐκεῖνοι καὶ μετὰ τὴν πληγὴν ἦσαν οἱ πρὶν ἀλαζόνες. Τά τε γὰρ βοσκήματα συνέκοπτον ἀφειδῶς καὶ Ῥωμαίων δὲ τῶν ἀνθισταμένων πολλοὺς ἔκτεινον· ἥ τε μάχη οὐκέτι λοιπὸν [P. 41] ἐκ τοῦ ἀφανοῦς συνίστατο. Ταῦτα ἐπειδὴ βασιλεὺς ἤκουσε, δεῖν ἐγνω παρασκευάζεσθαι καὶ αὐτός. Πόλιν μὲν οὖν τὴν Κωνσταντίνου αὐτίκα στρατόπεδα ἐφρούρει, τὰ μὲν πρὸ τῶν τειχέων αὐλιζόμενα, τὰ δὲ καὶ πυλῶν ἔνδοθι διατριβὴν ἔχοντα. Βασίλειον δὲ ὃν καὶ Τζικανδύλην ἐπεκάλουν, πολλοῖς ἐς τὰ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ἀγῶσι καὶ μάχαις κατὰ Βαρβάρων ἐνευδοκιμηκότα τῶν τῇδε [Κωνσταντίνου], ἅμα τῷ Προσοὺχ, οὗπερ ἤδη ἐμνήσθην, Πέρσῃ μὲν τὸ γένος, τροφῆς δὲ καὶ παιδείας μεταλαχόντι Ῥωμαϊκῆς, ἐπί τινα χῶρον ᾧ Λόγγοι ὄνομα ἅμα στρατεύμασιν ἐλλοχήσοντας ἔστελλεν, ἐπισκήψας αὐτοῖς, ἐπειδὰν χειρῶν ἀδίκων καὶ πάλιν κατάρχειν πειρῶνται Ἀλαμανοὶ, ἀντεπεξιέναι σφίσι κατὰ τὸ ἐγχωροῦν. Οἱ καὶ ἐπειδὴ πρὸς τῷ χώρῳ ἐγένοντο, τήν τε Ἀλαμανῶν κατενόουν πληθὺν καὶ ὅπως ποτὲ τάξεως ἢ ἀταξίας τὰ στρατόπεδα τούτοις ἔχοι ἐπιμελέστατα διεσκοποῦντο. Τά τε γοῦν σώματα αὐτοῖς μεγάλα (91) τε ὑπερφυῶς καὶ τεθωρακισμένα ἐς τὸ ἀκριβὲς κατενόουν, καὶ τὴν ἵππον δὲ ἥκιστα δρομικὴν οὖσαν, ἔτι τε ἀταξίᾳ πολλῇ ἐς τὴν ὁδὸν κεχρημένους ἰδόντες, εὐχείρωτόν τε Ῥωμαίοις τὴν στρατιὰν αὐτοῖς ἔσεσθαι ὑπειλήφασι σὺν ἐπιστήμῃ συμπλεκομένοις, καὶ

14. Cum ea isthic agerentur, Andronicus, quem et Opum appellabant, missus est ab imperatore ad res componendas. Positis ille ob oculos quæ antea jurejurando de non offendendis Romanis sanciverant pactis, perfidiam objecit hortatusque est, ni damnum incurrere manifestum vellent, ut Abydenum fretum peterent indeque copias transportarent. Verum cum nihil persuasisset, infecto negotio Byzantium rediit. At illi coacto concilio, quo de rerum præsentium statu deliberarent, Byzantium esse contendendum decrevere, itinerique se inde committunt. Neque a pristina rursum remisere arrogantia, quam non fregerunt acceptæ antea clades. Nihilo enim secius pecora passim trucidarunt et arcentes vim Romanos complures cecidere : neque enim abhinc occulte prælia conserebantur. Quæ postquam comperit imperator, necessarium esse duxit ut et ipse copias appararet. Itaque urbem Constantinopolitanam extemplo firmat exercitu, cujus pars una excubabat pro mœnibus, altera stationem intra urbis portas habebat. Basilium autem cognomine Tzicandylem, qui militaribus in Oriente factis initisque **73** adversus Barbaros qui isthic habitant, prœliis magnam nominis famam adeptus erat, una cum Prosucho, cujus modo meminimus, natione quidem Persa, sed qui a pueris mores Romanos induerat, ad locum quemdam, cui Longi nomen, mittit cum copiis, quas in insidiis collocarent, dato ipsis mandato ut si rursum Alemanni prædarentur, illos prout locus posceret adorirentur. Ut ad locum venere, Alemannorum advertunt multitudinem, et ordinatone an confuso agmine procederent diligenter explorant. Jam corpora quidem ipsorum supra modum procera vident et armis probe instructa. Ut vero equitatum minus velocem, nulloque ordine omnes in via vagari conspexere, facile a Romanis debellari posse exercitum credunt, modo militari arte congrederentur : de his interim admonendum principem, illiusque explorandam sententiam. At ille cum Barbarorum consilia æquo adhuc animo

Du Cangii notæ.

(90) *Ἐπὶ τὸν Ἀβύδου.* Odo de Diogilo : *Illi vero* (Alamanni) *venientes Andronopolim invenerunt transitum Constantinopolim partim resistendo, partim consulendo prohibentes, et apud sanctum Georgium de Sisto mare strictius, et solum fertilius asserentes. Sed imperator eorum resistentes et consulentes æqua lance vilipendit.* Id ipsum ab Ludovico deinceps enixius expetiit Manuel : *Cæterum multo studio,* inquit idem scriptor, *consulendo laborabant, ut rex ab Andronopoli ad sanctum Georgium de Sixto gressum diverteret, et ibi celerius et utilius transfretaret. Rex autem noluit incipere, quod Francos audiebat nunquam fecisse.* Ad hoc tamen postmodum fretum copias suas transmisit Fredericus imp. ut ex Anonymo, qui expeditionem illius Asiaticam descripsit, discere est. Dicitur autem fretum Abydenum *sanctus Georgius de Sisto*, quod fretum illud mari sancti Georgii, seu Propontidi immineat, a Sesto urbe ita appellatum, quod non advertit vir eruditus. Vide notas ad Villhard. n. 65.

(91) *Σώματα αὐτοῖς μεγάλα.* Vide notata ad Annæ p. 24.

expenderet, nempe de expeditione quam in Palæsti- A
nam susceperant, eorum aggressionem differendam
esse censuit, exspectandumque dum manifestius
quid molirentur. Ea fuit imperatoris mens. Pro-
gressi interea Barbari, ut ad Chœrobacchorum cam-
pos pervenere (supinatur autem illic regio, her-
basque uberrime præbet ad equorum pabula), castra
figunt. Dum hic considerent, **74** ingentem supra
quam dici potest accidisse illis calamitatem aiunt :
unde conjectari liceat iratum fuisse ipsis Deum,
propter tot eorum perjuria, atque adeo in ejusdem
religionis homines, et a quibus nullam injuriam
accepissent, inhumanitatem. Magna quippe imbrium
vi repente de cœlo demissa, qui campos illos præ-
terfluunt fluvii, quorum alter Melas, Athyras alter
ab incolis appellatur, ultra solitum in immensum B
excrescentes, et in agros effusi, magnam Alemanno-
rum exercitus partem, cum equis ipsis et armis,
nec non et tabernaculis in mare de terra abripue-
runt. Quæ ut rescivit princeps, hominum calamitate
commotus, viros dignitate illustres misit, qui et
Conradum de casu consolarentur, et invitarent ad
colloquium, quo de rebus majoris momenti invicem
tractarent. At ille remissa nihilo minus ferocia ut
Byzantium venienti sibi occurreret imperator postu-
lavit, atque etiam aliis ejusmodi officiis congressum
suum rependi voluit. Imperator igitur damnato ejus-
modi immodico fastu, virum deinceps neglexit.
Conradus interea cum universis copiis Byzantium
versus contendit, et ad imperatorium palatium, C
quod mœnibus urbis obversum est, pervenit. Phi-
lopatium illud vocant, seu quod hacce appellatione
gratam illius habitationem significent, ut quæ iis
qui vitandi urbis tumultus causa eo secedunt, re-
missionem animi quamdam **75** præbeat et cura-
rum : seu quod arboribus et virgultis consitus sit
locus, herbarumque virentium ubertate passim
amœnissimus. Inde ille progressus ad contemplan-
dum urbis ambitum, visis turribus in idoneam al-
titudinem exsurgentibus, et lustratis quæ immensa
profunditate mœnia circumdabant fossis, summa

ἐπὶ βασιλέα πέμψαντες ταῦτά τε ἐδήλουν καὶ ἀν-
επυνθάνοντο τὸ πρακτέον. Ὁ δὲ τὸ τῶν Βαρβάρων
καὶ ἔτι εὐλαβούμενος πρόσχημα, φημὶ δὴ τὴν ἐπὶ
Παλαιστίνην δῆθεν πορείαν, ὥκνει διὰ τοῦτο τὴν ἐπι-
χείρησιν, ἐκδηλότερόν τι νεωτερίσειν αὐτοὺς προσ-
δεχόμενος. Βασιλεὺς μὲν οὖν οὕτω γνώμης εἶχεν.
Οἱ δὲ Βάρβαροι ὁδῷ ἰόντες, ἐπειδὴ ἐς τὰς ἐπὶ Χοιρο-
βάχχων (92) παρῆλθον πεδιάδας (ὑπτιάζει γὰρ ἐν-
ταῦθα ὁ χῶρος · καὶ πόαν δαψιλῆ μάλιστα ἐς τὰς ἵπ-
πων παρέχεται νομάς), ἐνταῦθα ηὐλίζοντο. Ἔνθα τε
δυστύχημα λόγου κρεῖσσον αὐτοῖς ξυνενεχθῆναι λέ-
γεται, ἐξ οὗπερ ἄν τις εἰκότως στοχάσαιτο μηνῖσαι
τὸ Θεῖον αὐτοῖς, τούς τε ὅρκους ἠδικηκόσι καὶ πολλῇ
τῇ ἐς τοὺς ὁμοθρήσκους αὐτοῖς καὶ μηδὲν ἠδικηκό-
τας ἀνθρώπους ἀπανθρωπίᾳ κεχρημένοις. Ὄμβρου
γὰρ ἐξαισίου (93) καταῤῥαγέντος ἀθρόον οἱ τὸν χῶ-
ρον ἐκεῖνον παραῤῥέοντες ποταμοί, ὧν ὁ μὲν Μέλας,
ἕτερος δὲ Ἀθύρας πρὸς τῶν ἐγχωρίων ὠνόμασται,
πολλῷ τοῦ συνήθους μᾶλλον ἀνοιδήσαντες μέτρου ἐπὶ
πλεῖστόν τε τοῦ πεδίου προχυθέντες πολύ τι μέρος
τοῦ Ἀλαμανῶν στρατεύματος αὐτοῖς ἵπποις καὶ
ὅπλοις καὶ αὐταῖς παρέσυραν ταῖς σκηναῖς ἐπὶ θά-
λασσάν τε ἀπὸ τῆς ἐξέπτυσαν φέροντες. Ὁ πυθόμενος
βασιλεὺς ἐλέῳ τε τῷ εἰς τοὺς ἀνθρώπους τὴν ψυχὴν
πεπονθὼς ἄνδρας τῶν ἐπὶ δόξης παραμυθησομένους
Κόῤῥάδῳ τὴν συμφορὰν ἔστελλε, μετεπέμπετό τε
αὐτὸν ὡς λόγου τε κοινωνήσῃ καὶ περὶ μεγάλων αὐτῷ
συνδιασκέψαιτο. Ὁ δὲ καὶ εἰσέτι μηδαμῇ [P. 42]
καθυφεῖναι θέλων τοῦ γαύρου, ὑπαντᾷν αὐτῷ ἐς Βυ-
ζάντιον προάγοντι τὸν αὐτοκράτορα ἠξίου, τοιούτων
τέ τινων ἄλλων ὁμιλίαν τὴν ἑαυτοῦ σταθμώμενος ἦν.
Ἐφ' οἷς ὁ βασιλεὺς ἀλαζονείαν ὄρον οὐκ ἔχουσαν
αὐτοῦ καταγνοὺς τοῦ λοιποῦ περιεῖδε. Κόῤῥάδος δὲ
πανστρατὶ ὡς ἐπὶ Βυζάντιον ἐφέρετο · ἐν δὲ τῷ κα-
ταντικρὺ τειχέων βασιλικῷ γεγονὼς ἐνδιαιτήματι, ὃ
Φιλοπάτιον (94) ὀνομάζουσιν, οὐκ οἶδα εἴτε τὴν φί-
λην αἰνιττόμενοι διατριβὴν (ἄνεσιν γάρ τινα πα-
έχεται καὶ φροντίδων ἀπαλλαγὴν τοῖς ἐκ τῶν ἀστι-
κῶν ταράχων ἐνθάδε ἀπαλλασσομένοις), εἴτε καὶ τὴν
φύλλοις κομῶσαν πόαν τε δαψιλῆ ἀνιεῖσαν (ἀμφιλα-
φὴς γὰρ ὁ χῶρος καὶ ἐπίχλοον ἁπανταχῇ φέρει τὸ

Du Cangii notæ.

(92) *Χοιροβάχχων*. Ut adjacentes Chœrobacchorum oppido campi explicandæ aciei, et locandis castris idonei fuerint, dixi ad Annam, l. VIII. p. 221. Otho Frising. : *Vallem quamdam juxta oppidulum Cherevach dictum, campi viriditate lætam, amniculi cujusdam medio decursu conspicuam attigimus, cujus loci amœnitate capti omnes, illo tentoria figere, et ibi pausare constituimus.* Et mox : *Fateor, toto expeditionis tempore nunquam lætiora habuimus tabernacula, nunquam quantum ad sensus judicium majorem ambitum occupaverant tentoria.*

(93) *Ὄμβρου γὰρ ἐξαισίου*. Subitam hanc imbrium vim, quæ universum pene pessumdedit exercitum, graphice verbis hisce, præter Nicetam et Cinnamum, describit idem Otho Frisingensis : *Et ecce circa vigiliam matutinam nubecula quædam parva exorta imbrem mitem produxit. Quem subito tantus pluviarum ventorumque impetuosus turbo subsecutus est, ut concussis et solutis, seu ad terram dejectis tabernaculis, gravissime qui post matutinorum laudes lectis nos receperamus, excitaret. Clamor totum vicinum replens aerem attollitur. Amniculus etiam, an ex reflexione proximi maris, imbriumve multitudine, an ex cataractis ruptis in cœlo, ex supernæ majestatis ultione tantum intumuerat, ex tumoreque præter morem inundaverat, ut totum cooperiret exercitum. Quid ageremus ? Divinam id animadversionem potius, quam naturalem inundationem esse considerantes, amplius attoniti fuimus. Ad equorum tamen robur convolamus, unusquisque, prout poterat, amnem transire gestiens. Videres alios natantes, alios equis adhærentes, alios ut periculum effugerent per funes miserabiliter trahi, alios in flumen inordinate ruentes, ex eo quod aliis impræmeditate implicarentur demergi,* etc. Eamdem imbrium vim attigere etiam Odo de Diogilo, l. III ; Helmodus, l. I, c. 61, et auctor Chronici Reichersbergensis.

(94) *Φιλοπάτιον*. Vide notata ad Villehard. et Bryennium l. IV, ubi plura de hocce palatio congessimus.

πρόσωπον), ἐντεῦθεν τῷ περιβόλῳ προσεῖχε τοῦ ἄστεος. Τούς τε οὖν πύργους ἐς ὕψος ἱκανῶς ἀνατρέχοντας κατανοήσας καὶ τάφρου μέγα τι χρῆμα βαθείας κύκλῳ περιθεούσης ἰδὼν ἐν θαύματι μεγάλῳ (95) ἐγένετο. Ἐπεὶ δὲ καὶ γυναικῶν ὄμιλον καὶ δῆμον ἄνοπλόν τινα καὶ ἀπερίεργον ἐπὶ τῶν προπυργίων ἑστῶτα εἶδε (πάντες γὰρ ὅσοι πολεμίων εἰώθασι πόνων γεύεσθαι, οἱ μὲν πρὸς τοῖς τείχεσιν ἔνδον φρουροῦντες ἐκάθηντο, οἱ δὲ πρὸ τοῦ περιβόλου τῆς πόλεως ἔστασαν χειρῶν ἄρχειν Ἀλαμανοὺς περιμένοντες). Ἐπειδὴ γοῦν ταῦτα κατενόει, αὐτίκα ὅπερ ἦν περιουσίᾳ δυνάμεως ἀνέκπληκτον τὴν πόλιν μεῖναι ἐννοήσας, ἐνθένδε ἀπηλλάττετο, τήν τε γέφυραν, ἣ τὴν ὑποκειμένην ὡς ἂν εἴποι τις ποταμοθάλασσαν ζεύγνυσι, ταχὺ διαβὰς (96) ἐπί τι τῶν ἀντιπέρας Βυζαντίου (*u*) κατήγετο προαστεῖον, ὃ Πικριδίου ὠνόμασται. Ἔστι δὲ τὸ τοῦ ἐνταῦθα πορθμοῦ τοιοῦτον. Ὁ Εὔξεινος πόντος ἀπορροήν τινα ποιούμενος ἐπὶ τὸ δεξιὸν εἰσπλέοντι μέρος ὡς ἐπὶ δυσμὰς ἄνεισι, λιμένα ἐπιμήκη Βυζαντίοις ἐργαζόμενος (*v*). Ποταμὸς δέ τις ἄνωθέν ποθεν ἐκβάλλων τὸ ῥεῦμα κάτεισι μὲν διὰ τῶν τῇδε πεδιάδων, ὀλίγου δὲ Βυζαντίου ἄποθεν κατὰ κορυφὴν τῷ λιμένι ξυμβάλλων εἰς ταὐτὸν ἔρχεται, ἔνθα τὴν γέφυραν ἵστασθαι ξυμβαίνει.

A admiratione percellitur : præsertim vero cum mulierum virorumque turbam inermem et otiosam in exterioribus propugnaculis stare conspexit. Eorum enim qui rei bellicæ operam dare solent, alii intra urbem mœnia servabant, alii stabant extra ambitum, observaturi, si manus Alemanni priores consererent. Hæc omnia igitur perspicieus, urbemque, quod revera erat, abundantia virium manere imperterritam, inde recessit, et ponte, qui subjacentem, ut ita dicam, e mari confectum fluvium jungit, confestim trajecto, in obversum Byzantio suburbanum, quod Picridium vocant, profectus est. Ejusmodi vero est adjacentis sinus forma : qua ad Occidentem vergit pontus Euxinus in dextram intrantibus partem effusus spatiosum Byzantinis portum facit. Fluvius autem in superioribus locis ortus, per circumjacentes campos effusus, haud procul Byzantio ad portus caput in eumdem delabitur, ipsique miscetur ubi pons exstructus est.

ιε'. Τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτον. Κορράδος δὲ ἐντοῦθα γεγονὼς λόγους ἐς βασιλέα οὐ πόρρω θρύψεως ὄντας πολλῆς ἔπεμψεν. Εἶχε δὲ ὧδε τὰ μηνύματα. « Χρὴ, βασιλεῦ, ἐπὶ παντὶ τόν γε νοῦν ἔχοντα οὐ τὸ πρᾶγμα σκοπεῖν καθ' ἑαυτὸ, τὸν δὲ σκοπὸν ὅθεν γένοιτο πολυπραγμονεῖν μάλιστα. Ὁ γὰρ γνώμης ἥρτηταί τινος, οὔτε ἀγαθὸν ὂν ἐπαινεῖται πολλάκις, οὔτε φαῦλον φαινόμενον ψέγεσθαι πέφυκε. Καί τις πρὸς ἐχθρῶν μὲν ἀγαθοῦ παρὰ γνώμην ἐνίοτε τυγχάνει, φλαύρου δ' αὖ πρὸς τῶν φίλων πειρᾶταί τινος. Μὴ [P. 43] τοίνυν τῶν τῷ πλήθει τῆς ἡμετέρας στρατιᾶς χθὲς περὶ τὴν χώραν ἡμαρτημένων τὴν σὴν τὰς αἰτίας ἐφ' ἡμᾶς ἄγε, μηδὲ διὰ ταῦτα χαλέπαινε, ἐπεὶ οὐχ ἡμεῖς αὐτοί σοι τῶν τοιούτων καθέσταμεν αἴτιοι, ἡ δὲ τοῦ πλήθους φορὰ ἀλόγως ἔνθα ἔτυχε φερομένη αὐτοματίζειν οἶδε ταυτί. Στρατεύματος γὰρ ξένου

15. Atque hæc ita se habent. Cum eo in loco esset Conradus, litteras ad imperatorem misit, quæ languidum quid ac effeminatum præ se ferrent, **76** quarum erat sententia : « Decet virum prudentem, imperator, non per se res ipsas, sed quo fine fiant maxime attendere. Ille enim cujus præoccupatus est animus, neque quod bonum est laudare, nec quod videtur vitiosum vituperare, sæpenumero solet. Interdum etiam præter mentem quis beneficium ab inimicis, ab amicis vero damnum accipit. Eorum igitur, quæ nuper ab incondita exercitus multitudine in agris tuis perpetrata sunt, causam noli in nos rejicere, neque propterea hæc tuum in nos animum moveant, cum minime in culpa simus, sed inordinatæ multitudinis quaquaversum sese ferentis impetus, quidquid commissum est ultro patraverit

Du Cangii notæ.

(95) *Ἐν θαύματι μεγάλῳ.* Simili postea stupore, seu admiratione, perculsos Francos nostros ac Venetos, scribit Villharduinus n. 66 cum primum ad urbem appulere : *Or poez savoir que mult esgardeerent Constantinople cil qui onc mais ne l'avaient veué, que il ne pooient mie cuidier que si riche ville peust estre en tot le monde. Cum ils virent ces halz murs, et ces riches tours, dont ele ere close tot entor a la reonde, et ces riches palais, et ces halies yglises, dont il i avoit tant, que nuls ne poist croire, se il ne le veist a l'oil, et le lonc et le lé de la ville, que de toutes les autres ere souveraine. Et sachiez que il n'i ot si hardi, cui le cuer ne fremist.* [P. 441] De turrium muris Constantinopolitanis adjacentium robore et altitudine idem testatur Guntherus in Hist. Cpolit. c. 15 : *Est enim civitas triangula — habens in quolibet latere magnum milliare vel amplius, ex ea parte qua terram attingit, vasto aggere, et muro firmissimo tripliciter clausa. Turres habens per circuitum sui excelsas et fortes, adeo sibi invicem propinquas, ut puer septennis de una turri ad alteram pomum valeat jaculari.* Infra, ubi de muris maritimis : *ex ea parte, quoniam agger esse non potuit, propter frequentiam portus, quem habet tutissimum ac celeberrimum, muri sunt alti admirandæ spissitudinis, et turres densæ, eductæ ad tantam celsitudinem, ut quivis in culmen ipsarum aspectum dirigere perhorrescat.* De turrium numero vide descriptionem Cpol. ex Bondelmontio.

(96) *Ταχὺ διαβάς.* Inviso et insalutato Manuele discessit et in Asiam transiit Conradus, licet per suos Alemannici Augusti colloquium et congressum expetiisset Byzantinus. *Sed alius,* inquit Odo de Diogilo, *ingredi civitatem, alius egredi timuit, aut noluit, et neuter pro altero mores suos, aut fastus consuetudinem temperavit.* Proinde hinc refellitur Tyrius, qui Constantinopoli habitum a Conrado cum Manuele familiare colloquium tradit.

Cornelii Tollii notæ.

(*u*) *Ἐπί τι τῶν ἀντιπέρας Βυζαντίου.* Choniates de hoc ipso : Τῇ περαίᾳ ἐναυλιζόμενος, ἥτις τοῦ Πικριδίου κατονομάζεται.

(*v*) *Λιμένα ἐπιμήκη Βυζαντίοις ἐργαζόμενος.* Ejusmodi æstuaria λιμνοθαλάττας in Carumna vocat Strabo, ut et Cinnamus in sequentibus.

Exercitu namque peregrino externoque, tum provincias lustrante, tum ad comparanda usui necessaria longius evagante vel excurrente, utrinque factas esse injurias, haud equidem mirandum existimo. » Hæc et similia Alemanni. At imperator hæc simulate dici existimans, in hunc modum rescripsit : « Majestatem nostram non latet, plebis impetum quidpiam semper fuisse, quod ægre gubernari possit ac retineri. Quapropter et nobis potissimum curæ fuit, ut qui advenæ estis et externi, dum per provincias nostras iter agitis, nullum damnum pateremini, præsertim cum vos ipsi neque malo animo venissetis, neque injuriam nobis facere possetis. Nec sane res aliter fieri potuit, ne violato hospitalitatis jure male apud homines audiremus. Quandoquidem vero illa vobis, utpote viris prudentissimis, et in investiganda rerum natura solertissimis, 77 videntur carere omni culpa, nos etiam gratias rependimus : neque enim curandum nobis erit in posterum, ut nostræ multitudinis impetus comprimamus, quinimo ascribemus hæc illius insolentiæ, quandoquidem id a vobis edocemur. Vestra igitur interierit, non dispersos incedere, nec ita in alieno evagari solo. Sed cum ita videatur, deturque licentia gregariæ multitudini utriusque exercitus quo velit irruere, necesse erit ut mul a ab indigenis damna patiantur advenæ. » His dictis, legatos dimisit. At cum probe sciret, quanto Romanorum exercitus numero bellatorum inferior esset barbarico, tanto scientia rei militaris et in prœliis constantia præcellere, ejusmodi consilium capit. Prosucho et Tzicandylæ allisque ducum Romanorum compluribus jubet, ut idoneum contrahant exercitum, et Alemannis a fronte opponant, instructa in hunc modum acie. Imbellis et gregaria exercitus turba longius, et a quarto circiter staret signo : tum gravis armatura et cataphracti, qui deinde velocissimis equis utuntur equites, denique Scythæ in fronte, Persæque et sagittarii Romani. Ita ordinatas copias ut conspexere Alemanni, summo animi ardore tumultuque, in illos pernici celeritate irruunt : fit atrox pugna, et cædes ingens editur Alemannorum. Quippe Romani, dum subeuntes hostes militari peritia excipiunt, eos cecidere. Conradus nihil eorum quæ acciderant edoctus, ferox adhuc, tumidusque 78 et magna spe plenus consederat in castris. At imperator, quo priorem illius superbiam retunderet sugillaretque, litteras misit eo verborum contextu : « Ut nemo nostrum ignorat, equum, qui frenum non patitur, nihil prodesse sessori suo, imo crebrius ad prærupta illum deferre; exercitum, qui imperantium mandata detrectat vel negligit, ipsos ut plurimum duces objicere periculis : ita minime

καὶ ἐπήλυδος· τὸ μὲν ἐπὶ ἱστορίᾳ τῆς χώρας, τὸ δὲ ἐπὶ πορισμῷ τῶν ἀναγκαίων πολλαχόσε πλανωμένου καὶ περιτρέχοντος, τοιαῦτα ἑκατέρωθεν ἁμαρτάνεσθαι ἀπεικὸς οἶμαι οὐδέν. » Ἀλαμανοὶ μὲν τοσαῦτα εἶπον. Βασιλεὺς δὲ εἰρωνείαν τὸ πρᾶγμα λογισάμενος ἠμείβετο ὧδε· « Οὐδὲ τὴν ἡμετέραν λέληθε βασιλείαν ἡ τοῦ πλήθους ῥοπὴ δυσάγωγόν τι οὖσα καὶ δυσήνιον ἀεὶ χρῆμα. Ἀμέλει καὶ διὰ φροντίδος ἡμῖν ἦν, πῶς ἂν διὰ τῆς ἡμετέρας ἀβλαβῶς διελθεῖν ὑμᾶς γένοιτο ξένους καὶ ἐπήλυδας ἄνδρας καὶ οὐδὲν δ τι ἀδικεῖν ἡμᾶς οὔτε ἐπαγγελλομένους οὔτε ἄλλως δεδυνημένους, ὡς μὴ ξενίαν ἀδικοῦντες δόξαν οὐκ ἀγαθὴν (x) παρὰ ἀνθρώποις ἀπενεγκώμεθα. Ἐπεὶ δ' ὑμῖν ἄτε ξυνετωτάτοις οὖσι καὶ τὰς τῶν πραγμάτων φύσεις καλῶς ἐξετάζειν ἐπισταμένοις ἀνέγκλητα εἶναι δήπου τὰ τοιαῦτα δοκεῖ· ἡμεῖς καὶ χάριτας ὑμῖν ὀφλομεν. Οὐ γὰρ ἔτι φροντιοῦμεν ὅπως ἂν τὴν ὀχλικὴν τῶν ἡμετέρων ἀναχαιτίσωμεν ὁρμήν, ἀλλ' ἐπιῤῥίψομεν ταῦτα τῇ τοῦ πλήθους ἀλογιστίᾳ, καθὼς ὑμεῖς εὖ ποιοῦντες ἡμᾶς ἐδιδάξατε. Συνοίσει τοίνυν ὑμῖν μηκέτι σποράδας τὴν ὁδὸν ἴέναι, μηδὲ οὕτως ἐπὶ ξένης πλανᾶσθαι. Ἐπειδὴ γὰρ οὕτω δέδοκται, καὶ ἀνεῖται τοῖς πλήθεσι παρ' ἀμφοτέρων ταῖς οἰκείαις χρῆσθαι ὁρμαῖς, πολλὰ πρὸς τῶν αὐτοχθόνων πεπονθέναι τοὺς ξένους εἰκός. » Ταῦτα εἰπὼν αὐτοὺς μὲν ἀπεπέμψατο, τὸν δὲ Ῥωμαίων στρατὸν πλήθει μὲν παρὰ πολὺ τοῦ τῶν Βαρβάρων ἐλασσούμενον εἰδὼς, ἐπιστήμῃ δὲ στρατωτικῇ καὶ καρτερίᾳ τῇ περὶ τὰς μάχας τοσούτῳ δὴ μᾶλλον πλεονεκτοῦντα, τοιάδε ἐνενόει. Τὸν Προσοῦχ καὶ τὸν Τζικανδύλην καὶ πλείστους ἄλλους τῶν Ῥωμαίων στρατηγῶν ἐκέλευε στράτευμα ἐπαγομένους ἱκανὸν ἀντιμετώπους Ἀλαμανοῖς ἱστασθαι, τάξασθαι μέντοι ὧδε. Τὸ μὲν ἀπολεμώτερον καὶ ὥσπερ ἀγελαῖον τοῦ στρατοῦ πόῤῥωθεν καὶ ὡς ἀπὸ σημείων στῆναι τεττάρων· μετὰ δὲ τοῦτο ὅσον ὁπλιτικὸν καὶ κατάφρακτον· ἑξῆς δὲ τοὺς ὅσοι ταχυπόδων ἐπέβαινον ἵππων· τελευταῖον δὲ καὶ μετὰ μέτωπον Σκύθας ἅμα Πέρσαις καὶ τὸ Ῥωμαίων τοξικόν. Ῥωμαῖοι μὲν οὖν κατὰ ταῦτα ἐποίουν, Ἀλαμανοὶ δὲ ὡς εἶδον θυμῷ πολλῷ καὶ θορύβῳ ἐχόμενοι δρόμῳ ἐχώρουν. Συνίσταται τοίνυν μάχη καρτερὰ, καὶ φάνος Ἀλαμανῶν πολὺς γίνεται. Ῥωμαῖοι γὰρ σὺν ἐπιστήμῃ ἐπιόντας αὐτοὺς ὑφιστάμενοι ἔκτεινον. Κορράδος δὲ οὔπω τι πεπυσμένος [P. 44] τῶν γεγονότων σοβαρὸς ἔτι καθῆστο καὶ ἐπὶ μακραῖς ὡχεῖτο ἐλπίσιν. Ὁ τοίνυν βασιλεὺς τῆς προτέρας αὐτὸν ἐπικερτομῆσαι θέλων ὑπερηφίας ἀπέστειλε τοιάδε· « Ἔδει μὲν ἡμᾶς ἐκεῖνο καλῶς εἰδότας, ὡς οὔτε ἵππας κρείττων φερόμενος χαλινοῦ ὀνήσειεν ἂν τὸν ἐπιβάτην, εἰ μὴ καὶ κατὰ κρημνοῦ τοῦτον πολλάκις συγκατενέγκοι, καὶ στράτευμα δὲ ἐκεῖνο, ὃ μὴ τῶν στρατηγούντων ἑπαῖοι, κινδύνοις περιβάλλειν ὡς ἐπίπαν οἵδε τοὺς

Cornelii Tollii notæ.

(x) *Ὡς μὴ ξενίαν ἀδικοῦντες δόξαν οὐκ ἀγαθὴν.* Sacrum quondam mortalibus et haud temere violandum erat jus illud hospitalitatis. Inde T. Q. Crispinus Dadio Campano, aliquando hospiti suo Romæ, tum vero lacessentis et provocanti : *Nec sibi, nec illi, hostes deesse, in quibus virtutem ostendant : se ab eo, enim si acie occurrat, declinaturum, ne hospitali cæde dextram violet ;* apud Livium l. xxv, c. 18.

ἄρχοντας, μὴ οὕτω στρατεύμασιν ἐφήσειν τοῖς ἑαυτῶν πρὸς τὰς οἰκείας ἑκάτερα φέρεσθαι ὁρμάς. Ἐπεὶ δ' οὐκ οἶδ' ὅ τι παθὼν σύ τε πρότερον κατωλιγώρηκας τούτου καὶ τὸ ἡμέτερον δὲ κράτος ὅτε καὶ φίλῳ προσφερόμενον τῆς αὐτῆς γεγονέναι σοι γνώμης ἀνέπεισας, ἤδη συλλόγισαι τίνα ὑμῖν ἡ τοῦ πλήθους προὐξένησεν ἐλευθερία. Πυνθάνομαι γὰρ ὡς ὀλίγος Ῥωμαίων στρατὸς Ἀλαμανῶν πλήθει οὐκ εὐκαταφρονήτῳ περιτυχὼν κακῶς αὐτὸ διέθετο. Τὸ γὰρ αὐτόχθον καὶ ἐγχώριον ἐπικρατέστερον ὡς ἐπίπαν τῶν ἐπηλύδων καὶ ξένων φιλεῖ γίνεσθαι. Ἡμῖν δὲ οὐδὲ κολάζειν ἐξέσται τοῖς πλήθεσι τὴν ἀσέβειαν. Πῶς γάρ; οἷς καθάπαξ πρὸς γνώμην ἐνέδομεν φέρεσθαι τὴν αὐτῶν. Εἰ τοίνυν καὶ αὐτό σοι δοκεῖ, ἀνθεκτέον καὶ πάλιν ἡνίας ἀμφοτέρους τῆς ἀρχικῆς καὶ ἀνασειραστέον τοῖς στρατεύμασι τὰς ὁρμάς. Μὴ δοκοῦν δέ σοι, ταῦτα μὲν μενετέον ἐπὶ τῶν παρόντων. Τό γε μὴν πεπραγμένον σαφῶς ἡμῖν δεδηλώσθω. »

ις'. Τὰ μὲν δὴ τοῦ βασιλέως ἐν τούτοις ἐτελεύτα. Κορράδος δὲ οὔπω τῶν Ἀλαμανοῖς συμπεσόντων ἐνωτισάμενος οὐδὲν τούτων μὲν οὐδ' ἐπεστράφθαι τὸ παράπαν ἐδόκει. Δρόμωνα δὲ τὸν βασίλειον καὶ τὰς συνήθεις σταλῆναί οἱ πρὸς βασιλέως ἠξίου τριήρεις, ἐφ' ᾧ πρὸς τὴν διάβασιν αὐτοῖς χρήσαιτο. Καὶ εἰ μὴ θᾶττον ἀφίκοντο πρὸς αὐτὸν, ἠπείλει πολλαῖς ἐς νέωτα μυριάσι τὴν πόλιν περιβαλεῖν. Πρὸς ὃ χαλεπήνας ὁ βασιλεὺς οὐκέτι μέχρις εἰρωνείας τὸν ἀλαζόνα ἀμείβεσθαι ἤθελεν. Ὅθεν καὶ πικροτάτοις αὐτοῦ καθίκετο λόγοις ἐπιστείλας οὕτωσί· « Οὐ τῷ πλήθει τὰ πράγματα κρίνειν εἰώθασιν οἷς καὶ σμικρὰ συνορᾶν ἔνεστι, ποιότητι δὲ μᾶλλον καὶ ταῖς ἐντεῦθεν ὑπερβολαῖς τε καὶ ἐλλείψεσιν. Οὐκοῦν καὶ τοὺς Ἄρεος ἀθλητὰς οὐ πλήθει διαιρετέον, ἀλλ' ἀρετῇ καὶ πόνοις καὶ τῇ περὶ ταῦτα ἐπιστήμῃ. Ἂν καί σοι τοίνυν πλεῖστον ἀκολουθῇ στράτευμα, ἀλλὰ πρὸς τῷ μὴ πολλῷ τὸ ἡμεδαπὸν ὑπεραίρειν, καίτοι τοῦ πλείστου πολλαχῇ τῆς Ῥωμαίων διῃρημένου ἀρχῆς, ἀγελαῖόν ἐστι καὶ τὸ πλεῖστον ἀπειροπόλεμον· προβάτων δὲ ἀγέλαι κἂν εἰς μυριοστύας ὅλας ἀριθμοῖντο σχολῇ ἐὰν ἀνάσχοιντο λέοντος ἐπιπηδῶντος αὐταῖς. Ἢ οὐκ οἶσθα ὅτι καθαπερεὶ στρουθίον ὑπὸ ταῖς ἡμετέραις γεγένησαι ἤδη παλάμαις, κἂν θελήσωμεν, οὐκ ἂν φθάνοις αὐτίκα παραπολλύμενος; Ἔννοησον ὡς ἐκεῖνοι τὴν χώραν κατέχουσι ταύτην, ὧν οἱ πρόγονοι πᾶσαν [P. 45] τὴν γῆν περιῆλθον τοῖς ὅπλοις, ὑμῶν τε αὐτῶν καὶ λοιπῶν ἁπάντων τῶν ὑφ' ἥλίῳ ἐκυρίευσαν ἐθνῶν. Ταῦτα ὑπολογίζεσθαί σε χρεὼν καὶ προσέτι ὡς οὔτε νεώς ποτε ἐπιβήσῃ τῆς βασιλείου οὔτε τι ὧν ᾔτησας ἐπιτελὲς ἔσται σοι παρ' ἡμῶν, ἀλλά σε τὴν αὐτὴν καὶ πάλιν οἱ τῶν ἵππων οἴσουσι πόδες. Καὶ οὐ δήπου μεμπτέοι πάντως ἡμεῖς, εἰ μὴ τοῖς ἀδικεῖν βουλομένοις ῥᾴστους ποιοῦμεν ἑαυτούς. Οὐ γὰρ ταὐτὸν ἀδικεῖν καὶ ἀμύνεσθαι· ἀλλὰ τὸ μὲν γνώμην ἤρτηται φαύλης, τῷ δὲ προηγεῖται πάντως ἀσφάλεια. Ἡμᾶς δὲ καὶ προλαβὸν ἀξιοῖ τὸ ὑπήκοον, ἅπερ ὅσον οὐκ ἤδη Πέρσαις ἀποκερδανθήσεται τοῖς ἐκ γειτόνων, ταῦτα δὴ Ῥωμαίους ὁμογνῶ κτήσε-

par erat indulgere militibus nostris, ut inter se invicem pro arbitrio collidi pateremur. At postquam aliud forte cogitans tu hæc neglexisti primum, nostramque majestatem quæ te ut amicum de iis admonuerat, induxisti, ut eadem uteremur indulgentia : nunc tandem percipe, quid utilitatis vobis contulerit ejusmodi licentia multitudinis. Accepi enim exiguam Romanorum manum, cum haud contemnendis Alemannorum copiis congressam, male eas accepisse. Fere enim semper accidit, ut indigenæ ipsoque innati solo, advenis et extraneis sint longe fortiores. Neque nobis vulgi petulantiam castigare licet. Qui enim poterimus, quibus agere pro libitu indulsimus? Verum si et tibi ita videtur, discant copiæ nunc parere ducem imperiis, et earum coerceatur impetus. Sin alia est sententia, stemus præsentibus; saltemque vulgare liceat quod a nobis gestum est. »

16. Ejusmodi fuit epistola imperatoris. Conradus interea, nondum percepto de Alemannorum clade nuntio, de priori ferocia remisisse non videbatur. **79** Quinimo dromonem imperatorium, et consuetas triremes, quibus ad transmittendas copias uteretur ab imperatore postulabat; ac ni confestim adducerentur, proximo se anno multis cum millibus urbem ipsam obvallaturum minabatur. Indignissime id ferens imperator, non jam ludieris, sed acerbissimis arroganti respondere hunc in modum litteris decrevit : « Non ex multitudine judicare de rebus solent ii qui et modica sæpe quid valeant, non ignorant, sed ex earum natura, et iis quæ aut abundant in illis, aut deficiunt. Neque enim Martis athletæ numero distinguendi, sed virtute, laboribus, et rei militaris peritia pensandi sunt. Quamvis igitur ingens te sequatur exercitus, nobisque vix adsint copiæ, utpote per omne Romanorum imperium militibus distributis, tua illa turba incomposita est, et majorem partem rei bellicæ ignara. Pecudum greges, et si multorum millium sint, vix leonis irruentis impetum possunt sustinere. An ignoras, te instar aviculæ in nostris fuisse manibus, continuo si voluissemus periturum? Has illos incolere regiones cogita, quorum majores orbem universum bellis peragrarunt, vobisque ipsis, aliisque omnibus sub sole gentibus imperaverunt. Hæc te scire perinde necesse est, neque imperatoriam ad te unquam navem venturam, neque quidquam eorum quæ postulasti nos indulturos; sed qua venisti, **80** equorum pedibus fore tibi redeundum. Neque propterea erimus culpandi, si inferre injuriam volentibus nos minus faciles ac benevolos præbemus. Res enim diversissimæ sunt inferre injuriam et propellere : illud a prava voluntate pendet, alterum securitas suadet. Nos vero jamdudum orant subditi nostri, ut quæ modo ex vicinis Persis vindicavimus, ea quiete ac sine molestia possideant Romani. Quod igitur obsecrantibus nostris non indulsimus, id nunc te suadente statim experiemur. » Iis ac-

ceptis Conradus, intellectaque simul quæ paulo ante Alemannis acciderat clade, putri circa littus protracta navicula, Damalis fretum trajicit, summaque celeritate in adversam continentem properat, pavore quodam Barbarico virum ocius urgente. Barbari quippe fluentibus ex voto rebus, eriguntur in immensum, tumentque : si contra adsit aliqua calamitas, plus quam par est demittuntur animo. Sed imperator quo magis adhuc illius supercilium contraheret, talia aggreditur. Missis aliquot ex Romanis ad procedentem a tergo Alemannorum exercitum, data pecunia, militum, quorum numerus pene fuit infinitus, a Conrado abalienavit animos. Quod ut intellexit Conradus, non ea qua prius ferocia inflatus, per legatos principem rogat, ut ad se Romanum quemdam transmitteret, qui monstraret viam, et tuto copias suas deduceret. Mittitur itaque qui ad id tempus aculuthi dignitate functus fuerat, dato insuper mandato, **81** ut de belli etiam societate ineunda cum Conrado sermones conferret : quam si ille admitteret, quandoquidem multum interesset Romani an Alemanni bella gererent, auxilia quidem submitteret imperatori, ab illo vicissim recepturus majora, si arma cum imperatore adversus Persas conjungere paratus esset : porro duabus propositis, eligeret ille quam vellet viam. Hæc Conrado Stephanus nuntiavit. Ille suis in consilium coactis, commilitium penitus recusavit. Itinere vero Philomelium versus instituto, nihil illi quidpiam sinistri accidit, quousque ad Melangia et Dorylæum oppidum pervenit. Tum enim Mamplanes Persa cum exiguo exercitu in primam aciem invectus est, quo vires hostiles, et pugnandi formam exploraret. Alemanni visis primum tum Persis, nullo quidem ordine, sed cum impetu tumultuque in eos irruere. Illi, quandiu haud procul a castris erant Alemanni, terga vertunt, fugamque simulant : dein fessis insequentium equis, atque ipsis longius a cætero exercitu abstractis, converso cursu equos cum sessoribus concidunt : idque repetitum pluries immodicum Alemannis terrorem incussit. Tum demum videre erat feroces nuper et tumidos, quique ferarum instar hostes **82** suos aggrediebantur, jam trepidos et degeneres, neque agendi animum, neque consilii locum habere. At Conradus, ut erat in bellis mirabili audacia, in Persas progressus, velocissimos, quos ab imperatore acceperat, equos amisit :

σθαι. Ὅ τοίνυν ἀξιούντων οὐκ ἠνεσχόμεθα τῶν ἡμετέρων, τοῦτο νῦν τοῦ προτρεπομένου αὐτίκα ποιεῖν κινδυνεύομεν. » Ταῦτα Κορράδος ἐνωτισάμενος καὶ ἅμα πυθόμενος ἅπερ ἔναγχος δυστυχῶς συνέπεσεν Ἀλαμανοῖς, λεμβάδιόν τε λυπρὸν αὐτοῦ που περὶ τὴν θαλάσσης ἀνειλκυσμένον ἀκτὴν ἀναβὰς, τὸν Δαμάλεώς τε πορθμὸν διέβη καὶ ἐπὶ τῆς περαίας θᾶττον ἐγένετο, ὀλιγωρίας τινὸς βαρβαρικῆς ἐπειγούσης τὸν ἄνθρωπον. Φιλεῖ γὰρ τὸ βάρβαρον εὐημεροῦν μὲν ὑπὲρ μέτρον ἐπαίρεσθαι καὶ αὐχεῖν, δυστυχοῦν δὲ καταβάλλεσθαί τε πλέον ἢ προσήκει καὶ ταπεινοῦσθαι παρὰ τὸ μέτριον. Βασιλεὺς δὲ τοῦ καὶ εἰσέτι μᾶλλον κατασπᾷν αὐτῷ τὴν ὀφρὺν προνοῶν, τοιάδε ἐποίει. Τῶν τινας Ῥωμαίων εἰς τὴν κατόπιν ἰοῦσαν ἐκπέμψας Ἀλαμανῶν στρατιὰν ἀριθμοῦ κρείσσω ἀγγελλομένους εἶναι χρήμασι τῆς ἐς Κορράδον ἀποσχέσθαι ἀνέπειθεν εὐνοίας. Ὁ Κορράδος ἐνωτισάμενος οὐκέτι ἐκεῖνος ὁ πρώην ὑπέροφρυς ἦν. Πέμψας δὲ πρὸς βασιλέα ἠτεῖτο σταλῆναι οἱ Ῥωμαίων τινὰ ὁδοῦ τε αὐτῷ καθηγησόμενον καὶ ἐν τῷ ἀσφαλεῖ παραπέμψοντα. Ἔσταλται τοίνυν ὁ τὸ τοῦ ἀκολούθου (97) εἰς ἐκείνην τὴν ἡμέραν λειτούργημα ἐκπληρῶν. Ἐπιτέτραπτο δέ οἱ καὶ συμμαχίας πέρι Κορράδῳ διειλέχθαι. Ἦν ἐπειδὴ πολλῷ τῷ διαλλάσσοντι Ῥωμαίους καὶ Ἀλαμανοὺς ξυμβαίνει μάχεσθαι, τὴν μὲν βασιλεῖ δοίη, πολλῷ δὲ ἀντιλάβοι πλείονα, εἴ γε αὐτῷ βουλομένῳ ἔσται μάχης κατὰ Περσῶν βασιλεῖ κοινωνῆσαι. Ὁδῶν τε σφίσι προκειμένων δυοῖν, ὁποτέρᾳ ἂν αὐτὸς βούλοιτο ἰέναι, ταύτην δὴ ἑλέσθαι. Στέφανος μὲν οὖν Κορράδῳ ταῦτα ἀπήγγελλεν. Ὁ δὲ ἐς βουλὴν ξὺν τοῖς αὐτοῦ καταστὰς πρὸς μὲν τὴν ὁμαιχμίαν ἀπεῖπεν, ὁδὸν δὲ ἣ Φιλομήλιον ἄγει αὐτὸς εἵλετο. Μέχρι μὲν οὖν Μελαγγείων καὶ Δορυλαίουπόλεως οὐδὲν ἄχαρι Ἀλαμανοῖς ὑπηντίαζεν. Ἐνταῦθα δὲ γενομένοις Μαμπλάνης (98) ὄνομα Πέρσης ἀνὴρ ἅμα στρατεύματι ὀλίγῳ τοῖς ἐμπροσθίοις αὐτῶν προσέβαλε τάγμασιν, ἀποπειρασόμενός τε τῆς ἰσχύος αὐτοῖς καὶ τὸν τῆς παρατάξεως ὅπως ποτὲ ἔχοι μαθησόμενος τρόπον. Ἀλαμανοὶ [P. 46] τοίνυν, ἐπειδὴ Πέρσαι τὸ πρῶτον αὐτοῖς παρεφάνησαν, οὐκέτι κατὰ συντάξεις ἐχώρουν· θυμῷ δὲ καὶ θορύβῳ πολλῷ ἐχόμενοι κατ' αὐτῶν ἦσαν. Πέρσαι δὲ ἕως μὲν οὐ πόῤῥω τοῦ σφῶν αὐτῶν στρατοπέδου Ἀλαμανοὶ ἦσαν, νῶτα ἐδίδουν καὶ τὴν φυγὴν ὑπεκρίνοντο· ἐπειδὴ δὲ ἥ τε ἵππος αὐτοῖς ἐκεκμήκει καὶ τοῦ στρατοπέδου μακρὰν ἤδη ἐγεγόνεισαν, ἀποστρόφους

Du Cangii notæ.

(97) Ἀκολούθου. Perperam Tollius *pedisequum* vertit ; id enim vocabuli apud Græcos Byzantinos Varangorum ducem seu præfectum designat, de qua palatina dignitate multa Codinus, De Off. c. 4 et 5 et nos quædam ad Villhard. et ad Annam. Scylitzes, p. 787 : στέλλεται — Μιχαὴλ πατρίκιος ὁ ἀκόλουθος. Cinnamo, l. III πελεκυφόρων ἐξάρχων dicitur, et Annæ, p. 195, ἄρχων Βαραγγίας. Willelmus Tyrius : *Tradiderat autem Constantinopolitanus discedenti ab eo, et id ipsum petenti, domino imperatori, viæ duces, locorum peritos, provinciarum finitimarum omnem habentes prudentiam, sed fidei modicæ.* L. XVI, c. 22, Gesta Lud. VII, c. 6, 7 et 8. Ut porro Theutonici, Græcorum fraude, in vastas deducti solitudines, summam perpessi sint inopiam, multis prosequuntur Tyrius et Odo de Diogilo.

(98) *Μαμπλάνης*. Niceta, l. I, n. 6, Παμπλάνος, Willelmo Tyrio loco citato *Paramum* nuncupatur. *Huic tamen tanto negotio*, ait Tyrius, *Soldanus Iconiensis non interfuit, sed quidam nobilis militiæ suæ primicerius, Turcorum magnus satrapa, Paramum dictus, hanc plagam domino permittens exercuit. Accidit autem anno ab Incarn. D.* 1146 (leg. 47) *mense Novembri.*

τὰς ἐπελάσεις τιθέμενοι ἵππους τε καὶ αὐτοὺς A ipseque, quin a Barbaris caperetur, parum ab-
ἔκτεινον. Πολλάκις τε αὐτὸ γεγονὸς ἐς ὁρρωδίαν fuit.
μέτρον οὐκ ἔχουσαν τούτους ἐνέβαλεν. Ἦν οὖν ἰδεῖν τοὺς χθὲς θρασεῖς καὶ ἀλαζόνας καὶ θηρῶν δίκην ἀνυποστάτων ἐπιόντας, δειλούς τε καὶ ἀγενεῖς καὶ οὐδὲν οὔτε πρᾶξαι οὔτε μὴν βουλεύσασθαι ἱκανούς. Ὅτε δὴ καὶ Κορράδος (ἦν γὰρ θαρσαλέος τὰ πολέμια) κατὰ Περσῶν ἐλάσας τούς τε ἵππους ἀποβεβλήκει οὓς αὐτῷ ὁ βασιλεὺς δρομικοὺς μάλιστα ἔδωκε, καὶ αὐτῷ δὲ ὀλίγου καὶ ἁλῶναι πρὸς τῶν Βαρβάρων τούτων ἐδέησεν.

ιζ'. Ἀλαμανοὶ μὲν οὖν ἐν τούτοις ἦσαν. Ὁ δὲ τῶν Γερμανῶν ῥὴξ (99) (ἠγγέλλετο γὰρ ἤδη τὸν Ἴστρον διαβὰς προσωτέρω χωρεῖν) οὐκέτι κατὰ Κορράδον ὑπὲρ τὸ δέον ἔγνω φρονηματίζεσθαι· τούς τε γὰρ ἐκ βασιλέως (1) ἐπ' αὐτὸν ἥκοντας, φημὶ Μιχαήλ τε σεβαστὸν τὸν Παλαιολόγον καὶ Μιχαὴλ ᾧ τὸ ἐπώνυμον Βρανᾶς ἔκειτο, ἄσμενός τε εἶδε καὶ χάριτας διὰ ταῦτα βασιλεῖ ὡμολόγει δῆλός τε ἦν μηδὲν εἰσέπειτα ἐς Ῥωμαίους κακουργήσων. B
Εἴτε δὴ ἐκ τῶν Κορράδῳ συμπεπτωκότων ἤδη σωφρονισθείς, εἴτε καὶ φύσει (2) τοιοῦτον τῷ ἀνθρώπῳ τὸ ἦθος ἦν, λέγειν αὐτὸς οὐδαμῇ ἔχω. Πλείονος δ' οὖν (3) ἅμα ταῦτα τῆς βασιλέως παραπολαύων διετέλει δεξιώσεως. Ἐπεὶ δὲ ἀγχοῦ Βυζαντίου ἦδη ἐγένετο, πρέσβεις ἐς βασιλέα πέμψας (4) φιλίαν τε ἔτι μᾶλλον ὡμολόγει καὶ ἐπὶ μεγάλοις συμπράξειν αὐτῷ συνετίθετο· εἰ δὲ συνέσεσθαι ἀλλήλοις καὶ λόγου κοινωνήσειν ἐν παλατίῳ βουλητὸν αὐτῷ ἔσται, οὐδὲ τοῦτο παραλιπεῖν ἤθελε. Βασιλεὺς δὲ ἤκουσε τῶν λόγων οὐκ ἀηδῶς καὶ σὺν πεποιθήσει ἀφικέσθαι τοῦτον ἐκέλευεν. Εἰσελαύνοντι τοίνυν (5) ἄνδρες ὑπήντων αὐτῷ ὅσοι τε κατὰ γένος καὶ τύχην βασιλεῖ ἤγγιζον καὶ ὅσοι τὰς ὑπερηφάνους τῷ τηνικάδε διεῖπον ἀρχάς, προπέμψοντές τε C
μεγαλοπρεπῶς αὐτὸν ἐς τὰ βασίλεια καὶ τὰ εἰκότα τιμήσοντες. Ἐπειδή τε εἴσω τῶν ἀνακτόρων ἦδη ἐγένετο ἔνθα βασιλεὺς ἐπὶ τοῦ μετεώρου καθῆστο, χθαμαλή τις αὐτῷ ἐκομίζετο ἕδρα ἦν σελλίον (6)

17. Is rerum Alemannicarum fuit status. Rex autem Germaniæ, qui transisse jam Istrum, et ulterius progredi nuntiabatur, non ea qua Conradus, ultra modum ferocia se gessit : sed legatos ab imperatore ad se missos, Michaelem Palæologum sebastum, et Michaelem cognomento Branam, excepit comiter, eoque nomine gratias imperatori egit. Apparebatque nihil eum damni contra Romanos B deinceps moliturum : quod utrum iis quæ Conrado acciderant prudentior factus fecerit, an vero quod mite illi a natura fuerit ingenium, haud omnino mihi compertum. Utut sit, magnam inde sibi principis gratiam conciliavit. Cum jam Byzantio proximus esset, missis ad imperatorem legatis, amicitiam suam non tantum ultro est professus; sed et addidit, sese libenter cum eo de rebus non mediocris momenti acturum, si ille una convenire, inque palatio sermones de iis conferri pateretur. Annuit dictis haud gravate princeps, et ut accederet ille fidenter, nuntiavit. Advenienti itaque, effusi obviam quotquot erant genere vel fortuna imperatori proximi, et quicunque primas tunc temporis obtinebant dignitates, ipsum magnifice, et ut par erat, summo cum honore in regiam deducunt. Postquam **83** palatium subiit, ubi in excelsiori sedebat loco imperator, affertur ei sedes humilior, quam sellam, qui lingua Romana utuntur, vocant. Cumque in ea consedisset, ultro citroque variis de rebus habito

Du Cangii notæ.

(99) *Ὁ δὲ τῶν Γερμανῶν ῥήξ.* De expeditione Ludovici VII Francorum regis in terram sanctam consulendi supra laudati scriptores. Priusquam vero Ludovicus itineri in Romaniam sese accingeret, Milonem de Caprosia, seu *de Cheureuse*, militem, legatum anno superiore miserat, qui et transitum per Thraciam, et commeatum impetraret : quod ille benigne concessit, scripta ad regem perofficiosa epistola sub mensem Augustum, quæ exstat apud Radulfum de Diceto in Abbrev. Chron. A. 1146.

(1) *Τούς τε γὰρ ἐκ βασιλέως.* A Manuele legatos ad Ludovicum missos Demetrium quemdam, et alium cognomento Maurum, refert Odo de Diogilo, l. II.

(2) *Εἴτε καὶ φύσει.* Gesta Lud. VII c. 9 de eodem rege : *Erat vir naturaliter patiens et benignus.* *Odo de Diogilo*, l. III : *Rex Francorum, cui semper mos fuit regiam majestatem humilitate condire.* [P. 442] Gervasius Tilleberiensis, De otiis imperial. ms. de Ludovico VII : *Cui successit Ludovicus piissimus, amator cleri, ac verus Dei cultor, qui a multis deceptus, nullumque decipiens, in sancta simplicitate transivit ad Dominum, relicto Philippo filio, qui postponens paternam simplicitatem, materni generis astutias auxit in usum.* Ludovici epitaphium habes a Stephano abbate S. Genovefæ Parisiensis exaratum :

Quantum conjugii permisit copula, castus,
Quantum justitiæ regula, mitis erat.

(3) *Πλείονος δ' οὖν.* Fuit sane Ludovicum inter et Manuelem multa deinceps animorum consensio, cujus argumenta sunt variæ ultro citroque missæ legationes, de quibus tom. IV Hist. Franc. p. 655, 656, 687, 691, 692, 697, 698, et 719 ; præterea initæ Alexii, Manuelis filii, cum Agnete Ludovici filia nuptiæ.

(4) *Πρέσβεις ἐς βασιλέα πέμψας.* Missi hoc temporis momento a Ludovico legati Constantinopolim Aluisus episcopus Atrebatensis, Bartholomæus D cancellarius, Archembaldus Burbonensis, et aliquot alii.

(5) *Εἰσελαύνοντι τοίνυν.* Will. Tyrius : *Interea rex Francorum pene iisdem subsecutus vestigiis, cum suo exercitu pervenerat Constantinopolim, ubi secretioribus cum imperatore usus colloquiis, et ab eo honorificentissime, et multa munerum prosecutione dimissus, principibus quoque suis plurimum honoratis* etc. Odo de Diogilo, l. III : *Processimus igitur, et nobis appropinquantibus civitati, ecce omnes illius nobiles et divites, tam cleri, quam populi catervatim regi obviam processerunt, et eum debito honore susceperunt, rogante ut ad imperatorem intraret, et de sua visione et collocutione desiderium adimpleret.*

(6) *Σελλίον.* Prosequitur Odo : *Rex autem ejus timori compatiens, et petitioni obediens, cum paucis suorum intravit, et eum in porticu palatii satis imperialiter obvium habuit. Erant fere coævi et coæquales, solis moribus et vestibus dissimiles. Tandem post*

sermone, tandem in proximum, quod urbis mœnibus observatur suburbanum, vulgoque ut retuli Philopatium nuncupatur, concessit, aliquandiu ibi moraturus. Paulo post cum imperatore adiit ea palatia, quæ in australi parte urbis sita sunt, visurus in iis quæ admirationem inducunt, lustraturusque sacrosanctas reliquias, quæ in templo ibidem exstructo religiose coluntur : ea scilicet, quæ sacratissimo Christi corpori quondam admota, ad Christianorum munimentum asservantur. His Byzantii peractis, et obstricta insuper jurejurando fide amicum se quandiu viveret, ac in bellis socium imperatori fore, in Asiam et ipse trajecit.

A ῥωμαΐζοντες; ὀνομάζουσιν ἄνθρωποι, ἐφ' ἧς καθιζήσας τὰ εἰκότα τε εἰπὼν καὶ ἀκούσας τότε μὲν ἐς τὸ πρὸ τοῦ περιβόλου ἀπηλλάττετο προάστειον, ὃ Φιλοπάτιον, καθάπερ ἤδη ἔφην ὠνόμασται τοῖς πολλοῖς, ἐνταῦθα καταχθησόμενος· ὀλίγῳ δὲ ὕστερον καὶ ἐς τὰ πρὸς νότον τῆς πόλεως σὺν τῷ βασιλεῖ ἦλθεν ἀνάκτορα (7), [P 47] ἱστορήσων ὅσα τε ἐνταῦθα θαύματος ἄξια καὶ τοῖς ἐπὶ τὸν τῇδε νεὼν (8) ἐντευξόμενος ἱεροῖς· φημὶ δὴ ὅσα τῷ σωτηρίῳ Χριστοῦ πελάσαντα σώματι Χριστιανοῖς ἐστι φυλακτήρια. Τοσαῦτα ἐν Βυζαντίῳ τελέσας ὅρκοις τε τὰ πιστὰ δοὺς ἢ μὴν φίλος διὰ βίου καὶ σύμμαχος βασιλεῖ ἔσεσθαι, ἐπὶ τὴν Ἀσίαν διέβη καὶ αὐτός.

18. Interea dum hæc geruntur, imperator Nicolaum quemdam, cognomine Muzalonem ad patriarchalem sedem provehit, qui in ecclesiasticis primum dignitatibus versatus, ecclesiamque Cypriorum adeptus, ultro postmodum inde recesserat. Verum ut res administrare cœpit, omnium statim ora in eum commota sunt, injuste occupatum ab illo thronum clamitantium, ut qui cum ecclesia, quam nactus fuerat, sacerdotium quoque deposuisset. Sed is obstinatus primo, throno se deturbari haudquaquam passus : ubi autem **84** re ad imperatoris examen delata, male sibi cessurum agnovit, judicium nolens denuo experiri, abdicata ultro dignitate, ad vitam rursus privatam rediit. Theodotus ei sufficitur, vir monachicis institutis apprime instructus. Alemanni interea, ut supra scripsimus, a Persis sæpius repulsi, multisque suorum amissis, desperato jam per Philomelium transitu, inde retro cessere. Ut venerunt Nicæam, Germanis progredientibus ibi sese adjungunt, regibusque aliis, qui et ipsi non modicos secum ducebant exercitus. Horum alter Tzechorum genti imperitabat, a Con-

B ιη'. Ταῦτα μὲν οὖν τῇδε ἐπράσσετο. Ὁ δὲ βασιλεὺς Νικόλαόν τινα (9) ᾧ Μουζάλων ἐπίκλησις ἦν ἐς τὸν ἀρχιερατικὸν θρόνον ἀνάγει, ὃς εἰς τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς μὲν πρότερον καταλόγους ἐτέλει, τὸν δὲ τῆς Κυπρίων Ἐκκλησίας θρόνον λαχὼν εἶτα ἐθελοντὴς ἐκεῖθεν ἀφίσταται. Ἀλλ' ἅμα τε ἐπὶ τῶν πραγμάτων ἐγίνετο, καὶ ἅμα πᾶν κατ' αὐτοῦ κεκίνηται στόμα, παρανόμως αὐτὸν ἐπιπηδῆσαι λεγόντων τῷ θρόνῳ, ἅτε ξὺν τῇ λαχούσῃ τοῦτον ἐκκλησίᾳ καὶ τὴν ἱερωσύνην ἤδη προσαποθέμενον. Ὁ δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἰσχυρογνώμων τις ἦν καὶ τοῦ θρόνου μεθίεσθαι οὐδαμῇ ἤθελεν. Ὡς δέ ποτε βασιλέως τῷ πράγματι διαιτήσαντος τὸν ἥττονα ἔγνω κληρούμενος, οὐχὶ καὶ εἰσαῦθις ἀνακριθήσεσθαι ἀνασχόμενος, ἀφίστατό τε τοῦ θρόνου καὶ καθ' ἑαυτὸν αὖθις ἐβίου· C ἀνθ' οὗ Θεόδοτος (10) ἀνὴρ ἐπὶ πλεῖστον ἀσκητικοῖς ἐγγυμνασάμενος προχειρίζεται πόνοις. Ἀλαμανοὶ δὲ, καθάπερ εἴρηται, πρὸς τῶν Περσῶν πολλάκις ἀποκρουσθέντες πολλούς τε τῶν σφετέρων ἀποβαλόντες, ἐπειδὴ τὴν διὰ Φιλομήλιον ἀπέγνωσαν ἤδη διάβασιν, ὀπίσω λοιπὸν ἐφέροντο γενόμενοί τε ἐν Νικαίᾳ (11). Ἐνταῦθα Γερμανοῖς τε ὁδῷ ἰοῦσι

Du Cangii notæ.

amplexus, et oscula mutuo habita, interius processerunt, ubi positis duabus sedibus pariter subsederunt. Verum sellane Ludovico regi data fuerit humilior, quod vult Cinnamus, non attigit Odo, neque id vero videtur consentaneum, cum Ludovicus ipse in epistola ad Sugerium *Constantinopoli gaudenter et honorifice se ab imperatore susceptum fuisse* insinuet. Maxime enim dignitati regiæ et Francicæ majestati detraxisset Ludovicus, si Byzantino principi istiusmodi prærogativam in ipsomet Constantinopolitano palatio concessisset, quam quidem denegasse par est credere, cum Ludovicus qui jam Propontidis fretum cum copiis suis emensus erat, Manueli roganti, ut ad suum palatium pro rerum quarumpiam oblata de novo occasione regrederetur, id plane recusaverit, mandaveritque Manueli, *ut in ripam suam descenderet, vel in mari ex equo* (legendum æquo) *colloquium fieret*, ut refert Odo, l. IV, Cujusmodi congressus formam admisit post hæc Conradus, qui primum Manueli locum concedere ultro, id roganti, noluerat. Sed hæc pluribus prosequimur in dissertat. 27 ad Joinvillam.

(7) *Τὰ — ἀνάκτορα.* Palatium Blachernarum intelligit, quod ad urbis partem australem erat, πρὸς νότον, sic enim legendum, non πρὸς νῶτον. Ita et l. IV, n. 14, l. V, n. 71 : κατὰ νότον τῆς πόλεως idem palatium statuit.

(8) *Τὸν τῇδε νεών.* Templum Blachernarum, in quo asservabantur τὰ ἐντάφια τοῦ Χριστοῦ σπάργανα, quæ his innuit verbis Cinnamus : ὅσα τοῦ σωτηρίου Χριστοῦ πελάσαντα σώματι Χριστιανοῖς ἐστι φυλακτήρια. Sepulcrales porro Christi fascias a Pulcheria Augusta inventas hac in æde depositas auctor est Nicephorus Callist. l. XIV, c. 2. Vide quæ observamus ad Annæ p. 196.

(9) *Νικόλαόν τινα.* Catalogus patriarcharum Cp. : Νικόλαος μοναχὸς ὁ Μουζάλων, ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ (Μανουὴλος) ἀρχιεπίσκοπος γενόμενος πρότερον Κύπρου, καὶ παραιτησάμενος, ὡς πολλοὶ μὲν ἔλεγον, καὶ τὴν ἀρχιερωσύνην αὐτὴν, πολλοὶ δὲ μόνην τὴν διοίκησιν τῶν πραγμάτων, καὶ ἐπὶ τριάκοντα ἑπτὰ ἔτη σχολάσας, εἶτα ἀνεβιβάσθη εἰς τὸν θρόνον τῆς Κωνσταντινουπόλεως, καὶ ποιήσας χρόνους γ' μῆνας δ', εἶτα παρητήσατο ἀμφιβόλως, ἐκ βίας τῶν ἀποσχισθέντων ἀπ' αὐτοῦ, πολλῶν ὄντων, καὶ ἐξ ὧν αὐτὸς ἐχειροτόνησεν. Nicolai Muzalonis patriarchæ Cp. meminit Theodorus Balsamon in epist. Basil. ad Amphilochium c. 69. [P. 445] Vide Jus Græco-Romanum, tom. I, p. 224.

(10) *Θεόδοτος.* Abbas et ἡγούμενος τῆς ἁγίας Ἀναστάσεως. Catal. Patr. Cp. De hoc monasterio dixi in notis ad Bondelmontii descript. Cp.

(11) *Γενόμενοί τε ἐν Νικαίᾳ.* Matthæus Paris. : *Evasit tamen imperator cum principibus suis, et cum difficultate nimia usque Nicæam pervenit, indeque Constantinopolim profectus, usque ad sequentis ini-*

συνέμιξαν καὶ ῥηξὶ τοῖς ἄλλοις μεγάλα καὶ αὐτοὶς ἐπαγομένοις στρατεύματα· ὧν ὁ μὲν τοῦ Τζέχων (12) κατῆρχεν ἔθνους, ῥῆξ πρὸς τοῦ Κορράδου δῆθεν προχειρισθείς, ἄτερος δὲ τοῦ τῶν Λέχων (13), οἳ Σκυθικὸν μέν εἰσι γένος, Οὕννους δὲ προσοικοῦσι τοὺς ἑσπερίους. Ἐπειδή τε ἐς ταὐτὸ συνῆεσαν τὰ στρατεύματα, ῥημάτιόν τι ἐκ μακροῦ πρὸς Γερμανῶν Ἀλαμανοῖς ἐπιλέγεσθαι εἰωθὸς ἀναφανδὰ καὶ τότε προὐφέρετο « Πούτζη (14) Ἀλαμανέ, » οὕτω πως ἐπὶ λέξεως ἐσχηκός. Ὅθεν δὲ τὸ τοιοῦτον ἀρχὴν ἔσχεν αὐτίκα δηλώσω. Τοῖς ἔθνεσι τούτοις ὁ περὶ τὸ μάχεσθαι τρόπος ἐστὶν οὐχ ὁ αὐτός. Γερμανοὶ μὲν γὰρ ἵππον τε εὐσταλῶς ἀναβῆναι καὶ ξὺν δόρατι (15) ἐπελάσαι δεξιοὶ μάλιστα, ἥ τε ἵππος αὐτοῖς ὁρόμῳ τὴν Ἀλαμανῶν παρελαύνει. Ἀλαμανοὶ δὲ πεζῇ τε τὴν μάχην ἐνεγκεῖν ἱκανοὶ ὑπὲρ τοὺς Γερμανοὺς καὶ ξίφει χρήσασθαι πολλῷ προφερέστεροι. Ἐπειδὴ γοῦν ποτε Γερμανοῖς ἐπεστράτευον Ἀλαμανοί, τὴν αὐτῶν ὑφορώμενοι ἵππον πεζῇ τὸν πόλεμον ἐνεγκεῖν ἔγνωσαν. Γερμανοὶ τοίνυν [P. 48] ἀνέτῳ τῇ αὐτῶν ἐντετυχηκότες ἵππῳ, αὐτῆς μὲν ἐκράτουν, τῶν δὲ Ἀλαμανῶν εὐχερέστερον καθιππαζόμενοι ἐτρέποντό τε αὐτοὺς ἐκ ποδὸς ὄντας, καίτοι πλήθει παρὰ πολὺ αὐτῶν ἐλασσούμενοι, καὶ τῷ εἰρημένῳ προσεκερτόμουν αὐτοῖς, ὅτι δὴ ἐξὸν σὺν τοῖς ἵπποις μάχεσθαι, οἱ δὲ πεζῇ τὸν πόλεμον εἵλοντο. Τοῦτο δὴ καὶ τότε καθάπερ εἴρηται πρὸς τῶν Γερμανῶν Ἀλαμανοῖς ἐπιφερόμενον συνεχῶς μεγάλα τούτοις ἐλύπει. Διὰ τοῦτό τε οὖν καὶ ὅτι τὰ δεύτερα κληροῦσθαι τῶν Γερμανῶν κίνδυνος αὐτοῖς ἐν ταῖς ὁδοῖς περιίσταται, ἄχρι μὲν

A rado ad regiam evectus dignitatem : alter præerat Lechis, Scythicæ genti, quorum regio Hungaris Occidentalibus contermina est. Postquam in unum convenere exercitus, dictum illud quod in Alemannos jampridem jactari solet, palam tunc coepit proferri : « Pousse Aleman, » sic enim ad verbum se habet illud scomma, quod unde originem habuerit, paucis expediam. Gentibus istis non eadem est dimicandi ratio. Germani quidem equum expedite conscendere, cum hasta irruere maxime periti : eorum equitatus celeritate et cursu Alemannico longe præpollet; Alemanni autem pedestri acie, ut et ensium usu præstant Germanis. Cum itaque aliquando contra Germanos præliarentur Alemanni, vererenturque eorum **85** equitatum, bellum pedites conficere B instituunt. At Germani in inconditum neglectumque eorum equitatum facto impetu, illum haud ægre delent. Cæterasque inde Alemannorum copias pedestres vertunt in fugam, etsi bellatorum numero longe ab illis superarentur. Tum dicterio jam memorato perstrinxere Germani Alemannos, quod cum potuissent ex equis pugnare, pedestre prælium prætulissent. Id tum quoque, ut retuli, a Germanis continuo objectum Alemannis non parum molestum fuit. Ea igitur propter, et quod his periculum erat ne in itinere Germanis inferiores exsisterent, una quidem ad Philadelphiam usque profecti sunt : exinde vero Conradus, cum se contemni a Germanis ferre non posset, reverti statuit, deque eo consilio monuit imperatorem. Ille cum reges invicem divelli C percuperet et simul hominis doleret vicem, hasce

Du Cangii notæ.

tium veris perendinavit. Adde Tyrium l. xvi, c. 28, Gesta Lud. VII, c. 10. Conradi cum Iconiensibus conflictum narrant idem Tyrius, l. xvi, c. 20, 21, 22; Gesta Lud., c. 6; Odo de Diogilo, l. v,; Nicetas, l. i. n. 6, etc.

(12) *Τζέχων.* Tzechos vocat Cinnamus, quos alii Bohemos, olim sic dictos a Tzechio, primo Bohemici principatus auctore, cujus mentio est apud Æneam Silvium, in Histor. Bohem. c. 3. Ab illo enim, lingua Slavica, seu Sclavonica, *Checos*, et *Czechios* etiamnum nominari Bohemos constat. Diversi porro a Zecchis, de quibus Procopius, l. ii De bello Pers., c. 29; l. iv De bello Goth., c. 4, et Theophanes in Copronymo, p. 369. Nam isti procul a Bohemia dissiti, Ponti Euxini littus insederunt. D Cæterum Vladislaus Bohemiæ rex inter principes, qui sacræ militiæ nomen dederunt, refertur ab Othone Frising., l. i De gest. Frider. c. 40, qui Ladislai nomen huic regi tribuit, ut et l. ii, c. 27, Radevicus, l. iii, c. 13, et Æneas Silvius in Hist. Bohem. c. xxiv. Sic etiam Guntherus l. vi Ligur.:

Hoc quoque conventu procerum dux ille Bohemus,
Fama Ladislaum quem nominat, ob sua gesta
Fortiter, et bello nuper spectata Polono,
Ex duce rex fieri meruit, gessitque potenti
Sceptra manu, cinxitque novo diademate crines.

Vladislai meminit rursum infra Cinnamus, p. 225 et 226.

(13) *Λέχων.* Boleslaus IV, rex Polonorum, quos *Lechos* etiamnum vocari auctor est Sigismundus Herbersteinius in Comment. Rer. Moscovit, a Lecho primo gentis auctore, Zechii Bohemiæ principis fratre.

(14) *Πούτζη.* Tollius *pedes Alemanne* interpretatur, i. e. Gallice : *à pied Aleman*, quia Græcis forte ποῦς, *pes* est : sed cum vocabulum istud πούτζη, Gallicam sapiat pronuntiationem, probabilius est eo expressisse nostrum *pousse*, hoc est, *insta, curre, propera Alemanne :* quod cum Alemanni, qui pedites pugnare solent, contra quam Franci, quorum robur in equitatu semper fuit, quod etiam scribit Anna, l. v, p. 140, vel potius quod eorum equi variis in conflictibus ab hostibus jam cæsi essent, facere haud poterant, Franci Alemannos irridebant et sugillabant tanquam segnes et ignavos. Amissos sane passim, et exstinctos in longa ista et fastidiosa peregrinatione plerosque Alemannorum equos testatur Viterbiensis :

Qui fuerant equites, pergunt moriendo pedestres.

Atque inde inter gentes prius conjunctas dissidii fomes. Willelmus Tyrius : *Hic demum imperator, seu quia cum paucioribus erat, qui multo plures prius secum habuerat, verecundiam sustinens, aut Francorum fastus non ferens, seu aliis latentibus causis, remissis quæ supererant per terram legionibus, ipse ab Epheso usus navigio, Constantinopolim reversus est.* Notat etiam Odo de Diogilo, l. ii, ut *nostris erant importabiles Alemanni* eo in itinere, ita Alemannos, *Francorum superbiam* dedignatos, non semel contra illos arma sumpsisse. Alemannos certe ut *equitandi ignaros* perstringit Nicephorus Phocas apud Luithprandum in Legat. cui an omnino fides præstanda sit hac in re, dubium facit Victor Schotti, qui in Caracalla, *Alemannos, gentem populosam ex equis mirifice pugnantem* fuisse ait.

(15) [P. 444] *Καὶ ξὺν δόρατι.* Vide notas ad Annæ p. 171.

litteras misit : « Res omnes cum adest fortuna, vel qui minimum sapiunt, nunquam pensitare solent, sed ipsas per se omni casuum varietate denudatas. Non itaque cum prospere omnia tibi cederent, supra quam ex dignitate erat, te uti voluimus. Nunc vero cum adversa quodammodo te urgeat fortuna, iisdem demereri obsequiis haud nos pigebit, quibus antea et consanguineum, et tot nationum ducem honorare sollicite curavimus, et de rebus imminentibus consilia dare, cum ob jam dictas causas, tum quod uterque eamdem profiteamur religionem. At tu quidem nescio **86** quomodo posthabito quod tibi profuturum erat, per imprudentiam quod pejus est elegisti. Sed quandoquidem quæ semel facta sunt, infecta esse nequeunt, a nobis silentio prætereantur. Ad ea vero quæ nondum effugerunt, animum quam maxime advertere par est. Ejusmodi quippe est rerum natura ut sint in perpetuo fluxu, stent nunquam : si quis prior eos occupat, jam totum habet : præterlapsæ revocari perinde nequeunt. Dum itaque rebus tuis aliquis restat remedii locus, quod conducit utileque est, præripere festines. »

καὶ ἐπὶ τὴν Φιλαδέλφου ἅμα ἐχώρουν, τὸ δ' ἐντεῦθεν Κορράδος οὐκ ἔτι φέρειν εἰ πρὸς Γερμανῶν παριορῷτο δεδυνημένος παλινοστεῖν ἔγνω· ἀμέλει καὶ βασιλεῖ τὸν σκοπὸν ἐπιστέλλας ἐδήλου. Ὁ δὲ τὸ μὲν ἀπονοσφίζειν ἀλλήλων τοὺς ῥῆγας ἐθέλων, τὸ δὲ καὶ τῷ ἀνθρώπῳ συναλγῶν, ἐπέστειλε τοιάδε· « Ἀνθρώποις, οἷς καὶ κατὰ βραχὺ τοῦ φρονεῖν μέτεστιν, οὐ ξὺν ταῖς τύχαις τὰ πράγματα θεωρεῖν ἔθος, ἀλλ' αὐτὰ καθ' αὐτὰ περιπετείας ἔξω τινός. Οὔτε τοίνυν εὐθηνουμένῳ σοι ὑπὲρ τὴν ἀξίαν προσφέρεσθαι ἔγνωμεν, καὶ νῦν γε μετρίως δυσπραγήσαντα τοῖς αὐτοῖς καὶ πάλιν σε δεξιοῦσθαι οὐκουν ὀκνήσομεν, οἷς καὶ τὸ πρότερον ὅσα καὶ ξυγγενῆ καὶ τηλικούτων ἐθνῶν ἄρχοντα τιμᾷν ἡμῖν μὲν διὰ σπουδῆς ἦν, ξυμβουλεύειν τε τὰ παριστάμενα, τῶν εἰρημένων τε ἕνεκα καὶ τοῦ ὁμοθρήσκους ἡμᾶς ἀλλήλοις εἶναι. Σὺ δ' ἀλλ' οὐκ οἶδ' ὅπως περὶ ἐλάσσονος τὸ σοὶ αὐτῷ ξυνοῖσον πεποιημένος ἕλαθες ἑαυτὸν τὸ ἧττον αἱρετισάμενος· ἀλλὰ ταυτὶ μὲν ἐπειδήπερ ἅπαξ γεγονότα ἀναλύειν ἐστὶν ἀδύνατον, παρεῖσθω τέως ἡμῖν, ἐπιμελητέον δ' ὡς ἔνι μάλιστα τῶν ἔτι παρ' ἡμῖν, τῶν οὔπω πεφευγότων. Τοιαύτην γὰρ ἔχει φύσιν τὰ πράγματα, ῥεῖ συνεχῶς, ἵσταται οὐδαμῆ· κἂν τις ἁρύσηται προλαβών, ἔσχεν ἤδη τὸ πᾶν, παρελθόντα δ' ἀνακαλέσασθαι ἐπίσης ἀδύνατον. Ἕως τοίνυν ἔχει τινὰ θεραπείας τὰ κατὰ σὲ τρόπον, σπεῦσον ἁρπάσαι τὸ συνοῖσον. »

19. Atque is fuit epistolæ finis. Conradus interea, damnata jam sua imprudentia, nescius quid ageret, haud libenti animo Germanis comes ibat. Ut vero ad eum perlatæ sunt imperatoris litteræ, rem pro lucro æstimans, quæ offerebantur avide accepit statimque retro cessit. Ad Hellespontum cum pervenisset, transmisso freto descendit in Thraciam, ubi ad imperatorem, qui ibi tum morabatur, accedens una inde cum illo Byzantium venit. Quo in loco eum excepere deinceps variæ animi relaxationes, imperatoria palatia, omnis generis spectacula, equorum certamina, magnifici apparatus, quibus defessum laboribus corpus subinde recreavit. Idonea demum pecuniarum copia sublevatus, cum triremibus in Palæstinam iter intendit, classis præfecto Nicephoro Dasiota ei ductore atque alia omnia necessaria subministrante. **87** Postquam aliis ibi conjunctus regibus, ad vivificum Christi sepulcrum justa exsolvisset, cæteris, prout cuique libitum erat, in patriam remissis, ipse iisdem vectus navibus inde Thessalonicam appulit, ubi et imperatorem vidit denuo, et cum eo congressus collocutusque est. Imperator vero ea de quibus primum invicem convenerant illi in memoriam reduxit, quæ erant hujusmodi : ut videlicet Italiam in dotem restitueret Irenæ, quam ille sibi cognatam imperatori despon-

ιθ'. Τὸ μὲν δὴ γράμμα ἐν τούτοις τετέλεστο. Κορράδος δὲ ἐτύγχανε μὲν καὶ πρότερον ἤδη ἀβουλίαν ἑαυτοῦ καταγνούς, οὐκ ἔχων δὲ ὅ τι καὶ δράσειεν οὐ σφόδρα ἐθελούσιος Γερμανοῖς εἵπετο. Τότε δ' οὖν ἐπειδὴ καὶ τὰ βασιλέως παρ' αὐτὸν γράμματα ἦλθεν, ἑρμαιον αὐτίκα τὸ πρᾶγμα ἡγησάμενος, ἐδέξατό τε σὺν ἡδονῇ τοὺς λόγους καὶ θᾶττον ὀπίσω ἐχώρει, πρὸς Ἑλλησπόντῳ τε γεγονὼς διὰ τοῦ ἐνταῦθα πορθμοῦ ἐπὶ Θρᾴκην διέβη. Ἔνθα τῷ βασιλεῖ διατριβὴν ποιουμένῳ συγγεγονὼς εἶτα ἐπὶ Βυζάντιον (16) ἅμα αὐτῷ ἦλθεν. Ἔνθα ἀνέσεις τε αὐτὸν τοῦ λοιποῦ διεδέξαντο καὶ βασίλειοι καταγωγαί, θέατρά τε παντοδαπὰ [P. 49] καὶ ἅμιλλαι ἵππων καὶ δεξιώσεις λαμπραί, δι' ὧν κάμνον αὐτῷ τὸ σῶμα παρεμυθήσατο. Καὶ χρήματα κεκομισμένος ἱκανὰ ἅμα τριήρεσιν ἐπὶ Παλαιστίνην ἀπῆει, Νικηφόρου τοῦ Δασιώτου πλοός τε αὐτῷ ἡγουμένου καὶ θεραπείας τῆς ἄλλης προνοοῦντος. Ἔνθα καὶ ῥηξὶ τοῖς ἄλλοις ἐλθὼν ἐς ταὐτὸ καὶ τὰ εἰκότα ἐπὶ τῷ ζωοδόχῳ Χριστοῦ τελέσας τάφῳ, τῶν ἄλλων ὡς δυνατὰ ἑκάστῳ ἐγεγόνει ἐπὶ τὴν πατρίδα στελλομένων, αὐτὸς σὺν ναυσὶ ταῖς εἰρημέναις ἐκεῖθεν ἀχθεὶς Θεσσαλονίκῃ προσέσχεν (17), ἔνθα τὸ δεύτερον βασιλέα τε εἶδε καὶ λόγων αὖ καὶ ὁμιλίας ἐκοινώνησεν. Ὁ δὲ βασιλεὺς τῶν πάλαι προομολογηθέντων ἀνεμίμνησκεν αὐτῷ· ἦσαν δὲ ταῦτα, ὅπως Ἰταλίαν εἰς ἕδνον τῇ

Du Cangii notæ.

(16) *Εἶτα ἐπὶ Βυζάντιον.* Willelmus Tyrius : *Ipse ab Epheso usus navigio Constantinopolim reversus est, ubi a domino imperatore multo quam primo adventu susceptus honestius*, etc. Odo de Diogilo, l. VI : *Alemannus pœnitens quod Constantinopolitanum imperatorem non viderat, apud eum reversus est hiemare.*

(17) *Θεσσαλονίκῃ προσέσχεν.* Otho Frising. l. I, De Gest. Frid., c. 59 : *Conradus Romanorum imperator, naves apud Ptolemaidem ingressus, fratrem et amicum suum Manuel regiæ urbis principem in Achaiæ seu Thessaliæ finibus inveniens adiit eumque, tanquam ex longa via fatigatus, laboribusque fractus, et non modica infirmitate correptus, per aliquod temporis spatium ibi quievit.* Adde Will. Tyrium l. XXII, c. 28, et Gesta Ludov. c. 27.

βασιλεῖ ἀνασώσαιτο Εἰρήνῃ, ἣν καὶ αὐτὸς ξυγγενῆ οὖσαν τῷ βασιλεῖ κατηγγύησεν. Ὅρκοις οὖν δευτέροις αὐτός τε καὶ Φρεδερίκος τὰ σφίσι δεδογμένα πιστώσαντες τῆς Ῥωμαίων ἀπαλλάττονται γῆς. Κορράδῳ μὲν οὖν ἐνταῦθα τέλος ἔσχον τὰ πράγματα. Τῷ δὲ Γερμανῶν ῥηγὶ ἐκ Παλαιστίνης ἀναγομένῳ σὺν ναυσίν, αἳ πολλαὶ παρὰ τὰς ἐκεῖ σαλεύουσαι ἀκτὰς μισθοῦ τοῖς βουλομένοις παρέχονται τὴν περαίωσιν, τοιάδε τινὰ ξυνέπεσε. Νῆες Σικελαὶ ἐπὶ καταδρομῇ γῆς Ῥωμαίων ἐξιοῦσαι πρότερον ἐνταῦθά που τοῦ πελάγους ἐφέροντο. Ταύταις Ῥωμαίων στόλος περιτυχών, οὗ ὁ Χουρούπτης κατῆρχεν, εἰς χεῖρα ἦλθε. Τύχῃ δέ τινι μαχομένων τῶν στόλων ἀμφοῖν συνέπλεε τούτοις καὶ ὁ ῥῆξ. Ἐπικρατεστέρων δὲ τῇ μάχῃ τῶν Ῥωμαίων ἤδη γεγενημένων παρ' ὀλίγον ἦλθε τοῦ ἁλῶναι (18) καὶ αὐτὸς ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. Ἐπειδὴ ταῖς Σικελῶν καθάπερ εἴρηται ξυνέμιξε ναυσίν, ἐκβὰς τὴν ἑαυτοῦ Σικελικὴν εἰσεπήδησε τριήρην, καὶ εἰ μὴ ταχὺ τοῦ κινδύνου συνιεὶς τῶν Ῥωμαίοις συμμαχίδων τινὸς σημεῖα ἐνέθετο φθάσας αὐτῇ, τάχα ἂν ὑπὸ ταῖς Ῥωμαίων ἐγεγόνει χερσί. Νῦν δὲ πλείστους τῶν σὺν αὐτῷ ἀποβαλὼν λάφυρον τοῦ πολέμου γεγενημένους αὐτὸς μόγις ἐσώζετο. Ἀλλὰ βασιλέως ἐξῆς δεηθεὶς τούς τε αἰχμαλώτους ἔλυσε καὶ τὰ διηρπασμένα κεκόμιστο εἰς τὰ Ῥωμαίων ἔσχηκεν ἐμβολή.

derat. Altero igitur sacramento firmatis iis, de quibus convenere rursum, Conradus et Fredericus e solo Romanorum excessere. Atque eum finem quæ Conradum spectant habuerunt. Germanorum autem regi ex Palæstina revertenti cum navibus, quæ magno numero in illis fluitantes littoribus, dato naulo, excedentes inde transmittere solent, talia acciderunt. Cum naves Siculæ, quæ primum ad incursandos fines Romanos exiverant, pleno tum æquore ferrentur, in eas classis incidit Romanorum, cui præerat Churupes, manusque cum hostibus conseruit. Dum committitur utrinque certamen, cum nescio quo casu et ipse cum iis vela faceret, superioribus jam factis Romanis, quin caperetur parum abfuit. Postquam enim, ut diximus, Siculis navibus adjunctus est, sua egressus, **88** triremem conscendit Siculam, et ni intellecto repente periculo, navis Romanorum sociæ signum imposuisset, venisset haud dubie in manus Romanorum. Ita vero compluribus suorum, qui capti fuerant, amissis, ipse vix sospes evasit. Sed imperator postea captivos solvit resque ablatas omnes repente jussit restitui. Atque ejusmodi fuit gentium Occidentalium in Romanorum terras irruptio.

κ'. Κορράδος δὲ, εἰς τὴν πατρίδα παλινοστήσας, ὀλίγον ἐπιβιοὺς ἐτελεύτησεν (19), οὐδὲν οὐδέπω ὧν βασιλεῖ διωμολόγηκε πέρατι δεδωκώς. Μεθ' ὃν Φρεδερίκος τὴν ἀρχὴν ἔσχεν. Ὅθεν δὲ ἐπὶ Φρεδερίκου μετὰ Κορράδον τὸ Ἀλαμανῶν ξυνέπεσε κράτος, ὁ λόγος ἐξῆς παραστήσει μοι. Ὁ Ἀλαμανῶν ῥῆξ Ἑρρίχος (70) ἔτι περιόντα τὸν πατέρα καθείρξας, τοῦ Ῥώμης τε ἀρχιερέως πολέμῳ περιγεγονὼς αὐτὸς πάντα. Ἐνταῦθά τε πέρας ἡ τῶν ἑσπερίων ἐθνῶν

20. Reversus autem in patriam Conradus, protracta haud multum vita, decessit, nihil eorum quæ imperatori spoponderat exsecutus. Hunc excepit Fredericus. Unde autem post Conradum ad Alemannorum imperium pervenerit, dicere deinceps aggrediar. Henricus Alemannorum rex, parente superstite in vinculis habito, debellatoque bellis Romano pontifice, subditos sævo premebat impe-

Du Cangii notæ.

(18) *Παρ' ὀλίγον ἦλθε τοῦ ἁλῶναι.* Falsum igitur quod ait auctor Gestorum Ludovici VII, c. 27, Ludovicum regem *in portu Acconensi navigium conscendisse, marisque nullo impediente periculo, ad regnum proprium reversum esse.* Siquidem, ut narrat hoc loco Cinnamus, parum abfuit quin venerit in Græcorum potestatem, qui tum, flagrante bello Siculo, maria cum valida classe obibant, Siculis ipse admistus. Id porro Robertus de Monte, Vincentius Bellonac. part. III, l. XXVII, c. 127; Nicolaus Trivettus in Chron.; Sanutus, l. III part. VI, c. 20, et ex iis auctor Magni Chronici Belgici, et Bonfinius dec. 2, l. VI, accidisse tradunt, cum Manuel Corcyram a Siculis expugnatam obsideret A. 1149. Vincentius Bellonac.: *Ludovicus rex Francorum a Palæstina navigans, ut in patriam rediret, Græcorum naves incurrit. Cumque ab eis imperatori Curfolium obsidenti præsentandus deducitur, Gregorius* [Georg.] *dux navium regis Siciliæ eos aggreditur. Siquidem vastatis et spoliatis Græcorum provinciis usque ad ipsam urbem regiam Constantinopolim accedens, sagittas aureas in palatium imperatoris jecerat, et incensis suburbanis, de fructibus hortorum regis violenter tulerat. Unde rediens naves Græcorum incurrit, captum Ludovicum regem eripuit, sed captos, regis obtentu, dimittit. Interim Manuel recepto in deditionem Curfolio, Siculorum naves insequitur, et captis nonnullis navibus, rex fuga liberatur, et a rege Rogerio Siciliæ, et a papa Eugenio honoratur.* Sed de obsidione Corcyrensi agetur lib. seq. Profert Philadelphus *Mugnos*, l. IV Theatri Genealog. Nobil. Famil. Sicular. diploma regis Rogerii in gratiam Georgii de Landolina militis, cui Ludovici regis liberationem ascribit his verbis: *Maxime tu ipsemet personaliter tanquam præfectus de duabus nostris regiis triremibus nostræ classis maritimæ, cum divino auxilio cooperante, et nostrorum militum, eorumque præfectorum fortitudine, fidelitate, et prudentia, non procul Græcorum hostium, eorumque naves et triremes expulisti, et tandem a captivitate illustrissimum regem Ludovicum VII suosque proceres et Galliæ magnates manumisisti.* Verum chartæ huic, si non incertæ omnino est fidei constat mendum inesse in ascripto an. 1146. Ut sese res habeat, ex laudatis scriptoribus refellitur Thomas Fazellus, qui dec. 2, l. VII, c. 3, scripsit Ludovicum regem ab ingenti Saracenorum classe forte interceptum et captum, a Rogerio, qui tum classe occurrit, liberatum, et ab interitu vindicatum.

(19) *Ἐτελεύτησεν.* Moritur Conradus XV Kal. Mart. an. 1152. Monach. Erford. Otho Frising., l. I De Gestis Frid., c. 63: l. II, c. 1, Gotefridus Viterb., etc.

(20) *Ἑρρίχος.* Fallitur hoc loco Cinnamus: neque enim Conradus et Fredericus Sueviæ dux, Frederici imperatoris parens, Henrici imp. filii fuerunt, sed Frederici de *Stauffen*, nobilis Suevi, ex Agnete Henrici imp. filia.

rio. Unde irritati Alemanni, eo exstincto, imperium liberis illius concedere nequaquam voluere. Erant verò hi Conradus et Frederici pater. Itaque Lotharium quemdam acciverant, ætate extrema virum, eique rei Alemannicæ arbitrium permiserunt. Sed enim illi paterno se excidere imperio non ferentes, res novare turbarque statuunt. Quod ubi advertit Lotharius, ætate vir provectior et probitate singulari quique nihil nisi simpliciter ageret diceretve, in eam tandem cum illis conditionem 89 venit, ut imperium adipiscerentur, postquam vitæ finem sibi fata posuissent. Lothario non multo post exstincto, cum sors cecidisset super majorem natu, patrem nimirum Frederici, altero orbatum lumine, pro se Conradum fratrem ipse assumpsit, pollicitum juramento prius imperium ad Fredericum filium, ubi et ipse vita concessisset, transmissurum. Quapropter moriens Conradus, uti narravimus, Frederico coronam imposuit. In hunc modum res eæ gestæ sunt : bella autem Sicula exinde initium habuere.

παρανομώτατα τὴν ἀρχὴν ἔσχεν. Οὗ δὴ ἕνεκα [P. 50] ἀμυνόμενοι τὸ οὖτον Ἀλαμανοὶ, τετελευτηκότος οὐκέτι παισὶ τοῖς αὐτοῦ τὴν ἡγεμονίαν ξυγχωρεῖν ἔγνωσαν (ἦσαν δὲ αὐτῷ παῖδες Κορράδος τε οὗτος καὶ ὁ Φρεδερίκου πατὴρ), Λουτήρην δὲ τινα ἄνδρα ἑκατογέροντα καλέσαντες ἐπὶ τὴν ἀρχὴν, τούτῳ τὴν Ἀλαμανῶν ἐπικράτησιν ἔδοσαν. Ἀλλ' ἐκεῖνοι οἷα ἀνασχόμενοι εἰ τῆς πατρῴας ἐκπεσοῦνται ἀρχῆς, νεωτέροις ἐγχειρεῖν ἔγνωσαν πράγμασιν. Ὁ γνοὺς ὁ Λουτήρης γέρων μὲν καὶ ἄλλως ἀκριβῶς ὢν καὶ ἡλικίας πόρρω ἥκων, φύσει δὲ καλοκαγαθίᾳ συνὼν ἀεὶ καὶ οὐδὲν ὅ τι μὴ σὺν ἁπλότητι καὶ λέγειν καὶ πράττειν εἰδὼς, ὡμολόγει ἐπ' αὐτοὺς μὲν ἀρχὴν διαβιβάσαι, ἐπειδὰν τὸ χρεὼν αὐτὸν καταλήψεται. Ἐπειδὴ γοῦν ὀλίγῳ ὕστερον ἀπέβη, τοῦ κλήρου ἐπὶ τὸν πρεσβύτατον τῶν ἀδελφῶν πίπτοντος, λέγω δὲ τὸν Φρεδερίκου πατέρα, αὐτὸς τὸν ἕνα πεπηρωμένος τοῖν ὀφθαλμοῖν (21) Κορράδον τὸν ἀδελφὸν ἀνθ' ἑαυτοῦ εἵλετο, ὅρκοις ὁμολογήσαντα πρότερον ἐς Φρεδερίκον τὸν υἱέα τὴν ἀρχὴν ἐπειδὰν θνήσκοι διαβιβάσαι. Διὸ Κορράδος τελευτῶν, ὥσπερ ἔφην, Φρεδερίκῳ τὸ στέμμα περιετίθει. Ταῦτα μὲν οὖν ὧδέ πη ἔσχε. Τὰ δὲ τῶν Σικελῶν πολέμων ἐντεῦθεν ἀρχὴν εὗρεν.

Du Cangii notæ.

(21) [P. 445] *Τὸν ἕνα πεπηρωμένος τοῖν ὀφθαλμοῖν.* De Frederico Sueviæ duce, altero orbato oculo, agunt Otho Frising. l. I De Gest. Frid., c. 12, 14, 21, 39; l. II, c. 2; Chron. Hildesheim. n. 1105, 1118, 1126 et 1135; Chronica Australis n. 1135 Guntherus, etc.

ΒΙΒΛΙΟΝ Γ.

LIBER III.

1. Florebat ea ætate Rogerius, dignitate primo comes, vir cæteroquin in rebus gerendis strenuus admodum et impiger, texendis dolis perquam idoneus, quique rite ordinata permiscere in primis nosset. Is Gulielmo Longobardiæ duci cui erat subditus, in Palæstinam eunti pecunia fenori data,

α'. [P. 51] Ῥογέριος (22) ἦν τις ἀνὴρ, ἐς κέρμητας μὲν τὸ πρῶτον τελῶν, δραστήριος δὲ ἄλλως καὶ ῥέκτης ἀνὴρ, δεινός τε πράγματα ῥάψαι καὶ τὰ καθεστῶτα κινῆναι δεξιός. Οὗτος Γιλιέλμῳ (23) τῷ Λογγιβαρδίας δουκὶ ὑφ' ὃν ἐτέτακτο, ἐς Παλαιστίνην (24) ἀπαίροντι χρήματα δεδανεικὼς τὴν Λογγι-

Du Cangii notæ.

(22) *Ῥογέριος.* Rogerius Siciliæ comes, Rogerii I Siciliæ comitis ex Adelaide Monferratensi filius.

(23) *Γιλιέλμῳ.* Willelmus, Rogerii Apuliæ et Calabriæ ducis filius, Roberti Wiscardi nepos, dux eorumdem ducatuum a Paschali pp. constituitur an. 1114 in synodo apud Cyperanum, cui ille postea fidei sacramentum præstitit, ut est in Chronico Casinensi, l. IV, c. 51.

(24) *Ἐς Παλαιστίνην.* Blondus, Collenutius, Ritius, et alii rerum Neapolitanarum scriptores tradunt Willelmum, dum Constantinopolim pergeret, ut pactam sibi Alexii Comneni imperatoris filiam uxorem duceret, a patruo Rogerio ditionibus suis exutum fuisse. Cinnamus a Willelmo eas in pignus datas Rogerio auctor est, dum ille iter Hierosolymitanum aggreditur. Sed neutrum probabile esse argumento est, quod Alexander abbas Celesinus, horum temporum scriptor, l. I, c. 2 et 5, refert : *Rogerium nempe, cum Willelmum Salerni decessisse percepisset, doluisse valde quod se ignorante defunctus esset, quodque se ut sibi vivens statuerat, si filium non haberet, hæredem non fecisset. Inde præparato navali itinere, quantocius Salernum tetendisse, statimque Calabriam et Apuliam ditioni suæ subdidisse, reluctante quantumvis Honorio pontifice, a quo tandem cum vexillo ducatus investituram accepit.* Illisce consentiunt quæ habet Hugo Falcandus, dum ait Rogerium consanguinei sui Willelmi ducis Apuliæ morte cognita transiisse in Apuliam, et universis civitatibus ac principibus, qui ei resistendum putaverant, expugnatis, ad suum cuncta redegisse imperium. Eadem etiam tradunt Ordericus Vitalis, l. XII, p. 884, et Petrus Diaconus, l. IV Chron. Casin., c. 98 et 99. Denique Gualterus Tarvanensis canonicus De vita et morte Caroli comitis Flandr. c. 2, scribit *Willelmum, audito unici sui germani* (Ludovici, uti appellatur a Gaufredo Malat. l. IV, c. 20, 22) *exitu, cœpisse lethaliter languere, et ut se periclitari cognovit, Salernitanum archiepiscopum et*

βαρδίας ἀρχὴν τοῦτον δὴ ἕνεκα ἐνεχυρασθεῖσαν αὐτῷ ἔσχε, τὸν Ῥώμης τε ἀρχιερέα τρόπῳ τῷ ῥηθησομένῳ βιασάμενος ῥῆξ παρ' αὐτοῦ προκεχείριστο. Ἐπειδὴ γὰρ Λογγιβαρδίαν πρὸς Ῥογερίου ἔχεσθαι ὁ τῷ τηνικάδε τὸν Ῥώμης διέπων ἤκουσε θρόνον, ἠσχάλλεν ἐπὶ τῷ τολμήματι, Ἐκκλησίᾳ [P. 52] τῇ αὐτοῦ φάσκων προσήκειν ἀνέκαθεν αὐτήν. Ἐφ' οἷς ὁ λουτήρης (25) δεινοπαθήσας, οὐκ ἀνασχόμενος εἰ τὸ πάπα περιῳρονοῖτο ἀξίωμά, στρατῷ μεγάλῳ εἰς Λογγιβαρδίαν ἐμβάλλει· μέρος τε οὐκ ἐλάχιστον Ῥογέριον ἀφελόμενος ἐγγὺς ἤδη ἐγένετο τοῦ καὶ συμπάσης αὐτὸν ἀπελάσαι τῆς χώρας, εἰ μὴ Ῥογέριος καὶ πάλιν δολώσεις κατὰ τὸ ἔθος ἐννοήσας ἀμαχητὶ τὸν Λουτήρην ἐκεῖθεν ἀπήλασεν. Ὅπως δὲ, ὁ λόγος ἐξῆς παραστήσει. Ἦν τις τῷ Λουτήρῃ γαμβρὸς (26), ὃς τὰ μέγιστά τε παρ' αὐτῷ ἐδεδύνητο καὶ τῷ Ἀλαμανῶν ἔθνει λόγου μετὰ Λουτήρην ἠξίωτο. Τοῦτον ὁ Ῥογέριος ὑπελθὼν χρήμασί τε ὑποκλέψας ἀνέπεισε, τοῦ Λουτήρῃ μηδὲν ξυνειδότος, σύνθημα τῆς πολέμου τοῦδε καταλύσεως τῷ Ἀλαμανῶν δεδωκέναι στρατῷ. Ἔστι δὲ τοῦτο οὐ σάλπιγγος ἠχὴ ἤ τι ἄλλο τοιοῦτον, ἀλλὰ βάρβαρός τις καὶ ἀξύνετος τρόπος. Μέλος γάρ τι (27) κατ' ἔθος ἐπὶ τοῦ στρατοπέδου ἐκλαληθὲν οὐκέτι μένειν ἐφίησι τὸ στρατιωτικὸν, ἀλλὰ ἅμα τε ἀκούει καὶ ἅμα σκεδάννυται ἕκαστος πρὸς ἀποπορείαν συσκευαζόμενος. Τοῦτο δὴ τὸ μέλος καὶ τότε ὁ Λουτήρη γαμβρὸς τῷ Ἀλαμανῶν ἔθνει ἐπιθρυλληθῆναι ἀθρόον ἐσκαιωρημένως αὐτίκα ἐνθένδεν ἀναχωρεῖν ἐποίησε τὸν στρατόν. Πρὸς ὅπερ ἀγανακτήσας ὁ Λουτήρης ἐπεβάλλετο μὲν τὴν ὀχλικὴν ὁρμὴν ἐπισχεῖν ἐς πεντακοσίους ἀνασκολοπίσας ἀνδρῶν, οὐ μὴν καὶ ἐδυνήθη. Ἀλαμανοὶ γὰρ οὐδὲν ἧττον ἐξέῤῥεον, καὶ ποινῶν καὶ κολάσεων καθάπαξ ἀῤῥοντιστοῦντες. Ὅθεν ἀθυμίᾳ συσχεθεὶς ὁ Λουτήρης πυρετοῖς τε λάθροις διὰ τοῦτο ἁλοὺς, ὀλίγῳ ὕστερον ἐξ ἀνθρώπων ἠφάνιστο. Κορράδος δὲ, καθάπερ εἴρηται, τὴν ἀρχὴν διαδέχεται.

Longobardiæ principatum eo nomine sibi oppigneratum retinuit. Postea autem Romanum pontificem hoc quem dicam modo coegit, ut ab illo rex renuntiaretur. Ut enim Longobardiam in Rogerii potestatem venisse qui tum Romanæ sedi præerat pontifex intellexit, id facinus ægre tulit, **90** quod ad ecclesiam suam jampridem illam pertinere contenderet. Lotharius eo non modice commotus, nec ferens Papæ auctoritatem imminui, ingentibus copiis in Longobardiam irrupit, magna agrorum parte exuit Rogerium : propeque erat ut is universa ditione pelleretur, ni, prout consueverat, ad dolos iterum conversus absque ullo certamine Lotharium inde abegisset : quo autem pacto id contigerit, a nobis deinceps dicetur. Erat Lothario affinis quidam, maximæ apud illum auctoritatis, quemque Alemannorum gens post ipsum Lotharium potissimum suspiciebat. Hunc Rogerius convenit, pecuniisque datis sibi conciliavit : tum homini persuasit, ut signum receptui, inscio Lothario, exercitui Alemannico dari imperaret. Id porro signum non est tubæ sonitus, aut aliud quidpiam simile, sed nescio quid Barbarum et insolens, quodve percipi vix potest. Quidam enim vocum concentus pro more editus in castris, haud amplius permanere sinit exercitum : sed statim atque auditur, dilabitur quisque, et ad reditum sese comparat. Itaque ejusmodi carmen per legiones Alemannicas, Lotharii affinis dolo passim pronuntiatum, effecit ut universus continuo recederet exercitus. Quam rem graviter admodum ferens Lotharius, quo impetum multitudinis sisteret, quingentos circiter milites palo affixit, neque tamen hac ratione quidquam confecit. Alemanni quippe nulla pœnæ ac supplicii habita cura, nihilominus **91** dilabebantur. Tum vero Lotharius mœrore confectus, in gravissimum incidit febrem, nec multo post diem clausit extremum. Principatum, ut diximus, postea Conradus adeptus est.

β'. Ταῦτα μὲν τῇδε ἐγένετο. Ῥογέριος δὲ (28) Λογγιβαρδίας καὶ πάλιν ἁπρὶξ εἴχετο. Ὅπερ οὐ φέρων ὁ Ῥώμης ἀρχιερεὺς ὁμαιχμίαν ἐξ Ἀλαμανῶν ἑαυτῷ συστησάμενος, θυμῷ πολλῷ κατὰ Ῥογερίου ἐφέρετο. Ἀλλ' ὁ Ῥογέριος ἄφνω ἐνεστρατοπεδευμέ-

2. His ita confectis rebus, Longobardiam recepit rursum Rogerius. Quod cum ferre haud posset Romanus pontifex, Alemannis in auxilium accitis, summo animi ardore in Rogerium proficiscitur. At is castra metantem inopinate invadens, cæteris in

Du Cangii notæ.

Trojanum episcopum advocasse, atque quod antea dum incolumis esset feceral, eorum quoque testimonio desiderantem confirmari, quidquid mobilium, vel immobilium in terra possidere videbatur beato apostolorum principi Petro, ejusque vicario sanctissimo papæ Honorio (ex cujus ore sacro hoc ipsum frequenter audivi, inquit Gualterus), *jure perpetuo possidendum delegasse, ac deinde in confessione Domini ab hac luce migrasse.* Nulla proinde apud scriptores ejusce ævi usurpata ab Rogerio, Willelmo superstite, Apuliæ mentio.

(25) *Λουτήρης.* Lotharium ab Innocentio II pp. in Italiam contra Rogerium Siciliæ regem, qui Petri Leonis partes tutabatur, evocatum, habent passim scriptores, Otho Frising. l. VII Chron. c. 18, 19, 20; Petrus Diaconus, l. IV Chron. Casin. c. 99, 107, etc.; Will. Tyrius, l. XIII, c. 19; Conradus Usperg., Dodechinus, Viterb. et alii.

(26) *Γαμβρός.* Henricum forte Saxoniæ ducem intelligit, aut Raynaldum, cui Lotharius pulso ex Italia Rogerio, ducatum Apuliæ tuendum tradiderat. Vide Chronicon Weingartense, c. 12; Tyrium, l. XIII, c. 19; Chron. Casin. l. IV, c. 127 et Usperg.

(27) [P. 446] *Μέλος γάρ τι.* Clamorem bellicum hisce expressisse verbis Cinnamum haud ægre persuasum haberem, nisi ad receptum vix usurpatum scirem.

(28) *Ῥογέριος δέ.* Rogerius exstincto Lothario, et pulso Rainaldo, Apuliam recuperavit. Gotefr. Viterb. : *Post pauca dux Apuliæ Raino, vel Rainaldus moritur. Rogerius in Apuliam revertitur, et terram duce orbatam, nec rebellantem occupat.*

fugam conjectis, ipsum etiam vivum capit. Cum jam illum in manibus haberet, expanso ex linteis tabernaculo, in eo sedentem pontificem collocat, ipse humi prostratus, prono corpore ac manibus pedibusque incumbens ad illum adrepit, partim delicti implorans veniam, partim ut regium sibi nomen vellet impertiri precatus, Accedentem excepit pontifex (quid enim faceret?) et regem appellavit. Atque inde Longobardiæ princeps rex vocari consuevit. Rogerius igitur cum ex voto successissent omnia, legatos ad imperatorem Joannem, qui adhuc erat in vivis, misit qui ex imperatorio sanguine uxorem pro filio suo expeterent. Sed necdum expedita erat legatio, cum Joannes vita functus est. Interjecto deinde aliquo tempore, cum jam Manuel imperium esset adeptus, eadem per legatos iterum postulavit: eumque in finem Basilius, cognomento Xerus, in Siciliam trajecit, ut iis de rebus cum Rogerio sermones conferret. At Xerus **92** auro ab illo corruptus, ineptas nescio quas conventiones pepigit, quarum caput erat, æquali in posterum majestate imperatorem et Rogerium futuros. Atque inde ingentia exarsere bella. Reverso quippe Byzantium Xero, et ante quam suæ dedisset pœnas audaciæ demortuo, posthabitis neglectisque penitus iis quæ in hac legatione peregerat, Rogerium valere jussit. Ille vero totus Martem spirans, illusum se ab imperatore ratus, classem ædificat paratamque habet, occasionem captans qua illatam sibi a Romanis injuriam quavis ratione vindicaret. Nec aberravit a scopo Barbarus. Quo enim tempore in provincias Romanas fervebat Occidentalium nationum irruptio, Corinthum, Eubœam et Thebas

νῳ τούτῳ ἐπιφανεὶς τούς τε ἀμφ' αὐτὸν ἐτρέψατο καὶ αὐτὸν ζωγρείαν εἶλεν (29). Ἐπειδή τε ἤδη ἐν χερσὶν εἶχε, σκηνήν τινα τῶν ἀπὸ λίνου πεποιημένων διαπετάσας καθίζει ἐπὶ ταύτης τὸν ἀρχιερέα, ἐς ἔδαφός τε καταβαλὼν ἑαυτὸν πρηνὴς χερσί τε καὶ ποσὶν ἑρειδόμενος, προσῄει, τὸ μὲν τὴν ἁμαρτάδα δῆθεν ἐξιλασκόμενος τὸ δὲ καὶ ῥῆξ προβεβλῆσθαι ἀξιῶν. Ὁ δὲ δέχεταί τε προσιόντα (καὶ τί γὰρ ἂν ἔδρασε); καὶ ῥῆγα λοιπὸν ὀνομάζει. Ἐξ ἐκείνου τε ῥῆξ ὁ Λογγιβαρδίας ἡγεμονεύων κεκλῆσθαι εἴωθε. Ῥογέριος δὲ ἐπειδὴ τοῦ κατὰ σκοπὸν ἔτυχε, πρίσβεις ἐς βασιλέα Ἰωάννην [p. 53], ἔτι περιόντα πέμψας ᾐτεῖτο κήδους τοῦ ἐκ βασιλείων αἱμάτων ἐπὶ παιδὶ (30) τεύξεσθαι τῷ αὐτοῦ. Ἀλλ' οὔπω τέλος ἔσχε τὰ τῆς πρεσβείας, καὶ Ἰωάννης τὸν βίον κατέλυε. Μετὰ δέ τινα χρόνον Μανουὴλ ἤδη τὴν αὐτοκρατορίαν διέποντος ταὐτὰ καὶ πάλιν πέμψας ἠξίου. Ὅθεν καὶ Βασιλειός τις ἐπώνυμον Ξηρὸς (31) εἰς Σικελίαν ἀφῖκτο, Ῥογερίῳ περὶ τούτου διαλεξόμενος. Ἀλλ' ἐκεῖνος χρυσίῳ κλαπεὶς παρ' αὐτοῦ ἀλλόκοτά τινα ὡμολόγει, ὧν δὲ κεφάλαιον ἦν τὸ ἐν ἴσῳ μεγαλείου βασιλέα τε τοῦ λοιποῦ καὶ Ῥογέριον ἔσεσθαι. Ὅθεν δὴ τὰς μεγάλας ἀναῤῥαγῆναι ξυμβέβηκε μάχας. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ μὲν Ξηρὸς ἐς Βυζάντιον ἐπανιὼν τὸν βίον κατέστρεψε, δίκην οὔπω τῶν τετολμημένων δοὺς, βασιλεὺς ὅσα καὶ ἀθύρμασι ταῖς ἐκείνου πρεσβείαις προσεσχηκὼς Ῥογέριον αὐτὸν χαίρειν εἶα· θυμομαχήσας δὲ ἐκεῖνος ἐξαπάτην τέ τινα τὸ πρᾶγμα εἶναι οἰηθείς, στόλον ναυπηγησάμενος ἐν παρασκευῇ εἶχε, καιροφυλακῶν τρόπῳ ὅτῳ δὴ Ῥωμαίους ἀμύνεσθαι. Καὶ ἔτυχέ γε τοῦ κατὰ σκοπὸν ὁ βάρβαρος. Ἐν ἀκμῇ γὰρ τῆς τῶν Ἰουμεκῶν ἐθνῶν ἐς τὰ Ῥωμαίων ἐμβολῆς Κόρινθόν (32)

Du Cangii notæ.

(29) *Ζωγρείαν εἶλεν.* Ut Innocentius pontifex in Rogerii potestatem venerit, et Rogerio regium concesserit titulum, pluribus narrant abbas Usperg. et Albericus in Chron. A, 1139. Otho Frising., l. VII Chron., c. 24; Falco Benevent., Nicolaus Trivettus A. 1142 et ex iis Baronius, an. 1139, ubi profert diploma investituram regni Siciliæ Rogerio concessam, seu potius tituli regii, quem jam antea usurpaverat, confirmationem, continens. Quippe Rogerius subactis Apulia et Calabria, devictisque Sergio duce Neapolitano, et Roberto Capuano principe, optimatum suorum, atque adeo Henrici comitis avunculi sui consilio, in majori ecclesia Panormitana solemniter fuerat in regem coronatus et inunctus idibus Maii A. Chr. 1129, ut ex veteris Chronici fragmento discimus, quod exstat apud Franc. de Manfredis, l. IV De majest. Panormit. et ex diplomate ipsius Rogerii apud Ferd. Ughellum in episc. Aquil. n. 5, tom. I Italiæ Sacræ. Nec multo post a comite cardinale Anacleti pseudopontificis, cujus partes tuendas susceperat Rogerius, legato, die Natalis Domini an. 1130 in eadem æde in regem est acclamatus, et corona donatus, ut habent Joannes de Ceccano, Falco Beneventanus, Alexander Celes. l. II, Ordericus Vitalis, l. XIII p. 895; auctor Chronici Casaur. et Baronius hoc anno. Sed nec illud involvendum silentio, Rogerium non Siciliæ duntaxat, sed et Italiæ regem acclamatum, quod testantur in ære campano inscripti characteres, quod *Guza* communi vocabulo vocant Panormitani: *Anno ab incarnatione* 1136 *ind.* 14 *fusa Panormi, Rogerius Siciliæ Italiæque rex magni comitis Rogerii filius me dextra Bionis fundi ac D. Mariæ dicari jussit.* Exstant diplomata ejusdem Rogerii ann. 1133 et 1137 apud eumdem Ughellum in archiepiscopis Salernitanis, Brundusinis, et Beneventanis, quorum initium sic concipitur: *Ego Rogerio D. G. Siciliæ et Italiæ rex, Christianorum adjutor et clypeus, Rogerii primi comitis filius.* Ita pariter Guillelmus II apud eumdem Ughellum in alio diplomate an. 1170 *Siciliæ et Italiæ rex* inscribitur. Vide tom. VII, p. 565, 581, 982, Chronicon monast. S. Sophiæ Benevent. p. 779; Ptolemæum de Luca, an. 1126, et Allatium in Diatriba de Simeonibus.

(30) *Ἐπὶ παιδί.* Rogerius forte, qui a patre dux Apuliæ dictus est. Certe fuit ille Rogerii filiorum primogenitus, ut auctor est Alexander abbas Celes., l. III, c. 26. Obiit an. 1149. Romuald. Salernit. in Chron., Hugo Falcand. et alii.

(31) *Ξηρός.* Xerum nescio quem urbis Constantinopolitanæ præfectum memorat Anna, l. XII, a quo forte prodiit Xerus iste. Belli Siculi causam solus, quod sciam, profert Cinnamus.

(32) *Κόρινθόν τε.* Otho Frising., l. I De gest. Frid. c. 33: *Circa idem tempus Rogerius Siculus, aptatis in Apulia, Calabria et Sicilia triremibus, quas modo galeas seu sagittas vulgo dicere solent, aliisque navibus bellicis onerariis classem in Græciam destinat, præfectis eis ducibus strenuis, et in navali prælio gnaris. Armatis itaque navibus Græ-*

τε καὶ Εὔβοιαν καὶ Θήβας ἐλῄσατο τὰς Βοιωτικάς. Ἅτε γὰρ τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ ἐπὶ τοῖς ἀνὰ χεῖρας κατ' ἐκεῖνον ἠσχολημένου τὸν χρόνον, κατὰ πᾶσαν ἄδειαν ταῖς εἰρημέναις οἱ βάρβαροι ἐγκαθίσαντες πόλεσι λαφύρων τὰς ναῦς ἐπλήσαντο. Ἐκεῖθέν τε ἐπὶ Κέρκυραν διαβάντες, κατὰ κράτος αὐτὴν εἷλον καὶ ὡς ἤδη οἰκείας μετεποιοῦντο παντὶ κρατυνάμενοι τρόπῳ. Ὁ μαθὼν βασιλεὺς ἐν ἀθυμίᾳ πολλῇ ἦν. Ἀμέλει καὶ ἐσκέπτετο πῶς ἂν τὸν Ῥογέριον ἀμύνηται καὶ δίκην τῶν τετολμημένων ἐπιθήσει τῇ δέουσαν. Στόλον οὖν νεῶν τριήρεων μὲν πεντακοσίων, ἱππαγωγῶν δὲ καὶ φορταγωγῶν ἐς χιλιοστὸν ὅλην ἑτοιμασάμενος, αὐτὸς μὲν ᾗει διὰ τῆς ἠπείρου, ὁ δὲ στόλος διαπόντιος ἐφέρετο ἐξαίσιος οἷος.

A Bœoticas deprædatus est. Iis quippe temporibus, dum rebus præsentibus detineretur Romanorum exercitus, oppida illa, obsistente nemine, oppugnantes Barbari, naves præda impleverunt. Inde Corcyram digressi, totis viribus expugnatam, ut propriam deinceps munivere. His auditis, consternatus imperator, multa secundum animo volvebat, quo pacto Rogerium ulciscereturur, et dignas delictis pœnas rependeret. Instructa itaque quingentarum triremium classe, hippagogarum vero et onerariarum mille, ipse quidem per continentem iter instituit, interea dum immensa et formidanda classis per maria fertur.

γ'. Ἄρτι δὲ περὶ τὴν πόλιν Φιλίππου γεγονότι τῷ αὐτοκράτορι φήμη περιέπτη ὅτι δὴ στρατεύματα Σκυθικὰ (33) Ἴστρον περαιωσάμενα κείρουσί τε τὰ ἐν ποσὶ καὶ ληΐζονται πάντα, καὶ εἷλόν γε καὶ πόλιν λόγου ἀξίαν, τῶν Ἴστρου καὶ αὐτὴν πίνουσαν νομάτων. Τὰ μὲν δὴ τῆς φήμης ἐν τούτοις ἦν. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἐκεῖθεν ἀποκλίνας τὴν ἐπὶ τὸν Ἴστρον ἐφέρετο, ναῦς ἐκ Βυζαντίου δι' Ἀγχιάλου πόλεως ἐπὶ τὸν Ἴστρον ἀναχθῆναι κελεύσας. Οὕπω δ' ἐκείνων ἀφικομένων, ἐν τούτῳ τὰς ταύτῃ περιῇει θηρευόμενος πεδιάδας. Συμβαίνει γὰρ αὐταῖς ἅτε ἐρήμοις παντάπασι καὶ ἀοικήτοις ἐκ παλαιοῦ προκειμέναις ἀγεληδὸν ἀγρίων τι χρῆμα ζώων ἐντρέφεσθαι. Ἐν ᾧ δὲ πρὸς τούτοις ἦν, ἠγγέλη αὐτῷ ὅτι δὴ Σκύθαι λείαν ἐκ τῆς Ῥωμαίων ἐπαγόμενοι τὸν [P. 54] Ἴστρον ἄρτι που διέβησαν, οὐ μακράν τε ἄποθεν ἐσκηνωκότες αὐλίζονται. Ἅπερ ἐπειδὴ ἤκουσεν, ὡς εἶχε τάχους αὐτίκα ἐπὶ τὸν ποταμὸν ἐφέρετο. Ἔνθα λεμβαδίῳ περιτετυχηκὼς, ὁποῖα πρὸς ταῖς τῇδε ὀχθαῖς ἑστάναι εἰθισται ξύλου πεποιημένα ἑνὸς (34), ἐκέλευεν ἄγεσθαι τοῦτο πρὸς αὐτόν. Ἀλλ' ἦν ἰσχυρογνώμων ὁ πορθμεὺς καὶ βα-

B 93 3. Ad Philippopolim cum pervenisset imperator, fama percrebuit Scythicas copias Istrum trajecisse, et obvia quæque rapere ac depopulari: sed et haud ignobile oppidum flumini adjacens expugnasse. Ejusmodi accepto nuntio, abscedens inde princeps ad Istrum contendit navesque Byzantio per Anchialum urbem versus Istrum flectere jussit, interimque dum advenirent, circumjacentes campos venando perlustravit. Quippe cum deserti essent omnino, et jam pridem inculti, atque adeo longius protenderentur, ingentem ferarum copiam gregatim hic innutriri contigerat. Cum hisce daret operam, nuntiatur Scythas, facta ingenti in Romanorum agris præda, nuper transivisse Istrum, nec procul inde, fixis tabernaculis, consedisse. Quibus C auditis quanta potuit celeritate ad fluvium contendit. Navicula ibi reperta, cujusmodi illic ad eas ripas stare solent ex unico fabricatæ ligno, eam ad se mandat impelli. At pervicax portitor, ubi se ab imperatore accersiri videt, « Si rerum nostrarum, inquit, curam habuisset imperator, neque capta foret Demnitzicus (sic enim appellabatur quod a

Du Cangii notæ.

cia fines ingrediuntur, [P. 447] *ac Mutino* (leg. *Mothone*) *sine impedimento gravique negotio capto, ad Curfol usque fortissimum Græciæ castrum procedunt. Quod cum nulla vi capere prævalerent, ad dolos et ingenia se vertunt. Igitur præmissis quibusdam, ut diritur, qui se quempiam mortuum humandi gratia deferre simulaverat* (*est enim in prædicta arce castri, sicut Græcis mos est congregatio clericorum seu monachorum*), *idem castrum irruunt, arcem occupant, Græcis ejectis, præsidiisque suis ibidem locatis. Inde ad interiora Græciæ progressi, Corinthum, Thebas, Athenas, antiqua nobilitate celebres expugnant, ac maxima ibidem præda direpta, opifices etiam qui sericos pannos texere solent, ob ignominiam imperatoris captivos deducunt.* De istis opificibus agunt Nicetas, l. II, n. 8 et Falcandus in præfat. p. 639. Imperabat Siculæ classi Georgius, maximus amiratus, ut auctor est Vincentius Bellovac., *vir quidem regi fidissimus, atque in negotiis sæcularibus exercitatissimus*, inquit Alexander Celestinus, l. II, c. 8, ubi meminit etiam Joannis amirati, viri perinde in re bellica admodum strenui. Corcyræ, Euboeæ, cæterumque Græciæ urbium expugnationis historiam fusius prosequitur Nicetas, l. II, n. 1, 2, 3, 4 et 5. Eamdem præterea attigerunt Robertus de Monte ann. 1148 et 1149; Annales Pisanorum editi ab Ughello, tom. III Ital. Sacræ, an. 1158; et Sabellicus decad. 1 lib. Venet., l VII.

(33) *Στρατεύματα Σκυθικά*. Tangit hanc Scytharum irruptionem locis citatis Nicetas.

(34) *Σύλου πεποιημένα ἑνός*. Μονόξυλα vocant Græci recentiores: *scaphas* scilicet, seu amnicas naviculas, *de singulis trabibus excavatas*, inquit Vegetius. Unde a Latinis *trabariæ* dictæ, *quæ ex singulis trabibus cavantur*, ut est apud Isidorum, l. XIX. Orig., c. 1; Gloss. Gr. Lat.: Μονόξυλον, *lintris*. Hæ propriæ erant Scytharum, Bulgarorum, Russorum, et cæterorum ad Septentrionem populorum, quibus Istrum et majora flumina trajiciebant. Claudianus in 4 Consul. Honorii:

Ausi Danubium quondam transnare Gothunni,
In lintres fregere nemus, cum mille ruebant
Per fluvium plenæ cuneis immanibus alni.

Cinnamus infra: Λεμβάδιόν τι ἀναδὰς, ὁποῖα πρὸς ταῖς ἀκταῖς ἐνταῦθα διασαλεύει αὐτόξυλα, ἐπὶ τὴν περαίαν ἐφέρετο. Theophanes A. 17 Heraclii: γλυπτὰ σκάφη vocat ejusmodi ad Istrum trajiciendum naviculas. Nicephorus Cp. in Breviar. de Bulgaris: Ἦγον ἐν Θεσσαλονίκῃ ἀκάτια, μονόξυλα δὲ αὐτοὶ προσαγορεύουσι. Ejusmodi navigia ἄδρυα vocabant Cyprii, ut auctor est Hesychius. Vide Const. Porph., De adm. imp., c. 9; Zonaram p. 202, Scylitzem, p. 758, et alios a Meursio et Fabroto citatos scriptores.

Scythis captum fuisse castrum diximus), neque res nostræ hic a Barbaris direptæ pro libitu et ablatæ fuissent. » Ad hæc aiunt indignatum respondisse principem : « Non sim ego ille, cui divinitus a Deo collatum est Romanorum imperium, nisi confestim audaciæ **94** pœnas dederint Scythæ. » Quapropter reliquum exercitus eo loci, et ad ripas castra metatum reliquit. Ipse quia nondum, uti dictum est, advenerant naves, aptatis connexisque inter se lembis, cum quingentis, ex iis qui sibi aderant, Istrum superavit : cumque ultra vellet procedere, in duos alios navigabiles fluvios incidit. Ut vero nullum ibi apparuit navigium, quo ad trajectionem uteretur, suis imperavit, ut actuarias quæ in Istro erant equis alligarent, atque ita ad fluvios transveherent. Quo facto, nullo labore trajecerunt. Loco deinde spatioso transmisso, ad montem usque (τένου ὄρμον), qui Tauroscythicæ finibus adjacet, pervenere. Ibi cum vacua prorsus ac deserta invenissent Scytharum castra (nam illi paulo ante se inde receperant) ulterius progrediuntur. Medio autem die cum ex hostibus nemo appareret, Scythas, qui Romanis militabant, seligit imperator, et Giphardo duce, viro rei militaris peritissimo, mittit, ut a tergo insisterent hostibus, et si daretur occasio, manus conserrent, dum ipse lento interea gradu subsequeretur. Nondum plurimum consumpserat itineris Giphardus, cum in hostes incidit. Sed prælium committere non ausus, quod longe numerosior Barbarorum sibi videretur acies, imperatorem per nuntios, ut confestim **95** accederet, sollicitavit. His acceptis, arma continuo induit princeps, armatur perinde et totus exercitus. Mox a tergo Scythas simul adorti, cum iis manus conserunt. Primo quidem stetere Scythæ, velut subeuntes excepturi : ac in phalangem ordinati, voluere ut auxilia, tum pro se, tum pro præda quam fecerant, primos impetus sustinerent. Validum utrimque fit prælium. Complures Romani præclare factis ibi inclaruere, atque in primis imperator. Hostibus enim cominus acriter urgentibus, ipse invectus hasta dissolvit confertos pugnantium ordines ; neque singulatim duntaxat, sed et binos simul interdum, multis eorum cæsis. Ita invicto principis impetu proturbatis hostibus, Romani viribus integris ingruentes, totam aciem perrupere. Plurimi tum cecidere Barbarorum, centum circiter capti, atque in iis Lazarus, animi robore præstans, et inter Scythicos phylarchos conspicuus. Reliquos equorum virtus et densa montium, qui complures ibi sunt, servavere ; Romani autem, postquam cuncta pabulationibus absumpserant, retro deinde cesserunt. Quo tum tempore Sotas ille, quem genere et divitiis præpollentem, ut diximus, ceperant Scythæ, arrepta occasione, fuga in castra pervenit.

A σιλέα μεταπέμπεσθαι τοῦτον ἀκούων, « Εἰ βασιλεῖ τῶν καθ' ἡμᾶς ἔμελεν, εἶπεν, οὐκ ἂν ὁ τε Δεμνίτζικος ἐάλω (οὕτω γὰρ τὸ τοῖς Σκύθαις, ὥσπερ εἴρηται, αἱρεθὲν ὠνομάζετο φρούριον), καὶ τὰ καθ' ἡμᾶς πρὸς τῶν Βαρβάρων κατ' ἐξουσίαν ἤγετό τε καὶ ἐφέρετο. » Λέγεται τοίνυν πρὸς ταῦτα διηγανακτηκότα τὸν βασιλέα « Ναὶ δή, φάναι, μὴ ἂν αὐτὸς εἶην, ᾧ τὰ Ῥωμαίων θεόθεν ἐπιτέτραπται πράγματα, εἰ μὴ αὐτίκα τῶν τετολμημένων Σκύθαι δώσουσι δίκας. » Διὸ δὴ τὸ μὲν λοιπὸν τοῦ στρατεύματος αὐτοῦ που καὶ ἐπὶ ταῖς ὄχθαις ἑνστρατοπεδευσόμενον ἔλιπεν, αὐτὸς δὲ τῶν νεῶν οὔπω, καθάπερ εἴρηται ἀφικομένων τοὺς λέμβους ἀλλήλοις ξυνδήσας καὶ ἁρμοσάμενος σὺν πεντακοσίοις τῶν ἀμφ' αὐτὸν τὸν Ἴστρον διέβη · μέλλων τε ἐπίπροσθεν ἰέναι
B δυσὶν ἄλλοις ἐντυγχάνει ποταμοῖς ναυσιπόροις. Ὡς οὖν οὐδαμῇ λεμβάδιον ἐνταῦθα διεφαίνετο, ᾧ χρήσαιτο ἄν τις ἐς τὴν περαίωσιν, ἐκέλευε τοῖς περὶ αὐτὸν τοῖς τῶν ἵππων οὐραίοις τὰ ἐπὶ τῷ Ἴστρῳ ἀκάτια ξυνδήσαντας εἰς τοὺς εἰρημένους μετάγειν τῶν ποταμῶν. Οὗ γεγονότος ἀμογητὶ διέβαινον, χῶρόν τέ τινα δολιχὸν διαμείψαντες ἄχρι καὶ ἐπὶ δρος τένου ὄρμον ἦλθον, ὅπερ ἀγχοῦ τῶν Ταυροσκυθικῆς ὁρίων ἀνέχει. Ἔνθα τὸ τῶν Σκυθῶν στρατόπεδον ἀνδρῶν παντάπασιν ἔρημον εὑρηκότες (ᾤχοντο γὰρ οὐ πολλῷ πρότερον ἀπιόντες) προσωτέρω ἐχώρουν. Ἐπεὶ δὲ ἀμφὶ μέσην ἡμέραν ἤδη ἦν καὶ οὐδεὶς οὐδαμῇ πολεμίων διεφαίνετο, Σκύθας τοὺς ὅσοι Ῥωμαίοις ξυνεστράτευον ἀπολεξάμενος βασιλεὺς ὑποστρατηγοῦντι Γιφάρδῳ, ἀνδρὶ πολέμων ἐμπείρῳ
C πολλῶν, αὐτοὺς μὲν ὄπισθεν τῶν πολεμίων ἰέναι ἔπεμψεν, ἰχνοσκοπήσοντά τε καὶ ὅπῃ δυνατὰ ἔσται μαχησομένους, αὐτὸς δὲ κατόπιν ἐπορεύετο σχολαιότερον. Οὐκ εἰς μακρὰν οὖν ὁ Γιφάρδος τοῖς πολεμίοις ἐντετυχηκὼς, ἐπειδὴ μὴ ἐθάρρει τῇ συμβολῇ (τὸ γὰρ Βαρβάρων πλῆθος ἀριθμοῦ κρεῖσσον αὐτῷ κατεφάνη), πέμψας ἐπὶ τὸν βασιλέα ἥκειν αὐτὸν τὴν ταχίστην ἐδεῖτο. Ταῦτα ἐπειδὴ βασιλεὺς ἤκουσεν, αὐτός τε πρὸς τοῖς ὅπλοις αὐτίκα ἐγένετο καὶ τὸ στράτευμα ἐξώπλιστο ἅπαν. Ὄπισθέ τε Σκυθῶν διώξαντες εἰς χεῖρας ἤδη ἦλθον αὐτοῖς. Σκύθαι τοίνυν τὸ μὲν πρῶτον ἔστησάν τε ὡς ὑποδεξόμενοι σφᾶς καὶ ἐς φάλαγγα ταξάμενοι βοήθειαν σφῶν τε αὐτῶν καὶ ὧν ἐπήγοντο λαφύρων προπο-
D νεῖσθαι ἤθελον, ἥ τε ξυμβολὴ ἑκατέρωθεν σὺν ὠθισμῷ καὶ βίᾳ ἐγίνετο. Ὅτε δὴ πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι Ῥωμαίων ἄνδρες ἐγένοντο ἀγαθοὶ, βασιλεὺς δὲ πάντων μάλιστα. [P. 55] Τῶν γὰρ πολεμίων ἔγγιστα ἐγκειμένων ἰσχυρῶς, αὐτὸς σὺν τῷ δόρατι ἐπελαύνων τὸν συνασπισμὸν αὐτοῖς ἔλυεν, οὐ καθ' ἕνα μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ σύνδυο πολλοὺς ἐκείνων ἀποκτινύς. Ὅθεν καὶ τῷ ἀνυποστάτῳ τῆς βασιλέως παρακεκινημένων ὁρμῆς. Ῥωμαῖοι ὁλοσχερέστερον κατ' αὐτῶν ἐπιβρίσαντες λαμπρὰν ἤδη τὴν ἐπαγωγὴν ἐποίουν. Πολλοὶ μὲν οὖν Βαρβάρων ἔπεσον, ἐάλωσαν δὲ καὶ εἰς ἑκατὸν μάλιστα, ἐν οἷς καὶ Λάζαρος ἦν, ἀνὴρ ἐπὶ πλεῖστον μὲν ἀνδρείας ἥκων, ἐπὶ τοῖς ἐν σφίσι φυλάρχοις ἀπόβλεπτος ὤν · τοὺς δ' ἄλλους ἵππων τε ἀρετὴ καὶ τὸ τῶν ὀρῶν διεσώσατο λάσιον, ἃ τῇδε πολλὰ παρατέταται. Ῥωμαῖοι δὲ τὰ ἐκ προνομῆς ἀνελόμενοι πάντα ὄπισθεν λοιπὸν ἀνεχώρουν, ὅτε δὴ καὶ Σότας ἐκεῖνος, ὃν πλούτῳ τε καὶ γένει, καθάπερ εἴρηται, διενεγκόντα ἀνδραποδισθῆναι Σκύθαις ξυνέβη, ἀδείας λαβόμενος φυγὰς ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἦλθε.

δ'. Τοῦτο τὸ τρόπαιον ἐξ ὑπογυίου κατωρθωκὼς ὁ αὐτοκράτωρ ἐκεῖθεν ἀπήλαυνε πρὸς τὸν κατὰ Σικελίας ἤδη συσκευαζόμενος πόλεμον. Τοσοῦτον γὰρ αὐτῷ τὸ περὶ τοὺς πολεμικοὺς καμάτους ἄτρυτον ἦν, ὅσον οὐδέπω οὐδενί, οἶμαι, ὑπῆρξε καὶ τῶν τῆς κοινῆς καὶ στρατιωτικῆς γεγονότων μοίρας, μὴ ὅτι γε βασιλεῦσιν ἢ στρατηγοῖς. Ἦλει τοίνυν Σικελίαν τε περινοῶν καὶ Ἰταλίαν πᾶσαν· ἀλλ', ὡς ἔοικε, τύχη καὶ δόξαν ἀληθῆ παραιτεῖται καὶ τὴν σὺν ἐπιστήμῃ στρατηγίαν πόνῳ οὐδενὶ ἐς τοὐναντίον ἅπαν ἀποκρίνειν ἐπίσταται. Ὁ μὲν γὰρ καίτοι τῶν Σκυθικῶν μεταξὺ περιεσπακότων ὅμως ἔφθη ἐπικαιρότατα τῷ χώρῳ ἐπιστάς, ὅθεν καὶ τὴν ἀπόπλοιαν ποιεῖσθαι ἐχρῆν· τὸν δὲ στόλον ξυνέβαινεν, εἴτε πνεύμασιν ἐναντίοις τῆς ἐπὶ τὰ πρόσω ἀνακοπέντα, εἴτε καὶ τῇ τοῦ δουκὸς περὶ ταῦτα ἁμαθίᾳ, ὀψὲ καὶ κατόπιν ἐλθεῖν τοῦ καιροῦ. Ἔαρος γὰρ τῶν Βυζαντίων ἀναχθεὶς λιμένων, φθινούσης ἤδη τῆς ὥρας ἐς βασιλέα κατῆρεν ἐντεῦθέν τε τὰ Ῥωμαίων ἔσφηλε πράγματα. Ἀνέβη μὲν γὰρ καὶ τὴν διήρη ὁ βασιλεὺς καὶ τὸ ναυτικὸν ἅπαν πρὸς ταῖς κώπαις ἐκάθητο ὡς αὐτίκα ἀποπλευσόμενον, ἀλλὰ χειμὼν ἄγριος καὶ πνευμάτων βίαι αἰφνίδιον καταβραγεῖσαι ἀπεῖρξαν αὐτὸν τοῦ ἐγχειρήματος. Πελάγη τε γὰρ ἐνταῦθα δεινῶς ἀχανῆ τέταται, καὶ ἔστιν ἐπιεικῶς κινδυνώδης ὁ πλοῦς καὶ μάλιστα χειμῶνος. Ὅθεν καὶ αὐτὸς μὲν ἐπί τινα χῶρον ἀγχοῦ τῆς Βερροίας ἀναζεύξας, ἐνταῦθα διεχείμαζε· τὸν δὲ γαμβρὸν Στέφανον, ὃν Κοντοστέφανον (35) σμικρολογούμενοι, οἶμαι, ἐκάλουν (βραχὺς γὰρ τὴν ἡλικίαν ἦν), ἐπ Κέρκυραν ὑπὸ Σικελῶν τῷ τηνικάδε, καθάπερ εἴρηται, ἐχομένην σὺν παντὶ τῷ ναυτικῷ ἔστελλε, Ῥωμαίοις ταύτην ἀνασωσόμενον. Ἀλλ' ὁ μὲν πρὸς τῇ πόλει γενόμενος πεῖράν τε παντοδαπὴν τῷ περιβόλῳ προσαγαγὼν, ἐνταῦθα τὸν βίον κατέλυσεν ἔτι τῶν πραγμάτων ἠωρημένων, [P. 56] τρόπῳ ὥπερ αὐτὸς ἐρῶν ἔρχομαι. Κλίμακα λίαν ἐπιμήκη σχεδιάσας πολλῷ τε τειχέων ὑπερανισταμένην τῶν ἐκτὸς, διὰ ταύτην ἐπὶ τὴν πόλιν ἀνῆγε τὸ στράτευμα. Λίθου τοίνυν μέγα τι χρῆμα τῆς ἀκροπόλεως ἐκ μηχανῆς τινος ἀφεθὲν τῇ κλίμακι προσαράσσει, ὑπὸ σφοδρότητός τε κατάγους τεμάχια πολλαχοῦ διαφῆκεν, ὧν ἓν ἐπὶ τὸν δοῦκα μετενεχθὲν καιρίαν αὐτὸν ἔπληξεν. Ὁ δὲ καίτοι θνήσκοντος ὅσον οὐκ ἤδη αἰσθόμενος αὐτοῦ, ὅμως πολλὴν ἐποιεῖτο πρόνοιαν ὅπως ἂν μὴ συναισθήσεως ἀμφοτέροις γεγενημένης, Ῥωμαίοις μὲν δεινὰ ὡς τὸ εἰκὸς, θάρσος δὲ Σικελοῖς ἤδη ἐνδιδοῦσι γένοιτο. Διὸ καὶ αὐτὸν μὲν ἡσυχῇ ἐπὶ τῶν τῆς νεὼς ἐκέλευεν ἐνθεμένους καταστρωμάτων ἔργου καὶ πάλιν ἔχεσθαι, Ἀνδρόνικον δὲ, ὃς ὕστατος αὐτῷ τῶν παίδων ἐγένετο, καὶ τῶν πελεκυφόρων προσκαλεσάμενος τὸν ἐξάρχοντα, παραινέσεις προσῆγε μηδαμῇ τοῦ θάρσους ἐνδοῦναι

A

B

C

D

96 4. Hac subitanea parta victoria, inde recessit imperator ad bellum contra Siciliam sese comparans. Tantum enim in illo erat patientiæ ad bellicos labores, quantum, ut arbitror, ne ulli quidem adfuit vel vulgarium in exercitu militum, nedum imperatorum vel ducum. Ibat igitur non Siciliam modo, sed et universam Italiam animo complexus : at veram, ut videtur, aversatur gloriam fortuna, imperandique artem militari scientiæ conjunctam labore nullo vertere in contrarium probe novit. Ille quidem etsi a rebus Scythicis interea vocaretur, nihilominus tamen opportune in eum locum venerat, ex quo navigationem instituí oportebat. Tum quoque accidit ut classis, sive reflantibus detenta ventis, sive ducis imperitia, serius nec opportune advenerit. Quippe circa vernum tempus Byzantino egressa portu, exacta demum æstate ad imperatorem delata res Romanas haud mediocriter afflixit. Biremem enim conscenderat imperator, totaque classis, velut statim discessura, remos expediverat, cum tempestas valida, visque repente suboriens ventorum, illius præpedivere consilia. Vasta quippe hic porriguntur maria, eoque periculis magis est obnoxia navigatio, maxime hieme : unde in locum haud procul Berrhœæ concessit princeps, ibique hiemavit. Sororium vero **97** Stephanum, quem diminuendi ergo Contostephanum vocabant (erat namque statura exigua), ad Corcyram, quæ tum temporis, ut scripsimus, parebat Siculis, cum omni navium apparatu dimisit, quo hanc Romano rursum imperio assereret. Verum ille ut ad civitatem appulit, oppugnatis et tentatis undequaque mœnibus, vitam istic finivit, rebus adhuc infectis ac dubiis, eo, quem nunc dicturus sum, modo. Exstructa perquam altissima scala, murisque exterioribus longe excelsiore, per eam transmittere militem in urbem statuit. Lapis autem ingentis magnitudinis ex machina quadam emissus, et ad scalam alisus, præ vehementi quo impulsus est impetu, in varia frustula dissectus est, quorum unum ad ducem perlatum lethali cum vulnere percussit. Ille vero etsi mortem sibi videret imminere, maxime tamen in id incubuit, ne utrinque cognito quod acciderat, metus, ut erat vero simile, Romanis, animus autem Siculis, jamjam deficientibus, adderetur. Quapropter, ut se in navigii tabulatis clam deposito, cœptis denuo insisterent, præcepit. Andronicum vero, qui filiorum erat ultimus, et bipenniferorum præfectum, advocatos, multis est cohortatus, ut id efficerent, ne a priori audacia remitterent Romani, sed operi potissimum instarent, cum capiendæ mox urbis spes adesset. Verum fuerunt hæc virilis, ut arbitror, et martii,

Du Cangii notæ.

(35) *Ὁ Κοντοστέφανος*. Contostephanorum agnominis non a Stephano, Manuelis imp. sororio, primam originem arcessendam constat, cum ea familia apud scriptores Byzantinos ante hæc tempora occurrat. Tametsi Stephanum, qui appellationi primus initium dedit, διὰ τὸ βραχὺ τῆς ἡλικίας ita nuncupatum, æque ac Cinnamus, scribant Zonaras et Scylitzes. Contostephanorum stemma damus in stemmate Comnenico, in Familiis Orient.

98 patriæque amantis animi argumenta. Quippe statim atque in vulgus res cœpit disseminari, omnia in contrarium cessere. Nam et Romanos qui mœnia jam ascenderant, Siculi exegerunt, tumultuque et consternatione omnia repleta sunt. ἅμα τοῖς πλήθεσιν ἔκπυστον γεγονὸς εἰς τοὐναντίον περιήνεγκε πάντα. Ῥωμαίους τε γὰρ καίτοι τειχέων ὑπερθεν ἤδη γεγεννημένους ἀπεώσαντο Σικελοὶ, καὶ σύγχυσις εἶχε πάντα καὶ θροῦς.

Ῥωμαίους, ἀλλὰ νῦν ἔτι μάλιστα πρὸς ἔργοις γίνεσθαι, ὅτε οὐ μακρὰν ἐλπίδων ἐστήκασι τοῦ τὴν πόλιν ἑλεῖν. Ἀλλ' ἦσαν ταῦτα ψυχῆς μὲν, οἶμαι, γνωρίσματα ἀνδρικῆς καὶ τὸ ὅλον ἀρετῆς τε καὶ φιλοπάτριδος. Τὸ δὲ πρᾶγμα ἅμα τε ἐπέπρακτο καὶ

5. Atque is tum fuit rei Romanæ status. His cognitis, non modice, ut par erat, commotus imperator, classis præfecto, qui in defuncti locum designatus fuerat, præcepit, ut urbem absque ulla remissione oppugnaret. Sed et ab illo nulla memorabili re gesta (quippe Romanos inter et Venetos, qui tum iis merebant, exorta præter opinionem contentio, Romano exercitui felicitatem ademerat), coactus tandem est ipsemet princeps eo se conferre et oppugnationem aggredi. Diremptis itaque Romani Venetique exercitus simultatibus et utrinque iis qui causam præbuerant multatis, magno impetu mœnia impugnavit. His rebus occupato principe, Rogerius Siciliæ tyrannus ut ad Corcyram imperatorem agere intellexit, classem mittit in fines Romanorum, eo animo ut hac belli translatione solvendæ obsidionis necessitatem imponeret. At imperator divisa classe, partem alteram misit duce Churupo, quæ Siculis Romanas terras incursantibus continuo occurreret, resistereique : ille autem in oppugnanda pertinacissime Corcyra magis insistit. Per scalas namque magnitudinis immensæ e navigiis non sine difficultate 99 ad mœnia applicatas, milites eduxit : quarum una conscendentium pondere effracta, in mare complures dejecit, ubi miserandum in modum effusa anima egregiam virtutis suæ memoriam Romanis reliquerunt. Verum Siculi, etiam si intra mœnia jam Romanos conspicerent, non ideo tamen urbem imperatori tradere voluerunt; sed in arcem quanta potuerunt celeritate contendentes, inde se tuiti sunt lapidibus telisque ac rebus aliis quæ ad manus occurrebant, imbris de cœlo fusi instar, in oppugnantes projectis. Tantam enim in altitudinem assurgit acropolis ut ne oculis quidem illius structura comprehendi facile possit. Aiunt eo tum tempore propter reluctantem fortunam graviter succensum imperatorem, rectum in biremi qua vehebatur constitisse ac mandasse remigibus, ut appellerent navem ad mœnia, quo ipse ascenderet. Verum ducum aliqui, præsertim consanguinei, totis hoc viribus prohibuere, ut equidem opinor ipso nequaquam volente. Nam præterquam quod animi generositate præstabat, erat etiam imperterritus. Nonnullos audivi qui et temeritatis illi crimen affingerent, siquidem divinum prope et humano majorem animum semper

ε'. Καὶ τὰ μὲν τῶν Ῥωμαίων ἐν τούτοις ἦσαν. Βασιλεὺς δὲ τούτων ἀκούσας ἠνιάθη μὲν ὡς τὸ εἰκὸς, στολάρχην (36) δὲ ἀντ' αὐτοῦ προχειρισμένος ἀνενδότως τῆς πολιορκίας ἐκέλευεν ἔχεσθαι. Τοῦ δὲ καὶ αὐτοῦ οὐδὲν ὅ τι καὶ λόγου ἄξιον ἐνδειξαμένου (στάσις μὲν γὰρ Ῥωμαίων μεταξὺ καὶ Οὐεννέτων, οἳ τῇδε σὺν αὐτοῖς ἐστράτευον ἐξαπιναίως ἀναφθεῖσα τὸ κατορθωτικὸν τοῦ Ῥωμαίων παρείλετο στρατοῦ) τέλος ἠνάγκαστο αὐτὸς βασιλεὺς ἐνταῦθα γεγονὼς τῆς πολιορκίας ἅψασθαι. Οὐεννέτοις γοῦν καὶ τῷ Ῥωμαίων στρατῷ τὰ διάφορα λύσας δίκας τε τοῖς ἐξ ἀμφοτέρων αἰτίοις πραξάμενος τὰς προσηκούσας κρataιότατα τῷ περιβόλῳ ἐπέθετο. Καὶ ὁ μὲν πρὸς τούτοις ἦν. Ῥογέριος δὲ ὁ Σικελῶν τύραννος πρὸς τῇ Κερκύρᾳ διατρίβειν βασιλέα πυθόμενος στόλον ἐπὶ γῆν τὴν Ῥωμαίων ἔπεμπεν, ἐκεῖνο κατὰ νοῦν ἔχων ὅπως δηλαδὴ τῇ πρὸς ἐκεῖνα μεταφορᾷ τῆς πολιορκίας ἀποσχέσθαι καταναγκάσειε. Βασιλεὺς δὲ μοῖράν τινα τῶν σὺν αὐτῷ ἀποθέμενος νεῶν αὐτὰς μὲν ὑπὸ στρατηγοῦντι τῷ Χουρούπῃ Σικελοῖς ἐπὶ τὴν Ῥωμαίων, ὥσπερ ἔφην, ἰοῦσιν ἀντιταξομένας σπουδῇ ἔπεμπεν, αὐτὸς δὲ ἔτι μᾶλλον ἐνέκειτο πικρότατα Σικελοὺς πολιορκῶν. Κλίμακας γὰρ ὑπερμεγέθεις διὰ τῶν νεῶν τοῖς τείχεσι προσερείσας, μόγις μὲν καὶ ξὺν βίᾳ ἀνῆγε δ' οὖν ὅμως τὸ στράτευμα. Ὅτε ξυνέβη μίαν τῶν κλιμάκων τῷ τῶν ἀνιόντων ἄχθει κατασπασθεῖσαν [P. 57] εἰς θάλασσαν πολλοὺς ἐνεγκεῖν, οὗ δὴ τλήμονες τὰς ψυχὰς ἐκφυσήσαντες πολύν τινα τῆς αὐτῶν ἀρετῆς Ῥωμαίοις ἀπολελοίπασι λόγον. Ἀλλὰ Σικελοὶ καίτοι ἔνδον ἤδη τειχέων Ῥωμαίους γεγονότας ἰδόντες ἐνδιδόναι βασιλεῖ τὴν πόλιν οὐδαμῇ ἤθελον. Ὅθεν καὶ ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν ὡς εἶχον τάχους ἀναδραμόντες ἐντεῦθεν ἠμύνοντο λίθους καὶ βέλη καὶ ἅπαν τὸ παρατυχὸν ὡς ἐξ οὐρανοῦ τινος ὀμβρηδὸν ἐπ' ἐκείνους ἀφιέντες. Ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ ὕψος (37) ἀνέρπει τὸ φρούριον ὡς μηδ' ὀφθαλμῷ ῥᾳδίως ἐξεῖναι τὴν οἰκοδομίαν ἀναταθέντι περιαθρεῖν. Ὅτε δὴ λέγεται θυμῷ τὸν βασιλέα περιζέσαντα πρὸς τὸ ἐκ τῆς τύχης ἐκεῖνο δυσκλήρημα ὀρθιόν τε ἐφ' ἧς ἐφέρετο στῆναι διήρους καὶ τοῖς ἐπὶ τῆς εἰρεσίας κελεύειν προσάγειν αὐτίκα τοῖς τείχεσι τὴν ναῦν, ὡς αὐτὸς, οἶμαι, ἀνόδου πειράσαιτο. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν τῶν στρατηγῶν τινες καὶ πρὸς αἷμα ἐγγιζόντων αὐτῷ παντὶ σθένει διεκώλυσαν, δοκῶ μὴ οὐδὲ αὐτῷ σφόδρα ἐθέλοντι. Πρὸς γὰρ τῷ γενναίῳ καὶ ἀσφαλὴς ἦν τὰ

Du Cangii notæ.

(36) *Στολάρχην*. Exstincto et cæso Contostephano, Joannes Axuchus magnus domesticus classi præficitur a Manuele, absque tamen magni ducis titulo.

(37) *Ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ ὕψος*. Nicetas de arce Corcyrensi : Ἔστι δὲ ἡ Κερκυραίων ἄκρα αἰγιλιῷ πᾶσα καὶ ἀγχινεφὴς, ἑλικοειδὴς τὴν θέσιν, καὶ ὑψικόρυμβος, προσνενευκυῖα ἐς τὸ βάθιστον τῆς θαλάσσης etc. De Corcyræ nomine et situ quædam a nobis observata ad Alexiadem.

πολλά. Ἤδη δέ τινων ἔγωγε καὶ θράσους αἰτίαν προστριβόντων ἥκουσα αὐτῷ· δαιμόνιον γὰρ ἀεὶ καὶ ἀνδρείας πρόσω ἴτρ φε λῆμα. Ἀμέλει καὶ ἑκκαίδεκα ἐνιαυτῶν πολλάκις πολλοὺς ἐνὸς χερσὶν οἰκείαις ζωγρείας παρέσχετο βαρβάρους. Δι' ἃ ποτε καὶ ἡ ἐξ Ἀλαμανῶν αὐτῷ ξυνοικήσασα ἐπὶ μέσης ἐξελάλησε τῆς συγκλήτου βουλῆς, μεγάλου μὲν καὶ αὐτὴ καὶ πολεμικωτάτου ὡρμῆσθαι γένους εἰποῦσα, μηδέπω δὲ μηδένα τῶν ἁπάντων ἀκοῦσαι τοσούτοις εἰς ἐνιαυτὸν ἐγκαλλωπισάμενον ἀριστεύμασιν. Ὅτε γε μὴν πρὸς τῷ Κερκυραίων τείχει ἐγένετο ναῦς τῶν ἐκ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στόλου, οὐ τῶν κουφοτέρων οὐδ' ὁποῖαι αἱ χθαμαλαὶ τυγχάνουσιν αὗται καὶ ἐπιμήκεις, ἀλλὰ ὕψους μὲν καὶ εὖρους ἱκανῶς ἔχουσα, ὅπλων δὲ πλήρης καὶ ὅπλων μεστὴ παντάπασιν οὖσα, βίᾳ πνεύματος ἐπί τι τοῦ περιβόλου παρενεχθεῖσα μέρος, ἔνθα πετρῶν προβολαὶ βαχίων ἱκανῶς ἐπιστοιβαζόμεναι (γ) δυσπρόσοδον πάνυ τὸν χῶρον ποιοῦσι, δεινῶς ἐκλονεῖτο. Λίθοι γὰρ ἁμαξοπληθεῖς καὶ βέλη καὶ πᾶν τὸ παρατυχὸν ὁμοῦ ἐπ' αὐτὴν ἐφέρετο πάντα, ὡς τοὺς ἐν αὐτῇ ἀπαγορεύσαντας ἤδη τοῖς ξυμπεσοῦσι περιδείλους τε καὶ κατεπτηχότας τὰ τῆς νεὼς ὑπελθεῖν καταστρώματα. Ὁ κατανοήσας βασιλεὺς θατέρᾳ μὲν χειρὶ ἀσπίδα εἵλετο, οὐ τῶν συνήθων δὴ τούτων οὐδὲ ἐξ ὧν σῶμα φράγνυται ἕν, εὐρείαν δὲ μάλιστα καὶ ἣν οὐδὲ κουφίσαι ἀνδρὶ ῥᾴδιον γίνεται, θατέρᾳ δὲ τὸ ἐπὶ τῆς βασιλικῆς συνήθως τεταμένον διήρους χειρισάμενος ἐπιπλον εὐτε ξυναγαγὼν, ὡς δι' αὐτοῦ ἅτε μὴ ἀντιτυποῦντος τὰς ἐκ τοῦ τείχους βολὰς ἀποκρούοιτο, ἐπὶ τὴν ναῦν ἐφέρετο, καλωδίοις τε οὕτω ξυνδήσας ἑλκύσαι τε ἐκεῖθεν αὐτὴν ἴσχυσε [P. 58] καὶ τοῦ κινδύνου διασώσασθαι. Ὅτε δὴ λέγεται ὡς ὁ τὴν Κερκύρας πρὸς τοῦ Ῥογερίου ἐπιτεταμμένος (38) φρουρὰν, λίθους τῶν ἐκ τῆς πόλεως ἐπὶ βασιλέα συχνοὺς ἐπαφιέντων, « Μὴ δῆτα πρὸς τῆς ὑμῶν, ἔφησε, σωτηρίας, μὴ δῆτα, ὦ συστρατιῶται, βέλος παρ' ὑμῶν, σώματι τηλικούτῳ ἐπαφείσθω μηδέν. Κἂν λόγους ὑπὲρ τούτου δεδωκέναι χρεὼν, αὐτὸς ὑποίσω τὴν ἀγανάκτησιν. » Ταῦτα μὲν οὖν τῇδε ἐφέρετο· ὁ δὲ Σικελὸς στόλος εἰς χεῖρας τοῖς ἀμφὶ τὸν Χουρσὺπ ἐλθὼν ὁ μὲν πλεῖστος κατηγώνιστο, τετταράκοντα δὲ νῆες ἐξ αὐτῶν τὸν κίνδυνον διαφυγοῦσαι ἐπὶ Βυζάντιον ἦλθον (39). Ἔνθα καταχθέντες οὐδὲν ὅ τι καὶ λόγου ἄξιον ἔδρασαν· ταῖς

A præ se tulit; adeo ut cum annum ageret decimum sextum, sua unius manu captos sæpe barbaros adduxerit. Unde uxor, quæ ex Alemannia ortum ducebat, in medio aliquando senatu **100** in hæc verba prorupit: præclaro quidem et bellicosissimo genere se esse oriundam, at neminem unquam auditum a se fuisse, qui tot egregiis facinoribus anno uno editis claruerit. Cum forte ad Corcyræurum muros e classe Romana navis, non ex levium genere aut earum quæ planæ sunt et oblongæ, sed altitudine idonea perinde ac latitudine plena equis armisque refertissima, vi ventorum ad murorum partem quamdam esset adacta, ubi rupes subinde prominentes locum aditu plane difficilem efficiunt, graviter affligebatur. Quippe ingentes lapides et tela B et quidquid occurrebat simul in eam conjiciebantur, adeo ut ex tali casu desponderent animum qui in ea erant, trepidique ac pavidi subirent tabulata. Quod ubi rescivit imperator, altera quidem manu scutum arripuit, non ex iis quæ gestari consueta sunt aut ex quibus unicum tegitur corpus, sed amplum et quod erigere haud facile homini esset, altera vero prehendit armamenta, quæ in imperatoria biremi intendi solent, et apte convolvit, ut iis non resistentibus telorum e muro ictus propelleret, ac deinde ad navem ferret. Mox funibus colligatam detrahere inde et periculo eximere summa ope adnixus est. Tum vero eum cui demandatum a Rogerio fuerat Corcyræ præsidium, oppidanis crebros in **101** imperatorem lapides conjicientibus C dixisse ferunt: « Ne per vestram salutem, ne, quæso, commilitones, ullum a vobis adversus tale corpus vibretur telum. Quod si hæc improbari contingat, ipse solus indignationem sustinebo. » Ea tum quidem istic agebantur. Classis autem Siculorum congressa cum iis qui sub Churupo erant, majorem partem devicta est. Quadraginta autem naves eorum vitato periculo versus Byzantium pervenere, ac re nulla alia memorabili gesta ædificiis quæ in continenti circa Damalim adjacent, igneo injicere conati turpiter inde recesserunt, multis suorum amissis. Neque tamen quotquot discrimen evaserant incolumes omnino rediere. Quippe in- cidentes in naves quæ publicum e Creta apporta- D bant vectigal, maximam partem prælio devicti

Du Cangii notæ.

(38) *Τὴν Κερκύρας ἐπιτεταμμένος.* Theodorus Capellianus, uti appellatur a Nicet., l. II, n. 5.

(39) [P. 448] *Ἐπὶ Βυζάντιον ἦλθον.* Falluntur qui ad hanc Siculorum expeditionem referri putant, quod Vincentius Bellovac. et Sanatus tradunt, Siculos post expugnatam Corcyram, et vastatas ac spoliatas Græcorum provincias, *ad urbem usque regiam Constantinopolim accedentes, sagittas aureas in palatium imperatoris jecisse.* Nam hæc post Rogerii excessum facta testatur Nicetas, l. II, n. 8. Vide Bonfin. dec. 2, l. VI, p. 263.

Cornelii Tollii notæ.

(γ) *Ἔνθα πετρῶν προσβολαὶ βαχίων ἱκανῶς ἐπιστοιβαζόμεναι.* Puto me recte emendare locum scribendo: Ἔνθα πετρῶν προβολαὶ καὶ βαχίων ἱκανῶς ἐπιστοιβαζομένων· *Ubi est objectus petrarum et rupium satis coarctatarum difficilis aditu locus.* Et his munita est ab ea parte Corcyra. Προβολαὶ pro προσβολαί. Quam vocem non semel apud Xenophontem legimus. Unum afferam exemplum e tertio Memorabilium: Καὶ τὰ προκείμενα τῆς χώρας ὄρη κατέχοντας, βλαβεροὺς μὲν τοῖς πολεμίοις εἶναι, μεγάλην δὲ προβολὴν τοῖς πολίταις τῆς χώρας κατεσκευάσθαι. *Ac montes ante regionem suam sitos præsidio teneant, hostibus quidem detrimento, ipsius autem agri civibus propugnaculi instar esse constitutos.* Sic et objectus montis, molis paludis frequenter apud Tacitum.

capti sunt. Imperator interea fame et oppugnatione Corcyram adeptus inde abscessit, in Siciliam et Italiam expeditionem animo volvens, quo utramque provinciam Romano rursum imperio assereret.

6. Ut autem accepit Alemannos et Dalmatas et Pannones adversus Siciliam bellum apparari edoctos de impugnandis ex Occidente Romanis pacta inter se fecisse : Iagupasanem præterea Persarum phylarchum una cum sultano decrevisse Asiam incursionibus infestare : ipse in Dalmatas proficiscitur, ut Archizupanum, qui iis imperitabat, primusque bellum inceperat, confestim **102** ulcisceretur. Classe vero universa Joanni Orientalium et Occidentalium thematum domestico commissa, jussit ut Anconam tenderet (est autem Ancona Italiæ emporium) atque inde tanquam e sede belli Italiam impeteret. At Joannes ad fluvium Boosem cum pervenisset, omnem ulterius pergendi curam abjecit; seu domesticus rei nauticæ imperitia hac parte peccaverit, sive suasionibus inductus Venetorum, ne scilicet Italia potiti Romani et vicinæ eorum regionis possessores facti ipsos ut par erat contemnerent, et rarius ab iis auxilia accerserent : sive igitur hanc sive illam ob causam nihil eorum quæ ab imperatore jussus erat exsecutus domesticus tempus inutiliter consumpsit. Sed et turbine validius ingruente (imminebat quippe jam æquinoctium autumnale) pleræque naves laceratæ sunt negligentia ducis; qui, cum adactæ in flumen utrinque potuissent subduci, eas ad littus maris in alto tenuit. Imperator vero facta in Dalmatiam irruptione. Rasum castellum evertit, et obvia quæque depopulatus est ; multitudine deinde innumera, quam in servitutem redegerat, Constantino sebastohypertato, cognomine Angelo, commissa, eoque ibi cum copiis relicto, ulterius perrexit. Nicabam regionem ingressus, quæ Archizupano et ipsa parebat, quotquot erant ibi præsidia nullo labore expugnavit. Mox Galitzam assecutus, cum videret **103** barbaros hominum multitudine locique difficultatibus fretos, nolle sibi arcem dedere, castris positis, suis imperavit ut tela et lapides e fundis, sine ulla intermissione in eos qui exteriora munimenta defendebant, jacerent. Ita tertio die locum vi expugnavit. Ibi cum barbarorum multitudinem cum armatam tum gregariam reperisset, eam inde abduxit. Deinde, postquam reditu instituto, venit ad Rasum, illos ut Sardicam et alias Romanorum regiones incolerent, dimisit. Ab Angelo certior

δὲ περὶ τὴν Δαμάλεως περαίαν πῦρ ἐπαφεῖναι πειρασάμενοι καταγωγαῖς αἰσχρῶς ἐκεῖθεν ἀπηλλάγησαν πολλοὺς τῶν σφετέρων ἀποβαλόντες. Οὐ μὴν οὐδ' ὅσοι τὸν κίνδυνον ἔφυγον ἐρρύσθησαν ἐς τὸ παντελές. Ναυσὶ γὰρ περιτυχόντες, αἳ τὸ δημόσιον Κρήτηθεν ἐκόμιζον νόμισμα, τῆς μάχης οἱ πλείους γεγόνασι λάφυρον. Βασιλεὺς δὲ λιμῷ καὶ πολιορκίᾳ τὴν πόλιν παραστησάμενος ἐκεῖθεν ἀνέζευξε. Καὶ τοῦ λοιποῦ περί τε Σικελίας καὶ τῆς Ἰταλῶν ἐσκέπτετο γῆς ὡς καὶ ταύτας Ῥωμαίοις ἀνασώσαιτο.

ς'. Πυθόμενος δὲ ὅτι δὴ Ἀλαμανοὶ καὶ Δαλμάται καὶ Παίονες ἐπὶ τὸν κατὰ Σικελίας (40) συσκευάζεσθαι πόλεμον μεμαθηκότες αὐτὸν αὐτοὶ μὲν ἐξ ἐσπέρας Ῥωμαίοις ἐπιτεθήσεσθαι εἰς ὁμολογίαν ἀλλήλοις ξυνῆλθον, Ἰαγουπασὰν δὲ ὁ Περσῶν φύλαρχος τῷ σουλτὰν ἅμα Ἀσίαν ληΐζεσθαι ἔγνωσαν, αὐτὸς μὲν ἐπὶ Δαλμάτας ἐφέρετο τὸν ἐν σφίσιν ἀρχιζουπάνην (41) ἤδη καὶ χειρῶν ἄρξαντα τῷ τέως ἀμυνεῖσθαι διὰ σπουδῆς ἔχων, τὸ δὲ ναυτικὸν ἅπαν Ἰωάννῃ τῷ τῶν ἀνατολικῶν καὶ ἑσπερίων δομεστίκῳ πιστεύσας ἐκέλευε τῷ Ἀγκῶνι προσεσχηκέναι (ἐπίνειον δὲ Ἰταλίας ἐστὶν ὁ Ἀγκὼν) ἐντεῦθέν τε ὡς ἐξ ὁρμητηρίου κατὰ τῆς Ἰταλίας ἰέναι. Ἀλλ' ὁ μὲν Ἰωάννης μέχρι ποταμοῦ Βοόσης ἐλθὼν περαιτέρω ἰέναι οὐδαμῇ ἐφρόντισεν. Εἴτε δὲ ἀπειρίᾳ τῇ περὶ τὰ ναυμαχικὰ τοῦτο τῷ δομεστίκῳ διημάρτητο, εἴτε καὶ ταῖς Οὐεννέτων ἠγμένῳ ξυμβουλαῖς ὡς μὴ Ἰταλίας ἐγκρατεῖς Ῥωμαῖοι γεγονότες χώρᾳ τε ἐν γειτόνων ἤδη καταστάντες τῇ αὐτῶν περιφρονεῖν αὐτοὺς ὡς τὸ εἰκὸς ἔχοιεν καὶ ξυμμαχίας ὀλίγα τῆς ἐξ αὐτῶν χρῄζοιεν· εἴτε οὖν οὕτως εἴτ' ἐκείνως, οὐδὲν ὅμοιος ὁ δομέστικος ὢν πρὸς βατιλέως ἐντέταλτο πέρατι διδοὺς εἰκῇ τὸν καιρὸν ἔτριβεν. Ὅθεν καὶ λαῖλαπος ἀθρόον ἐπιγεγονότος πολλοῦ (ἤδη γὰρ ἀμφὶ τροπὰς ἦν μετοπωρινὰς) συνέβη τῶν νεῶν ὡς πλεῖσται θραυσθῆναι περιοραθείσας ὀλιγωρίᾳ τοῦ στρατηγοῦ. Ἐξὸν [P. 59] γὰρ ἐς τὸν ποταμὸν ἀναχθείσας παρ' ἑκάτερα πάσας ἀνελκυσθῆναι, ὁ δὲ ἐν τῇ τῆς θαλάσσης ἀκτῇ μετεώρους αὐτὰς εἴασεν. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἐς Δαλματίαν ἐμβαλὼν τὸ Ῥᾶσόν τε κατεστρέψατο φρούριον καὶ τὰ ἐν ποσὶν ἐληΐσατο πάντα· πλῆθός τε ἀνάριθμον ἐν δορυαλώτων μοίρᾳ πεποιηκὼς Κωνσταντίνῳ (42) μὲν σεβαστοῦ πρτάτῳ, ὃν Ἄγγελον ἐπεκάλουν, αὐτοῦ σὺν δυνάμεσιν ἔλιπεν, ὁ δὲ προσωτέρω ἐχώρει Νικαβάν τε καταλαβὼν χώραν ὑπὸ τῷ Ἀρχιζουπάνῳ τελοῦσαν καὶ αὐτὴν φρούρια μὲν τὰ ὅλα ὅσα τῇδε ἴδρυται πόνῳ οὐδενὶ παρεστήσατο· ἐν δὲ Γαλίτζῃ γεγονὼς, ἐπειδὴ τοὺς ἐνταῦθα Βαρβάρους πλήθει τε καὶ τῇ ἐκ τοῦ τόπου δυσχερείᾳ πεποιθότας οὐκ ἐνδιδόντα; αὐτῷ τὸ κρησφύγετον εὗρε, χάρακα πηξάμενος βέλεσι καὶ λίθοις τοῖς ἀπὸ σφενδόνης τοὺς ἐπὶ τῶν προπυργίων βάλλειν ἐκέλευε μηδένα καιρὸν ἀνιέντας, οὕτω τε τρίτῃ ὕστερον ἡμέρᾳ καὶ κατὰ κράτος εἷλεν αὐτό. Ἔνθα πλῆθει βαρβάρων περι-

Du Cangii notæ.

(40) *Κατὰ Σικελίας*. Nicetas, l. II, n. 6.

(41) *Ἀρχιζουπάνον*. Qui *Bacchinus* infra, et Nicetas appellatur, et idem videtur cum Serviæ principe, quem *Draghinam* vocat Diocleates in Historia Dalmatica.

(42) *Κωνσταντίνῳ*. Constantino Angelo, qui itidem dignitate sebastohypertatus, et Manuelis imp. ἐξάδελφος, patruelis, dicitur in sententia depositionis Cosmæ patr. Cpolit., an. 1144 apud Allatium; proinde filius fuit Constantini Angeli ex Theodora Comnena Alexii imp. nata.

τετυχηκὼς, μοῖρά τε τῆς ὁπλιτικῆς, καὶ ἄλλως ἀγελαίων τυγχάνοντι, ἐκεῖθεν ἀνάστατον ἦγεν αὐτό. Καὶ αὐτὸ μὲν, ἐπειδὴ παλινοστήσας ἐπὶ τὸ Πᾶσον ἦλθεν, ἔν τε Σαρδικῇ καὶ τοῖς ἄλλοις Ῥωμαίων χωρίοις ἐγκατοικισθησόμενον ἔπεμψεν, ὁ δὲ πρὸς τοῦ Ἀγγέλου πεπυσμένος ὅτι δὴ καιροφυλακήσας ὁ ζουπάνος μετὰ τὴν αὐτοῦ ἐνθένδε ἀναχώρησιν ἐπικαταβαίνειν τε Ῥωμαίοις ἤρξατο καὶ τὴν μάχην ἀπὸ χειρὸς ἤδη κρατεῖν, τὴν ταχίστην ἐκεῖθεν ἀπήλαυνε καταλήψεσθαι τοῦτον προθυμηθείς. Ἀλλ' ὁ μὲν ἐπιόντας Ῥωμαίους ἀκηκοὼς ἐς τὰς τῶν ὀρῶν ἀνατρέχων ὑπερβολὰς τὸν παρὰ πόδας ἀπεδίδρασκε κίνδυνον· βασιλεὺς δὲ ἐπὶ τὴν χώραν ἐτράπετο, ἀλλ' αὐτὴν μὲν κατ' ἐρημίαν τοῦ κωλύσοντος ἐλήϊσατο πᾶσαν καὶ τοὺς ἐνταῦθα τῷ ἀρχιζουπάνῳ εἰς ἀρχεῖον ἀποτεταγμένους δόμους πυρὶ φλέξας παρῆλθεν.

A factus Zupanum captata post suum inde recessum occasione cœpisse Romanos adoriri prœliumque jam exarsisse, motis castris ut eum opprimeret summa celeritate contendit. At ille ubi intellexit adventare Romanos, secessit in montium juga, eaque ratione præsens vitavit periculum. Imperator igitur in eam regionem effusus, totam utpote orbam defensore populatus est, consumptisque incendio ædificiis, quæ palatiorum vice Archizupano erant, abscessit.

ζ'. Ἐπεὶ δὲ χειμὼν ἤδη κατέσχε δεινὸς, ὡς τοῦ φύσει θερμοῦ περὶ τὴν καρδίαν ἀντιπεριισταμένου τῷ γένει τῷ ζωϊκῷ πολλοῖς ἤδη λύδην περὶ τοῖς ἄκροις ἐμπεπτωκέναι, τότε μὲν τῆς ἐπὶ Βυζάντιον ἐμέμνητο. Ἐς δὲ τὸ ἐπιὸν ἔτος φθινούσης ἤδη τῆς ὥρας, πηνίκα καὶ μάλιστα εὐέφοδα πολεμίοις τὰ κατὰ τὴν Σερβικὴν γίνεται, ἅτε τοῦ ἀμφιλαφοῦς ἐπιλιπόντος ἤδη τοῖς δένδροις, ἐπὶ Ναῖσσὸν τὸ στράτευμα ἤγειρεν. Ἔνθα δυνάμεις ἐκ Παιονίας ἐπὶ συμμαχίᾳ Δαλμάταις στέλλεσθαι μαθὼν, σπουδὴν ἐποιεῖτο διὰ τοῦ Λογγομηροῦ λεγομένου χώρου διαβιβάζειν τὸ στράτευμα, ὡς τοῖς Παίοσιν ἐν δεξιᾷ πορευομένοις συμμῖξαι γένοιτο τῷ Ῥωμαίων στρατῷ. Ἐπὶ δὲ ἐγγὺς Σάου ἐγένετο, ἐφ' ἕτερον ἐκεῖθεν μετῆλθε ποταμὸν Δρυνᾶν ὄνομα, ὃς ἄνωθέν ποθεν τὴν ἐκβολὴν ποιούμενος Βόσθναν (43) τῆς ἄλλης Σερβικῆς διαιρεῖ. Ἔστι δὲ ἡ Βόσθνα οὐ τῷ Σερβίων ἀρχιζουπάνῳ καὶ αὐτὴ εἴκουσα, ἀλλ' ἔθνος ἴδιᾳ παρὰ ταύτῃ καὶ ζῶν καὶ ἀρχόμενον. Ὅθεν γε μὴν [P. 60] Οὔννους Ῥωμαίοις συγκεκρουκέναι ξυνέβη αὐτίκα δηλώσω. Ἦν τις ἐν τῷ Δαλματῶν ἔθνει, ὄνομα μὲν οὐκ οἶδα ὅπερ αὐτῷ ἔκειτο, ἀδελφὸς δὲ αὐτῷ Βέλοσις ἦν, ἄμφω λογίμω παρὰ Δαλμάταις ὄντε. Οὗτος τοῦ ἀρχιζουπάνου μὲν ἀδελφῇ ξυνοικῶν ἦν, τὼ ὀφθαλμὼ δὲ πηρωθῆναι τυχὼν τρόπῳ ὅπερ αὐτὸς οὐδαμῇ ἐρεῖν ἔχω, ἐς Παιονίαν ἀνεχώρησεν. Ἐνταῦθά τε πολύν τινα διατρίψας χρόνον Γειτζᾷ (44) τῷ ῥηγὶ αἰδεσιμώτατος μάλιστα κατέστη, ἅτε τῆς ἐκ παίδων αὐτῷ τροφῆς μεταδοὺς καὶ παιδεύσεως. Διὰ δὴ ταῦτα χάριτας ὄφλων Γειτζᾷ Δαλματίαν ὑπόσπονδον αὐτῷ καθιστᾷν ἐπεχείρει, ξυμβουλεύων τε ἑκάστοτε περὶ τούτου τῇ ἀεικείᾳ πείθειν ἔσχε τὸν ἄνθρωπον. Ὅθεν ἐπειδὴ τὴν ἐπὶ Δαλματίας Ῥωμαίων ὁ Γειτζᾶς ἤκουσεν ὁρμὴν, δυνάμεις ἐπὶ συμμαχίᾳ Δαλμάταις ἔπεμψεν. Αἰτία μὲν Ῥωμαίοις τῆς ἐς τοὺς Οὔννους δυσμενείας αὕτη ἦν. Τοῦ δὲ Ῥωμαίων στρατοῦ προσωτέρω χωροῦντος οἱ ἐπὶ χορταγωγίαν ἐξιόντες τοῖς Οὔννοις ὁδῷ πορευομένοις ἐντετυχηκότες εἰς χεῖρας ἦλθον. Βασιλεὺς δὲ συναισθήσεως αὐτῷ γενομένης Ἰωάννην ἅμα στρατεύματι τὸν πρωτοσέβαστον ἐπι-

7. Cum vero adeo valida tunc esset hiems, ut naturali calore animantium circa cor collecto, extremæ membrorum partes laborarent, de reditu Byzantium cogitavit. Sequenti vero anno sub æstatis exitum, cum maxime **104** pervia sunt hostibus in Serviam itinera, et arboribus comæ decidunt, castra ad Naisum transtulit. Sed ut ex Pannonia Dalmatis mitti auxiliares copias percepit, summo studio annixus est, ut traductis per religionem, Longomerem dictam, copiis, cum Pannonibus a dextra incedentibus Romani manus consererent. Cum ad Savum proxime pervenisset, ad aliud inde flumen deflexit, Drynam nomine, quod in superiori sese loco effundens Bossenam a reliqua Servia disterminat. Bossena autem haud subest Archizupani imperio, sed vicina Serviis gens est quæ et suos mores et suum agnoscit principem. Unde vero cum Romanis ibi conflixerint Hungari, mox commemorabo. Erat apud Dalmatas quidam, cujus nomen quale fuerit ignoro, fratrem autem habebat Belosim: ambo clari erant apud suos: hic uxorem duxerat sororem Archizupani. Cum vero utroque oculo privatus esset (quo casu mihi plane incompertum), in Pannoniam sese recepit. Longo hic tempore commoratus apud Geizam regem maximo in honore fuit, ut qui a pueris cum illo enutritus fuerat et educatus. Eapropter quo Geizæ gratias rependeret, Dalmatiam illi beneficii jure obnoxiam facere est annixus: idque continuis consiliis et adhortationibus homini tandem persuasit. Simul atque igitur accepit Geiza in Dalmatiam irrupisse Romanos, copias auxilio Dalmatis submisit. Ea quidem simultatum adversus Hungaros causa Romanis fuit. Ulterius itaque procedente **105** Romanorum exercitu, qui pabulatum exierant cum Hungaris, qui et ipsi iter agebant, obviam factis manus conserunt. Quo cognito imperator in auxilium cum copiis Joannem protosebastum mittit. Commisso prælio Hungari a Romanis superati fuga se ad Strymonem fluvium receperunt, indeque aliquot ex suis amissis abscesserunt, a tergo instantibus semper Romanis.

Du Cangii notæ.

(43) *Βόσθναν* Bossena, quæ Constantino, de adm. imp., c. 32, Βόσωνα nuncupatur, principes suos habuit, quorum seriem damus in Familiis Dalmaticis.

(44) *Γειτζᾷ*. Geiza II, Hungariæ rex, Belæ cogn. cæci, regis filius.

Ut ad flumen Taran pervenere, cum nullum adverterent hostem a quo impeterentur, reliere ad suos. Imperator autem medio itinere quod Setzenitzam ducit, positis castris, cum rescire haud posset quo ageret loco Archizupanus, eo usque quidem animi dubius hæsit. Intellecto dein ex captivis Dalmatis exspectare illum auxiliares copias ex Hungaria jamjam adventuras, exercitum ulterius traduxit. Sed usque ad fluvium Taran nulli adhuc visi fuere hostes. Eo vero ut ventum est, Dalmatarum vis innumera armis instructa ante solis occasum apparuit. Qua conspecta angore et metu perculsi Romani id confestim nuntiatum veniunt. At imperator felici assecutus conjectura, copias quæ conspiciebantur eas esse quas ab Hungaris in auxilium exspectabant Dalmatæ, id firmante præterea Churupo quo speculatore usus erat : « Nunc igitur, inquit, Romanos invadere decreverunt Dalmatæ. » **106** Neque haud ita procul castra ii posuerant. Sed quia nox instabat, ejusmodi capit consilium. Moris est euntibus in bellum Romanis, siubi morari necesse est exercitum, præcipiti jam die tuba canere : idque pro signo est multitudini etiam posterum diem eo in loco transigendum. Quo igitur consuetudinis hujus Romanæ haud ignari hostes fallerentur, canere tubas continuo imperat : singulis autem ducibus mentem suam quam potest occultissime aperit : oportere nimirum orto statim sole quemque cum delectis ex sua phalange cataphractis immotum stare suumque exspectare mandatum : sed ne manifesti forent, præcepit ut vilissimis tegumentis armaturam circumducerent.

8. Illi prout imperatum erat faciunt. Postquam autem illuxit dies, cum illis velut pabulatum iturus excedit e castris : eoque inermes aliquot præcedere jubet cum ligonibus et dolabris, quibus subterranea investigare solent granaria qui commeatum et res necessarias exercitui provident : simul autem invrdentes hostes cernerent, fugere imperat, donec subsequentibus a tergo Romanis adjuncti in tutum reciperentur. Ut enim quæ gerebantur confestim duci essent cognita, primum duos, inde parvo intervallo quatuor, tum sex, **107** postea decem, denique complures jubet præire : aliamque ad hæc phalangem pharetratam cum ordinasset, aliunde in hostes ire præcipit cum mandatis, ut si prælium inirent Dalmatæ, terga verterent velut numero inferiores : sin vero nemo occurreret, quieti ante vallum consisterent. Non alio hæc instituit consilio, quam ut si, ipso cum cæteris copiis ingruente, fugere inciperent Dalmatæ, ab expeditioribus iis comprehensi cæderentur. Haud igitur longe processerant, cum quidam speculatores celeri cursu reversi ad imperatorem vacillante lingua metuque

βοηθήσοντα ἔπεμψε. Καὶ δὴ συμβολῆς γενομένης Οὖννοι πρὸς τῶν Ῥωμαίων ἡττηθέντες φεύγοντες ἐς τὸ τοῦ ποταμοῦ Στρυμόνος* ῥεῦμα καθῆκαν ἑαυτούς. Ἔνθα μετρίους ἀποβαλόντες ᾤχοντο ἀμεταστρεπτί, Ῥωμαῖοι δὲ φεύγουσι κατὰ νώτου ἀεὶ εἵποντο, ἐπὶ Τάραν τε ποταμὸν ἐλθόντες, ἐπειδήπερ οὐδένα σφίσιν ἀντεπεξιόντα ἔβλεπον, παλινῳδίας ἐμέμνηντο. Βασιλεὺς δὲ ἐπὶ μέσης τῆς εἰς Σετζενίτζαν φερούσης τὸν χάρακα πηξάμενος οὐκ ἔχων τε μαθεῖν ἔνθα τὸν ἀρχιζουπάνον εἶναι ξυνέβαινεν, ἐν τῷ τέως μὲν ἐν ἀπόρῳ ἐγένετο, ἐπεὶ δὲ πρὸς τῶν ἁλισκομένων Δαλματῶν δυνάμεις περιμένειν αὐτοὺς ἤκουσεν Οὐννικὰς ἐπὶ συμμαχίᾳ ὅσον οὐκ ἤδη ἀφιξομένας, ἐπὶ τὰ πρόσω λοιπὸν μετῆγε τὸ στράτευμα. Μέχρι μὲν ποταμοῦ Τάρα γεγονόσιν οὐδὲν οὐδαμόθεν Ῥωμαίοις διεφάνη πολέμιον· ἐπεὶ δὲ ἐνταῦθα ἦλθον, Δαλματῶν ἀνάριθμος ὅμιλος οὔπω ἡλίου τὸν δυτικὸν ὁρίζοντα παραμείψαντος ὅπλοις κατάφρακτος ἐξεφάνη. Ὅπερ οἱ θεασάμενοι ἀγωνίᾳ καὶ δέει ἐχόμενοι Ῥωμαῖοι ἦλθον ἀγγέλλοντες. Βασιλεὺς δὲ τὴν ἐκ Παιόνων ἀφικέσθαι προσδοκωμένην Δαλμάταις ἰσχὺν ταύτην εἶναι τὴν ὁρωμένην εὐστοχώτατα τεκμηριωσάμενος, ἅμα δὲ καὶ σκοπῷ τῷ Χουρούπῃ πρὸς τοῦτο χρησάμενος, « Νῦν, ἔφη, αἰφνίδιον Δαλμάται Ῥωμαίοις ἐπεισπεσεῖσθαι διανοοῦνται. » Ἦσαν γὰρ οὐ μακρὰν ἄποθεν ἤδη ποιούμενοι τὴν παρεμβολήν. Ἐπειδὴ γοῦν τάχιστα νὺξ ἤδη ἐγένετο, τοιάδε τινὰ ἐνενόει. Ἔθος ἐστὶ Ῥωμαίοις ἐπὶ πόλεμον ἰοῦσιν, εἴ που διατριβὴν ποιεῖσθαι χρεὼν τὸν στρατὸν, σάλπιγγα τῆς ἡμέρας ἀλαλάζειν ὀψὲ, καὶ σύνθημα τοῦτο τοῖς πλήθεσι γίνεται τοῦ καὶ τὴν ἐξῆς πρὸς [P. 61] ἐκείνῳ διακαρτερήσειν τῷ χώρῳ. Ὅπως οὖν ἐνταῦθα ἀπατηθῆναι γένοιτο τοῦτο δὴ τὸ Ῥωμαίων ἔθος εἰδόσι καὶ αὐτοῖς, σαλπίζειν μὲν ἐν τῷ παραυτίκα παρεκελεύσατο, λαθραιότατα δὲ καθ' ἕνα τοῖς στρατηγοῖς ἐμήνυε τὰ βουλευθέντα, καὶ ὡς χρὴ τούτους ἅμα ἡλίῳ ἀνίσχοντι τῆς περὶ αὐτὸν ἕκαστον φάλαγγος ὁπόσον ὅπλοις τε φράτιοιτο καὶ ἐν ἐπιλέκτοις ἐστὶν εὐπρεπὲς ἔχοντα ἡσυχῇ ἵστασθαι καὶ τὴν παρ' αὐτοῦ προσδέχεσθαι κέλευσιν. Ὅπως γε μὴν οὐκ ἐπίδηλοι γένοιντο, ἐκέλευσε περιχλαινίσμασι τῶν εὐτελεστέρων περιαμπίσχειν τὴν ὅπλισιν.

η'. Οἱ μὲν οὖν κατὰ ταῦτα ἐποίουν· ἐπεὶ δὲ ἤδη ἡμέρα διαφανῶς ἦν, ἐξῆει σὺν αὐτοῖς τοῦ στρατοπέδου ὡς ἐπὶ χορταγωγίαν ὅθεν ἰών. Ὅθεν καί τινας ἀνόπλους τὸ παράπαν σκαπάναις ἅμα καὶ πτύοις, οἷς ἔθος ἐστὶ τοὺς ὑπογαίους ἀνερευνᾶσθαι σιτῶνας τοῖς τὰ ἐπιτήδεια τῷ στρατῷ ἐσκομιζομένοις, ἔμπροσθεν ἐκέλευεν ἰέναι. Ἐπειδὴν μέντοι πολεμίους κατ' αὐτῶν ἰόντας ἴδοιεν, φεύγειν ἐπήγγελλεν ἕως τοῖς κατόπιν ἰοῦσι Ῥωμαίων συμμίξαντες ἤδη ἐν τῷ ἀσφαλεῖ γένωνται. Ὡς γὰρ ἐν ἀκαρεῖ τῶν γινομένων αἴσθησις γίνοιτο τῷ στρατηγῷ, ἐκέλευε δύο μὲν τὸ πρῶτον, ἐξῆς δὲ καὶ οὐ πολλῷ ἄποθεν τέτταρας, εἶτα ἓξ καὶ αὖ δέκα καὶ ἐξῆς πλείους χωρεῖν, ἄλλην τε φαρετροφόρον καταστησάμενος φάλαγγα ἑτέρωθεν ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἰέναι προὐτρέπετο· κἂν μὲν Δαλμάται χειρῶν ἄρχοιεν φεύγειν ἐλασσουμένους τῷ πλήθει, ἐστάναι δὲ ἡσυχῇ πρὸ τῆς παρεμβολῆς εἰ μηδεὶς σφίσιν ἀντεπεξῄει. Ἔπραττε δὲ ταῦτα ὡς ἂν εἴ γε αὐτοῦ ὄψ τῷ ἄλλῳ ἐπιστάντος στρατεύματι φεύγειν ἐπιβάλλωνται τὸ Δαλματικὸν, ὑπὸ τῶν κουφοτέρων τούτων κτείνοιντο καταλαμβανόμενοι. Οὕπω τοίνυν μακρὰν ἐγένοντο πορευόμενοι, καὶ τῶν ἐπὶ

* *Ἀρυμόνος legendum* monet Frid. Tafel in *Thessalonica*, p. 248. Strymon est fluvius Asiæ. Edit.

κατασκοπῆ τινες δρομαῖοι ἐς τὸν βασιλέα ἦλθον, συγκεκομμένοι τε τὴν φωνὴν καὶ δεινῶς ὠχριῶντες ἀριθμοῦ χρείσσω ἔλεγον στρατιὰν ἐπὶ θάτερα τοῦ ποταμοῦ ἐπὶ φάλαγγος ἱστασθαι, οὐχ ὅσον μόνον ἐγχωριον, ἀλλὰ καὶ μόριόν τι φῦλον συμμαχικὸν ἔκ τε Οὔννων ἱππέων καὶ δὴ καὶ τῶν παρ' αὐτοῖς ἑτεροδοξούντων Χαλισίων. Οὔννων γὰρ τὰ Χριστιανῶν πρεσβευόντων, οὗτοι Μωσαϊκοῖς καὶ τούτοις οὐ πάντη ἀκραιφνέσιν εἰσέτι καὶ νῦν διεξάγονται νόμοις. Τούτους τε οὖν Δαλμάταις συστρατεύειν ἔλεγον καὶ δὴ καὶ Πετζινάκους. Ταῦτα ἐπειδὴ βασιλεὺς ἤκουσεν, ἐννοησάμενος μή τι καὶ βιασθεῖεν ὀλίγοι πρὸς πολλῶν κυκλωθέντες Ῥωμαῖοι οἳ ἐπίπροσθεν ἐπορεύοντο, συντονώτερον ἤλαυνεν ἐπείγων ἕπεσθαι καὶ τὸν σημειοφόρον· ἐπεὶ δ' ἐκεῖνος κεκμηκότος αὐτῷ τοῦ ἵππου σχολῇ τὴν ὁδὸν ἐποιεῖτο, αὐτὸς βασιλεὺς τὴν σημαίαν ἀναλαβὼν κατετάχει τὸν δρόμον, ἐπί τινός τε περιωπῆς γεγονὼς ἑαυτόν τε ὅστις εἴη καὶ τὸ σημεῖον ἐδίδου γνωρίζειν τοὺς ἀντιπάλους. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ οἱ τοξοφόροι τὸν ποταμὸν κατειληφότες ἀντιμέτωποι Δαλμάταις ἵσταντο. Ἐπὶ πλεῖστον δὲ οὐδέτεροι [P. 62] μάχης ἀρχόμενοι ἡσυχῇ ἔμενον. Ἐπεὶ δὲ ἤδη ἡ βασιλέως αὐτοῖς διεφάνη σημαία, τῆς τε γεφύρας ἀπέσχοντο Δαλμάται καὶ ὅδειαν Ῥωμαίοις ἐδίδοσαν ἀκροβολισμοῦ. Ὅ γνους βασιλεὺς (ἑστήκει γὰρ ἄνωθέν ποθεν, ὥσπερ εἴρηται, τὰ πρασσόμενα κατανοῶν) ἤλαυνε καὶ αὐτὸς ὡς σὺν αὐτοῖς τὸν ποταμὸν διαβησόμενος. Ἦν γὰρ, ὥς μοι πολλάκις ἐρρέθη, δαιμόνιόν τινα καὶ ἀνδρείας πρόσω τρόπον τὰ ἐς τὰς μάχας κεκινημένος ἀεί. Δαλμάται δὲ καίτοι ὑπὸ εὐαριθμήτων διωκόμενοι στρατιωτῶν ἔφευγον ὅμως ἕως ἐν δυσχωρίαις ἐγένοντο. Τὸ δὲ ἀπὸ τοῦδε ἐπιστραφέντες ὁμόσε τούτοις ἐχώρουν, ξυμβολῆς τε γενομένης ὀλίγοι ἐξ ἀμφοῖν ἔπεσον. Δαλμάται γὰρ τῆς βασιλέως αἰσθόμενοι παρουσίας διελύοντο αὖθις, Ῥωμαῖοί τε φεύγουσιν ἀεὶ ἑπόμενοι πολλοὺς Παιόνων τε καὶ αὐτῶν ἔκτειναν. Ὅτε δὴ Γουρδέσης τε καὶ Βουλτζῖνος, ἄνδρε ὀνομαστοτάτω ἐπὶ Δαλμάταις, ὑπὸ τὰς Ῥωμαίων ἐγενέσθην χεῖρας. Βασιλεὺς δὲ περὶ πλείονος τοῦ λοιποῦ ἐποιεῖτο, ὅπως ἂν αὐτῷ πανοπλίαν ὑποδῦναι τὴν αὐτοῦ γένοιτο. Χρόνου δέ τινος διὰ τοῦτο τριβέντος αὐτῷ (οὐ γὰρ ἐκ τοῦ σχεδὸν αὐτῷ, παρῆσαν οἳ ταύτην ἐκόμιζον) συνέβη τῶν παρὰ Ῥωμαίοις στρατηγούντων τινάς, ἐν οἷς Γιφάρδος τε ἦν καὶ Μιχαὴλ ᾧ ἐπώνυμον Βρανᾶς, καὶ πλεῖστοι ἕτεροι ἄνδρες αὐτουργῆσαι ἱκανοὶ καὶ στρατηγῆσαι δεξιοὶ, ἐπί τινος δυσπορεύτου καὶ ἀνάντους ἐν τῷ διώκειν γεγονότας λοχμῆς ἀγωνιᾷν ἄτε εἰς προῦπτον κίνδυνον ἐληλακότας. Δαλμάται γὰρ πόρρω τῶν ἄλλων Ῥωμαίων γεγονότας αὐτοὺς κατανοήσαντες ἐπεστράφησάν τε καὶ ἀντιμέτωποι ἔστησαν.

θ'. Οἱ μὲν οὖν ἐν τούτοις ἦσαν. Βασιλεὺς δὲ ἤδη τὴν ὅπλισιν περιθέμενος ἀνέτῳ ῥυτῆρι διώκων ἐπ' αὐτοὺς ἦλθεν, ἐν χρῷ τε ἀλλήλοις ἐφ' ἕνα χῶρον συνιόντας εὑρὼν ἐκατηγόρει τε ἀναφανδὰ καὶ πικρότατα ἐλοιδορεῖτο, δειλίαν αὐτοῖς προσονειδίζων καὶ πολεμικῶν ἀμαθίαν ἔργων. Τῶν δὲ τοῦ χώρου τὴν φύσιν καὶ τὸ τῆς χιόνος προφερόντων ἄμετρον, αὐτὸς τῆς ὁδοῦ κατάρχων ἕπεσθαι σφίσιν ἐκέλευεν. Ἤδη γὰρ καὶ ἄλλο αὐτοῖς Ῥωμαίων συνίστατο πλῆθος. Ἐν ᾧ δὲ τὴν πορείαν ἐτίθεντο, ἐνίδρα

pallidi nuntiarunt, innumerum in adversa ripa fluminis instructa acie stare exercitum; neque illum tantum ex indigenis, sed immensum etiam alium ex auxiliaribus copiis conflatum præsertim Hungaricis equitibus, et qui apud illos diversæ sunt religionis Chalisiis. Hungaris quippe Christianam amplexis, isti Mosaicis legibus iisque non omnino genuinis etiamnum vivunt. Hos igitur ut et Petzinacas Dalmatis adjunctos esse referebant. Ea ut audivit imperator, veritus ne pauci qui præcedebant Romani a pluribus circumclusi perfringerentur, confestim citatiore cursu pergebat et signiferum ut subsequeretur urgebat. Qui cum defesso equo lentius incederet, ipse arrepto signo princeps maturavit cursum, ac loco editiore consistens, et se qualis esset et vexillum hostibus **108** conspiciendum præbuit. Delati interea ad flumen sagittarii Dalmatis stabant obversi, sed neutris pugnam concitantibus, quievere. Simul autem ac imperatoris conspectum est vexillum, a ponte abscessere Dalmatæ, Romanisque sagittas mittendi potestatem dederunt. Id ubi princeps videt (stabat enim in loco eminentiori, ut dictum est, et quæ gerebantur advertebat), velut cum cæteris flumen trajecturus advolat. Namque, ut non semel innui, supra fortitudinis humanæ modum pugnas semper et certamina affectabat. Dalmatæ vero, licet haud magno numero milites insequerentur, fugere nihilominus, donec ad loca difficilia pervenerunt. Mox inde conversi, occurrerunt hostibus : verum facto congressu cecidere utrinque pauci. Quippe Dalmatæ ubi imperatorem adesse percipiebant, dissolvebantur iterum. At Romani fugientibus semper instantes, eorum multos ut et Pannonum ceciderunt. Quo tum casu in manus venere Romanas celeberrimi inter Dalmatas viri, Gurdeses et Bultzinus. Imperator interea suis indui armis vehementer exoptabat. Ejus rei gratia cum aliquantum insumpsisset temporis (neque enim prope aderant qui ea ferebant), accidit ut quidam e Romanorum ducibus, in quibus fuere Giphardus et Michael cognomento Branas, compluresque alii manu perinde ac regendis copiis strenui, dum effusius hostes insequuntur, **109** in ardua et avia loca delati manifesto periculo involverentur. Dalmatæ quippe Romanos longe a suis sejunctos conspicati, reverterant stabantque obversi.

9. Ea cum se ita haberent, jam armis indutus imperator totis habenis in illos fertur : quos cum uno in loco arctissime in se coeuntes advertisset, palam reprehendit increpatque acerbissime, et metum et militiæ imperitiam exprobrat. At iis loci situm et immensam nivium vim causantibus, præcedit ipse ac reliquis ut sequerentur imperavit : jam enim et aliæ advenerant Romanorum copiæ. Dum itaque iter faciunt, hostium aliqui ex insidiis repente coorti Romanos, qui ad sinistram erant,

adoriuntur. Sed imperator videns eos numero pauciores contemptis illis, continuo hostes insequebatur pertinaciter, quo aut Archizupanum ipsum caperet, aut qui tum Pannonicis præerat copiis fortissimum ducem. Qui igitur ex insidiis prodierant, nullo edito facinore rursum dissipati sunt. Aliquanto spatio hostes insecutus princeps, ubi suos delassatos advertit, relictis iis ac duobus assumptis cognatis, quorum alter fuit Joannes Ducas, alter qui uxorem duxerat Andronici sebastocratoris filiam, nomine Joannes, cognomento vero Cantacuzenus, cum iis in hostes perrexit. Sed illo ab iis agnito ex armis quæ multo obducta erant **110** auro, cum præterea corporis statura excelsiore satis proderetur (vere enim heroem referebat, quippe qui equitandi ratione non vulgari et in armis tractandis dexteritate longe præcelleret), terga nullo pudore dederunt. Fugientibus incumbentem aiunt uno hastæ ictu quindecim ex hostibus in terram prostravisse : in tumultu quippe et confusione ita collidebantur, ut se invicem impellerent. Ipsis autem quadragmta prostratis, reliquos fudit, fusos insecutus gladio et hasta in terga fugientium irruit : quo tempore id quoque accidit. Quidam ex iis qui hasta prius ab imperatore fuerant cæsi, cum surrexisset ex lapsu (neque enim lethaliter fuerat vulneratus), fugam inde pedibus miser paravit. Ubi autem in propinquo imperatorem conspicit, stricto gladio in eum velut percussurus fertur. At ille pede in pectus impacto, protrusum humi atque insigni circa oculum vulnere notatum relinquit. Equum vero etiamsi aggravatum sentiret armorum pondere, non ideo tamen sistere impetum voluit. Cantacuzeno autem (unicus quippe adequitabat ex imperatoriis cognatis) ut progrederetur et cum barbaris manus conferret imperavit, ut nimirum dum circa illum sic occuparentur, ipse vicissim eos assequeretur. Nec aberravit a consilio. Postquam enim quam citissime sese in hostes intulit Joannes, Bacchini Archizupani tergum percussit, totumque hasta transverberasset hominem, ni præpedivissent arma. Is autem conversus, **111** videt se a duobus impeti : namque imperatori jam etiam alter aderat Joannes, cujus modo mentio facta est. Septem igitur suorum ascitis cum Cantacuzeno congreditur, fitque collato pede prælium. Sed dum subinde advenere undecunque barbari, in extremum periculum adductus est Cantacuzenus, et ab iis fuisset obtruncatus, nisi imperator ex propinquo subvenieus discrimini eum exemisset. At neque ipse expers fuit discriminis. Quippe cum animo reputaret, si occurreret iis qui numero adhuc septem Joannem circumsteterant, integrum fore aliis jam numero trecentis utrumque adoriri, primo oportere censuit cum multitudine decernere. Illis enim cedentibus, recessuros pariter qui Joannem

A πολεμίων ἐκ τοῦ ἀφανοῦς ἐκπηδήσασα τοῖς ἐν ἀριστερᾷ Ῥωμαίοις ἐπετίθετο. Ἀλλὰ ταύτην μὲν ἐπειδήπερ ὀλιγανδροῦσαν βασιλεὺς ἔγνω, οὐδὲ ὅσον ἐπεστράφθαι ἠξίωσεν· ἀεὶ γὰρ ἀνεπιστρόφως ἐδίωκεν, εἴ πως ἢ αὐτὸν χειρώσασθαι οἱ γένοιτο τὸν ἀρχιζουπάνον ἢ τὸν παρὰ τοῖς Παίοσιν εἰς ἐκείνην στρατηγοῦντα τὴν ἡμέραν ἀνδρείας εὖ ἤκοντα. Οἱ μὲν οὖν ἐκ τῆς ἐνέδρας μηδὲν ἄξιον λόγου πεπραχότες διελύοντο αὖθις. Βασιλεὺς δὲ μικρὰ διώξας, ἐπειδὴ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ἔγνω ἐκκακήσαντας ἤδη, αὐτοὺς μὲν παρῆλθε, δύο δὲ ξυγγενῶν παρειληφὼς τῶν αὐτοῦ, ὧν ὁ μὲν Ἰωάννης ὁ Δούκας (45) ἦν, [P. 65] ἕτερος δὲ ὃς τὴν Ἀνδρονίκου τοῦ σεβαστοκράτορος ἔγημε παῖδα, ὄνομα Ἰωάννης καὶ αὐτὸς ἐπίκλησιν Καντακουζηνός, σὺν αὐτοῖς ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἐχώ-
B ρει. Οἱ δὲ ἐκ τῆς ὁπλίσεως αὐτὸν κατανοήσαντες (χρυσῷ γὰρ κατακόρως ἀλήλιπτο πᾶσα) καὶ τῆς τοῦ σώματος δὲ ἀναδρομῆς τε καὶ εὐφυΐας τεκμηριωσάμενοι μάλιστα (ἥρωσι γὰρ ἀτεχνῶς ἐῴκει, ἅτε τῷ ξένῳ τῆς ἱππασίας καὶ τῆς ἀμφιδεξίου περὶ τὰ ὅπλα κινήσεως πολλῷ διενεγκών) νῶτα διδόναι οὐδαμῇ ἠσχύνοντο. Ὁ δὲ φεύγουσιν ἐπιθέμενος λέγεται ὅτι μιᾷ δόρατος προσβολῇ πεντεκαίδεκα τῶν πολεμίων εἰς γῆν ἔβαλλεν. Ἐν γὰρ ταράχῳ καὶ συγχύσει φερομένους συγκρούειν ἀλλήλοις οὐδενὶ κόσμῳ συνέβαινεν αὐτούς· τετταράκοντα δὲ τοὺς πάντας ἐπὶ στόμα κατενεγκὼν τοὺς ἄλλους ἐτράπατο, φεύγουσί τε ἐφεπόμενος συνέκοπτεν ἀεὶ κατὰ νώτου καὶ ξίφει καὶ δόρατι χρώμενος. Ὅτε συνέπεσέ τι καὶ
C τοιοῦτον· τῶν τις προκαταδορατισθέντων αὐτῷ τοῦ πτώματος ἀνενεγκὼν (οὐ γὰρ καιρίαν ἐτύγχανε πεπληγμένος ἔφευγεν ἐκ ποδὸς τὴν πορείαν ὁ τάλας ποιούμενος). Ἐπειδή τε ἀγχοῦ βασιλέα γεγονότα εἶδε σπασάμενος τὸ ξίφος πατάξων ἐφέρετο τοῦτον. Ὁ δὲ λάξ τῷ στήθει ἐπιβὰς αὐτὸν μὲν εἰς γῆν ἤνεγκε, σημειωσάμενος δὲ ἔκ τινος ἐπισήμου περὶ τὸν ὀφθαλμὸν πάθους παρῆλθε. Κάμνοντος δὲ τοῦ ἵππου αἰσθόμενος ἤδη τῷ βάρει τῶν ὅπλων παλινδρομεῖν μὲν οὐδὲ ὡς ἤθελε, τῷ δὲ Καντακουζηνῷ (ἐτύγχανε γὰρ ἤδη τῶν βασιλέως ἐποχούμενος) ἐκέλευε πρόσω χωρήσαντι συμμίγνυσθαι τοῖς βαρβάροις, ὡς ἂν οὕτω τῇ πρὸς αὐτὸν ἀσχολίᾳ ἐπικαταλαβεῖν σφᾶς· καὶ αὐτὸν γένοιτο. Καὶ ἔτυχέ γε τοῦ σκοποῦ. Ἐπειδὴ γὰρ τάχιστα τῶν πολεμίων ὁ Ἰωάννης ἐγγύθεν ἐγένετο, Βακχίνον τὸν ἀρχιζουπάνον παίει μὲν κατὰ τοῦ μεταφρένου,
D διελάσαι τὸ δόρυ προθυμηθείς· οὐ μέντοι γε καὶ ἐδυνήθη τῆς ὁπλίσεως ἀντισχούσης. Ὁ δὲ ἐπιστραφεὶς ἔγνω πρὸς ἀνδρῶν διωκόμενος δυοῖν. Συμπαρῆν γὰρ βασιλεῖ καὶ θάτερος Ἰωάννης, οὗπερ ἤδη ἐμνήσθην. Ἑπτὰ γοῦν τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἐπαγόμενος ξυμπλέκεται τῷ Καντακουζηνῷ, καὶ ἡ μάχη ἀπὸ χειρὸς ἤδη ἐγίνετο. Ἐν τούτῳ δὲ τῶν βαρβάρων ἄλλου ἀλλαχόθεν συῤῥέοντος ἀεὶ ἐν ἐσχάτοις ὁ Καντακουζηνὸς ἦν, καὶ εἰ μὴ βασιλεὺς ἐγγύθεν ἤδη παραφανεὶς ἐξεῖλεν αὐτὸν τοῦ κινδύνου, ἐδέησεν, οἶμαι, οὐδὲν βαρβαρικῆς ἔργον μαχαίρας γενέσθαι τὸν ἄνθρωπον

D. Cangii notæ.

(45) *Ἰωάννης ὁ Δούκας.* Vide Dissertationem 26 ad Joinvillam.

Οὐ μὴν οὐδὲ αὐτὸς βασιλεὺς ἔξω κινδύνου ἐγένετο. Λογισάμενος γὰρ ὡς εἰ τοῖς τὸν Ἰωάννην κυκλοῦσιν ἐπὶ τέως οὖσιν αὐτὸς ἀντιτάξοιτο, ἐξέσται τοῖς ἄλλοις εἰς τριακοσίους ἤδη ἀριθμουμένοις κατ' ἀμφοτέρων ἰέναι, δεῖν ἔγνω τῷ πλήθει ξυμπλακήσεσθαι πρότερον· ἐκείνων γὰρ ὑποχωρούντων ξυναποστῆναι καὶ τοὺς τὸν Ἰωάννην περιστοιχίζοντας εἰκὸς ἦν· καὶ δὴ τὸν ἵππον μυωπίσας περὶ μέσους εἰσῆλασεν. Ἀλλά τινα τούτων παῖσαι τῷ δόρατι προθυμηθεὶς [P. 64] τούτου μὲν διήμαρτεν. Ἰσχιάσαντι γὰρ τῷ βαρβάρῳ ξυνέβαινε κενὴν τῆς πλευρᾶς διεκπεσεῖν τὴν αἰχμήν. Ἀπὸ χειρὸς δὲ λοιπὸν αὐτῷ συνεπλέκετο. Ὅπερ ὁ Βακχῖνός τε αὐτὸς καὶ οἱ περὶ ἐκεῖνον ἰδόντες Ἰωάννην μὲν αὐτοῦ ἔλιπον, ἐπὶ δὲ βασιλέα δρόμῳ ἦλθον. Καὶ τὸ πρᾶγμα φρίκης μετὸν ἦν. Ἀλλὰ βασιλεὺς τὸ μὲν δόρυ μεθίει, ὃ δὲ παρήρτητο ξίφος ἑλκύσας πυκνὰ παρ' αὐτοῖς ἐστρέφετο παίων ἀεὶ καὶ παιόμενος, ἕως τῶν ἄλλων σκεδασθέντων εἰς αὐτόν τε καὶ Βακχῖνον τὰ τῆς μάχης ἀπεκρίνατο πάσης, ἀνδρείᾳ τε διαφέροντα καὶ σώματι μεγάλῳ ἐς ἄγαν κεχρημένον. Μετά πολλὴν γοῦν τινα συμπλοκὴν Βακχῖνος μὲν τῷ βασιλεῖ τῆς σιαγόνος τὸ ξίφος κατενεγκὼν ἔπληξεν, οὐ μὴν καὶ διελάσαι τὸ ἐκ τοῦ κράνους ἐπὶ τὰς ὄψεις ἠρτημένον ἠδυνήθη παραπέτασμα. Οὕτω μέντοι ἰσχυρὰ ἡ πληγὴ γέγονεν, ὡς τοὺς κρίκους ἱκανῶς τῇ σαρκὶ ἐνιζήσαντας ἐπὶ πλεῖστον ἐκτυπωθῆναι. Ὁ δὲ βασιλεὺς τῆς χειρὸς τὸν βάρβαρον ἀφελόμενος τῷ ξίφει τῷ ἐξαδέλφῳ παρεδίδου φέρων, ὁ δὲ καὶ πάλιν ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἐσφάδαζεν ἰέναι· ἀλλ' ἀμφοτέρω τε τὼ Ἰωάννα καὶ Βακχῖνος ὁ βάρβαρος ἐπισχεῖν αὐτῷ τὴν ὁρμὴν ἴσχυσαν. Ἤδη γὰρ τὸ εὔνουν ἐκεῖνος δεδουλωμένος ἐσχημάτιζετο. Τὰς οὖν τῆς κεφαλῆς αὐτῷ τρίχας ὑποδεικνὺς ἐντεῦθέν πως τὸ ὑπαντιάσον αὐτῷ πλῆθος ὑπεσημαίνετο. Ἐν τούτῳ τῷ πόνῳ δυοῖν ὁ Καντακουζηνὸς δακτύλοιν θατέρας ἐστέρητο χειρός. Βασιλεὺς δὲ ἀμφὶ τετταράκοντα πολεμίων ὑπαγόμενος δορυαλώτους ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἦλθεν. Ὅτε δὴ κἀκείνου εἰς μνήμην ἐλθών, ὃν ἤδη καταβαλὼν ἐκ τοῦ κατὰ τὸν ὀφθαλμὸν ἐπισήμου παρῆλθε τεκμηριωσάμενος, ἀνεζήτει τοῦτον ἐπὶ τοῦ στρατοπέδου τὸ σημεῖον εἰπών· ἐγένετο τοίνυν κἀκεῖνος καὶ ἀνεγνώριζε τὸν νενικηκότα καὶ ἀνεγνωρίζετο. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ πρέσβεις παρὰ τοῦ ἀρχιζουπάνου ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἥκοντο ἀμνηστίαν αὐτῷ κακῶν ἐξαιτούμενοι. Καὶ δὴ βασιλέως κελεύσαντος ἧκε μετὰ μικρὸν ὁ ἀνὴρ ἱκέτην ἑλεεινὸν ἑαυτὸν παρεχόμενος. Καὶ βασιλεὺς μὲν ἱκετεύοντα προσηκάμενος, ἀφῆκε τούτῳ τὴν ἁμαρτάδα. Ὁ δὲ τοῦ ἐδάφους μικρὸν ἀνανεύσας, ἔνθα πρὸ τῶν βασιλέως ποδῶν ἴχνων ἔκειτο καταβαλὼν ἑαυτόν, ὅρκοις τὰ δεδογμένα ἐπίστου, δοῦλος ἐς τὸν πάντα ἔσεσθαι Ῥωμαίοις αἰῶνα βεβαιῶν· κἂν μὲν ἐπὶ τὴν ἑσπέραν στρατεύοιτο, σὺν δισχιλίοις ἕπεσθαι ὁμολόγει, πολεμοῦσί γε μὴν ἐπὶ τῆς Ἀσίας πρὸς οἷς τὸ πρότερον εἰώθει τριακοσίοις καὶ διακοσίους ἤδη προσεπιπέμπειν. Ταῦτα κατωρθωκὼς βασιλεὺς ἐπὶ τὴν Κωνσταντίνου παλίνδρομεῖ. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ ὁ στόλος τῶν ἀμφὶ τῇ Ἰταλίᾳ διαπεπραγμένος οὐδὲν ἧττον εἰς Βυζάντιον ἦλθε. Δελμάται μέντοι οὕτω δὴ τὸ ἐς Ῥωμαίους ἐτήρησαν

A circumstabant. Concitato inde equo in medios invehitur. Sed cum ex iis quemdam hasta vellet percutere, aberravit ictus hac atque illac inclinante barbaro, atque innoxius a latere hastæ mucro decidit. Deinceps vero certamen conseritur. Quod cum Bacchinus ipse et qui cum illo erant conspexere, omisso Joanne, ad imperatorem cursu contenderunt. Atque inde horribile quid videre erat. Verum abjecta protinus hasta imperator ensem quo accinctus erat stringens crebrius in eos versat, ferit vicissim et feritur; donec dissipatis aliis, in illum et Bacchinum, fortitudine præcellentem et procero admodum corpore virum, tota prælii vis **112** incubuit. Post longum ergo certamen Bacchinus maxillam imperatoris gladio percussit : B nec tamen dissecare potuit dependens ex galea super oculos velamen. Adeo autem vehemens ictus fuit ut galeæ circuli non modice carni inhærerent notasque imprimerent : at princeps arreptum e barbari manibus ensem patrueli suo tradidit. Inde iterum in hostem contendere vehementius gestiebat, sed impetum inhibuere uterque Joannes et Bacchinus. Quippe captus barbarus benevolentiam simulabat : capillis igitur capitis sui ostensis ingentem innuebat illi occursuram multitudinem. Eo in prælio duobus in una manu digitis privatus est Cantacuzenus. Tandem quadraginta circiter captivis hostibus adductis in castra reversus est imperator. Ibi eum subiit illius memoria, quem paulo ante prostratum C et signo circa oculos notatum reliquerat. Hunc ergo indicato signo quæsivit in castris : qui inventus agnovit victorem et vicissim ab illo agnitus est. Nec ita multo post legati ab Archizupano in castra venerunt, qui præteritorum oblivionem deprecarentur : statimque jubente principe venit ipse miserandi hominis ac supplicis habitu : atque ab imperatore benevole exceptus veniam delicti obtinuit. Tum paulisper **113** ab humo exsurgens, ubi ad imperatoris pedes prostratus jacebat, jurejurando pacta confirmavit fidemque dedit servum se Romanorum omni tempore futurum, et si in Occidentem arma princeps circumferret, cum duobus se millibus secuturum illum professus est : si vero in Asia D bellum gereretur, trecentis quos prius mittere consueverat ducentos additurum. His rebus feliciter gestis Constantinopolim imperator rursum rediit. Eodem tempore classis relata est Byzantium, nullo in Italia confecto negotio. Ita quidem Romanorum imperium agnovere Dalmatæ, ut et longo post tempore, cum Uresin principatu deturbassent, atque inscio imperatore illum alteri ejus fratri tradidissent; veriti, ut par erat, ne is ipsis succenseret, Dese et Uresi adductis, ad eum venerunt, dictitantes ei cui suffragaturus ille foret, sese parituros. Pronuntiato igitur judicio, Uresis præmii vice principatum ab imperatore obtinuit. Sed de his postea.

δούλιον, ὥστε [P 65] χρόνοις πολλοῖς ὕστερον Οὔρεσιν (46) τῆς ἀρχῆς παραλύσαντες, ἐπειδὴ βασιλέως μηδὲν συνειδότος θατέρῳ τῶν ἀδελφῶν αὐτὴν ἐνεχείρισαν, ἔδεισάν τε ὡς τὸ εἰκὸς μή τι αὐτοῖς χαλεπήνῃ, καὶ Δέσε καὶ Οὔρεσιν ἄγοντες παρ' αὐτὸν ἦλθον, ὅτῳ αὐτὸς ἐπιψηφιεῖται ἀναγκαίως ὑπακοῦσεσθαι λέγοντες. Δίκης τοίνυν αὐτοῖς ἀνοιγείσης βραδεῖόν τι ἐκ βασιλέως Οὔρεσις αὖθις τὴν ἀρχὴν ἔσχεν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον.

10. Inde in Hungariam perrexit princeps, belli causam obtendens submissa, ut dictum est, Dalmatis auxilia. Neque tamen indicto bello aggressus est Hungaros, sed iis quæ in se deliquissent per litteras primo expositis, proximum Romanorum adventum illis indicavit. Ubi itaque ad Istri ripam pervenit, cum nullæ adessent naves ex iis quas Byzantii apparaverat, **114** ne temporis occasionem negligeret, quæ in iis rebus, ut cuncta prospere cedant, maximi momenti esse solet, lintrem, cujusmodi ibi multæ ad littus reperiuntur uno ex ligno cavatæ, conscendens atque una equum freno attrahens in adversam ripam trajecit. Exinde eodem pariter modo in Hungarorum fines irrupit Romanorum exercitus : atque interiora petens obvia quævis effuse depopulatus est. Erat in altera situm fluminis ripa castrum Zeugminum nomine, murorum cæterarumque munitionum robore satis validum. Atque illud cum primo impetu expugnare haud posset, Theodorum Batatzem sororium suum reliquit cum exercitu : ipse regionis illius vicos circumiens plurimos in potestatem recepit. Hungarorum interea processit exercitus Romanos excepturus. At cum viribus longe se vidit imparem, dedidit sese pariter imperatori, qui deinceps rapuit sustulitque pro libitu omnia. Videre itaque erat omnis ætatis multitudinem bello captam agi, gentemque totam aliam in sedem transferri : quamque Savus et Ister, fluvii ex Alpibus profluentes, in Hungariæ finibus efficiunt insulam (superius enim diffissi a se invicem, post

ι'. Βασιλεὺς δὲ ἐπὶ τὴν Οὐννικὴν ἐχώρει, τὴν εἰς Δαλμάτας πρότερον καθάπερ εἴρηται συμμαχίαν ὑπόθεσιν πολέμου πεποιημένος αὐτοῖς. Οὐ μὴν ἀκηρυκτὶ ἐπ' αὐτοὺς ἦλθεν, ἀλλὰ γράμμασι πρότερον τά τε ἐς αὐτὸν ἡμαρτημένα σφίσιν ἐδήλου καὶ τὴν Ῥωμαίων αὐτίκα ἐμήνυεν ἔφοδον. Ἐπειδὴ γοῦν πρὸς ταῖς Ἴστρου ὄχθαις ἐγένετο, νεῶν οὐδαμῇ παρουσῶν ἃς ἐξ Βυζαντίου ἑτοιμασάμενος εἶχεν, ὡς μὴ τὴν ὀξύτητα τοῦ καιροῦ καταπροήσεται, ὃ καὶ μάλιστα κατορθωτικὸν ἐν τοῖς τοιούτοις φιλεῖ γίνεσθαι, λεμβάδιόν τι ἀναδᾶς, ὁποῖα πρὸς ταῖς ἀκταῖς ἐνταῦθα διασαλεύει αὐτόξυλα, ἐπὶ τὴν περαίαν ἐφέρετο ἀπὸ ῥυτῆρος ἑλκόμενον τὸν ἵππον αὐτὸς ἔχων. Ἐξῆς δὲ καὶ Ῥωμαίων στρατὸς τρόπῳ τῷ αὐτῷ περαιωσάμενοι τὴν Οὐννικὴν ἐπάτουν, ἐνδοτέρω τε προχωροῦντες ἀφειδῶς ἀεὶ τὰ ἐν ποσὶν ἔκειρον. Ἦν δέ τι κρησφύγετον ἐνταῦθα ἐπὶ θάτερα τοῦ ποταμοῦ ἱδρυμένον Ζεύγμινον ὄνομα, τειχέων τε καρτερότητι καὶ τῇ ἄλλῃ ἀσφαλείᾳ ἱκανῶς ἔχον. Τοῦτο ἐπειδὴ μὴ ἐξ ἐπιδρομῆς ἑλεῖν εἶχεν, αὐτοῦ Θεόδωρον τὸν Βατάτζην σὺν στρατεύματι ἔλιπε γαμβρὸν αὐτῷ ἐπ' ἀδελφῇ γεγονότα· ὁ δὲ τὰς τῇδε κώμας περιὼν ἅρδην ἠνδραποδίζετο. Ὅτε καὶ Οὔννων στρατὸς ἐχώρει μὲν ὡς Ῥωμαίοις ἀντιταξόμενος· ἐπεὶ δὲ ἔγνω ἀνεφίκτοις ἐπιχειρεῖν μέλλων, προσεχώρει καὶ αὐτὸς τῷ βασιλεῖ, καὶ τὸ λοιπὸν κατ' ἐξουσίαν ἡγετό τε καὶ ἐφέρετο πάντα. Ἦν οὖν ἰδεῖν ἡλικίαν πᾶσαν δορύκτητον ἐλαυνομένην καὶ ἔθνη ὅλα κινούμενά τε καὶ ἀναστατούμενα, καὶ ἦν Ἴστρος καὶ Σάος ποταμοὶ ἐξ Ἄλπεων (47) ῥέον-

Du Cangii notæ.

(46) *Οὔρεσιν*. Urosci illius, Dessæ fratris, nulla quod sciam mentio fit in Historia Dalmatica, nisi idem sit cum Bela, de quo ad p. 221, qui ante Dessam in Servia principatum tenuit.

(47) *Ἐξ Ἄλπεων*. Vel ex hoc loco patet *Alpes* dici quosvis montes altos, nec eos duntaxat qui Galliam ab Germania et Italia disterminant. Servius ad illud Virgilii *aerios montes*, ait a Gallis aerios montes *Alpes* appellari; voce nimirum Gallica. Papias: *Alpes, proprie aerii montes Galliæ. Nam Gallorum lingua alti montes sic vocantur.* Gloss. Græco-Lat. : *Alpes* ὄρη ὑψηλά. His consentit Isidorus, l. XIV Orig., c. 8. Hinc igitur passim quosvis montes Alpes vocant scriptores. Sidonius de Atho monte carm. 2 : *Silvosam currebant vela per Alpem.* Carm. 9 de eodem : *Juxta frondiferæ cacumen Alpis.* Pyrenæos montes Alpium nomine donat etiam Ausonius, epist. 23 :

Nunc tibi trans Alpes et marmoream Pyrenem
Cæsareæ Augustæ domus est.

Alpes montis Zebrati, Alpes Roscidæ vallis in iisdem Pyrenæis, dixit Lucas Tudensis, in Chronico, p. 86 90. Unde et Hispanos *Alpinos* vocavit ex Catone Gellius. Adam Bremensis c. 229 : *Normannia, quæ suis Alpibus circumdat Sueoniam.* Occurrit iterum apud eumdem, c. 239. Sed de vocis primigenia notione dissentit prorsus a Servio et aliis Procopius, l. I De bello Goth., qui id nominis veteribus Gallis angustias montium seu collium significasse scribit : Ἄλπεις δὲ καλεῖν τὴν ἐν στενοχωρίᾳ δίοδον οἱ ταύτῃ νενομήκασι ἄνθρωποι. Id ipsum tradit Eustathius in Dionysii Periegesim : Φασὶ δὲ τὴν λέξιν ταύτην κατὰ τὴν εἰς τὸ Ἑλληνικὸν μετάληψιν, ταὐτὸν δύνασθαι τῇ κλεισούρᾳ. Atque ea ipsa notione vocem hanc usurpasse videtur Philostorgius, l. III, c. 24 : Ἄλπεις, αἵ τε Σούκεις καλούμεναι, καὶ αἱ Ἰουλίαι, δίοδοί εἰσι στεναὶ μεγίστων ὀρῶν ἑκατέρωθεν, καὶ ὑφ' ἓν χωρίον ἐγγὺς τοῦ συμπτύσεσθαι συγκλειομένων. Ἔοικασι δὲ αἱ δίοδοι αὗται τοῖς ἐν Θερμοπύλαις στενοῖς. Certe quidquid fuerit primis sæculis de vocabuli significatu, id constat inferioribus Alpes appellari convalles, et quæ in iis sunt pascua, quo æstate pecora aguntur. Ita usurpatur passim in donationibus factis ecclesiæ Salisburgensi, c. 1 et 7 ; apud Canisium, tom. VI Antiquar. Lect. ; in charta Ludovici Pii anno 838 pro monasterio Anianæ : in chartis Alemannicis Goldasti n. 27 et 86 ; [P. 449] apud Conradum de Fabaria de Casibus S. Galli, c. 26 ; Bertholdum Zuifaltens. abbatem, De origine sui monasterii ; Augustinum *de la Chiesa*, in Hist. Pedem. c. 26 ; Marcam in Hist. Beneharn., l. V, c. 29, etc. Hinc *Alpagium*, jus pascendi pecora in Alpibus, in charta b. comitissæ Sabaudiæ an. 1218 in tabulario ecclesiæ Tarentasiensis.

τες ἐπὶ Οὐννικῆς αὐτοματίζουσι νῆσον ἄνωθεν ἐφ' ἑκάτερα σχιζόμενοι καὶ μετὰ πλείστην ὁδὸν ἐς ταυτὸ πάλιν ἰόντες περίοδον, κενουμένην πᾶσαν καὶ κατοίκων σπανίζουσαν. Ὅτε καὶ αὐτὴν τὴν ῥηγικὴν Ῥωμαῖοι κατεστρέψαντο οἰκίαν, πρᾶγμα ἐν τοῖς Ῥωμαίων μεγίστοις εὐτυχήμασιν ἀναγεγράφθαι ἄξιον. Ταῦτα κατωρθωκὼς βασιλεὺς ἐπὶ Ζεύγμινον ἦλθεν, ἔνθα ὁ Βατάτζης, καθάπερ εἴρηται, λειφθεὶς τὴν προσεδρείαν ἐποιεῖτο. Ἀλλ' οἱ τὸ φυλακτήριον ἔχοντες, ἕως μὲν οὐκ εἰς μακρὰν ἐπίδεβοηθηκέναι σφίσι τὸν ῥῆγα ἠλπίζετο, ἰσχυρῶς αὐτοῦ μετεποιοῦντο· ἐπεὶ δὲ ὁ μὲν ἠγγέλλετο παρὼν οὐδαμοῦ, Ῥωμαῖοι δὲ πρὸς τὸ τειχομαχεῖν ἤδη ἐγίνοντο, [P. 66] πρὸς τὸν ἐκπεπτημένον κατορρωδήσαντες κίνδυνον ἔχρῃζον βασιλέως, ὡς ἐπ' ἀθώοις ἐντεῦθεν ἀπαλλαγησόμενοι σώμασιν ἐνδῶσι τὸ φρούριον αὐτῷ. Τοῦ δὲ πρὸς τοῦτο ἀνανεύοντος, σχοίνους τε τῶν τραχήλων ἐξῆψαν καὶ τὰ καλύμματα τῶν κεφαλῶν ἀποθέμενοι ξὺν ἀτιμίᾳ τῷ βασιλεῖ παρεῖχον ἑαυτούς. Ὁ δὲ ἀπεῖπε Ῥωμαίοις τούτων μὲν ἀποκτεννύναι μηδένα, τὸ φρούριον δὲ μεγάλων μεστὸν ὂν λήζεσθαι ἀγαθῶν.

ια'. Ταῦτα Ῥωμαῖοι καταπραξάμενοι, ὡς ἐπὶ Σάον περαιωσόμενοι ἐφέροντο, πολλῷ στρατοπέδου τοῦ αὐτῶν πλείω τὴν ἀνδραποδισθεῖσαν τῶν Οὔννων ἄγοντες ἡλικίαν. Ἀλλ' οὔπω ἐπεραιώσαντο, καὶ διήγγελεν ἡ φήμη τὸν Παιόνων ῥῆγα χεῖρα ἐπαγόμενον βαρεῖαν θυμῷ πολλῷ κατὰ Ῥωμαίων ἥκειν, ἤδη τὸν κατὰ Γαλίτζης χώρας (48) Ταυροσκυθικῆς πόλεμον εὐτυχῶς διενεγκόντα. Οὗ δὴ ἕνεκα μάλιστα βασιλεὺς αὐτὸν ἠμύνατο, ἅτε παρὰ γνώμην τὴν αὐτοῦ Βλαδιμηρῷ ἐπιφυέντα (τοῦτο γὰρ ὄνομα τῷ Γαλίτζης ἄρχοντι ἔκειτο) ἀνδρὶ ὑποσπόνδῳ Ῥωμαίοις ὄντι. Τούτων ἀκούσας ὁ βασιλεὺς τὸ μὲν ἄλλο στράτευμα καὶ ὅσον ἐν σκευοφόροις ἦν καὶ τὰ πλεῖστα τῶν ζωγρηθέντων πλήθει ἀριθμοῦ κρείσσω τυγχάνοντα ἐκέλευε διαπορθμευσαμένους ἐπὶ τῆς ἀντιπέρας μεῖναι ὄχθης· ὁ δὲ τὸ ἀπόλεκτον τοῦ στρατοπέδου ἀναλαβών, καίτοι πολλὰ τῶν στρατηγῶν οὐκ ἐπιψηφισαμένων τοῖς δόξασιν, ἐπείγετο τὴν ταχίστην συμπλακησόμενος αὐτῷ, λύκων οὐ λεόντων εἶναι φάμενος ἔργον τοῦ μὲν τῶν προβάτων κατεπείγεσθαι πλήθους, ποιμένων δέ ποθεν ἢ κυνῶν ἐκφανέντων φεύγειν μηδὲν αἰσχυνομένους, μόνῳ τῷ αὐτοὺς καὶ τὰ θηραθέντα περισώζειν μόγις καὶ ἀγαπητῶς ἀρκουμένους. Ὅτε λέγεταί τι καὶ τοιοῦτον, ὁποῖον εἰ μὲν καὶ ἀντίκρυς προελομένῳ ἔδοξεν αὐτῷ, οὐκ ἔχω ἐπαινεῖν, εἰ δὲ καὶ προμηθείας τινὸς, ὅπερ οἶμαι,

A multum circuitum in unum denuo coeunt) vacuam omnino nulloque cultam habitatore. Quo tum casu everterunt Romani etiam domum regiam : res sane quæ inter maximos Romanorum fortunæ successus referri meretur. His ita prospere gestis ad Zeugminum rediit imperator, ubi Batatzes, qui relictus ibi fuerat, obsidionem urgebat. Sed qui loci præsidium **115** tenebant, quamdiu spes erat brevi cum auxilio regem adfuturum, defendebant sese acriter. Verum ut intellexere nequaquam illum adesse, ac jamjam mœnia acrius impugnantibus Romanis, periculo imminente conterriti, rogavere principem ut tradita arce salvis inde corporibus liceret iis excedere. Quam rem cum abnueret, funibus collo appensis abjectisque capitum operculis, per summum B dedecus sese ipsos imperatori dedidere. Tum ille, ne eorum quisquam a Romanis interficeretur, prohibuit ; arcem vero gravi refertam præda iis diripiendam concessit.

11. His confectis Romani versus Savum velut trajecturi pergunt, numero majorem captivorum adducentes multitudinem quam esset exercitus : sed necdum flumen transierant, cum nuntiatur Pannoniorum regem cum ingentibus istic adesse copiis summo animi ardore cum Romanis pugnare gestientem, rebus jam in Galitza, regione Thauroscythicæ, præclare feliciterque peractis. Hujus quippe rei potissimum causa imperator bellum istud aggressus erat, quod se invito Bladimerum (id C nomen erat Galitzæ principi), virum Romanis fœderatum, invasisset. Quo cognito imperator reliquam aciem, impedimenta, ingentemque et innumeram captivorum multitudinem in adversam transferri ripam jubet ibique considere : ipse cum delectis militibus, etsi consilium haud probarent ducum plerique, summa celeritate **116** in hostem contendit, luporum esse, non leonum dictitans pecorum greges incessere : cæterum pastoribus aut canibus conspectis sine pudore ullo fugere, eo solo si sese et captam prædam retineant ægre licet ac vix contentos. Illud etiam de eo fertur, quod quidem, si id egit ex animi consilio, laudare vix possim : sin autem quia tum quidpiam præviderit, quod reor, D aut tutari ac defendere voluerit qui circa se erant Romanos, militaris prorsus providentiæ facinus

Du Cangii notæ.

(48) *Γαλίτζης χώρας*. Galitia pars dicitur Russiæ Minoris, μέρος τῆς μικρᾶς Ῥωσίας, in notitia Andronici : Nicetæ vero in Man. l. 4 n. 2 : *Μία τῶν παρὰ τοῖς Ῥὼς τοπαρχιῶν, οὓς καὶ Σκύθας ὑπερβορέους φασίν. Galitza* hodie vocatur, estque ducatus, magno Moscoviæ duci obnoxius, qui ex Moscovia in orientem per Castronowgorod euntibus occurrit. Huic imperabat eo ævo Vladimerus seu Lodomerus, ut habent Annales Hungarici, qui Chunorum fretus auxilio Mineslaum Russorum regem seu principem regno proturbare, tyrannidemque sibi asserere ausus, a Geiza laudem Hungariæ rege, qui Minoslai filiam uxorem duxerat, inito prælio fusus ac deletus est, ut pluribus narrant Thwroczius in Geiza, c. 66 ; et Bonfinius decad. 2, l. VI. Nec alium vel diversum Vladimerum hunc censuerim ab Vladimero Wszeuolodi filio, Iaroslai Russiæ principis nepote, qui Kioviæ ad Borysthenem urbe avita consedit, et post varias cum agnatis concertationes, cum omnes eorum expugnasset provincias, μονομάχος dictus est. Utcunque sit, Vladimeri successorem Iaroslaum infra nominat Cinnamus ; de Vladimeri vero parentibus agit Ditmarus, l. VII.

memoratu dignum esse arbitror. Cum enim ab Savo statueret discedere, quo Hungaris occurreret, vasaque jam collegisset, imperavit navium præfecto ut in alteram fluvii ripam trajiceret ibique consisteret cum navibus, ac si quis ex Romanis fugam meditatus se trajici postularet, quasi non videret hominem nihil moraretur. « Vel si ipse, aiebat, imperator adero, aliaque ac modo videntur in animum induxero, quæ jussero negligas necesse est, sin secus feceris, continuo palo affixus supplicium non effugies. » Ea quidem ille sic tum ordinavit, ut ad audaciam et magnanimitatem aditum, quemadmodum diximus, militibus quodammodo faceret. Ubi enim nullum ex metu compendium adest, tum ab audacia necessario petendum est auxilium. Abitum itaque inde paranti quidam a Romanis captivi, qui ab Hungaris evaserat, jamjam adventurum regem indicat. Hoc accepto **117** nuntio imperator vix sese continere potuit, veritus, ne cum prior adveniret, fugientes Romanos aggredi videretur Hungarorum exercitus. Ordinata igitur acie retro cessit. Ut vero constitit non ipsum adesse regem, sed Belosim, qui primas apud eum obtinebat (Banum vocant ejusmodi dignitatem Hungari) appropinquare cum exercitu, in eum citato impetu fertur. Verum cum nox ingrueret, equo desiliens, totus armatus, super inverso et supino clypeo somnum cepit, idemque ut milites facerent imperavit. Postero autem die Belosis adventare principem certior factus, cum universo exercitu recessit, nescio quos haud sanæ mentis simulans prætextus. Quo enim fugæ captaret occasionem, mandatum sibi aiebat a rege, ut ab hac regione abscederet, iterque intenderet ad Branizobam, ut inde facilius Romanos adoriretur. At imperator, cum necdum fugientes insequi cessaret, superato fluvio, Branizobam pervenit ibique castra posuit. Paulo post in aliam Hungariæ partem, ubi mons est, Temises ab incolis dictus, quo vastaret adjacentes agros, mittit cum exercitu Borizem. Ex eadem ille qua Geiza familia dicebatur esse: propter autem nescio quam simultatem ad Joannem imperatorem profugerat, a quo et magnis fuerat auctus honoribus, unamque e consanguineis obtinuerat uxorem. Eum in locum postquam venit Borizes, majores vicos, incolarum frequentia late extensos omnibusque refertos bonis circumeundo **118** depopulatur. Ad hæc cum tribus Hungaricis phalangibus consertis manibus, hostes plane fudit,

ἕνεκα καὶ τοῦ εὐψυχότατα Ῥωμαίους ἀμφ' αὐτῷ ἀγωνιεῖσθαι, στρατηγικῆς ἤγημαι ἐπινοίας ἄξιον εἶναι. Ἐπειδὴ γὰρ τῶν Σάου ναμάτων ἀπαίρειν ὡς ὑπαντιάσων τοῖς Παίοσι συνεσκεύαστο ἤδη, παρηγγύα τῷ τὴν στολαρχίαν ἐμπεπιστευμένῳ θατέρᾳ τοῦ ποταμοῦ ὄχθῃ προσεσχηκότα αὐτοῦ σὺν ταῖς ναυσὶν ἱστασθαι, ἢν δέ ποτε Ῥωμαίων τις φυγὰς ἐπὶ τὴν ἑτέραν ἰὼν διαπορθμεύεσθαι ἀξιοίη, τὸν δὲ ἀλλὰ μηδὲ ὁρᾷν προσποιεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον. « Κἂν αὐτὸς, ἔλεγε, παρέσομαι βασιλεὺς ἕτερα τῶν παρόντων ἐλόμενος, ἀποπροσποιεῖσθαί σε τοὺς λόγους χρεών, ἢ μὴν μὴ οὕτω ποιῶν τὸν αὐτίκα οὐκ ἐκφεύξῃ ἀνασκολοπισμόν. » Ταῦτα μὲν ὧδε διετάξατο, θάρσους οἶμαι θύραν τοῖς στρατιώταις, ὅπερ ἤδη ἔφην, ἐντεῦθεν ὑπανοιγνύς. Τῆς γὰρ ἐκ δειλίας ὀνήσεως οὐδαμῇ παρούσης ἀνάγκη ἐς τὴν ἐπὶ τοῦ θάρσους μετασκευάζεσθαι [P. 67] ἀρωγήν. Μέλλοντι δὲ ἄρτι που ἐκεῖθεν ἀπελαύνειν ἦκέ τις δορυαλώτων Ῥωμαίων φυγὰς ἐκ Παιόνων τὴν τοῦ ῥηγὸς ὅσον οὐκ ἤδη μηνύων ἔφοδον. Τούτων ἀκούσας ὁ βασιλεὺς οὐκέτι κατέχειν ἑαυτὸν οἷός τε ἐγένετο, ὡς μὴ πρότερον ἀφικόμενον τὸ Οὐννικὸν φεύγουσιν ἐπιθέσθαι δόξειε Ῥωμαίοις. Ταξάμενος τοίνυν ἐχώρει παλίμπους. Ὡς δὲ ὁ ῥῆξ μὲν οὐ παρῆν, Βέλοσις δὲ ὁ τὰ πρῶτα παρ' ἐκείνῳ φέρων (Μπάνον (49) ταύτην καλοῦσιν Οὖννοι τὴν ἀρχὴν) οὐ μακρὰν εἶναι ἠγγέλλετο, σπουδῇ ἐπ' ἐκεῖνον ἐφέρετο. Ἐπειδή τε συνεσκόταζεν ἤδη, τοῦ ἵππου ἀποβὰς αὐτός τε ἐπὶ τῆς ἀσπίδος ὑπτίου πρὸς τοῖς ὅπλοις ὕπνωσε τοῖς αὐτοῦ, καὶ τὸ στράτευμα ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ξυνδιήγαγεν ἅπαν. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ Βέλοσις μὲν ἐπιόντα βασιλέα πυθόμενος ᾤχετο πανστρατὶ σκήψεις τινὰς οὐχ ὑγιεῖς ἀναπλάσας· πρόφασιν γὰρ τοῦ φεύγειν ἐκποριζόμενος μεμηνῦσθαι αὐτῷ πρὸς τοῦ ῥηγὸς ἔφασκε τῆς προκειμένης ἀποκλίνοντι ὡς ἐπὶ Βρανιτζόβαν πόλιν ἰέναι, ὅπως ἐντεῦθεν μᾶλλον Ῥωμαίοις ἰέναι ἐλθεῖν αὐτὸν γένοιτο. Βασιλεὺς δὲ τοῦ καὶ εἰσέτι διώκειν ἀποσχόμενος ἐπὶ τὸν ποταμὸν ἐλθὼν ἐπεραιοῦτο, ἐν Βρανιτζόβῃ τε γεγονὼς ἐνταῦθα ηὐλίζετο. Ὀλίγῳ δὲ ὕστερον καὶ κατ' ἄλλο που τῆς Οὐννικῆς μέρος, οὗ δὴ τὸ ὄρος ἐστὶν ὃ Τεμίσης πρὸς τῶν ἐγχωρίων ὠνόμασται, προνομεῦσαι διανοηθεὶς Βορίσην ἅμα στρατεύματι ἔπεμπεν, ὃς καὶ αὐτὸς ἐκ τῶν αὐτῶν ἐλέγετο τῷ Γατζᾷ φυῆναι σπερμάτων, κατὰ διένεξιν δέ τινα ἐς βασιλέα Ἰωάννην φυγὰς ἔτυχε παλλῷ πρότερον ἐλθών. Ὁ δὲ τιμῆς τε μετέδωκεν ἱκανῶς καὶ κῆδος ξυγγενοῦς τινος ξυνῆψε κόρης αὐτῷ. Οὗτος δὲ ὁ Βορίσης (50) πρὸς τῷ χώρῳ

Du Cangii notæ.

(49) *Μπάνον*. Hoc est, *banum*. Solent quippe Græci *b* Latinum per μπ afferre, ut ex exemplis quæ profert Meursius in Gloss. plus satis patet. De banorum dignitate apud Hungaros et Servios dixi ad Annam. Hac tum fungebatur in Hungaria Belo, qui Cinnamo Βέλοσις hoc loco dicitur, Geizæ regis avunculus, quo imperante rerum summam obtinuit, Uri Serviæ comitis, cujus filiam Helenam Belo, cognomento Cæcus, rex duxerat, frater. Joannes Thwroczius, c. 65: *Tunc avunculus domini regis Bela Ban nominatus, gloriosus in millibus suis irruens super agmina Teutonicorum, verexssit eos ex adverso graviter, et magnam stragem fecit in illis.* Belæ bani, quo ductore Henricum Bavariæ ducem fudit Geiza, meminere præterea Otho Frising. l. I De gest. Frid., c. 22, et Radevicus, l. III, c. 12; Guntherus, l. VI Ligurini, de Bela:

Hic placido cultu puerum nutriverat, ut qui
Vir bonus et prudens, et avunculus esset utrique.

Vide notata ad p. 221.

(50) *Οὗτος ὁ Βορίσης*. Fuit is Borilus Calamani regis Hungariæ ex regis Russiæ filia (quam in adulterio deprehensam Calamanus repudiaverat) filius,

γενόμενος περιῆει τὰς τῇδε κωμοπόλεις ἀνασταθῶν, πλήθεσί τε κατοίκων μονονουχὶ στενοχωρουμένας καὶ παντοίοις περιβριθεῖς οὔσας καλοῖς. Ὅτε δὴ καὶ φάλαγξι τρισὶν Οὐννικαῖς εἰς χεῖρας ἐλθὼν ἐτρέψατό τε κατὰ κράτος αὐτὴν βασιλέα παρεῖναι οἰηθείσας, καὶ βαρὺς ταῖς ὠφελείαις ἐκεῖθεν ἀναστρέψας εἰς τὸ Ῥωμαίων ἦλθε στρατόπεδον. Ὁ δὲ ῥῆξ γνοὺς ὡς Βορίσης ταῦτα οὐ βασιλεὺς Ῥωμαίων εἰργασμένος ἔτυχε Παιονίαν τὰ δεινὰ, θυμομαχήσας ὀπίσω ἐδίωκεν. Οὐ μὴν καὶ ἐδυνήθη Βορίσῃ συμμίξαι ἤδη νυκτὸς ὑπὸ λαμπάσι περαιωσαμένῳ, ἃς πολλὰς ἐκ τοῦ στρατοπέδου βασιλεὺς ὑπανῆψεν αὐτῷ. Ὅτε καὶ δύο τῶν ἐκ τοῦ πεζῶν καταλόγου ἐπὶ τῆς ἀντιπέρας ἔτι λειφθέντες ὄχθης τῶν Οὔννων ἀφικομένων τὰς τῇδε ὑπελθόντες λόχμας λαθεῖν ἴσχυσαν. Ταῦτα κατωρθωκὼς βασιλεὺς πόλεις τε τὰς Παριστρίους ὡς ἑνῆν κρατυνάμενος ἐνταῦθα διατριβὴν ἐποιεῖτο, σκεπτόμενος τὸν Ἴστρον τε αὖθις διαβῆναι καὶ τῷ ῥηγὶ συμπλακήσεσθαι περὶ θατέρᾳ τοῦ Ἴστρου ὄχθην ἐνστρατοπεδευομένῳ καὶ αὐτῷ. Ὅπερ ἐκεῖνος μαθὼν, [P. 68] πρὸς τὴν ἀπὸ τῆς τύχης ἀποδειλιάσας ἔκβασιν, μὴ καὶ ἐν τούτῳ δυστυχήσαντος πανωλεθρίᾳ λοιπὸν τὸ Οὐννικὸν ἐκτριβῇ, ἐς βασιλέα πέμψας εἰρηναῖα διελέξατο, τοῦ λοιποῦ τε βασιλεὺς ἐς Βυζάντιον ἦλθεν ὑπὸ θριάμβῳ τε πομπεύσας λαμπρὰ Θεῷ τὰ χαριστήρια ἔθυσεν. Ὑπὸ τοῦτον τὸν χρόνον καὶ θυγάτριον αὐτῷ πρώτως ἄρτι ἐκ τῆς Αὐγούστης ἐτέχθη Εἰρήνης κάλλει διενεγκὸν Μαρία (51) τε ὠνομάσθη καὶ βασιλὶς ἀνεδείχθη.

ιβ'. Ῥωμαῖοι μὲν ἐν τούτοις ἦσαν. Ῥογερίου δὲ (52) τοῦ Σικελῶν τυράννου τὸ ζῆν καταστρέψαντος, Γιλίελμος ὁ ἐκείνου παῖς τὴν ἡγεμονίαν παραλαβὼν πολλά τε ξυνειδὼς ἐς τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν τῷ πατρὶ διημαρτημένα, δεῖν ἔγνω πρέσβεις ἐς βασιλέα πέμψαι οὕτω τε τὰ διάφορα λῦσαι. Ἦκον οὖν ἄνδρες ἐπίσκοπον ἔκαστος περικείμενος ἀρχήν. Ἦν δὲ ὁ τῆς πρεσβείας νοῦς τοιοῦτος· χρήματα μὲν καὶ σώματα ὁπόσα Ῥογέριος Εὐβοίας τε καὶ Θηβῶν τῶν ἐν Ἑλ-

qui adesse principem putaverant, rediitque in castra præda gravis. Rex autem ubi intellexit Borizem, non Romanorum imperatorem, hæc intulisse Hungariæ damna, totus prælium spirans a tergo insequitur. Sed enim non potuit assequi Borizem, qui sub noctem excesserat prælucentibus facibus, quas crebras princeps accensas submiserat e castris. Quo tempore etiam accidit ut in adversa ripa relicti adhuc duo e pedestribus numeris, cum virgulta istic subiissent, advenientes Hungaros latcrent. His feliciter gestis imperator, expugnatisque quantum licuit Transistrianis oppidis, ibi aliquandin moratus, Istrum superare rursum et cum rege qui in altera fluvii ripa castra habebat, prælium conserere statuit. Quod postquam ille advertit, veritus fortunæ exitum et si male res cederent, ne Hungari internecione delerentur, legatos ad petendam pacem ad imperatorem misit, qui tandem Byzantium redux, acto triumpho, præclaras Deo gratias retulit. Sub idem tempus prima illi ex Irene Augusta nascitur, insigni pulchritudine filia, et Mariæ nomen sortita imperatrix renuntiata est.

12. Hæc apud Romanos gesta. Mortuo autem Rogerio Siciliæ tyranno Gulielmus filius regnum excepit. Multa ille in imperium Romanum a **119** parente delicta esse conscius, necessum putavit ad dirimendas simultates legatos ad principem mittere. Venerunt ergo viri episcopali dignitate insignes, eratque ea fere legationis sententia: res omnes, captivos, quæque Rogerius ex Eubœa et Thebis Helladicis, urbeque Corintho, sicut ante narra-

Du Cangii notæ.

ob idque pro spurio habitus. Exstincto Stephano rege fratre, cum frustra paternum regnum repetiisset, Constantinopolim profectus, consanguineam Joannis imp. duxit in uxorem. Græcorum exinde et Polonorum fultus auxilio, et ab aliquot evocatus proceribus, Hungariam cum valido exercitu ingressus, a Bela Cæco rege, et Alberto Leopoldi marchionis Austriæ filio, Belæ sororio, fusus ac fugatus est, ut pluribus narrant Otho Frising. l. VII Chron., c. 21; Thwroczius et Bonfinius. Hac accepta clade Boritius rursum Græcos in sui auxilium, et Labeslai Bohemiæ ducis interventu, regem Fredericum induxit an. 1146; mox percepto Ludovici Franciæ regis per Hungariam transitu, in illius castra concessit, quorumdam Hungarorum consiliis accitus, qui facile fore ut multi in Hungaria non ignobiles a Geiza rege ad eum deficerent, polliciti fuerant. Quod cum ad Geizam perlatum fuisset, statim a Ludovico per legatos Boritium vinctum sibi tradi postulavit, [P. 450] cui responsum piissimo ac christianissimo principe dignum dedit Ludovicus: *Domum regis esse quasi ecclesiam, pedes ejus* * *— quasi altare, ideoque non posse se reddere vinctum eum, qui ad domum regalem, quasi ad ecclesiam, et ad pedes regis, quasi ad altare se prostravit.* Ita Thwroczius et Bonfinius, dec. 2, l. VI. Odo vero de Diogilo, l. II extremo, ait, re in consilium adducta: *Episcopos et optimates discussa ratione judicasse, ut rex regi pacem servaret, et viro nobili, licet capto, virgo servaret, quia scelus esset utrumque, et morti hominem reddere, et amici sine ratione fœdera rumpere.* Vox sane piissimo digna principe, qualis etiam illius fuit ad regem Angliæ, cui, quod S. Thomæ Cantuariensi archiepiscopo *in sui fidelis ignominiam et ruborem* præsidium præstaret, queritanti, respondit, *se hoc jus hæreditarium ab antecessoribus contraxisse, et semper fuisse consuetudinis regni* [*Francorum*], *ut omnes pro justitia exsulantes benigne recipiat, et eis debita humanitatis solatia impendat.* Tandem Boritius a Manuele cum validis copiis adversus Hungaros missus, deleto ab hostibus exercitu, ipse a quodam Cumano domestico sagitta transfixus occubuit C. an. 1156, ut habent Otho Frising. l. VII Chron. c. 34, l. I De Gest. Frider. c. 30, l. II, c. 31. Ex Boritio natus Catamanus Ciliciæ præfectus, de quo infra Cinnamus.

(51) *Μαρία.* Vide stemma Comnenicum.

(52) *Ῥογερίου δέ.* Moritur Rogerius Siciliæ rex an. 1152 indict. 1, ita Romualdus in Chron. et Otho Frising. l. II De gest. Frid. c. 11; at Robertus de Monte Rogerii montem in 29 April. an. 1153 rejicit; alii in an. 1154. Vide Familias nostras Normannicas.

* Leo et Anthem. Nov. de Mulier. quæ se servis proprils, etc. : *Julia quædam preces nostris fundit altaribus astruens*, etc. Adde l. VII C. Th. de locat. fundor.; l. VI C. Th. de relationib.; S. Thomæ Epist. et Acta Alexandri III pp. apud Baron. ann. 1168, 1169.

vimus, erepta navibus avexerat, redditurum, quæque vellet imperatori libentissime suppeditaturum se pollicebatur. At princeps, rejectis legatis, classe apparata idoneoque in eam immisso exercitu, Constantinum cognomento Angelum, avunculum suum, ducem ei præficit, datque in mandatis ut circa Laconicam appelleret ibique reliquam classem jamjam adventuram operiretur. Ille igitur Byzantio relicto, vento usus secundo, ad Laconicæ promontorium defertur, quod vulgo ob situm Monembasiam vocant. Ut vero accepit imperator Geizam Hungariæ regem præteritis irritatum calamitatibus Transistriana oppida ex improviso aggredi velle, prævertere hominis conatus occupat. Itaque ad Istri ripam quanta potuit celeritate reversus, Hungaricis copiis in altera fluvii ripa considentibus se objecit. Aliquandiu pars utraque a prælio cessavit, quod neutra vellet incipere : ac Romanorum præsertim, quorum naves nondum advenerant. Sed ubi aliquot post **120** diebus, confectas ex ea quæ occurrebat materia, naviculas complures deduxere in flumen, tum quæ gererentur edoctus Hungariæ rex, veritusque, ut dixi, ne rursum belli fortuna inclinante, principatum ipsum discrimini exponeret, iterum se ad pacis conditiones contulit. Missis igitur legatis petiit ut decem non amplius millibus Hungarorum multatis, reliquam captivorum multitudinem reciperet : his conditionibus amicum se quandiu viveret Romanorum et fœderatum semper fore pollicitus. His ergo conditionibus sancita pace, Romanæ copiæ redierunt.

13. Sic in continenti se res habuere : at maritimæ ducis improbitate non eumdem sortitæ sunt exitum. Quippe Angelus, ubi agnovit Gulielmi classem ex Ægypto et Nilo flumine prædis opibusque quales Ægyptus præbet onustam adnavigare, magnum facinus edere statim in animum inducit. Hinc non exspectata Byzantio altera classis parte, avidus pugnæ, vela in hostem quam celerrime contrahit, licet vetante id principe litterisque monente, ne cum tam exigua manu cum multo majoribus copiis congrederetur. Dictitabat enim nihil impedimento fore, quominus a barbaris caperetur Angelus, ac ne nuntius quidem, ut proverbio dicitur, inde reverteretur. At ille isthæc non curans, cum obvia Siculorum classe manus conserit. Siculi **121** primum inhibuere retro naves et ordinate cessere. Ubi vero ferri incomposite Romanos conspexerunt, tum demum quam exigua eorum esset classis apparuit. Itaque repente conversi eam invadunt, vento,

A λάδι πόλεώς τε Κορίνθου, καθάπερ μοι δεδιήγηται, ναυσὶ περιαρπασάμενος ἔτυχε, ταῦτα δὲ πάντα ἀποδοῦναι ἀπηγγέλλετο, βασιλεῖ δὲ πάντα ὅσα βουλομένῳ ἔσται ὑπηρετήσειν ἅσμενος ὡμολόγει. Ἀλλὰ βασιλεὺς τοὺς πρέσβεις μὲν ἀπεπέμψατο (53), στόλον δὲ νεῶν ἀγείρας (54) στρατόν τε ἐμβιβάσας αὐτῷ, στρατηγοῦντι Κωνσταντίνῳ ὃν Ἄγγελον ἐπεκάλουν θεῖον αὐτῷ γεγονότα, ἐκέλευε περί που τὴν Λακωνικὴν προσεσχηκότα ἐνταῦθα καὶ τὸ λοιπὸν τοῦ στόλου ὅσον οὐδέπω ἀφιξόμενον περιμεῖναι μέρος. Ὁ μὲν οὖν ἅρας ἐκ Βυζαντίου πνεύματός τε ἐπιφόρου τυχὼν ἀκριωτηρίῳ τῆς Λακωνικῆς προσέσχεν, ὃ Μονεμβασία ἐκ τῆς τοῦ τόπου θέσεως πρὸς τῶν πολλῶν ὀνομάζεται. Βασιλεὺς δὲ Ἰατζᾶν τῶν Παιόνων ῥᾳγα τοῖς φθάσασιν ὠδίνοντα ἐξαπιναίως ταῖς Παρι-

B στρίοις ἐπιτεθήσεσθαι πόλεσι διενοεῖσθαι μαθὼν, προφθάνειν ἠπείγετο τὴν ἐγχείρησιν. Καὶ δὴ πρὸς ταῖς τοῦ Ἴστρου καὶ πάλιν ὄχθαις ἤ τάχους εἶχε γενόμενος ἀντεκάθητο τῷ Οὐννικῷ ἐπὶ θάτερα ἐνεστρατοπεδευμένῳ καὶ αὐτῷ. Μέχρι μὲν οὖν τινος οὐδέτεροι χειρῶν ἄρχειν ἤθελον, ἄλλως τε καὶ νεῶν οὔπω Ῥωμαίοις ἐν τῷ τέως παρουσῶν. Ἐπεὶ δὲ ἡμέραις τισὶν ὕστερον Ῥωμαῖοι ἐκ τῶν παρόντων ναυπηγησάμενοι ἀκάτια ὅτι πλεῖστα καθεῖλκυσαν εἰς τὸν ποταμὸν, γνοὺς τὰ πρασσόμενα τῶν Παιόνων ὁ ῥὴξ δείσας τε, ὅπερ ἔφην, μὴ καὶ δεύτερον ἠτυχηκὼς περὶ αὐτοῦ κινδυνεύσῃ τῇ ἀρχῇ, ἐπὶ συμβάσεις καὶ πάλιν ἐχώρει. Πρέσβεις τε πέμψας ἠτεῖτο χιλιάσιν οὐ πλέον δέκα ζημιωθὲν τὸ Οὐννικὸν, τὴν ἄλλην τῶν αἰχμαλώτων πληθὺν ἀπολαμβάνειν αὖθις. Οὕτω γὰρ

C φίλα διὰ βίου Ῥωμαίοις φρονήσειν ἔλεγε καὶ ἐν ὑποσπόνδοις τετάξεσθαι αἰῶνα τὸν πάντα. Ἐπὶ τούτοις οὖν τῆς εἰρήνης τελεσθείσης ἐκεῖθεν ὁ Ῥωμαίων ἀνεζεύγνυ στρατός.

ιγ'. [P. 69] Ἐν τοιούτοις μὲν τὰ κατὰ τὴν ἤπειρον εἶχε. Τὰ δὲ κατὰ θάλασσαν κακότητι στρατηγοῦ εἰς τοὐναντίον ἐτελεύτα. Ὁ γὰρ Ἄγγελος ἐκ τῆς κατ' Αἴγυπτον γῆς καὶ ποταμοῦ Νείλου τὸν Γιλιέλμου στόλον ἀνάγεσθαι μαθὼν λαφύρου πλησάμενον ὄλβου τε τοῦ ἐνταῦθα, μέγα τι δράσαι ᾠήθη. Ὅθεν καὶ τὸν ἐκ Βυζαντίου λοιπὸν οὐκ ἀναμείνας στόλον ὡς εἶχε τάχους ἀνήγετο, ὑπαντιάσειν αὐτῷ προθυμούμενος, καίτοι πολλὰ πρὸς τοῦτο βασιλέως ἀπολέγοντος γράμμασί τε παρεγγυωμένου μὴ ἂν οὕτως ὀλιγανδρούσῃ δυνάμει πρὸς πολλῷ πλέονα διαγωνίσασθαι ἰσχύν. Κωλῦσαι γὰρ ἐμαρτύρετο οὐδὲν αὐτὸν πρὸς τῶν βαρβάρων ἀλῶναι τὸν Ἄγγελον καὶ οὐδὲ ἄγγελον γοῦν ἐκεῖθεν ἐπανήξειν, ὃ δὴ λέγεται. Ἀλλ' ἐκεῖνος περὶ

D ἐλάσσονος ταῦτα πεποιημένος τῷ Σικελικῷ ἤδη παραφανέντι ξυνέμιξε στόλῳ. Σικελοὶ τοίνυν τὸ μὲν πρῶτον πρύμναν ἐκρούσαντο παλίντροποί τε συντεταγμένως ἐχώρουν· ἐπεὶ δὲ Ῥωμαίους ἀταξίᾳ πολλῇ ἔχεσθαι ἔγνωσαν τό τε εὐαρίθμητον αὐτοῖς τῶν νεῶν

Du Cangii notæ.

(53) *Τοὺς πρέσβεις ἀπεπέμψατο.* Animos Manuelis mire auxerat novissime initum post Rogerii excessum cum Frederico adversus Willelmum Siculum fœdus, cujus meminit Otho Frising. l. II De gest. Frid., c. 11.

(54) *Στόλον δὲ νεῶν ἀγείρας.* Prælium istud navale, in quo captus Constantinus Angelus Byzantinæ classis dux attigit etiam Nicetas, l. II, n. 7. Siculæ præerat Maio Barensis, ut idem refert, qui in diplomate Willelmi regis apud Baronium, an. 1156, *magnus admiratus admiratorum* dicitur, vir cæteroquin humili sorte genitus, quem cæde crudelissima interiisse auctor est Hugo Falcandus, qui illius historiam fuse prosequitur.

ἤδη καταφανὲς ἦν, αἴφνης ἐπιστραφέντες ἐφέροντο κατ' αὐτοῦ, τοῦ κατὰ πρύμναν Ῥωμαίοις ἱσταμένου πνεύματος τύχῃ τινὶ ἐπὶ τὴν πρῴραν μεταθεμένου. Αἱ μὲν οὖν ἄλλαι Ῥωμαίων νῆες τοῦ Ἀγγέλου κατάρξαντος, ὃς τῷ πρωτοστρατήγῳ ἀδελφὸς ἦν (ὀλίγων δὲ νεῶν καὶ αὐτὸς ἦρχε), φυγῇ ἀκόσμῳ ἐχρῶντο. Κωνσταντῖνος δ' ἐν μέσοις τοῖς πολεμίοις ἀπολειφθεὶς ὑπὸ ταῖς αὐτῶν ἐγεγόνει χερσὶ, τοῦτο τῆς ἀβουλίας ὀνάμενος τῆς αὐτοῦ. Τοιαῦτα καινοτομῆσαν ἐξῆκεν ἤδη τὸ ἔτος ἐκεῖνο.

A quem primum a puppe habuerant Romani, nescio qua fortuna mutato et in proram spirante. Quare aliæ Romanorum naves, præeunte Angelo classis præfecti fratre, qui paucis navibus et ipse præerat, turpi fuga abscedunt. Constantinus in medio hostium relictus, in eorum venit potestatem, hocce temeritatis suæ relato præmio. Hæc eo anno gesta sunt.

ιδ'. Βασιλεὺς δὲ νεωτερίζειν καὶ πάλιν τὸν Παιονάρχην ἀκούσας (οὗ γὰρ ἠνείχετο τηλικαῦτα περιυβρισμένος), ἤδη τῆς ἐπὶ τὸν Ἴστρον καὶ πάλιν φερούσης ἤπτετο. Τοῦ δὲ πρὸς τὴν ἐπέλευσιν ἐκπλαγέντος περὶ εἰρήνης τε καὶ αὖθις διαπρεσβευσαμένου, τότε μὲν ἐλύετο σφίσιν ὁ πόλεμος καὶ τὰ τῆς εἰρήνης ἐγέλα καλὰ, ὀλίγῳ δ' ὕστερον Ἀνδρονίκου τοῦ βασιλέως ἐξαδέλφου τὰς αἰτίας ἐνδόντος κατὰ Ῥωμαίων καὶ αὖθις ἐπολεμώθη. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον. Τότε δὲ βασιλεὺς τοῦτον δὴ τὸν Ἀνδρόνικον ἐπὶ τὴν Κιλίκων καὶ Ἰσαύρων ἔπεμπε γῆν, στρατηγὸν αὐτοκράτορα τοῦ πολέμου τοῦδε καταστησάμενος. Τερόζης (55) γὰρ ἀνὴρ τύχης ἐπιφανοῦς Ἀρμένιος γένος πρὸς βασιλέως Ἰωάννου δορυάλωτος ἐκ μακροῦ γεγονὼς, ὁπότε πρὸς τοῖς Ἰσαύροις ἐκεῖνος ἐστράτευεν ὅροις, φυγὰς ἐκ Βυζαντίου ἐπὶ Κιλικίαν ἦλθε καὶ ἀποστασίαν ὠδινήσας τῆς Ῥωμαίων χειρὸς ἀφιστᾷν ἐπεχείρει πόλεις τὰς τῇδε. Ἀνδρόνικον μὲν δὴ τούτου ἕνεκα βασιλεὺς ἔπεμψε, Καίσαρα δὲ (56) ἐφ' ᾧ Κωνστάντζᾳ τῇ Ῥαϊμούνδου τοῦ πρίγκιπος ἐς γάμον συνελθεῖν γυναικὶ ἐξ ἀνθρώπων (57) ἤδη γεγενημένου τρόπῳ ὃν αὐτὸς ἄρτι δηλώσω. Φρούριόν (58) τι ἀγχοῦ Βερροιαίων ἱδρυμένον Ἀντιοχεῦσιν ἐς φόρου τυγχάνον [P. 70] ἀπαγωγὴν οἱ τῇδε περικαθίσαντες βάρβαροι, ἐπειδὴ τῶν ἀναγκαίων ὑποσπανίζειν αὐτὸ ἔγνωσαν, πολιορκίᾳ παρασήσασθαι ἐπεχείρουν. Ῥαϊμοῦνδος τοίνυν ἑτοιμότατος εἴπερ τις εἰς τὰ πολέμια γεγονὼς πράγματα τούτων ἀκούσας σπουδῇ πολλῇ σὺν τῷ ἅμφ' αὐτὸν στρατεύματι ἐπὶ τὸ φρούριον ἦλθεν, οὐχ ὑπομεινάντων τε τῶν πολεμίων τὰ ἐπιτήδεια τῷ φρουρίῳ ἐσκομίσας ἐκεῖθεν ἀνεζεύγνυ. Ἐπειδή τε ἀμφὶ δείλην ὀψίαν ἤδη ἦν, τῷ μὲν προσωτέρω ἔτι ἀπιέναι ἐδόκει, ἅτε χώρου τέως μηδαμῆ παρόντος, ἐφ' ᾧ καταλύειν αὐτοὺς ἀσφαλὲς ἦν. Τοῖς μέντοι περὶ αὐτὸν καμάτῳ τῷ ἐκ τῆς ὁδοιπορίας πεπονηκόσιν ἤδη αὐτοῦ που σκηνοῦν ἤρεσκεν, χῶρόν τέ οἱ ὑπεδείκνυσαν μέρει μὲν τῷ πλείστῳ τέλμασι περιειλημμένον, τῷ δ' ἄλλῳ βουνοῖς εἰργασμένῳ καὶ ἀκρολοφίαις αἳ τῇδε ἀνέῃχον. Ἀλλ' ὁ μὲν αὖθις ἰσχυρογνώμων ἦν καὶ δεδιέναι ἔλεγε μὴ ἐντεῦθεν, τὸν λόφον δεικνὺς, νύκτωρ τῶν πολεμίων ἐπιθεμένων ἀδιεξί-

14. Imperator autem ut accepit rursum novare Hungarorum regem, cum eam ferre injuriam nequaquam posset, iter denuo versus Istrum capessit. Sed ille audito principis adventu, de pace rursum per legatos agit: solutoque tandem bello pacis apparuit serenitas. Nec vero multo post, causam præbente Andronico principis patruele, bellum iterum adversus Romanos concitum est. Sed de eo postea. Tum vero eumdem Andronicum in Ciliciam Isauriamque misit imperator reique militari summo cum imperio præfecit. Torosus quippe vir felicitatis eximiæ, gente Armenius, a Joanne imperatore, cum bellum in Isauriæ finibus gereret, captus quondam, Byzantio relicto in Ciliciam venerat, et defectionem animo agitans istius provinciæ oppida a fide Romanorum avocare conabatur. Hac igitur de causa misit eo **122** Andronicum imperator: Cæsarem vero, ut sibi matrimonio adjungeret Constantiam, uxorem quondam Raimundi principis, qui eo quem referam modo vitam finierat. Haud procul Berrhœa adjacet castrum, quo ad convehenda tributa utebantur Antiocheni. Postquam qui istic circumhabitant barbari rerum illud necessariarum inopia laborare intellexerunt, obsidione cinxere. Quibus intellectis Raimundus, vir si quisquam alius in rebus militaribus impiger, summa celeritate cum iis, quæ tum aderant, copiis in castrum venit et recedentibus hostibus, convecto in arcem commeatu, inde digreditur. Cum vero jam advesperasceret, ulterius procedendum censebat, quod idoneus locus non adesset, in quo considere tuto posset. At itineris laboribus sui jam fatigati ponenda ibi castra contendebant, monstrabantque locum maxima ex parte paludibus obductum, cæteris in colles et tumulos, qui crebri istic eminent, assurgentibus. At ille rursum factus obstinatior: « Vereor, » inquit, collem ostendens, « ne inde invadentibus noctu hostibus exitus nobis intercludatur, atque instar ovium stabulo inclusarum peremus, nulla ad defensionem via. » At eorum quidam qui aderant acerbius virum allocutus, metus hæc esse ait, non prudentiæ. Ad quæ Raimundus:

Du Cangii notæ.

(55) *Τερόζης*. Toros seu Theodorus, Armeniæ princeps, qui Livoni fratri successerat. De hac Andronici expeditione quædam habet Nicetas, l. III, n. 1.

(56) *Καίσαρα δέ*. Vide stemma Comnenicum.

(57) *Ἐξ ἀνθρώπων*. De Raimundi Antiocheni principis nece consulendi Willelm. Tyrius, l. XVII, c. 9; Willelm. Neubrigensis, l. I, c. 21; Matth. Paris.; Robert. de Monte, an. 1146, et Nicol. Trivettus an. 1150. Vide stemma principum Antioch.

(58) *Φρούριον*. Nepa dicitur Tyrio.

« Novi, inquit, optime, si digrediamur inde, nunquam te id nobis objicere cessaturum. **123** Hic igitur, quandoquidem sic placet tibi, castra locabimus. Tu vero vide ne tum istius generositatis specimen factis ipsis edere non valeas, quam modo cum necessitas adest nulla tantopere ostentas, quando ab iis quos indicavi locis, hostium exercitus irrumpens nos graviter afficiet. » His dictis Raimundus locum subit, ubi perpetuo concludi eum fata decreverant. Persæ autem multa jam nocte, unde dictum est ipsos aggressi, equos hominesque cecidere, cum neque tueri se neque alio quovis modo evadere possent. Joannes autem Cæsar eum in finem, quemadmodum retuli, Antiochiam profectus, cum jam ætate proveetior Constantiæ haud placuisset, rebus quarum causa venerat infectis, Byzantium rediit; ægraque usus valetudine, tonsa post morbum, coma, monachicum habitum induit.

15. Cum in Ciliciam pervenisset Andronicus, Toroso Mopsuestiæ agente, totis viribus urbem oppugnare aggreditur. Et forte egisset aliquid viro dignum defectoremque cepisset nullo negotio, nisi inertiæ se et ludicris scenicis totum dedisset, atque inde res Romanas labefactasset. Torosus enim, ubi Andronici agnovit mollitiem, eumque luxui, cum minime oporteret, indulgere advertit, noctem observans illunem, qua immensa vis imbrium decidebat, compluribus Mopsuestiæ aditibus reseratis, atque omni **124** secum educta multitudine, Romanos inopinatos adoritur, fundit fugatque. Hæc postquam serius Andronico comperta sunt (quippe, ut diximus, luxui et ignaviæ tum operam dabat), insilit in equum, arreptaque hasta in ordines invectus admiranda manu facinora edidit. Ut enim non semel innuimus, animi generositate nemini inferior fuit. At cum exsequi nihil posset, vix evitato discrimine Antiochiam venit. Eo in prælio et Theodorus Contostephanus, qui ad sebastorum dignitatem provectus fuerat, equo sagitta transfixo, ab aliquo eorum qui stipendia Romanis merebant, et quocum simultas ei intercedebat, capite truncatur. Fertur enim diu ante Theodorus miserum illum ex palatio ejecisse, quod in ipsius perniciem postmodum cessit.

16. Quæ in Cilicia gesta sunt, ejusmodi finem habuere. Andronicus Byzantium Antiochia reversus, nihilo minore loco et honore habitus, pristinæ præter opinionem consuetudinis libertate potitus est. Sed imperatorem aiunt clam assumptum acerbissime perstrinxisse, negligentiam in rebus bellicis et intempestivas objecisse illi relaxationes. Propalam

τητα ἡμῖν ἔσται, καὶ τὸ λοιπὸν ἄτε ἄρνες ἔνδον ἐνσηκασθέντες; θνήσκοιμεν οὐδὲν ἀμύνεσθαι ἱκανοί. Ἀλλὰ τῶν σὺν αὐτῷ τις ἰταμοὺς ἐς τὸν ἄνδρα ἀπέρριπτει λόγους καὶ δειλίας ταῦτα, οὐμενοῦν προμηθείας ἔλεγεν εἶναι. Πρὸς ταῦτα θυμῷ Ῥαϊμοῦνδος ὑποβληθεὶς « Οἶδα, εἶπεν, ὦ βέλτιστε, ὡς εἴ γε ἐντεῦθεν παρέλθοιμεν, οὐ μήποτε ταῦτα ἐπεγκαλῶν ἡμῖν παύσαιτο· ταύτῃ καὶ ἡμεῖς μὲν, ἐπεί σοι δοκεῖ, ἐνταῦθα σκηνώσομεν, σὺ δὲ ὅρα μὴ οὐκ ἐπὶ τῶν ἔργων δεικνύναι ἦν ἄρτι οὐδὲν δέον ἐπηγγείλω γενναιότητα ἱκανὸς ἡμῖν ἔσῃ, πηνίκα πολεμίων στρατὸς ὅθεν αὐτὸς ἔφην ἡμῖν εἰσπεσὼν δεινὰ ἐργάζεται. » Ῥαϊμοῦνδος μὲν τοσαῦτα εἰπὼν εἴσω τοῦ χώρου ἐγένετο, ἔνθα καθείρξεσθαι διηνεκὲς αὐτῷ ἔκειτο· Πέρσαι δὲ ἐπειδὴ πόρρω τῶν νυκτῶν ἦν ἤδη, ὅθεν εἴρηται αὐτοῖς ἐπιθέμενοι ἵππους τε καὶ αὐτοὺς ἔκτειναν, οὐδὲν οὔτε ἀμύνεσθαι οὔτε ἄλλως σώζεσθαι δεδυνημένους. Ἀλλ' ὅπερ ἐλέγομεν, Ἰωάννης μὲν Καῖσαρ ἐπὶ τοιούτοις εἰς Ἀντιόχειαν ᾔει. οὐ σὺν ἡδονῇ Κωνστάντζα εἶδεν) ἐπὶ Βυζάντιον

ὧν δὲ ἕνεκα ἦλθε δράσας οὐδὲν (ἄτε γὰρ ἔξωρον ὄντα ἀνεχώρει, νόσου τε ἐνσκηψάσης αὐτῷ, ἐκείρατό τε τὴν κόμην καὶ μέλαιναν ἠμφίεστο.

ιε'. Ἀνδρόνικος δὲ ἐπειδὴ τῆς Κιλίκων εἴσω ἐγένετο γῆς, Τερόζου ἐπὶ Μοψουεστίας διατρίβην ποιουμένου, πανστρατεὶ εἰς πολιορκίαν καθίστατο. Καὶ τάχα ἂν ἐξέδρασέ τι καὶ γενναῖον καὶ τὸν ἀποστάτην ἐν χερσὶ κατὰ πολλὴν ἐποιήσατο τὴν εὐπέτειαν, εἰ μὴ ῥᾳστώναις καὶ παιδιαῖς ἑαυτὸν ταῖς ἐπὶ σκηνῆς ἐδεδώκει οὕτω τε τὰ Ῥωμαίων ἔσφηλε πράγματα. Τερόζης γὰρ ἐπειδὴ τὴν Ἀνδρονίκου ἔγνω μαλακίαν καὶ τῆς οὐδὲν δέον ἐπικαθιζούσης αὐτῷ ξυνῆκεν ἀσελγείας, νύκτα τηρήσας ἀσέληνον, καθ' ἣν ὑετίζειν ἔτυχεν [P. 71] ἄσχετα, πολλὰ τοῦ Μοψουεστίας τείχους διαλύσας μέρη ἀθρόον τε τὸ σὺν αὐτῷ ἅπαν ἐξαγαγὼν πλῆθος, προσέβαλέ τε Ῥωμαίοις μηδὲν προειδόσι καὶ κατὰ κράτος ἐτρέψατο. Ἀνδρόνικος δὲ ὀψὲ τοῦ καιροῦ συναισθόμενος (ἐτύγχανε γὰρ, καθάπερ ἔφην, ὀλιγωρίᾳ πολλῇ τινι κεχρημένος) ἵππον τε ἀνέβη καὶ σὺν τῷ δόρατι ἀπελαύνων ἔργα μὲν χειρὸς ἐπεδείξατο θαυμαστὰ (ὡς γὰρ πολλάκις ἔφην, τῶν τῆς γενναιότητος λόγων οὐδενὶ τῶν μεγάλων ὑπεχώρει), ὅρᾶσαι ὅμως δεδυνημένος οὐδὲν μόγις διαφυγὼν εἰς Ἀντιόχειαν ἦλθεν (59). Ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ καὶ Θεόδωρος ὁ Κοντοστέφανος ἐς τὸ τῶν σεβαστῶν ἀξίωμα ἦκων τὸν ἵππον τοξεύματι ἀποβαλὼν ὑπό του τῶν Ῥωμαίοις μισθαρνούντων τὴν κεφαλὴν ἀπηράχθη κατὰ ἔχθος τὸ πρὸς αὐτόν. Λέγεται γὰρ ὡς ἐτύγχανε πολλῷ πρότερον ὁ Θεόδωρος τὸν κακοδαίμονα τοῦτον τῆς βασιλείου ἐπὶ κακῷ τῷ αὐτοῦ διωσάμενος αὐλῆς.

ις'. Ἃ μὲν ἐπὶ Κιλικίᾳ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐγένετο, τοιάδε τινὰ ἦσαν. Ἀνδρόνικος δὲ ἐξ Ἀντιόχου πόλεως ἐπὶ Βυζάντιον ἰὼν ἐν βασιλείοις καὶ πάλιν οὐδὲν ἧττον ἀπόβλεπτος ἦν παῤῥησίας τε παρὰ δόξαν ἀπέλαυε τῆς προτέρας. Ἐλέγετο δὲ ὅτι λάθρα τοῦτον παραλαβὼν βασιλεὺς πικρότατα ἐλοιδορήσατο, ὀλιγωρίαν τε περὶ τὰ στρατιωτικὰ τῷ ἀν-

Du Cangii notæ.

(59) *Εἰς Ἀντιόχειαν ἦλθεν*. Vide Willelmum Tyr. l. xx, c. 2.

θρώπῳ ἐπικαλῶν καὶ τὰς παραχαιρίους αὐτῷ προσονειδίζων ἀνέσεις· ἔν γε μὴν τῷ ἐμφανεῖ λαμπρῶς αὐτὸν ἐδωρεῖτο καὶ ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἐτίμα. Ἀμέλει καὶ τότε Νάϊσσῦ τε καὶ Βρανιτζόβης (60) προκεχείριστο δοῦκα, προσέτι καὶ Καστορίαν αὐτῷ ἔδωκεν. Ἀλλ' ἐκεῖνος εἰ μὲν καὶ ἄρχῆθεν ἀποστασίαν ὦδινε καὶ ταύτην παρ' ἑαυτῷ τὴν ἐπιθυμίαν εἶχεν, οὐκ ἔχω ἰσχυρίσασθαι· ἐξ ἔνου γε μὴν τὸ δυσμενὲς αὐτῷ κατεφάνη, ἐντεῦθεν ἐκὼν διηγήσομαι. Βασιλεῖ Μανουὴλ ἄρτι τὴν βασιλείαν παραλαβόντι ἐπιμελὲς ἐγένετο μάλιστα ὅπως ἂν Ῥωμαῖοι ἐπὶ τὸ βέλτιον τοῦ λοιποῦ τὴν ὅπλισιν μεταβάλοιεν. Ὅθεν καὶ ἀσπίσι κυκλοτερέσι φράγνυσθαι εἰθισμένον αὐτοῖς πρότερον φαρετροφορεῖν τε τὰ πλεῖστα καὶ τόξοις τὰς μάχας διαφέρειν, ὁ δὲ ταύτας μὲν ποδήρεις προβάλλεσθαι αὐτοὺς ἐδίδαξατο, δόρατα δὲ κραδαίνειν μακρὰ καὶ ἱπποσύνῃ δεξιώτατα χρῆσθαι ἠσκήσατο. Τὰς γὰρ ἐκ τῶν πολέμων ἀνέσεις πολέμων αὐτὸς παιζόμενος θελων παρασκευὰς, ἱππεύεσθαι εἰώθει τὰ πολλὰ σχήματά τε πολέμου (61) πεποιημένος παρατάξεις τινὰς ἀντιμετώπους ἀλλήλαις ἵστα. Οὕτω τε δόρασιν ἐπελαύνοντες αὐτοξύλοις κίνησιν ἐγυμνάζοντο τὴν ἐν τοῖς ὅπλοις. Τοίνυν καὶ ἐν βραχεῖ Ῥωμαῖος ἀνὴρ τὴν Γερμανῶν καὶ Ἰταλῶν ὑπερῆρεν αἰχμήν. Οὐ μὴν οὐδὲ αὐτὸς βασιλεὺς τῶν ἀγώνων τούτων ἀπῆν, ἀλλ' ἐν τοῖς πρώτοις ἑστήκει τὸ δόρυ κραδαίνων μήκει καὶ μεγέθει οὐδενὶ ξυμβλητόν. [P. 72] Πρὸς γὰρ τοῖς εἰρημένοις καὶ ὑπερφυές τι χρῆμα ἐξῆπτο σημαίας, ἣν ἅτε μέρεσι διῃρημένην ὀκτὼ ὀκτώποδα καλεῖν ἔθος ἐστίν. Ὃ δὴ (62) καὶ Ῥαϊμοῦνδόν φασιν ἐκεῖνον θαυμάσαντα ἄνδρα κατὰ τοὺς θρυλλουμένους Ἡρακλεῖς (63), ὀπηνίκα ἐς Βυζάντιον ἦλθε, τέχνην τέ τινα τὸ πρᾶγμα εἶναι νομίσαι καὶ προσιόντα βασιλεῖ αὐτό τε δόρυ καὶ τὴν ἀσπίδα αἰτῆσαι, λαβόντα τε ἐπειδὴ τάληθὲς ἔγνω, σὺν ἐκπλήξει τὸν σκοπὸν ἀνειπεῖν.

ιζ'. Τοῦτον δὴ τὸν ἀγῶνα πρὸς Ἡρακλείᾳ ποτὲ τῇ Μυσῶν γυμναζομένου βασιλέως, τετύχηκε τὸν Ἀνδρονίκου τοῦ σεβαστοκράτορος παῖδα Ἰωάννην, περικαλλῆ τινα νεανίαν καὶ ἀγαλματίαν, ἀντιχρὺς Ἰταλικοῦ τινος δόρατος προσβολῇ θάτερον πηρωθῆναι τοῖν ὀφθαλμοῖν. Ὅθεν καὶ παραμυθεῖσθαι αὐτῷ τὸ δυστύχημα θέλων πρωτοβεστιάριόν τε προὐβέβλητο καὶ ἐς τὸ τῶν πρωτοσεβάστων ἀνεβίβασεν ἀξίωμα. Τοῦτο, φασὶ, μεγάλα τῆς Ἀνδρονίκου καθίκετο ψυχῆς. Ὧδίνων τοίνυν ἐξ ἐκείνου καὶ δολώσεις ἀεὶ ἐπινοῶν (64), ὁπότε μὲν προσεχῶς ἐπὶ τῆς Κιλι-

A autem cum splendidis donabat muneribus ac præ cæteris honorabat. Denique et Naisi et Branizobæ ducem constituit, ac Castoriam insuper concessit. Sed an primitus ille defectionem mente conceperit continueritque intra se ejusmodi consilium, **125** non ausim plane affirmare. Ex quo autem prava illius apparuerit voluntas, facto inde initio expediam. Manueli statim atque imperium accepit, curæ cum maxime fuit, ut quam optime ornateque deinceps Romani armarentur. Atque cum insuevissent primum clypeis muniri rotundis, pharetras ut plurimum deferre, sagittisque prælia conficere : ille scuta oblonga protendere eos docuit et longas vibrare hastas : præsertim vero in equitandi dexteritate arteque eos exercuit. Quippe cum cessationes a bellis bellorum fieri vellet præludia, in equo B sedere sæpius solebat, inque belli aut prælii speciem acies quasdam sibi invicem obversas locabat. Ita dum hastis instructi ligneis equitabant, assuescebant moveri in armis. Sic brevi spatio Germanorum Italorumque aciem longe superavit miles Romanus. Neque ipse ab ejusmodi certaminibus abstinebat imperator, sed aderat inter primos, hastam vibrans longitudine ac magnitudine nulli comparandum. Ad hæc appendebatur vexillum, res prorsus admiratione digna, quod quia in octo distinctum erat partes, octopes solet appellari. Id ipsum aiunt Raimundum, virum Herculi comparandum, cum Byzantium venisset, magnopere admiratum esse, cumque rem non sine fuco aliquo in C vulgus spargi persuasum haberet, accessisse ad imperatorem hastamque poposcisse et clypeum : iis vero acceptis agnitoque eo quod revera erat, tum demum causam, quæ ad id expetendum impulisset cum stupore esse confessum.

126 17. Id itaque certaminis ad Heracleam Mysorum edente principe, forte accidit, ut Joannes Andronici sebastocratoris filius, elegans admodum et formosus adolescens, ictu adverso hastæ cujusdam Italicæ alterum oculum amiserit. Quem casum ut solatio levaret imperator, ad protovestiarii primum, mox ad protosebasti dignitatem illum evexit. Eam rem ferunt graviter affecisse Andronicum. Ex D eo igitur tempore pescio quid clam fovens animo dolosque semper agitans, cum in Cilicia bellum proxime gereret, Palæstinæ regem et Persarum

Du Cangii notæ.

(60) *Βρανιτζόβης*. Ducem Branizobæ dictum a Manuele Andronicum testatur etiam Nicetas, l. III, n. 1.

(61) *Σχήματά τε πολέμου*. *Torneamentorum* seu decursionum equestrium usum primum in Græciam invectum sub Manuele hinc patet, quem Nicephorus Gregoras, l. x, a Latinis seu Francis ad Græcos transisse refert. Vide Nicetam, l. III, n. 3, et dissertationem nostram 6 ad Joinvillam.

(62) *Ὃ δέ*. Videtur legendum ὃ δὴ, *quod quidem*; ita ut Cinnamus dicat id in Manuele miratum fuisse Raimundum illum, quem Herculi parem facit.

(63) *Ἡρακλεῖς*. Idem elogium Raimundo tribuit infra p. 216, cujus virtutes [P. 451] et dotes præcipuamque in re militari peritiam et animi fortitudinem mire prædicat præter Tyrium l. XIV, c. 21, Willelmus Neubrig. l. I, c. 21 : *Quippe*, inquit, *hic fuerat Christiani nominis in Oriente fortissimus propugnator, atque insignium gestorum titulis veteris in se Machabæi transferebat gloriam*, etc.

(64) *Δολώσεις ἀεὶ ἐπινοῶν*. Andronici non in dolem modo et fallacem illius animum graphice expressit Leo imper. in oraculo 1, sed et nequiter ab eo gesta totamque Comnenianam familiam

sultanum in suas traxit partes : ducatumque adeptus Naisi et Branizobæ, ut modo dictum est, per litteras Hungarorum regi pollicitus est, si ad invadendam tyrannidem sibi adesse vellet, simul atque imperium esset adeptus, Branizobam et Naisum continuo se ei cessurum. Sed veritus ne, si hæc vulgarentur, rerum se proderet, alio deflexit. Igitur significavit principi jam sibi quosdam e magnatibus Hungaricis conciliassé, istiusmodi circumventos dolo, in sua potestate haud difficulter sese habiturum. Sed enim jam antea fraudem perceperat imperator ex litteris ad se delatis Andronici, quibus supra dicta cum rege Hungarico depactus fuerat. Cum autem convincere eum vellet manifestius, ut ea quæ cœperat conficeret, illius prorsus permisit arbitrio. Ille itaque omnem suspicionis occasionem **127** sublatam ratus, confidenter ad Hungaros et ad Alemannorum regem missa legatione, ut auxilium in tempore ferrent, sollicitavit. His perfide et nequiter actis, Byzantium venit Andronicus, fœdere uti apparebat Romanos inter et Hungaros jam sancito. Imperator verò, nescio an ex quadam in eum propensione, cum mirum in modum hominem diligeret, utpote æqualem secumque a puero enutritum ac institutum, inque cursu et luctationibus et reliquo certaminum genere socium, an quidpiam cogitaret aliud, etiam tunc facinorosum toleravit. Cum aliquando Heracleæ in Mysia versaretur, quam nescio quo idiomate Pelagoniam nunc Romani vocant, noctu imperator venatum exiit, hanc, uti solebat plerumque, ibi traducturus. Ea quippe erat corporis præstantia et animi indole, ut et ursos insectaretur invehereturque in apros et pedibus ut

A κων ἐστράτευε γῆς, ῥῆγά τε τὸν Παλαιστίνης καὶ τῶν Περσῶν ὑπεποιεῖτο σουλτάν· τὴν Ναΐσου δὲ καὶ Βρανιτζόβης, ὥσπερ εἴρηται, ἀρχὴν πιστευθεὶς, γράμμασι τῷ Παιόνων ὑπισχνεῖτο ῥηγὶ, εἴ γε βουλομένῳ ἐπιθέσθαι τυραννίδι συλλήψοιτο τῆς ἐγχειρήσεως αὐτῷ, ἐπειδὰν δὲ τοῦ ἐφετοῦ τύχῃ Βρανιτζόβης τε αὐτῷ καὶ Ναΐσου ὑπεκστήσεσθαι πόλεως. Ὅπως μέντοι μὴ ἔκπυστα ταῦτα γεγονότα ὑπαίτιον αὐτὸν τοῦ λοιποῦ καταστήσωνται, ἔγνω ἑτέραν τραπέσθαι. Ἐδήλου τοίνυν βασιλεῖ βούλεσθαι τῶν κατὰ Παιονίαν τινὰς δυναστῶν φιλίως αὐτῷ προσφέρεσθαι ἀρξαμένους δόλῳ ὑπελθὼν ὑπὸ τὴν ἑαυτοῦ ῥᾳδίως θεῖναι παλάμην. Βασιλεὺς δὲ ξυνίει μὲν τοῦ δόλου· ἔφθη γὰρ ἤδη καὶ εἰς χεῖρας αὐτῷ τὰ γράμματα ἐλθεῖν· δι' ὧν Ἀνδρόνικος τῷ Παιονάρχῃ τὰ προειρημένα ἐτύγχανε διωμολογηκώς. Ἐξελέγχειν δὲ θέλων αὐτὸν ἐφίησι ποιεῖν κατὰ ταῦτα μηδὲν ὑποστελλομένῳ. Ὁ δὲ πάντα αὐτῷ τοῦ λοιποῦ περιῃρῆσθαι τρόπον ὑποψίας οἰηθεὶς ἀδεῶς ἐς τε Οὔννους καὶ τὸν Ἀλαμανῶν διεπρεσβεύετο ῥῆγα, πρὸς ἐπικουρίαν ἐν καιρῷ καὶ αὐτὸν ἐπισπώμενος. Ταῦτα Ἀνδρόνικος ἐσκευωρηκὼς ἐπὶ Βυζάντιον ἦλθε, τὰς μεταξὺ Ῥωμαίων καὶ Οὔννων σπονδὰς ἤδη τῷ φαινομένῳ τετελεκώς. Βασιλεὺς δὲ οὐκ οἶδα εἴτε κηδόμενος τοῦ ἀνθρώπου (ὑπερφυῶς γὰρ ἐφίλει τοῦτον ἅτε καὶ ἡλικιώτην αὐτῷ γεγονότα τροφῆς τε αὐτῷ μεταλαχόντα καὶ παιδείας τῆς αὐτῆς, ἀμέλει καὶ δρόμοις τε αὐτῷ καὶ πάλαις καὶ ἀγῶσιν ἄλλοις συγγυμνασάμενον πολλοῖς), εἴτε καὶ ἄλλο τι ἐννοούμενος, [P. 75] τότε μὲν καὶ ἔτι ἠνείχετο κακουργοῦντος. Ἐπεὶ δέ ποτε καὶ ἐν Ἡρακλείᾳ ἐγένετο τῇ Μυσῶν, ἣν Πελαγονίαν τινὶ γλώττῃ κατακολουθοῦντες Ῥωμαῖοι νῦν ὀνομάζουσιν, ἐξῆλθε μὲν πρὸς θή-

B

C

Du Cangii notæ.

nefando ausu absumptam demumque perditi viri exitum præclare omnino prævidit, adeo ut in nullum alium ex Constantinopolitanis Augustis cadere possit illud oraculum, quod hisce versibus concipitur :

Αἷμα.

Τὴν ἐχθροποιὸν ἔνδοθεν κρύπτει πλάνην,
Ὦ; εὐμενὴ; δὲ κύνας ἐκτρέφει νέους,
Ἣν γλυκὺς κλύδωνο; ἐκχεῖ εἰς μέσον.
Ἀλλ' ἀπελέγξει τὸν λογισμὸν ὁ χρόνος.
Ὅφις δὲ πάντας καταναλώσει τάχος.
Σὺ μεγαλαυχεῖς καὶ γέγηθας, ἄθλιε,
Καὶ χεῖρας ἁπλοῖς καὶ πόδας διαστρέφεις,
Ὡ; πραγμάτων ἔξωθεν αὐτὸν ἐξάγων.
Ἀλλ' ὁ Κύριος τὴν ὑπόκρισιν φανεῖ.
Τί γὰρ κλὸν δράσειας, ὦ σὺ κυνόπα ;
Ὁ τῷ ξένῳ δείγματι συγκεκραμένος
Πῶς σὺ κομίσεις ἀγαθόν τι τῷ βίῳ ;
Ὡ; τὸ στόμα κέχηνα; εἰς ὑκοπτέρους
Πῶς ἀπερεύξει; ῥῆμα χρηστὸν τῇ πόλει ;

Constat ex Niceta in Manuele, l. v, n. 8 vocis αἷμα characteres, primos imperatorum ex Comneniana familia apices designare, Alexii nempe, Joannis, Manuelis et Alexii Manuelis filii, quem Andronicus, ut et reliquos fere Comnenos, per sceles assumpsit, adeo ut in eum, a quo incepit, desierit, alpha nempe, quod in altero proxime sequenti oraculo innuitur :

Ἀρχὴν ἔχων τε τὴν μονάδα καὶ τέλος.

Andronicus igitur *delos nectens et recondens animo, velut benevolus parens*, Manuelis liberos, tanquam *novellos catellos educat, quibus mox parat et struit insidias, sed quod mente occultat, tempus prodet : statim enim velut serpens illos absumet. Dissultat in sinu lætaturque infelix Andronicus securus et ab omni curæ liber. Manus interim explicat pedesque distorquet, tanquam rei gestæ seu Alexii necis innocuus. Sed hypocrisim et dolos prodet tandem Deus. Quid enim viro dignum faceret vilis canis? ille qui fœdera extraneæ*, hoc est, Agneti Francorum regis filiæ, quam junior duxerat Alexius, per nefastum connubium *se commiscuerat. Qui fieri potest, ut is vivat prospere, qui os aperuit in pullos, qui adhuc sub alis parentum excubabant? Non est igitur cur Constantinopolitanum imperium a tam scelesto imperatore quidquam boni exspectet.* Hæc est genuina, ni fallor, oraculi istius παράφρασις, quam interpres Rutgersius haud minus recte reddidit, præsertim eo versu, ὁ τῷ ξένῳ δείγματι συγκεκραμένος. Huic enim imposuit perperam exscripta vox δήγματι pro δείγματι : est quippe δεῖγμα insigne armorum, quod in clypeo effingitur, ut auctor est Vegetius, l. II, c. 18, unde pro familia et gente hic sumitur, uti vox *clypeus*, non semel apud scriptores Latinos sequioris ætatis. Matthæus Westmonaster. an. 1245 de Pembruchiensi familia Anglica exstincta : *Sic nobilis clypeus ille marescallorum toi et tantis hostibus* [P. 452] *Angliæ formidabilis evanuit.* Et Matthæus Paris. eod. an. *Clypei in Anglia jam, heu, prostrati*, etc. V. Specul. Saxon. l. III, art. 72.

D

ραν ὁ βασιλεὺς ἔννυχος, ὥσπερ εἰώθει τὰ πολλὰ, κοιτασάμενος. Ἡ γὰρ τοῦ σώματος αὐτῷ γενναιότης καὶ πρὸς ἄρκτους ἐξῆγε καὶ πρὸς τοὺς ἀγρίους ἀνθώπλιζε τῶν συῶν πεζῇ τὰ πλεῖστα σὺν ἀκοντίῳ ξυμπλεκόμενον. Ἐλέγετο δὲ ὡς καὶ τεθωράκιστο τὰ πρῶτα καὶ σχεδόν τι ἑκάστοτε πρὸς τοῖς ὅπλοις ἦν, τὰς, ὡς ἐφέρετο, τοῦ σεβαστοκράτορος Ἰσαακίου καὶ τοῦ μεγάλου στρατάρχου φυλαττόμενος ἐπιβουλὰς, κἂν οὗτος οὐδὲν ἄλλο αὐτὸν μέχρι τέλους ἔδρασεν ἄχαρι ὅτι μὴ τὰς βασιλείους ἀφείλετο σφραγῖδας, δι' ὧν ὑποσημαίνεσθαι τὰς δωρεὰς βασιλεὺς εἴωθεν. Οὐ μὴν ἀπροφασίστως καὶ ταύτας, ἀλλ' ἀπ' αἰτίας ἧς αὐτὸς ἐρῶν ἔρχομαι. Διατρίβοντι ἐν Μελαγγείοις τῷ βασιλεῖ περί τινα χῶρον ᾧ Μεταβολὴ ὄνομα, λόγοι προὐφέροντο ἐπὶ ἀρίστου. Ἔνθα τῶν ἄλλων καθάπαξ ἁπάντων τὰ βασιλέως ἐξαιρόντων ἔργα, ὁ Ἰωάννης· τὰ τοῦ πατρὸς μᾶλλον ὑπερῆρε καὶ ὑπερετίθει πολλῷ. Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς ἔστεργε τοῖς λεγομένοις καὶ ἠγάπα τοῦ πατρὸς ἐλασσούμενος. Ὡς δ' ἐπαχθὴς τοῖς ἄλλοις Ἰωάννης εἶναι ἐδόκει, ὁ δὲ οὐ μέχρι τούτου τὸν λόγον ἵστησιν. Ἔδοξε γὰρ ἂν ἐπιδεῖξει πίστεως τῆς πρὸς τὸν οἰχόμενον αὐτοκράτορα ταῦτα προφέρειν, ὅπερ, οἶμαι, πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ποιεῖν ἴσασιν· αἱ γὰρ πρὸς τοὺς μηκέτι ὄντας εὔνοαι ἐχέγγυοι τοῖς περιοῦσιν εὐγνωμοσύνης τῆς εἰς αὐτοὺς γίνονται. Ὁ μὲν οὖν πρὸς τούτοις καὶ δριμύτερον ἥπτετο καὶ ἠγνωμόνει τῷ υἱῷ. Ὅτε δὴ στάσεως ἀναφθείσης Ἀνδρόνικος μὲν οὗτος θυμοδακῆ τινα ἐς τὸν σεβαστοκράτορα ἐπιῤῥίψας παρ' ὀλίγον ἦλθε τοῦ ξίφει πρὸς αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν ἀφῃρῆσθαι, εἰ μὴ βασιλεύς τε αὐτοῦ τὴν χεῖρα ὑπερέσχε καὶ Ἰωάννης ὁ Δούκας, ὃς καὶ αὐτὸς ἐξάδελφος τῷ βασιλεῖ ἦν, τὴν μάστιγα ᾗ τοὺς ἵππους ἐπείγειν εἴθισται τῷ ξίφει καταφερομένῳ ὑποθεὶς ἀμβλεῖαν ἐπὶ τὴν Ἀνδρονίκου γνάθον ἐνεχθῆναι ἐποίησε τὴν φοράν. Ὁ μὲν οὖν τοῦτον ἐῤῥύσθη τὸν τρόπον· βασιλεὺς δὲ τὴν χεῖρα, καθάπερ ἔφην, τοῦ Ἀνδρονίκου ὑπερσχὼν ἐπλήγη, οὐ μέντοι καιρίαν ἀλλ' ὅσον ὀλίγον τὴν σάρκα διαστῆναι, ἧς τὴν οὐλὴν διὰ βίου ἐπὶ καρποῦ ἔφερεν. Ἡ μὲν οὖν τούτου φιλονεικία ἐπὶ τοσοῦτον προελθοῦσα κατεσιγάσθη. Βασιλεὺς δὲ Ἰσαάκιον μὲν ἀφ' ἑαυτοῦ ἐποιήσατο ἡμερῶν τινων ἄχρι, Ἰωάννην δὲ κρίσει παραδοὺς δίκην αὐτῷ τὴν εἰρημένην ἐπετίθει πολλῷ τῆς ἐκ τῶν νόμων ἐλάσσω. Ἀλλ' ἐπανακτέον τὸν λόγον ἐπὶ τὰ πρότερα.

ιη'. Ἐπειδήπερ ὁ Ἀνδρόνικος νυκτέρῳ κυνηγεσίῳ βασιλέα [p. 74] διατρίβοντα ἔγνω, ἱκανοὺς Ἰσαύρων τῶν περὶ αὐτὸν ὁπλισάμενος, οἵπερ ὡς κατὰ παντὸς αὐτῷ ξυνασπίσωσι πίστεις ἔδοσαν φθάσαντες, ἵππον τε αὐτοῦ τὸν δρομικώτατον ἐπαγόμενος σὺν αὐτοῖς ἐπὶ τὸν τόπον ἦλθεν. Ἀλλ' αὐτοὺς μὲν ἀποτέρω ἐπὶ λόχμης τὸν ἵππον καθέξοντας ἔστησεν, ὁ δὲ ξὺν ἡμιόνῳ ἐγγὺς τῆς βασιλέως ἦλθε σκηνῆς, ἀποβάς τε ἡσυχῇ ἐπορεύετο βάδην ἐγχειρίδιον ἐπισείων τῇ δεξιᾷ. Ὅπως γε μὴν μηδενὶ φωραθείη, Ἰταλὴν ἀντὶ τῆς ἐξ ἔθους ὑπέδυ στολήν (65). Ὡς δὲ ἔγνω καταφανὴς γεγονὼς (ἤδη γὰρ καὶ ξίφη παρεγύμνουν οἱ τὸν βασιλέα ὑπνοῦντα

A plurimum cum iisdem jaculo concurreret. Induisse autem loricam tum primum aiunt ac fere semper in armis fuisse, quo Isaacii sebastocratoris et summi exercituum ducis vitaret insidias: etsi nihil ad extremum in eum quidquam aliud statuerit gravius, quam quod sigilla, quibus largitiones obsignare imperatores solent, abstulerit. Neque id tamen egit nulla ratione, sed ob causam quam nunc commemorare aggredior. Cum princeps in Melangiis moraretur, ad locum cui Metabole nomen, varii super cœnam habebantur sermones; ubi omnibus res a principe gestas unoore **128** prædicantibus, Joannes præclara a Manuelis parente peracta facinora longe extulit præstitque. Haud ægre quæ dicebantur accepit imperator, nec sibi patrem præferri moleste tulit. Etsi vero aliis Joannes jam videretur importunus, noluit tamen loquentem interpellare, cum ea (quod plerique facere solent) velut fidei suæ in demortuum imperatorem argumentum protulisse visus esset. Benevolentia siquidem qua defunctos prosequimur, pignus est iis qui superstites sunt nostræ in ipsos gratitudinis. Sed cum in Manuelem acerbius ille et ingrate satis magis ac magis commoveretur, orta inde contentione, Andronicus iste in sebastocratorem infesto animo invectus, gladio caput illius fere obtruncasset, nisi imperator interposuisset manum: et Joannes Ducas, qui et ipse patruelis erat principis, flagellum, quo concitari solent equi, imminenti supponens gladio ictum debilem fractumque avertisset in maxillam Andronici. Ita quidem periculum vitavit ille: at imperator, qui manum supra Andronicum protenderat, vulnus accepit, non lethale quidem, sed quo paululum dissecta fuerit caro, cujus quandiu vixit cicatricem in carpo tulit. Ita acrior ista contentio conquievit. Princeps vero aliquandiu Isaacium a conspectu removit: Joannem vero eo ipso incusatum supra dicta multavit pœna, sed longe quam decernunt leges mitiore. Verum ad superiora redeamus.

129 18. Postquam Andronicus nocturnæ venationi operam dare principem intellexit, ex Isauris, qui adversus quemlibet cum ipso se militaturos fidem dederant, delectos armat, assumptoque equo pernicissimo ad locum cum iis venit. Illis autem longius in silva locatis traditoque his equo, ipse mulo insidens ad tabernaculum succedit imperatoris. Ibi tum tacite desilit et pugionem dextra vibrans lento progreditur gradu: neve deprehenderetur ab aliquo, Italicum pro consueto sagum induerat. Mox vero ut se agnitum vidit (quippe jam gladios strinxerant qui dormientem principem circumstabant, atque in his Joannes ipsius ex

Du Cangii notæ.

(65) *Ἰταλὴν στολήν.* Sagum militare, nostris *cotte d'armes*. V. not. ad Alexiad. p. 401.

fratre nepos, qui primus, ut aiunt, Andronicum adverterat), ut igitur id vidit Andronicus, continuo in genua flexus exonerare se alvum simulavit, indeque sensim retro cedens abiit. Ita conatus illi consiliaque Andronici evanuere. Brevi interjecto tempore cum majore Isaurorum manu ad imperatorem proficiscitur. Quod ubi nuntiatum est Augustæ ab Alexio imperatorii stabuli præfecto (protostratorem id muneris vocant Romani), quidam extemplo in primis expeditus eas insidias principi indicaturus mittitur : moxque Isach, qui a barbaris ducebat genus, cæteroquin fidus cum maxime imperatori, cum trecentis armatis ad eum pariter proficiscitur. Sed priusquam ad locum Isach perveniret, re percepta imperator, **130** trementibus aliis et metu consternatis (forte enim sic casus tulerat ut mulis plerique veherentur), ipse a via recta quæ ad castra et imperatorium tabernaculum tendebat, deflectendum censuit; insolita autem et minus trita illa, quam ostendebat manu, neque lato agmine, sed singulatim spatio intermisso incedendum. « Ita enim pabulatores, inquit, videbimur, qui ad ea tendunt quæ conspiciuntur tentoria. » Sic intrepide ad tabernaculum perrexit princeps. Et Joannem, cujus supra mentionem feci, cum obvius aper dentibus lacerasset, ut id rescivit, continuo ad eum conversus revertitur, peractisque iis quæ necessaria erant tandem excedit. Tanta autem animi magnitudine rem istam accepit, ut ne vultu quidem quidquam Andronico fuerit testatus. At ille quasi nihil eorum quæ acciderant, sibi conscius, equum, de quo jam egimus, sedulo curat, multa interim propalam adversus Joannem proferens ac mente volvens. Unde rogante aliquando principe, quid hæc sibi vellet equi affectata cura? « Ut, inquit ille, omnium mihi infensissimi hostis truncato capite statim aufugiam, » iis videlicet verbis protosebastum imbuens. Ubi igitur ægrum amentia vidit hominem, a consortio suo remotum, in palatio includendum curavit.

περιεστῶτες, ἐν οἷς καὶ Ἰωάννης ἦν ὁ βασιλέως ἀδελφιδοῦς, πρῶτος, φασί, τὸν Ἀνδρόνικον ἐπιόντα εἰδώς), ὡς οὖν ἔγνω ταῦτα ὁ Ἀνδρόνικος, ἐπὶ γόνυ κλιθεὶς τὸν τῆς γαστρὸς δῆθεν ἀποκρίνειν προσεποιεῖτο σκυβαλισμόν, οὕτω τε κατὰ βραχὺ ὑποποδίσας ᾤχετο ἀπιών. Καὶ τὰ μὲν τῆς ἐπιβουλῆς ἐκείνης ἐνταῦθα ἐλύετο. Ὀλίγῳ δὲ ὕστερον σὺν πλείοσιν Ἰσαύροις ἐξῆει νύκτωρ ἐπὶ βασιλέα στελλόμενος · οὗπερ ἀγγελθέντος τῇ βασιλίδι πρὸς Ἀλεξίου, ὃς τοῖς βασιλικοῖς τηνίκα ἱπποκομίαν ἐφεστὼς ἦν (πρωτοστράτορα (66) τοῦτο καλοῦσι Ῥωμαῖοι τὸ λειτούργημα), ἐν μὲν τῷ παραυτίκα τῶν τις εὐζωνοτέρων ἐστέλλετο μηνύσων βασιλεῖ τὴν ἐπιβουλήν. Εἶτα καὶ Ἰσὰχ ἀνὴρ βαρβαρογενὴς, εὔνους δὲ βασιλεῖ μάλιστα σὺν ὁπλοφοροῦσι τριακοσίοις ἐπέμπετο. Ἀλλ' οὔπω τοῦ Ἰσὰχ ἐπὶ τὸν τόπον ἐλθόντος, πυθόμενος ἤδη τὸ πρᾶγμα βασιλεὺς, τῶν ἄλλων ἀγωνιώντων καὶ συνταραττομένων ἐφ' ἑαυτοὺς (ἐτύγχανον γὰρ οἱ πλείους ἡμιονίοις οὕτω τυχὸν ἐφεζόμενοι), αὐτὸς χρῆναι ἔλεγε τῆς εὐθείας ἀποσχομένους, ἣ ἐπί τε τὸ στρατόπεδον καὶ τὴν βασίλειον σκηνὴν ἄγει, τὴν ἀσυνήθη ἐκείνην, ὑποδείξας τῇ χειρὶ, καὶ ἄστειπτον ἰέναι, μὴ μέντοι κατὰ πλάτος, ἀλλ' ἕνα καθ' ἕνα ἐν διαστάσει τὴν πορείαν τιθεμένους. « Οὕτω γὰρ, ἔφη, τῶν ἐκ τῆς χορταγωγίας ἐπανιόντων δόξαιμεν εἶναί τινες ἐπὶ σκηνάς τε τὰς τῇδε φαινομένας χωρεῖν. » Βασιλεὺς μὲν οὖν οὕτως ἀτρέστως ἐπὶ τὴν σκηνὴν ἐπορεύετο. Ἰωάννην δὲ οὔπερ ἄρτι ἐμνήσθην σῦς ὑπαντιάσας τοῖς ὀδοῦσι διεσπάραξεν. Ὁ τάχιστα πυθόμενος βασιλεὺς ὀπισθόρμητος ἐπ' ἐκεῖνον ἦλθεν ἐπιμελησάμενός τε τὰ εἰκότα ἀπηλλάγη. Οὕτω μέντοι μεγαλοψύχως τῷ πράγματι προσηνέχθη, ὡς μηδὲ ἄχρι καὶ βλέμματος Ἀνδρονίκῳ προσενεχθῆναι κακῶς. Ὁ δὲ ὥσπερ τῶν πεπραγμένων οὐδὲν ἑαυτῷ ξυνειδὼς τοῦ τε ἵππου ὃν ἤδη ἔφην ἐς ἄγαν ἐπιμελήσεως ἐφῃ ἐκεῖνος, τὸν πάντων ἀμοὶ δυσμενέστατον τῆς κεφαλῆς ἀφελόμενος οἰχήσομαι ἀπιών, » διὰ τούτων δῆθεν τὸν πρωτοσέβαστον αἰνιττόμενος. Ὡς οὖν ἔγνω ἀπόνοιαν νοσοῦντα τὸν ἄνθρωπον, κοινωνίας ἐκτεμὼν τῆς αὐτοῦ ἐμφρουρον (67) ἐν παλατίῳ καθίστησιν.

19. Sic ille in ordinem actus est. Rex autem Hungariæ nihildum edoctus eorum quæ Andronico evenerant, contracto ex Tzechis et Saxonibus et **131** aliis gentibus compluribus exercitu, Branizobam urbem oppugnare contendit, pactis forte confidens, quæ cum Andronico pepigerat. Ejus rei nuntio obstupefactus princeps miratus est perfidiam Hungarorum, quod quæ sacramentis haud pridem sanciverant nulla de causa posthaberent. Celeritate igitur egere rem opinatus, versus Istrum continuo iter intendit. At cum sciret suos nequaquam esse Hungaris pares (quippe Romanorum vires, nemine

ιθ'. Ὁ μὲν οὖν ἐκ ποδὸς ἐγένετο. Ὁ δὲ Παιονίας ῥὴξ μήπω τι πεπυσμένος τῶν Ἀνδρονίκῳ συμπεπτωκότων δυνάμεις ἐκ τε Τζέχων καὶ Σαξόνων ἄλλων τε πλείστων ἑαυτῷ συστησάμενος ἐθνῶν εἰς τὴν Βρανιτζόβης πολιορκίαν καθίστατο, ἐπαρθεὶς, οἶμαι, οἷς Ἀνδρόνικος αὐτῷ διομολογησάμενος ἔτυχε. Τούτων βασιλεὺς ἀκούσας καταπέπληκτο μὲν πρὸς τὴν ἀκοὴν καὶ τὴν Οὔννων ἐθαύμαζεν ἀπιστίαν, εἰ τῶν ἐναγχος ὀφίσιν ὁμωμοσμένων ἐξ οὐδεμιᾶς ἀλογήσειαν αἰτίας· ὀξύτητος δ' ὅμως δεῖσθαι τὸ πρᾶγμα βουλευσάμενος, αὐτίκα τὴν ἐπὶ τὸν Ἴστρον ἐφέρετο. Εἰδὼς δὲ τοὺς σὺν αὐτῷ οὐκ ἀξιομάχους

Du Cangii notæ.

(66) *Πρωτοστράτορα.* De hac dignitate vide notata ad p. 127.
(67) *Ἐμφρουρον.* V. Nicet. l. III, c. 2.

ὄντας τῇ Οὔννων στρατιᾷ (αἱ γὰρ Ῥωμαίων δυνάμεις μηδενὸς ὅθεν δήποτε τῷ τέως ἀντιστατοῦντος ἐπὶ χώρας ἑκάστη ἔμενον), ἐνενόει τοιάδε. Ἔστι τις χῶρος ἐρυμνότητος ἱκανῶς ἔχων Σμήλης ὄνομα. Τοῦτον ἔγνω καταλαβὼν ὁρμητήριον τῆς ἐπὶ τοὺς Οὔννους θέσθαι ἐκδρομῆς. Ὅπως μέντοι Βρανιτζοβῖται τὴν πόλιν τῷ τέως αὐτῷ τηρήσωσι, γράμμα χαράξας ὅσον οὐκ ἤδη ἀφίξεσθαι τοῦτον μηνῦον τῶν στρατιωτῶν τινι ἐνεχείρισε, κελεύσας ἐπὶ τὴν πόλιν αὐτὸ διαφεῖναι βέλει ξυνδήσαντα. Ὁ μὲν οὖν κατὰ τὸ κελευσθὲν ἐποίει. Τὸ δὲ βέλος πορρωτέρω ἢ ἐχρῆν ἀφεθὲν Οὔννοις εἰς χεῖρας ἦλθεν. Εὐθὺς οὖν ταραγμὸς εἰσῆλθεν αὐτοὺς, καὶ δὴ τάς τε ἑλεπόλεις καὶ ὅσα πρὸς τειχομαχίαν αὐτοῖς παρεσκεύαστο πυρὶ φλέξαντες ἐπὶ τὸν Ἴστρου πορθμὸν ἦσαν. Πλήθοντι δὲ αὐτῷ ἐντετυχηκότες (χειμὼν γὰρ ἐκ τῶν ἄνωθεν ἤπειγεν), ὡς ἐπὶ Βελέγραδα πόλιν ἐφέροντο. Οὗπερ αἰσθόμενος βασιλεὺς, πυθόμενος δὲ καὶ ὡς Βορίτζης ὁ Βόσθνης χώρας ἐξάρχων (68) Δαλματικῆς εἰς συμμάχους τῷ Παιονάρχῃ τελέσας ἀναστρέφει ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ, τὸ ἀλκιμώτατον τῆς σὺν αὐτῷ ἀπολεξάμενος στρατιᾶς Βορίτζῃ εἰς χεῖρας ἐλθεῖν ἐστελλεν, ἦρχε δὲ ταύτης τῆς στρατιᾶς Βασίλειος, οὗπερ ἤδη ἐμνήσθην, οἰκίας μὲν ἀφανοῦς γεγονὼς, χαρτουλάριος (69)

A tum obsistente, in provinciis dispersæ considebant), talia excogitat: Locus est satis munitus comine Smeles. Hunc occupare instituit, ut esset sedes unde excurreret in Hungaros. Ut vero civitatem sibi conservarent Branizobitæ, litteras, quibus se jamjam adventurum illis significat, militi cuidam tradit imperatque ut telo alligatas in urbem conjiceret. Quod ille, uti jussum erat, fecit. Sed enim litteræ longius quam oportebat projectæ in manus venere Hungarorum. Continuo igitur invasit illos metus, machinisque et rebus aliis, quæ ad urbis oppugnationem apparatæ fuerant, incensis ad Istrum transituri contenderunt. Sed exundantem invenientes fluvium (quippe venti imbresque cœlo effusi ruebant) versus Belegradam iter vertere. His

B cognitis imperator, acceptoque Borizem Bossinæ regionis Dalmatiæ principem, **132** qui auxilio venerat Hungariæ regi, in suum redire principatum; fortissimos militum delectos, qui manus cum Borize consererent, dimittit. Copiis istis præfoit Basilius, cujus supra memini, obscura quidem natus familia, cæteroquin chartularius principis. Ipse imperator a tergo cum reliquo Romanorum exercitu lento sequebatur gradu. Verum Basilius oblitus, opinor, cujus gratia et quo cum hoste pugnaturum se emi-

Du Cangii notæ.

(68) *Βορίτζης ὁ Βόσθνης χώρας ἐξάρχων.* Qui Orbino *Barich* appellatur, Bossenæ banus seu princeps, sub an. 1154. Boritium excepit *Culinus*, C cujus non semel mentio occurrit apud Innoc. III pp. in Epistolis.

(69) *Χαρτουλάριος.* Chartularii dicuntur *qui chartis inserviunt*, ut est in l. 10 Cod., ubi causæ fisc. seu *publicarum chartarum tractatibus*; in l. 1 Cod. de præposit. agent. in reb., unde et *tractatores* appellantur, ut observavit Cujacius: alias commentarienses, ab actis, qui chartas et codices expensionum tractant, *qui largitionales titulos retractant*, in l. III Cod. de Canone largit. tit. l. 10; l. 12; Cod. de numerar. Actuar. et Chartular. l. 12; Gloss. Gr. Lat.: Χαρτογράφος, *chartularius*; χαρτοφύλαξ, *chartularius*; Glossæ Basil.: Κομμενταρίσιος, χαρτουλλάριος; κομμενταρίσιος, ὁ ὑπομνηματογράφος, σκρινιάριοι, σκρινιοφόροι, ἦγουν χαρτουλάριοι. Erant autem tot chartularii quot scrinia. Ejusmodi sunt, quorum meminit Cledonius, De arte grammatica: *Absurdum igitur erit dicere, a præterito proconsule venio, vel Carruca est proconsule: sectantes chartulariorum aliquantorum imperitiam, deserunt doctissimorum veterum in arte tractatus. Quippe cum inter chartularios eloquentissimos reperias quosdam vel paucos indoctos, melius est sequi eos, inter quos nullus reperiatur imperitus, quam hos inter quos videantur esse pauci.* Dicuntur autem scriniarii apud Suidam in Etymologico, οἱ χαρτοφύλακες τῶν βασιλέων· et καταγραφὴν τῶν ἐξετάσεων ἐν τοῖς σκρινίοις διαφυλάττοντες. Senator, l. XI, epist. 38: *Moderatrix rerum omnium diligenter desideravit antiquitas, ut quoniam erat plurimis per nostra scrinia consulendum, copia non deesset procurata chartarum.* Infra: *Pulchrum plane Memphis ingeniosa concepit, ut universa scrinia vestiret, quod unius loci labor elegans texuisset.* Hinc legimus *chartularios sacri cubiculi*, in Nov. 8 et 25 Justiniani, qui scilicet impensarum cubiculi et cellarii sacri rationem describebant et in acta referebant; *chartularios numerorum militarium*, in Nov. 117 c. 11, qui in acta referebant nomina militantium; seu qui circa τοῦ στρατοῦ καταγραφὴν καὶ ἀναζήτησιν occupabantur, ut est in Tacticis Leonis imp. c. 4, § 31; *chartularios velocis cursus ὀξέος δρόμου*, de quibus Constantinus Porphyrog. De Adm. imp. c. 43, et lex 3 Cod. de canone largit. titul.; chartularios τῆς λεγομένης ἐξαρτήσεως, cujus muneris meminit Joannes Damascenus in Epist. Synod. ad Theophilum imp.: ἐξαρτήσεως autem Scylitzes p. 746. Cum igitur plures essent chartularii, confecta inde *chartulariorum schola*, de qua agit lex 1 Cod. de offic. præf. præt. Præsertim vero *chartularii* dicuntur, qui tabulas vel chartas fiscalium debitorum tractant, agunt, administrant. Auctor Historiæ Miscellæ, l. XXII: *Cum chartularius esset et publica tributa facta ratione conferret.* Quo loco Theophanes, χαρτουλάριόν τε τελοῦντα τῶν δημοσίων φόρων. Qui his præerat *magnus chartularius* dicitur Ducæ, c. 30: Οὗτος γὰρ ἦν πρῶτον τῶν εἰσοδημάτων τῆς ἡγεμονίας μέγας χαρτουλάριος. Verum longe aliam functionem habuit chartularii D dignitas, cujus hic occurrit mentio, et l. VI, c. 7. Nam imperatoriis equis præfectus erat chartularius, ut docemur ex Zonara in Leone Isauro, p. 83, et Niceta, in Isaacio Angelo, l. III, n. 2. Magnum chartularium eo nomine post protostratorem in aula meruisse [P 453] scribit Codinus, De offic. aulæ Cp. c. 5, n. 6, illiusque potissimum fuisse munus tradit, ut equum, peregre aut quovis e palatio profecturo imperatori, ad palatii ipsius portam adduceret. Cum igitur hæc dignitas præcipuos aulæ Constantinopolitanæ proceres spectarit, non modo probabile videtur ea donatos Michaelem Brauam et Andronicum Lampardam Manuele imperante apud Cinnamum, sed et Narsem Italiæ præfectum, qui a Marcellino comite et Warnefrido, l. II De gest. Langob. c. 1 et 3, *chartularius et cubicularius* Justiniani imp. dicitur: ut et Gratiosum, qui antequam ducis dignitatem esset adeptus, chartularius fuerat, apud Anastasium Bi-

sisset princeps, maturato itinere ad Hungaros quam proxime successit. Cumque in præcursores quosdam incidisset, fugatis iis, in mediam deinde irruit hostium phalangem, „egregium se facinus editurum credens, si eo conterritos metu aggressus ordines perturbasset. Neque illa eum omnino spes frustrata est. Namque Hungari primo quidem ipsum copiis istis præesse imperatorem rati, nullo ordine fugam arripiunt : eorumque multi dum in scaphas conferti incidunt, flumine absorbentur. At ubi cognovere subsequi principem, aciem vero istam regere Basilium ; sustulere animos et converso agmine Romanos excepere : qui etsi bellatorum numero hostibus longe inferiores, sustinuere tamen eos. Magna utrimque facta est cædes, donec Hungari qui cum Stephano Geizæ filio Romanis militabant, primi fugam cepere. Mutata demum atque ab altera parte facta insecutione, Hungari qui cum Stephano erant fere omnes, ex Romanis vero multi cecidere : alii fuga evasere incolumes atque in iis dux **133** ipse Basilius. Hæc imperatori nuntiata, cum etiam Belegradenses a Romanis deficere velle allatum esset, valde ejus animum consternarunt. Joannem igitur Cantacuzanum mittit, tum ut urbem in defectionis, ut dixi, proposito fluctuantem firmaret, tum ut humo mandaret Romanorum cadavera et fugientes quocumque laterent loco revocaret. Eo casu maxime irritatus Hungaros a tergo insequi prorsus gestiebat : nequaquam vero id consilii probantibus Romanis, « At plane, inquit, viri, mihi videtur inglorium, nullo accepto vulnere discedere, dum pro fortuna decerto Romanorum. » Ubi autem longius jam progressos Hungaros accepit, impetum remisit. Interea Cantacuzenus confectis, ob quas missus erat, rebus, rediit vinctosque adduxit ex Belegradensibus eos qui defectionem fuerant moliti. Igitur motis inde castris haud procul Berrhœa civitate hiemavit. Primo autem vere contracto undique exercitu iterum in Hungariam profectus est, quo in medios usque fines penetraret. Jamque positis ad Istri ripam castris cum universo considebat exercitu, aderantque plurimæ quæ Byzantio venerant naves, ut copias transmitteret. At ubi undique se angustiis premi vidit, Pannoniæ rex, de mittendis tandem legatis cogitavit. Missis igitur ad imperatorem viris illustribus, **134** captivos Romanos continuo se redditurum, insuper etiam quæcunque imperaret, suppeditaturum policitus est. At princeps etsi primo renuenti similis verba

A δὲ βασιλεῖ χρηματίσας. Ὁ δὲ βασιλεὺς κατόπιν σὺν τῷ ἄλλῳ Ῥωμαίων στρατῷ σχολαιότερον ἔχων. Ἀλλὰ Βασίλειος, ὥσπερ οἶμαι, λαθόμενος ὅτου δὴ χάριν καὶ τίνι πολεμησείοντα βασιλεὺς αὐτὸν ἔπεμψε, τὸν δρόμον καταταχήσας ἔγγιστα τοῦ Οὔννων ἐγένετο στρατοῦ, προδρόμοις τέ τισιν ἐντυχὼν, ἐπειδήπερ ἐτρέψατο τούτους, εἶτα καὶ ἐς μέσην τὴν Οὔννων φάλαγγα ἐμπίπτει, μέγα τι κατορθώσειν οἰόμενος [P. 76], ἂν οὕτω πεφοβημένοις αὐτοῖς προσβαλὼν συνταράξῃ. Καὶ τάχα οὐ παντάπασιν ἀπὸ λογισμοῦ ταῦτα ἐποίει. Οὔννοι γὰρ τὸ μὲν πρῶτον αὐτὸν βασιλέα τοῦ πολέμου τοῦδε στρατηγεῖν οἰηθέντες ἔφευγον οὐδενὶ κόσμῳ, πολλοί τε αὐτῶν ἅτε ἀθρόον τοῖς σκάφεσι συμπιπτόντων τῷ ποταμῷ κατεδύοντο. Ὡς δ' ἔγνωσαν
B βασιλέα μὲν κατόπιν χωρεῖν, Βασίλειον δὲ τοῦ στρατεύματος ἐξηγεῖσθαι, ἀνεθάρσησάν τε καὶ ὁπισθόρμητοι γεγονότες Ῥωμαίοις ἀντικαθίσταντο. Ῥωμαῖοι δὲ καίτοι παρὰ πολὺ πλήθει τῶν πολεμίων ἐλασσούμενοι, ὅμως ὑφίσταντο τούτους. Φόνος τε ἀμφοτέρων πολὺς ἦν, ἕως οἱ περὶ Στέφανον τὸν Ἰατζᾶ παῖδα (70) Οὔννοι Ῥωμαίοις συστρατεύοντες πρότερον φυγῆς ἦρξαν. Παλιντρόπου γὰρ τὸ λοιπὸν γενομένης τῆς διώξεως, Οὔννων μὲν τῶν σὺν τῷ Στεφάνῳ σχεδόν τι
C ἅπαντες, Ῥωμαίων δὲ πολλοὶ ἔπεσον· οἱ δ' ἄλλοι φυγῇ ἐκεῖθεν ἐσώζοντο, ἐν οἷς καὶ Βασίλειος· ὁ στρατηγὸς ἦν. Ταῦτα τῷ βασιλεῖ ἀγγελθέντα, πρὸς δὲ καὶ ὅτι Βελέγραδα πόλιν Ῥωμαίων ἀφιστᾶν οἱ κάτοικοι διανοοῦνται, πολλὴν ἐνεποίησαν ἀθυμίαν. Καὶ δὴ Ἰωάννην μὲν τὸν Καντακουζηνὸν τὸ μὲν στηρίξοντα τὴν πόλιν ἔστειλε λογισμοῖς ἀποστασίας, καθάπερ ἔφην ἤδη, σαλευομένην, τὸ δὲ καὶ ταφῇ τοὺς Ῥωμαίων δώσοντα νεκροὺς ἀνακαλεσόμενόν τε τοὺς ἐκ φυγῆς, ὅπου δήποτε γῆς τῆς ἐκεῖ κρυπτόμενοι ἦσαν. Ὁ δὲ θυμαίνων ἄγαν ἐπὶ τοῖς συμπεσοῦσιν ἐσφάδαξε μὲν καὶ ἤθελεν ὀπίσω Οὔννων διώξαι,
D Ῥωμαίων δὲ οὐκ ἐπαινούντων « Ἀλλ' αἰσχύνη μοι, ἔλεγεν, ὦ ἄνδρες, πρὸ τραυμάτων οἴχεσθαι ὑπὲρ τῆς Ῥωμαίων ἀγωνιζόμενον εὐκληρίας. » Ἐπεὶ δὲ πόῤῥω γεγονέναι τὸ Οὐννικὸν ἤκουσε, τῆς ὁρμῆς ἀνεκόπη. Ἤδη δὲ καὶ ὁ Καντακουζηνὸς τὰ ἐφ' οἷς ἑστάλτο πέρατι δοὺς ἐπανῆκε δεσμώτας ἔχων καὶ τοὺς, ὡς εἴρηται, ἀποστασίαν ὠδίνοντας Βελεγραδιτῶν. Τότε μὲν οὖν ἐκεῖθεν ἀναζεύξας ἀγχοῦ τῆς Βερροιαίων δ ἐχειμέριζε πόλεως. Ἔαρος δὲ τὰς δυνάμεις ἁπανταχόθεν ἀγείρας ἐπὶ τὴν Οὐννικὴν αὖθις ἐχώρει, ὁρμὴν ἔχων ἐς αὐτά που τὰ τῆς χώρας διαβῆναι μέσα. Ὁ μὲν οὖν ἄρτι πρὸς ταῖς

Du Cangii notæ.

blioth. in Stephano IV pp., et Maurentium, qui vir magnificus appellatur apud S. Gregorium M. l. I, epist. 4. V. Pachym. l. I. c. 9. De chartulariis ecclesiasticis erit alius dicendi locus.

(70) *Στέφανον τὸν Ἰατζᾶ παῖδα.* Perperam hoc loco Cinnamus Stephanum, qui tum Græcis et Manueli militabat, Geizæ filium fuisse scribit, cum illius frater fuerit, ut ipsemet agnoscit I. IV; et testantur discrte Radevicus, l. III, c. 12; et Guntherus, l. VI Ligur. : ex quibus docemur, Stephanum, cum a fratre, ex affectati regni suspicione, ad Fredericum imp. profectus esset, ab eo per Venetias in Græciam transmissum, cum litem inter fratres dirimere non potuisset. Guntherus :

At rex huic finem nequiens imponere liti,
Cum majora premant privatæ pondera curæ.
Distulit et juvenem Veneti per stagna profundi
Providus Argolicam servandam misit ad urbem.

His consentit Nicetas, l. IV, n. 1. Sed de Stephano agetur rursum infra.

Ἴστρου πανστρατὶ αὐλισάμενος ἔμενεν ὄχθαις, καὶ αἱ νῆες ἐκ Βυζαντίου ἀναχθεῖσαι ἐστήκεσαν ἀθρόαι ἀναβαίνειν μένουσαι τὸ ὁπλιτικόν. Ὁ δὲ Παιόνων βῆξ ἐπειδήπερ ἐν στενῷ κομιδῇ τὰ κατ' αὐτὸν ἔγνω, ἐπὶ τὴν πρεσβείαν λοιπὸν ἔδλεψεν. Ἄνδρας τοίνυν τῶν παρ' αὐτῷ ἐπισήμων ἐς βασιλέα πέμψας, τούς τε δορυκτήτους Ῥωμαίων ἀποδώσειν αὐτίκα ἐπήγγελλε, καὶ εἰσέπειτα δὲ πάντα αὐτῷ ὑπηρετήσειν, ὅσαπερ ἂν βουλομένῳ ἔσται. Βασιλεὺς δὲ τὰ μὲν πρῶτα ἀνανεύοντι ἰσχυρῶς ἐῴκει καὶ τοὺς περὶ εἰρήνης ἀποπροσποιουμένῳ λόγους, ἔπειτα προσήκατό τε δεομένους καὶ τὴν πρεσβείαν ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις ἐπέρανεν. Ἦχθησαν οὖν ἐν τῷ Ῥωμαίων στρατοπέδῳ οἵ τε δορυάλωτοι μάχῃ τῇ προηγησαμένῃ, καθάπερ [P. 77.] εἴρηται, γεγενημένοι, καὶ ὅπλα καὶ ἵπποι, καὶ εἴ τί που ἄλλο πολέμου λάφυρον ἦν. Ἵππων μέντοι καὶ ὑποζυγίων τῶν πασσόντων ζωοὺς ἐκ τῶν τοῖς Οὖννοις ἀντεκομίσαντο αὐτοχθόνων. Οὕτω τε τὸν πόλεμον λύσαντες ἐπ' οἴκου ἀνεκομίσθησαν. Καὶ τὸ ἐντεῦθεν τὰ τῶν Ἰταλικῶν πολέμων ἀρχὴν, ἣν ἤδη ἔφην, ἰσχνοτέραν λαμπρότερον ἄρτι κινεῖσθαι ἤρξατο. Λέγωμεν δὲ ἀναλαβόντες μικρόν.

A sermonesque de pace rejecisset, admisit tandem supplices et cum legatis in supra dictas conditiones concessit. Adducti igitur sunt in castra Romana qui superiore, ut memoravimus, prælio capti fuerant, et arma et equi et cætera belli præda. Ad hæc pro jumentis equisque qui perierant vivi et in ipsa Hungaria geniti equi sunt restituti. Ita soluto bello domum rediere. Italicum inde bellum inchoatum jam ante majoribus animis geri cœpit. Id autem nos paululum repetitis rebus memorare aggrediamur.

ΒΙΒΛΙΟΝ Δ'.

LIBER IV.

α'. [P. 78] Φρεδερίκος ὁ Κορράδου τοῦ Ἀλεμανῶν ἄρξαντος ἀδελφιδοῦς, οὗπερ ἱκανῶς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐπεμνήσθημεν λόγοις, Κορράδου τὸ χρεὼν ἀναπλήσαντος αὐτὸς τὴν ἀρχὴν ἔσχεν. Οὗτος ἐπειδή ποτε λόγον εὐγενείας περὶ ποιούμενος (ἦν γὰρ αὐτῷ περὶ πλείστου γυναικὶ ξυνοικήσοντι τὴν εὐγενῆ μάλιστα ἐκ πασῶν ἑλέσθαι) Μαρίαν (71) τὴν Ἰσαακίου τοῦ σεβαστοκράτορος θυγατέρα γένει τε καὶ περιουσίᾳ κάλλους διάφορον οὖσαν ἐν Βυζαντίῳ τρέφεσθαι ἤκουσεν· ἦλω αὐτίκα τῆς κόρης καὶ πρέσβεις ἐς βασιλέα πέμψας ᾐτεῖτο πρὸς γάμον αὐτῷ κατεγγυηθῆναι ταύτην, πάντα ποιήσειν ἐπαγγελλόμενος ὁπόσα Κορράδός τε ὁ θεῖος καὶ αὐτὸς, ὁπηνίκα [P. 79] Παλαιστίνης ἀνέστρεφον, ἐπὶ τῇ Ἰταλίας κατακτήσει Ῥωμαίοις ὑπηρετήσειν ὑπέσχοντο. Ἡ μὲν Φρεδερίκου πρεσβεία ἐν τούτοις· ἦν· βασιλεὺς δὲ τοὺς λόγους ἀποδεξάμενος πρέσβεις καὶ αὐτὸς ἐπὶ Φρεδερίκον ἔπεμψεν ἐμπεδοῦν τὰ δεδογμένα κελεύσας. Ἀλλ' ἐκεῖνοι, ἐπειδήπερ εἰς λόγους ἦλθον αὐτῷ, μηδὲν ὑγιὲς βεβουλεῦσθαι τὸν ἄνδρα διαγνόντες ἄπρακτοι ἐκεῖθεν ἀπηλλάττοντο, δευτέρᾳ πρεσβείᾳ

1. Fredericus Conradi Alemannorum principis ex fratre nepos, cujus in superioribus libris abunde meminimus, mortuo Conrado principatum obtinuit. Hic cum aliquando sermonem faceret de nobilitate (quippe cum de uxore ducenda cogitaret, omnium nobilissimam deligere constituerat) audiretque 135 Mariam Isaacii sebastocratoris filiam genere ac pulchritudine eximia præcellentem Byzantii educari : continuo captus amore virginis, mis is ad imperatorem legatis eam sibi in matrimonium dari depoposcit, omnia se facturum spondens, quæ et patruus Conradus et ipse, cum ex Palæstina redirent, de restituenda Romanis Italia polliciti erant. Cum eum in finem venissent legati a Frederico missi, quæ ab eo proposita sunt avide accepit imperator; qui et vicissim legatos misit ad Fredericum, ea de quibus invicem convenirent confirmaturos. At ubi cum illo in colloquium venere, cum nihil sani advertissent ab homine in medium afferri, rebus inde infectis regressi sunt, postquam regi ut alteram ad imperatorem legationem mitteret per-

Du Cangii notæ.

(71) *Mariam*. Fredericus imp. repudiata et remissa propter consanguinitatem Adela uxore, Diepoldi Hoeburgensis marchionis filia an. 1152, ut habet Conradus Usperg., aut sequenti, ut Chronicon Weingartense, ad alias nuptias animum adjecit, ob idque ad Manuelem obtinendæ Mariæ, Isaacii sebastocratoris filiæ, causa legatos misit. Otho Frising. l. II De gest. Frid. : *Rex quia non multo ante hæc, per apostolicæ sedis legatos, ab uxore sua ob vinculum consanguinitatis separatus fuerat, pro ducenda alia pertractans, ad Manuelem Græcorum imp. tum super hoc negotio, quam pro Guillelmo Siculo, qui patri suo Rogerio noviter defuncto successerat, utriusque imperii invasore debellando, in Græciam legatos destinandos ordinat. Sicque primatum suorum consilio, Anshelmus Hamelburgensis, et Alexander Apuliæ quondam comes, sed a Rogerio cum cæteris ejusdem provinciæ nobilibus ob suspicionem dominandi propulsus, eamdem legationem suscipiunt.* De legatorum reditu agit idem Otho c. 20. Manuel post hæc ad firmandum petitum connubium legatos ad Fredericum misit : sed is aliam sibi matrimonio junxerat conjugem, cum ad illius præsentiam sunt admissi. Idem, c. 31.

sunserunt. Quam cum et ipsam imperator infecta re dimisisset, viri duo mittuntur ex primariis, Michael Palæologus et Joannes Ducas, ambo sebasti dignitate insignes, et cum his Alexander, qui Gravinæ civitatis Italiæ olim dominus a Rogerio expulsus ad principem confugerat. Multa autem commendata iis ab imperatore pecunia, id potissimum in mandatis datur, ut si intra Alpes Fredericum agere percipèrent, una omnes ad illum accederent : sin vero abesset procul, Michael quidem cum pecunia in Italiam proficisceretur, cæteri pergerent ad Fredericum : quod si ille pactis stare negligeret, **136** tum vero suam ipsi ad Italiam recuperandam operam conferrent : quod et factum est, hac quæ sese ultro obtulit occasione.

2. Bassavilla Rogerii Siciliæ tyranni ex sorore nepos, avunculo superstite, rerum summam in Italia

πρὸς βασιλέα χρῆσθαι αὐτὸν ἀναπείσαντες. Ἧς καὶ αὐτῆς τῷ βασιλεῖ ἀποψηφισθείσης, ἀνδρες τῶν ἐπὶ δόξης ἐσαῦθις ἐστέλλοντο. Μιχαὴλ τέ ὁ Παλαιολόγος καὶ Ἰωάννης ὁ Δούκας, ἄμφω εἰς τὸ τῶν σεβαστῶν ἀξίωμα ἥκοντε· ἐν οἷς ἦν καὶ Ἀλέξανδρος, Γραβίνης μὲν πόλεως ἄρξας Ἰταλικῆς, Ῥογερίου δὲ αὐτὸν ἀπελάσαντος βασιλεῖ πρότερον ἤδη προσπεφευγώς. Ἐντέταλτο δὲ αὐτοῖς χρήματα μεγάλα πρὸς βασιλέα κομισαμένοις, εἰ μὲν ἐντὸς Ἀλπέων διατριβὴν ποιεῖσθαι τὸν Φρεδερίκου ἀκούσαιεν, ὁμοῦ πάντας ἐντυγχάνειν αὐτῷ· ἀποτέρω δὲ γεγονότος, τὸν Μιχαὴλ μὲν σὺν τοῖς χρήμασιν ἐπὶ Ἰταλίαν ἰέναι (72), τοὺς δὲ τὴν ἐπὶ Φρεδερίκον στέλλεσθαι, κἂν ἐκεῖνος τῶν δεδογμένων ἀμελήσῃ, αὐτοὺς λοιπὸν καὶ καθ' ἑαυτοὺς Ἰταλίας μεταποιεῖσθαι. Ὅπερ δῆτα καὶ γέγονε.

β'. Ῥογερίῳ γὰρ τῷ Σικελῶν τυράννῳ ἀδελφιδοῦς ἦν ὄνομα Βασαβίλας (73). Οὗτος Ῥογερίου μὲν ἔτι

Du Cangii notæ.

(72) Ἐπὶ Ἰταλίαν ἰέναι. Fredericum in Anconensi pago assecuti sunt Manuelis legati. Otho Frising. l. II. c. 23 : *Ibi in confiniis Anconæ imperator castra ponens, Palæologum, quod nos veterem sermonem dicere possumus, nobilissimum Græcorum, regalisque sanguinis procerem, et Maradocum egregium virum, ex parte principis sui Constantinopolitani venientes, muneraque non parva deferentes, obvios habuit. Quibus auditis, causaque viæ cognita, per aliquot dies secum detinuit. Dehinc accepto principum, qui cum ipso erant, consilio, Guibaldum Corbeiensem simul et Stabulensem abbatem regalem* [P. 454] *virum prudentem ac in curia magnum, in Græciam legatione ipsius ad regiæ urbis principem functurum destinavit.* Eadem habet Guntherus Ligurinus, l. v. Fredericus ipse in Epist. ad Othonem Frising. : *Inde euntes versus Anconam, Palæologum nobilissimum principem Græcorum, et Muradocum socium ejus, cum cæteris nuntiis Constantinopolitanis obvios habuimus, qui ut in Apuliam irremus et hostem utriusque imperii Guillelmum potentia virtutis nostræ conterere vellemus, infinitam pecuniam nobis dare spopondernnt. Quia vero militia nostra propter multos labores et bella nimis attrita fuit, placuit magis principibus redire, quam in Apuliam descendere.* Adde Radevicum, l. III, c. 20 et Willel. Tyrium, l. XVIII, c. 7.

(73) Βασαβίλας. Fuit is Robertus de Bassavilla, qui Falcando, Petro Blesensi Epist. 10, Bonfilio Constantio, Fazello et aliis comes Loritelli vulgo indigitatur, Willelmi regis amitæ filius, quam Gillam vocat Philadelphus *Mugnos* in Geneal. Sicil. nobil. Nupserat illa, ut idem scriptor ait, Roberto cognomento *Zamparroni*, nobili Normanno comiti Conversani, cui Rogerius rex castellum *di Sacca* concessit. Ex his nuptiis natus Robertus de Bassavilla, qui ut auctor est idem *Mugnos* coronationi Willelmi Panormi interfuit, vir cæteroquin in regno potentissimus, qui ascitis Roberto de Surrento Capuano principe, Andrea comite Rupiscauinæ, cæterisque nobilibus, quos Rogerius rex, ipseque Willelmus in exsilium egerant, *utrumque imperatorem*, ait Tyrius, l. XVIII, c. 2, *Romanorum videlicet et Constantinopolitanorum, alterum ore ad os, et manifeste, qui adhuc erat in Italia ; alterum vero per literas, sed occulte, ad occupandum Siculi regnum sollicitabat.* Joannes Berardi, l. IV Chron. Casauriensis : *Mortuo rege Rogerio, Willelmus filius successit in regnum, vir miræ sapientiæ et magnæ virtutis, qui volens consanguineis suis bona facere, Robertum de Bassavilla comitem Loritelli fecit, eique totum comitatum illum et vicinas terras supposuit, et ex bono collato devotiorem existimavit* Et infra : *Nec multo post Robertus, cui dominus rex Willelmus tot et tanta bona contulerat, seditiose agens contra dominum suum, maximam partem de regno ejus pervasit, comites suæ nequitiæ et complices multos sibi associavit et ultra quam credi potest sublimia de se cogitans, in modico perturbavit.* Bassavillæ exilii causam refert Hugo Falcandus, quod videlicet *ad regni subreptionem plurimum aspiraret, ipsumque regnum ad se Jure diceret pertinere, eo quod Rogerius rex avunculus ejus in quodam testamento suo præcepisse diceretur, ut siquidem Guillelmus ejus filius inutilis aut parum idoneus videretur, Robertus comes, cujus virtus haud dubia erat, regno præficeretur.* Exstincto postmodum Willelmo, Margaretæ reginæ, Willelmi cogn. Boni Siciliæ regis matris opera ab exsilio revocatus est. Adde Alexandrum Mon. l. V ; Chron. monasterii S. Barthol. de Carpineto ; Rob. de Monte et Nicol. Trivettum ann. 1155, 1156 et 1163 ; Acta Alexandri III pp. apud Baron. ann. 1169 ; Othonem Frising. l. II De gest. Freder. c. 29, et Guntherum l. V Ligur., apud quos Robertus *Cavillensis comes* dicitur, perperam opinor, pro *Bassavillensis*. Neque felicius, ni fallor, Chronicon S. Bartholomæi de Carpineto *de Tuttavilla* cognomen ei indidit, etsi in Normannia exstiterit illustris familia hacce appellatione : *Hic autem* (Rogerius rex) *reliquit sibi successorem in regnum filium suum nomine Guillelmum, mandans ei ut Robertum de Tuttavilla filium sororis suæ faceret comitem Loritelli.* Familiæ vero Bassavillensis in Normannia meminit Ordericus Vitalis, l. III, p. 479. At cui in hac dignitate successerit Robertus, non tradunt scriptores. Nam ante illum comitatum Loritelli possedere proceres Normanni, qui a Gaufredo Capitanatæ comite, Guiscardi fratre, genus ducebant : nempe Robertus I Gaufredi filius. [P. 455] Robertus II Roberti I filius, et Guillelmus Roberti II filius. Guillelmi meminere aliquot tabulæ an. 1137, quibus varia dona contulit ecclesiis Scyllacensi et Tealinæ, in quibus *Loretelli comitem comitum* sese inscribit, meminitque Roberti parentis et Roberti avi sui. Vide Petr. Diac. l. IV Chr. Casin. c. 48, 117 ; Guillelmi igitur bona, fortassis ob rebellionem aut jure caduci, Rogerio regi cessere, atque in primis Loretellensis comitatus, quem Roberto de Bassavilla ex patris præcepto Guillelmus I Siciliæ rex concessit : ex quo ille *Dei et regia gratia palatinum comitem Loretelli et Cupersani, filium et hæredem domini Roberti Cupersanensis comitis, et dominum civitatis Bivini* sese inscripsit, ut colligitur ex diplomate an. 1179, quod descripsit Ughellus, tom. VIII *Italiæ Sacræ*, p. 359. Genus porro ducebat Robertus de Bassavilla a comitibus Conversani,

περιόντος τὴν Ἰταλίας διεῖπεν ἀρχήν, ἐκείνου δὲ A
τετελευτηκότος ἐπὶ τὸν υἱόν τε Γιλιέλμον τῆς ἀρχῆς
μετελθούσης, ἠνάγκαστο λοιπὸν ἓν ὑποστρατ-
ήγου λόγῳ διατελεῖν, ἑτέρου τὴν Ἰταλίαν διέποντ-
ος. Καὶ δὴ τὴν ὕβριν οὐκ ἐνεγκὼν εἰς ἀπο-
στασίαν εἶδε. Τοίνυν καὶ ἐπὶ Φρεδερίκον πέμψας
Ἰταλίαν τε πᾶσαν καὶ Σικελίαν αὐτὴν ἐγχειριεῖν
ἐπήγγελλε τούτῳ. Φρεδερίκου δὲ πρὸς τὸ δυσχερὲς
ὀκνήσει ἐχομένου, συνέβαινεν ἀπράκτους τοὺς Βασα-
βίλα πρέσβεις ἐπανιόντας Ἀλεξάνδρῳ συνηντηκέναι.
Ἤδη γὰρ καὶ οὗτος οὐδὲν ὧν ἕνεκα παρὰ Φρεδερίκον
ἦλθε πέρατι δοὺς, αὖν τῷ Δούκᾳ ἐκεῖθεν ἀπηλλάτ-
τετο. Ὡς οὖν εἰς λόγους ἀλλήλοις ἦλθον Ἀλέξανδρός
τε καὶ οἱ Βασαβίλα πρέσβεις, μαθὼν Ἀλέξανδρος
ὅτου ἕνεκα παρὰ Φρεδερίκον ἦλθον, « ἐγγὺς, » ἔφη B
πρὸς αὐτοὺς, ἄνδρες φίλοι, ὃς πέρατι αὐτίκα τὴν
πρεσβείαν ὑμῖν δώσει. » Τῶν δὲ μαθεῖν βουλομένων,
« Βασιλεὺς Ῥωμαίων » ὑπολαβὼν εἶπεν ὁ Ἀλέξαν-
δρος, καὶ ἑξῆς πάντα κατέλεγε προστιθεὶς ὅτι δὴ καὶ
Παλαιολόγος ἀνὴρ βουλῆς μὲν τῆς Ῥωμαίων ὢν
εἰς δὲ τὸ τῶν σεβαστῶν ἀξίωμα [ἀναχθεὶς]
σὺν χρήμασι μεγάλοις ἐνταῦθά που παρὰ πόδας
ἐστὶ, τούτου ἕνεκα ἐνταῦθα παραγεγονὼς ὅπως ἂν
Ἰταλίαν βασιλεῖ καταστήσαιτο. Ταῦτα οἱ Βασαβίλα
πρέσβεις ἀκούσαντες γράμμασιν αὐτῷ τὰ παρόντα
ἐδήλουν. [P. 80] Ὁ δὲ εἰς τὴν πόλιν Πεσχάραν (74)
Ῥωμαίοις λόγου κοινωνήσειν ἤθελεν. Ὁ μαθὼν ὁ
Παλαιολόγος (75) ναυσὶ δέκα μηδὲν ὑπερθέμενος εἰς
Πεσχάραν ἔπλει, πόλιν Βεστίαν (76) βασιλεῖ προσχω-
ρήσασαν μεταξὺ κρατησάμενος. Ἀλλὰ δόξαν αὖθις C
Βασαβίλᾳ ἐπὶ Βεστίαν αὐτῷ ἐντετυχηκέναι ὀπίσω
ἔπλει, ἐνταῦθά τε ἐντετυχηκὼς αὐτῷ, πίστεις τε
περὶ τῶν προκειμένων λαβὼν καὶ δεξάμενος ἔργου
λοιπὸν εἶχετο. Ὁ δὲ Δούκας στράτευμα ἤδη ἀθροίσας
φροὐριόν τι ἐρυμνὸν, οὗ Προῦντζος ἦρχεν ἀνὴρ Ἰτα-
λὸς, πολιορκεῖν ἐπεβάλετο. Ἔνθα προσβολῆς γενο-
μένης Ῥωμαῖοι τοὺς πολεμίους τρεψάμενοι ἐντὸς

obtinuerat. Sed mortuo illo translataque ad Guilel-
mum regia dignitate, cum alter Italiæ administra-
tionem obtinuisset, ipse secundum ab eo locum ob-
tinere coactus est. Hanc ille non passus injuriam
ad defectionem sese comparavit, missisque ad im-
peratorem legatis, Italiam universam Siciliamque
ipsam in manus sese traditurum pollicitus est. Sed
enim Bassavillæ legati, qui Frederico in re ardua
ac difficili adhuc cessante, re infecta redibant, in
Alexandrum incidérunt, qui nihil pariter eorum
quorum causa venerat ad Fredericum exsecutus una
cum Duca revertebatur. Ubi igitur in colloquium
venere Alexander et Bassavillæ legati, Alexander,
qui quorsum ad Fredericum venissent probe nove-
rat : « Prope est, inquit, amici, qui legationi ve-
stræ extremam manum imponet. » Quis ille esset,
rogantibus iis : « Imperator Romanorum, » subdit
Alexander : moxque rerum enarrato statu, addidit
Palæologum, virum quidem ex curiæ Romanæ ma-
gnatibus, sed sebasti insignitum dignitate, cum
immensa pecuniarum **137** vi prope adesse, ut Ita-
liam imperatori denuo assereret. Quibus intellectis,
legati per litteras quæ audiverant Bassavillæ signi-
ficarunt. Ille vero ut sibi liceret cum Romanis in
civitate Peschara colloqui per eosdem expetiit.
Quod ubi accepit Palæologus, nihil cunctatus navi-
bus decem Pescharam adnavigavit, Voscia interea
urbe, quæ ad principem defecerat, communita. Sed
cum rursum Bassavilla ad Vosciam cum illo sese
collocuturum nuntiasset, eo se contulit; congres-
suque habito ac de rebus præsentibus data acceptа-
que vicissim fide, operi sese accinxit. Contracto
deinde exercitu, castrum validum, cui Bruntzus
Italus præerat, oppugnare aggressus est Ducas.
Commisso ibi certamine, hostes fuderunt Romani,
qui fugientes insecuti una cum iis mœnia subiere.
At illi in arcem sese primum recepere. Verum ut

Du Cangii notæ.

Normanicæ gentis, proindeque a Gaufredo comite Conversani, Roberti Guiscardi ex sorore nepote, de quo Malaterra l. I. c. 10, 39; l. II, c. 39, 40; l. IV, c. 4; Ordericus Vital. l. VII, p. 645; liv. X, p. 780; et Will. Gemetic. l. VIII, c. 14; sed de comitibus Conversani quædam attigimus in notis ad Alexiadis p. 388, agemusque pluribus in Familiis Normannicis. Cæterum id observatione dignum videtur, comites Loretelli, non modo *comites palatinos*, sed et *comites comitum* sese inscripsisse : ex quibus conficitur illustri hac dignitate donatos fuisse a principibus Normannicis, ut essent qui in his provinciis et ditionibus, quas bello acquisierant, uti in Francorum regno et Alemannico imperio ea tempestate observatum adnotavimus in dissert. 14 ad Joinvillam, cum suprema auctoritate in eorum palatiis jus dicerent. Proindeque cum cæteros comites ex istius dignitatis prærogativa præcellerent, *comites comitum* appellabantur, ut apud Gallos nostros comites Campaniæ, sese *Francorum comites* inscribebant. Hac vero dignitate gaudebant primi Loretelli comites. Nam Robertus I in charta an. 1095 apud Ughellum in Episc. Teatinis n. 16 *comes comitum*; Robertus II in alia an. 1115; quæ habetur in Chronico monasterii S. Sophiæ Benevent. *comes comitum de Lauratello*, et *palatinus comes* in charta an. 1125 apud Ughellum, tom. VIII. p. 357; denique Guillelmus, *Loretelli comes comitum*, apud eumdem Ughellum, in episc. Teatin. n. 21, inscribuntur.

(74) *Πεσχάραν. Piscaria, Pescara* hodie, urx munitissima in Samnitibus, inter Atriam et Ortonam, in ostio fluminis cognominis in mare Adriaticum influentis, veteris oppidi Aterni fundamentis inædificata, quod Aternum fuisse aiunt. Hujus meminit Paulus Diac. l. II Rerum Langob. c. 20.

(75) *Ὁ μαθὼν ὁ Παλαιολόγος.* Expeditionem Græcorum Italicam, quam obiter attigit Nicetas, l. II, c. 8, fusius prosecuti sunt Falcandus, Otho Frising. l. II, c. 29; Will. Tyrius, l. XVIII, c. 2, 7 et 8; Rob. de Monte, an. 1155, 1156; Chronicon Ceccanense et Chronicon Pisanum, ann. 1157; Radulfus de Diceto in Imag. Hist. an. 1156. Addit Stero cæsa in ea 40 millia Græcorum.

(76) *Βεστίαν. Vescia*, non *Voscia*, ut præfert editio, urbs in confinibus Campanorum et Hirpinorum, inter Abellam et Vesuvium, *Resti urbs* apud Leon. Ost. l. III, c. 13. Vide Cluverium, l. III Italiæ Antiquæ, et Ughellum tom. VII *Italiæ Sacræ*, p. 1178.

ædificia sua igne consumi vastarique et auferri omnia a Romanis conspiciunt, tum vero descendunt, dominumque suum magnum imperatorem proclamant : atque hoc modo castro illi potiuntur. Cum inde ad civitatem, cui a divo quodam, qui in ea colitur, Flavianæ nomen inditum est, pergerent, populares omnes obviam effusi pro agris suis illos rogant, ac ne quid in se gravius insolescat milex obtestantur, servos se futuros deinceps imperatoris, et quæcunque vellent Romani se facturos polliciti. Dux ejusmodi benevolentiæ illorum gratiam rependens, per eorum agros amice ac pacate iter fecit. **138** Cum inde excederet, Gulielmus Bassavillæ frater, qui et ipse in Romanorum amicitiam concesserat, cum fratris litteris venit, quibus ut confidenter dux accederet hortabatur, utpote circumjacente regione jam Romanis parente.

3. Palæologus autem Voscia, ut dictum est, per conditiones potitus, ad Tranim venit : cujus incolæ simul ac Romanum exercitum conspexere, cum nequaquam urbem dedere vellent, missis ad ducem legatis, ut finibus suis abscederet rogavere : neque enim prius quam Barim cepisset, Tranim posse ab illo expugnari. Quare collectis decem non amplius navibus, discessit inde et ad urbem Barim venit, non tam militum secutus consilium (quippe solers erat admodum et rei militaris experientia nemine inferior), sed quod Tranim expugnari revera non posse sciret, proindeque tempus ibi terere parum consultum arbitraretur. Sed et ad ipsam Barim copias admovere haud tam facile videbatur : cum præterquam quod validis cingeretur muris, idoneo barbarorum præsidio esset munita : quorum alii in turribus armati stabant, alii ante portas infinito prope numero effusi pedites equitesque perinde cum armis consistebant. Ad hæc æstu insolito fervens et intumescens mare jamjam navibus interitum minitabatur. Cum igitur ardua omnia undique ac difficilia prorsus viderentur, non ideo tamen spem ille omnem abjecerat. Sedata igitur postridie tempestate, rem aggredi constituit. At cum nihil fere **139** ex animi sententia succederet (hostium enim alii lapides et ligna et quodcunque occurrebat ad manum nivium instar e turribus emittebant : alii, qui infra stabant, frequentibus telis obscurabant aerem), intermittendam in præsenti oppugnationem ratus extra telli jactum recessit et pacisci cum hostibus cœpit, multa iis bona pollicitus, quæ sese partim daturum confestim spondebat, si urbem citra prælium magno dederent imperatori, partim subinde speranda ingerebat. Oppidani simul atque id accepere, alii equites excedunt, alii scaphas ingrediuntur, eumque invitant ut in urbem, cujus reclusas ostendebant portas, veniret. At ille ne dolus subesset veritus, primo animos illorum tentare statuit. Jussit itaque navem

A τειχίων συνέπεσον φεύγουσιν, οἱ δὲ πρῶτον μὲν ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν ἀνεχώρουν, ὡς δὲ Ῥωμαῖοι πῦρ ταῖς οἰκοδομαῖς ἤδη ἐνῆκαν τά τε εἴκοι διήρπαζον, ἐπικαταβαίνειν τε ἤρξαντο καὶ κύριον σφίσι βασιλέα μέγαν ἀναδοῦν. Τούτου μὲν δὴ οὕτως ἐγκρατεῖς ἐγένοντο. Ἐπὶ δέ τινα πόλιν ἐλθόντων ἡ ἐπώνυμος τῷ ἐνταῦθα τιμωμένῳ ἁγίῳ Φλαβιανὴ (77) κέκληται, ἐξεχεῖτο ἅπας ὁ δῆμος ὑπὲρ τῶν ἀγρῶν δεόμενοι καὶ τοῦ μηδὲν αὐτοῖς ἄχαρι πρὸς τῶν Ῥωμαίων πείσεσθαι στρατιωτῶν, δοῦλοί τε βασιλεῖ ὡμολόγουν καὶ τἄλλα ἔπραττον, ὅσα Ῥωμαίοις βουλομένοις ἦν. Οὓς τῆς εὐνοίας ἀμειβόμενος ὁ στρατηγὸς ὡς διὰ φιλίας ἐπορεύετο τῆς χώρας. Ἄρτι δὲ ἐκεῖθεν ἀπαίροντι Γιλιέλμος ὁ Βασαβίλα μὲν ἀδελφὸς, εὔνους δὲ καὶ αὐτὸς Ῥωμαίοις ἤδη γεγονὼς γράμματα παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ κομίζων ἦλθεν αὐτῷ θαῤῥεῖν τοῦ λοιποῦ προτρεπόμενα, ὡς τὸ ἐξῆς χώρας κατηκόου προκειμένης αὐτῷ.

B

γ'. Ὁ δὲ Παλαιολόγος ἐπειδὴ Βεστίαν, καθάπερ εἴρηται, ὁμολογίᾳ παρεστήσατο, ἐπὶ Τρᾶνιν ἦλθε. Τρανῖται τοίνυν ὡς τὸν Ῥωμαίων εἶδον στρατὸν, ἐπειδὴ παραδιδόναι σφίσι τὴν πόλιν οὐδαμῇ ἤθελον, πρέσβεις παρὰ τὸν στρατηγὸν πέμψαντες ἠξίουν ἐνθένδε τοῦτον ἀπαίρειν. Μὴ γὰρ πρότερον Βᾶριν παραστησαμένῳ ἀδύνατα αὐτῷ ἔσεσθαι Τρᾶνιν ἑλεῖν. Ὁ δὲ ναῦς αὐτίκα οὐ πλέον ἢ δέκα ἐπαγόμενος ἐκεῖθέν τε μετέβη καὶ ἐπὶ Βᾶριν ἦλθεν, οὐχ ὅσον τοῖς στρατιωτῶν λόγοις ἀναπεισθεὶς (ἀγχίνους γὰρ ἦν καὶ τῇ περὶ τὰ πολεμικὰ ἐμπειρίᾳ οὐδενὸς ἧσσων), ἀλλὰ Τρᾶνιν οὐκ ἐπίμαχον εἰδὼς τρίβειν εἰκῇ τὸν καιρὸν ἀσύμφορον ᾤετο. Ἐδόκει μὲν οὖν ἡ Βᾶρις ἀπρόσοδος αὐτῷ πάντη· τεῖχη τε γὰρ αὐτὴν περιεζώννυ καρτερὰ, καὶ βαρβάρων στρατιὰ οἱ μὲν ἐπὶ τῶν ἐπάλξεων ὁπλενδυτοῦντες ἐνέστησαν, οἱ δὲ ἀναρίθμός τις ὁμιλος πυλῶν προχυθέντες πεζοί τε καὶ ἱππεῖς ξὺν τοῖς ὅπλοις ἐπεφέροντο αὐτῷ. [P. 81] Ἡ θάλασσα δὲ σφοδρῶς ἐπεγειρομένη καταδύειν ἠπείλει τὰς ναῦς. Ὁ δὲ καίτοι πανταχόθεν αὐτῷ τῶν πραγμάτων ἀπόρων ὄντων, οὐκ ἔξω πάντη ἐλπίδων ἐγένετο. Τῇ ἐπιούσῃ γοῦν τῶν κυμάτων τέως ἀπηλλαγμένος ἔργου ἔχεσθαι ἤθελεν. Ὡς δὲ μηδὲν αὐτῷ προὐχώρει (τῶν γὰρ πολεμίων οἱ μὲν λίθους καὶ ξύλα καὶ πᾶν τὸ παρατυχὸν νιφάδων δίκην ἐκ τῶν ἐπάλξεων ἐπ' αὐτὸν ἔπεμπον, οἱ δὲ καὶ ἀπὸ γῆς βέλεσι τὸν ἀέρα ἐσκίαζον), ἐντροπήν τινα ἐν τῷ παραυτίκα πεποιημένος ἔξω βελῶν ἐγίνετο, λόγοις τε ἐς αὐτοὺς ἐχρῆτο ἀγαθὰ ἃ μὲν αὐτίκα ποιήσειν ἐπαγγελλόμενος εἰ βασιλεῖ μεγάλῳ τὴν πόλιν ἀμαχητὶ παραθήσουσιν, ὧν δὲ καὶ ἐλπίδα ὑποτείνων ἐξῆς· τούτων ἐπειδήπερ οἱ ἐπὶ τῆς πόλεως ἤκουσαν, ἱππέων ἐκδραμόντες τινὲς, οἱ δὲ καὶ λεμβαδίοις ἐμβάντες, παρεκάλουν αὐτὸν ἐπὶ τὴν πόλιν ἰέναι ἀνακεκλιμένας τὰς πύλας ὑποδεικνύντες. Ὁ δὲ δείσας ὅτερ ἦν μὴ ἐξαπάτη τις εἴη τὸ πρᾶγμα, ἐς πεῖραν ἐχώρει πρότερον. Ἐκέλευε τοίνυν τῶν σὺν αὐτῷ μίαν νεῶν ἐπὶ τὴν ἀκτὴν ἰέναι δῆθεν ὁρμισομένην· ἀλλ' ἅμα τε προσιοῦσαν εἶδον αὐτὴν οἱ πολέμιοι

C

D

Du Cangii notæ.

(77) *Φλαβιανή*. Flavianum forte oppidum in Samnitibus circa littus haud procul Turdisæ.

καὶ ἀμφὶ τοὺς πεντακοσίους ἐς τὰς ἐπάλξεις ἀνέβαινον. A ex suis unam ad littus agi, quasi eo appulsuram : quam ubi hostes vident accedere, numero circiter quingenti turres conscendunt. Id conspicatus Alexander, cum necdum ii arma induissent, aurum, quod præ sinu effusum gestabat, accipiens statim nave egreditur : ostensoque eo oppidanis qui supra muros stabant, hæc verba exclamat : « Qui divitiarum et libertatis desiderio tangitur, huc accedat, iis extemplo fruiturus. » His dictis ingens e civitate advolat multitudo et imperatori continuo adjungitur : moxque dux fide ab iis accepta, cum multa celeritate exercitum in civitatem introducit. Adeo nihil est ad inescandos illiciendosque mortalium animos auro validius. Hæc postquam cognovere cives alii, quibus videlicet **140** quæ facta fuerant haud placebant, in arcem confestim sese proripiunt : atque intra mœnia jam recepti de summa rerum decertant. Hic porro rem admiratione dignam erat intueri, eos nempe qui et natura et voluntate invicem nuper cohærebant, nunc auro velut muro disjunctos hostiliter inter se agere, diversaque prorsus moliri et sentire. Atque is fuit in urbe rerum status. Erat præterea in superiori civitatis parte arx altera, in qua exstructum erat divo Nicolao dicatum templum, quam cum occupare statueret Palæologus, talia comminiscitur. Armatos aliquot, nigris superindutos palliis, summo mane ad templum ire jubet, datque iis in mandatis, ut simul atque ingressi illud essent, tum demum strictis gladiis rem aggrederentur. Illi ergo sub auroram accedentes ad arcem, portam pulsant. Qui intus erant, monachos quosdam esse arbitrati, apertis januis illos intromisere : atque ita deinceps a Romanis captum est castellum. Verum id etsi expugnatum, nihilominus qui acropolim tenebant obstinatiori sese tuebantur animo, adeo ut per septem continuos dies certamen perduraret. At postquam eo accessit cum ingentibus copiis Bassavilla, tum et illam Romanis dediderunt : atque odio quo in Rogerium flagrabant, quod nimirum inhumane crudeliterque (ut solent tyranni) in eos sævisset, arce diruta soloque æquata, discessere, licet dux obsisteret eamque magno vellet emere.

Ὁ κατιδὼν Ἀλέξανδρος μήπω πρὸς τοῖς ὅπλοις ἐκείνων γεγενημένων χρυσίον κεχυμένον ἐπὶ τοῦ κόλπου λαβὼν ἀπέβαινέ τε τοῖς νεῶς θᾶσσον καὶ τοῖς ἐπὶ τῆς πόλεως δεικνύς. « Ὅς ἂν πλούτου καὶ ἐλευθερίας ἐραστὴς εἶη δεῦρο παρίτω, ἀνέκραγεν, ὡς αὐτίκα τούτων ἀπολαυσόμενος. » Ὁ μὲν ταῦτα εἶπε, τῶν δ' ἐκ τῆς πόλεως πλῆθος ἐκδραμόντες πολὺ παραυτὰ βασιλεῖ προσεχώρουν, οὓς ὅρκοις καταλαβὼν ὁ στρατηγὸς σπεύσας ἐπὶ τὴν πόλιν εἰσῆγε τὸ στράτευμα. Οὕτω χρυσίνου δελέατος οὐδὲν ἀνθρώποις ἀπατηλότερον γίνεται. Ταῦτα γνόντες πολῖται οἱ ἄλλοι, οὓς οὐκ ἤρεσκε δηλονότι τὰ πραττόμενα, ὁρμῴ ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν ἐχώρουν, ἐντός τε ἤδη τειχέων γεγονότες περὶ τῶν ὅλων ἐμάχοντο. Ἦν τε πρᾶγμα πολλοῦ γε ὄντως θαύματος ἄξιον ὁρᾶν, τοὺς ἐναγχος καὶ φύσει B καὶ γνώμαις συμβαίνοντας σήμερον ὥσπερ ἐπιτειχίσματι τῷ χρυσῷ διειργμένους, ἐχθρὰ φρονοῦντας ἀλλήλοις καὶ διεστηκότας ἤδη τοῖς ἔργοις. Ταῦτα μὲν οὖν τῇδε ἐφέρετο. Ἦν δέ τι φρούριον ἀνὰ τὴν πόλιν ἕτερον, ἐφ' οὗ Νικολάου τοῦ ἐν ἁγίοις ἵδρυτο νεώς, ὃ καὶ αὐτὸ ἐξελεῖν ὁ στρατηγὸς διανοηθεὶς τοιάδε τινὰ ἐποίει. Ἄνδρας τεθωρακισμένους μέλασι περιστείλας ἀμφίοις ἐκέλευεν ὁρθρίσαντας ἐπὶ τὸν νεὼν ἐλθεῖν, ἐπειδὰν δὲ καὶ ἔνδοθεν γένοιντο τὰ ξίφη σπασαμένους ἔργου ἔχεσθαι. [P. 83.] Οἱ μὲν οὖν ἔωθεν τῷ φρουρίῳ προσιόντες τὴν πύλην ἔκοπτον· οἱ δ' ἔνδον μονήρεις τινὰς εἶναι τούτους ὑπειληφότες, τὰς πύλας αὐτοῖς διαζυγώσαντες εἰσεδέχοντο. Καὶ τὸ λοιπὸν οὕτω δὴ καὶ τοῦτο Ῥωμαίοις ἡρέθη. Ἀλλὰ καὶ τούτου ἁλωκότος οἱ ἐπὶ τῆς ἀκροπόλεως ἰσχυρογνώμονες ἔτι ἦσαν. Μέχρι μὲν οὖν καὶ ἐς ἑβδόμην ἡμέραν οὕτω διετέλεσαν ἀντικαθήμενοι ἀλλήλοις, ἐπεὶ δὲ καὶ Βασαβίλας ἐνταῦθα ἦλθε δύναμιν ὡς πλείστην ἐπαγόμενος, τότε δὴ καὶ ταύτην Ῥωμαίοις παρέδοσαν. Κατὰ ἔχθος γε μὴν τὸ πρὸς Ῥογέριον ἅτε ἀπανθρώπως αὐτοῖς ὁποῖα τοῖς τυραννοῦσιν εἴθισται προσφερόμενον, ἐς ἔδαφος (78) αὐτὴν καθελόντες ἀφῆκαν, καίτοι πολλὰ τοῦ στρατηγοῦ πρὸς τοῦτο διενισταμένου καὶ χρημάτων ὠνεῖσθαι ταύτην μεγάλων ἀξιοῦντος. C

141 4. Hæc tum ad Barim contigere, qua capta Palæologus versus Tranim navigat. Ea civitate similiter certis conditionibus in deditionem accepta, Juvenatium non contemnendam urbem fœdere sibi adjungit. Erat iis in locis Richardus quidam homo

δ'. Τὰ μὲν οὖν κατὰ Βᾶριν τῇδε ἐχώρησεν. Ὁ δὲ Παλαιολόγος ἐπειδὴ ταύτην ἔσχεν, ἐπὶ Τρᾶνιν (79) ἀπέπλει· ὁμολογίᾳ τε καὶ ταύτην παραστησάμενος, D εἶτα καὶ Γιβενάτζιον (80), πόλιν λόγου ἀξίαν, ὑπόσπονδον ἐποιήσατο. Ἦν δέ τις Ῥιτζάρδος (81)

Du Cangii notæ.

(78) Ἐς ἔδαφος. Atque id postmodum causæ fuit, cur Willelmus recepta Bari, castelli sui, quod a Barensibus dirutum fuerat, ruinas intuitus, [P. 456] Barenses sic allocutus sit : *Justo*, inquit, *vobiscum agam judicio : et quia domui meæ parcere noluistis, certe nec ego vestris sum domibus parciturus.* Quod et factum est : muris enim primum æquatis solo, totius insecutum est excidium civitatis. Barim porro Græcis ademerat jam olim Guiscardus, ut est in Chronico Casin. l. III, c. 44.

(79) Τρᾶνιν. Urbs nota in ea ora *Trani* hodie fere diruta.

(80) Γιβενάτζιον. Juvenatium in Apuliæ Peucetiæ ora maritima, 12 m. a Bari, hodie *Giovenazzo*.

(81) Ῥιτζάρδος. Fuit hic Ricardus Andriæ comes, Willelmi regis partibus addictus. Proinde vix simile videatur vero illum esse qui a Roberto de Monte, an. 1155, *Richardus de Linges comes Andriæ* nuncupatur, cum Robertum Bassavillam is secutus sit. Deinde Richardus cujus meminit Robertus, non Andriæ, sed Andri insulæ comes fuit, si qua fides eidem hæc an. 1145 scribenti : *Rex Rogerius Siciliæ Tripolitanam provinciam in Africa super paganos cepit. In hac expeditione fuit et multum profuit Richardus de Linghene, miles optimus, qui nuper de Bajocensi comitatu illuc perrexerat, et a rege Rogerio*

vindictæ sumendæ mire cupidus. Quippe hominem, A a quo vel levissime esset offensus, quasi victimam cædere, manibus pedibusque truncare, visceraque illius avellere, levissima ei videbatur animadversio. Antro hic castello præerat : qui ubi Juvenatium in Romanorum potestatem jamjam venturum accepit, ut ab incepto desisterent Romanis commmatus est. Sed spretis ejusmodi minis Juvenatioque in fidem recepto, cum quid deinceps agendum esset deliberarent Romani ulteriusque pergerent, ille comitibus aliis adjunctus atque adeo ipsi Guilielmi cancellario, quem logothetam Græci vocant, cum his versus Tranim tendit, urbem primo impetu expugnaturus. Illos subsequebatur exercitus equitum duorum millium, peditum vero aliorumque armatorum infinitæ multitudinis. Qui in civitate B cum exiguis admodum copiis relicti fuerant Romani, tum sibi tum civitati metuentes celeriter Ducam advocant et fortunam illi præsentem per litteras exponunt. Quas ubi ille accepit, motis eodem die castris ad Tranim ire pergit. Cum ad locum quemdam, cui nomen Buno, venisset, egressi obviam incolæ ut civitatem citra certamen reciperet Romanus exercitus cohortabantur. Sed **142** Ducas longius ibi immorari haud e re sua fore arbitratus, ne Richardo belli pro arbitrio gerendi occasionem præberet, id in præsens quidem omisit, tum etiam quod eo in posterum opportuniori tempore potiri se posse non diffideret. In Richardum igitur toto impetu contendit, qui in maritimo quodam oppido C tum agebat, cui Barleti nomen, ubi etiam aderat cancellarius. Cum proxime ad urbem accessisset Ducas, de exercitu Richardi trecenti equites cum peditum phalange, irruptione facta, obviam imprævisо venerunt. Verum re inopinata haudquaquam perculsus Ducas, in densam se aciem collegit totisque viribus in hostes irruit, qui vix sustinentes impetum versi sunt in fugam. Eo in certamine ut cæteri sese gesserint Romani et unusquisque eorum præclarum ediderit facinus, haud equidem dicere possim. Id fama constat, Ducam hasta injectum triginta prostrasse, donec multis suorum amissis intra portas sese receperunt. Fugientes insecuti Romani, appetente jam nocte, in castra reversi sunt, nullo alio præterquam uno ex conducitiis D equitibus interempto. Nocte illa ibi castrametati sunt : sed ubi illuxit dies, itineri sese accinxere. His acceptis Richardus, veritus ne, si undique circumveniretur a Romanis, damnum haud facile sarciendum incurreret, inde **143** ocius pedem retulit et in Antro sese continuit. Ducas autem

ὄνομα ἀνὴρ κολαστικός. Ἄνθρωπον γὰρ καὶ ἐπὶ μικροῖς αὐτῷ προσκεκρουκότα ὡς ἱερεῖον καταθῦσαι, ἢ σπλάγχνα ἀνατεμεῖν καὶ χειρῶν ἢ ποδῶν ἀποστερῆσαι κόλασις αὐτῷ ἡ προχειροτάτη ἦν. Οὗτος Ἄντρου μὲν ἦρχε φρουρίου, Γιβενατζίου δὲ μεταποιεῖσθαι Ῥωμαίους ἀπηξιώει· μὲν καὶ τὸ πρότερον ἀποσχέσθαι τῆς ἐγχειρήσεως, ὡς δὲ τῶν ἀπειλῶν ἀφροντιστήσαντες Γιβενάτζιόν τε αὐτὸ ὁμολογίᾳ ἔσχον καὶ περὶ τῶν λοιπῶν προϊόντες ἐσκέπτοντο, κόμητί τε ἄλλοις καὶ δὴ καὶ τῷ Γιλιέλμου καντζιλερίῳ (82) συγγεγωκὼς, ὃν λογοθέτην εἶπει ἄν τις ἑλληνίζων ἀνὴρ, ἐπὶ Τρᾶνιν σὺν αὐτοῖς ἦλθεν ὡς αὐτοβοεὶ τὴν πόλιν ἀναστατώσόμενος. Ἠκολούθει δὲ αὐτοῖς στράτευμα, ἱππεῖς μὲν δισχίλιοι, πεζῶν δὲ καὶ ἀπλήτων μύριος ἄγαν ὅμιλος. Ῥωμαῖοι τοίνυν σὺν βραχείᾳ τινὶ καὶ ὀλιγανδρούσῃ δυνάμει ἔνδον ἀπολειφθέντες περί τε τῇ πόλει αὐτῇ καὶ τοῖς ὅλοις ἔδεισαν πράγμασιν. Ὅθεν καὶ ταχὺ τὸν Δούκαν μεταπέμπουσι γράμμασι τύχην αὐτῷ τὴν ἐνεστῶσαν παραδηλοῦντες. Ὁ δὲ ἐπειδὴ τὰ γράμματα ἐδέξατο, συσκευασάμενος αὐθημερὸν τὴν ἐπὶ Τρᾶνιν ἐπείγετο. Γενομένῳ γοῦν περί τινα χῶρον ᾧ Βουνὸς (83) ἡ κλῆσίς ἐστιν, ἐξήεσαν οἱ ταύτῃ ἄνθρωποι παραλήψεσθαι αὐτὸν τὴν πόλιν ἁμαχητὶ τὸν Ῥωμαίων πρατεπόμενοι στρατόν. Ἀλλὰ ὁ Δούκας βατριβὴν τινα ἐγεγόνει ποιεῖσθαι ἀσύμφορον ῥιζθείς, ὡς ῥᾳ Ῥιτζάρδῳ κατ' ἐξουσίαν τὴν τοῦ πολέμου διοικεῖσθαι δώσει ῥοπὴν, ταῦτα μὲν ἐν τῷ τέως παρῆλθε, δυνατὸν δν καὶ εἰσαπειτα κατὰ καιρὸν ἀνθέξεσθαι τούτων, ἐπὶ δὲ τὸν Ῥιτζάρδον ὅλαις ἐφέρετο ὁρμαῖς. Ἔστι δέ τι ἐπιθαλάττιον πόλισμα Βαρλὲτ (84) ὄνομα, ἔνθα τὸν καντζιλέριον συνέβαινεν εἶναι. Τούτου δὴ ἄγχιστα γενομένῳ τῷ [P. 83] Δούκᾳ ἱππεῖς ἐκ τῆς ἐκείνου στρατιᾶς τριακόσιοι μάλιστα ἐκδρομὴν ποιησάμενοι ἅμα πεζῶν φάλαγγι αἰφνίδιον ὑπηντίαζον. Ὁ δὲ τῷ ἀπροόπτῳ μηδὲν καταπλαγεὶς ἐς φάλαγγά τε ἐπυκνοῦτο ταχὺ καὶ σὺν ῥύμῃ ὁρμὴν κατ' αὐτῶν ἦειτο, πρὸς βραχύ τε ὑποστάντες ἐτρέψαντο. Ἔνθα Ῥωμαίοις μὲν τοῖς ἄλλοις οὐκ ἔγωγε λέγειν ὅπως ἑκάστῳ ἀνδραγαθίσασθαι ἐξεγένετο, ὅ γε μὴν Δούκας ἐς τριάκοντα, φασὶν ἐπὶ στόμα κατήνεγκε ξὺν τῷ δόρατι ἐπελαύνων, ἕως πυλῶν ἔνδον πολλοὺς τῶν σφετέρων ἀποβαλόντες ἐγένοντο. Ῥωμαῖοι δὲ ὀπίσω διώξαντες, ἐπειδὴ συνεσκόταζεν ἤδη, ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἀνεχώρουν, οὐδενὶ ἑτέρῳ ὅ τι μὴ τῶν μισθοφορούντων ζημιωθέντες ἱππέων τινί. Τὴν μὲν οὖν νύκτα ἐκείνην ἐνταῦθά που ηὐλίσαντο, ἅμα δὲ ἡμέρᾳ ὁδοῦ εἶχοντο. Τοῦτο μαθὼν ὁ Ῥιτζάρδος, ὡς μὴ κύκλωσίν τινα αὐτοῦ Ῥωμαῖοι ποιησάμενοι ἀνήκεστα δράσωσι, τὴν ταχίστην ἐκεῖθεν ἐφέρετο, ἐν Ἄντρῳ τε γεγονὼς ἐνταῦθα

Du Cangii notæ.

comitatum Andri insulæ, quam nuper idem rex super imperatorem Constantinopolitanum ceperat, dono acceperat. At Richardus a Cinnamo memoratus *Antro* seu Andriæ oppido in Salentinis imperavit, quod *Roca* et *arx Antri* videtur appellari in Chronico Casinensi, l. II, c. 78. Vide notas ad Alexiadem, *p. 117.*

(82) Κωντζιλερίῳ. Ansquetino, Willelmi regis cancellario, qui Beneventum ab Adriano pp. occupatum obsedit, uti narrant Tyrius et Chronicon Ceccanense seu Fossæ novæ, an. 1155 Anscolinum vocat Hugo Falcandus.

(83) *Βουνός. Buno* hodie.

(84) *Βαρλέτ.* Beroium, *Barletta* hodie, prope Tranim, de qua Ughellus tom. VII *Ital. Sacr.* p. 1195.

ἔμενεν. Ὁ δὲ Δούκας τὸ σὺν τῷ Παλαιολόγῳ βυσά- A
μενος στράτευμα ἐπὶ Ῥιτζάρδον μετέβαινε, καίτοι
τῆς περὶ αὐτὸν δυνάμεως πολλῷ τὴν Ῥωμαίων
πλήθει ὑπερβαλλούσης· τοὺς μὲν γὰρ ἑξακοσίους,
οὐ πλείονας συνέβαινεν εἶναι, πεζῶν ἄνευ, οἱ καὶ
αὐτοὶ τοῦ σὺν τῷ Ῥιτζάρδῳ πεζικοῦ πλείστου
ἀποδέοντες ἦσαν. Ῥιτζάρδῳ δὲ ἱππεῖς μὲν ὀκτα-
κόσιοι καὶ χίλιοι, πεζῶν δὲ οὐκ εὐαρίθμητος εἵπετο
στρατιά. Ἐπιόντας τοίνυν Ῥωμαίους ὁ Ῥιτζάρδος
ἀναμαθὼν ἀντεξῆγε τὸ στράτευμα καὶ αὐτός.
Ἐπειδή τε ἐγγὺς ἦδη ἐγένοντο, Ῥωμαῖοι μὲν τριχῇ
διαιρεθέντες ἐτάξαντο ὧδε. Σκύθαι δὲ καὶ ὅσοι ἐπὶ
τόξοις ἦσαν πεζῇ φαλαγγηδὸν ἐπὶ μέτωπον ἑστησαν.
Ἱππέων δὲ ἐς ἥμισυ μάλιστα καὶ μοῖραν Σκυθῶν ὁ
Δούκας ἔχων αὐτὸς μὲν τὴν ὀπισθίαν, Βασαβίλας δὲ
σὺν τῶν ἄλλων κομήτων τισὶ τὸ λοιπὸν ἔχων ἱππικὸν B
τὴν μέσην ἐκληροῦτο χώραν. Ῥιτζάρδος δὲ, πολλῷ
ἐχόμενος θυμῷ, οὐδὲ ὅσον τακτικῆς τι μεταποιήσα-
σθαι ἀναδεχόμενος ἀπήλαυνε σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν
ἱππεῦσιν, ἕως ἐς αὐτὸ τὸ μεσαίτατον τοῦ Ῥωμαϊκοῦ
καταντήσας στρατεύματος· στάδην ἦδη τὴν μάχην
ἐποιεῖτο, τοῦ κατὰ μέτωπον τοξικοῦ οὐδὲ κατ' ἀρχὰς
ἀντισχόντος αὐτῷ. Εἶτα δὴ καὶ Βασαβίλαν βιασάμε-
νος ἐτρέψατό τε κατὰ κράτος καὶ τοῖς ἀμφὶ τὸν
Δούκαν ἦδη ἐπέθετο. Ἐνταῦθα μάχη συνίσταται
καρτερὰ, καὶ πίπτουσι μὲν τῶν περὶ τὸν Ῥιτζάρ-
δον πολλοί· ἅτε δὲ ἐν πολλῷ τῷ πλήθει πιπτόντων,
συναίσθησις οὐδεμία τῷ στρατεύματι ἐγένετο.
Ὠθισμός τε γοῦν πολὺς ἦν καὶ δοράτων πρὸς ταῖς
ἀσπίσιν ἀποκαυλιζομένων δοῦπος ἠγείρετο· συχνά
τε βέλη ἐπεπέτετο καὶ πανταχόθεν ἐστήρικτο τὸ
δεινόν, ἕως Ῥιτζάρδος σὺν ῥύμῃ ἐπιβρίσας νῶτα
ἦδη δεδωκέναι καὶ τούτου; ἠνάγκασεν. Ὅτε καὶ
[P. 84] αὐτὸς ὁ Δούκας παρ' ὀλίγον ἥλθε τοῦ καὶ
ἁλῶναι καταδορατισθείς. Ἀλλὰ γὰρ ἡ πρόνοια πάντα
ἐς ὅπερ ἂν αὐτῇ θέλει ἄγει καὶ στρέφει τὰ ἀν-
θρώπεια. Καίτοι εἰς τοῦτο τύχης Ῥωμαίοις ἐλθοῦσι
νικᾷν ὅμως ἐπὶ τέλους ἐγένετο. Ἔφθη μὲν γὰρ ὁ
Δούκας ἐπί τι τῶν ἐκ λίθου πεποιημένων τειχέων
πεφευγὼς, ἃ πρὸ τῶν πυλῶν εἴθισται τιτάνου ἄνευ
ἤ τινος ἄλλης ἐπιχρίσεως τοὺς λατομῶνας περιζων-
νύειν, ἐνταῦθα περισεσῶσθαι. Ἦδη δὲ καὶ τὸ
Ῥωμαίων πεζικὸν ἐν ἐπιτηδείῳ γεγονὸς λίθους κατὰ
τῶν περὶ Ῥιτζάρδον ἧφιεσαν, ὡς ἐντεῦθεν ἐπισυ-
ἱστασθαι ἤδη τῶν πεφευγότων πολλούς. Ὅπερ D
ὁ Ῥιτζάρδος ἰδὼν ἱππεῦσιν ἐξ ἅμα καὶ τρι-
κόντα κατ' αὐτῶν αὖθις ἐφέρετο. Ἀλλά τις τῶν ἐκ
Τράνεως εἰς τοὺς ἱερέας τελῶν μέγα τι χρῆμα
λίθου ἐξ ὑπερδεξιῶν ἀφεὶς κνήμης τε θατέρας
τυχήσας αὐτῷ, εἰς γῆν ἀναχθῆναι ἐποίησε. Καὶ ὁ
μὲν ἔκειτο σπαράττων ὑπὸ ὀδύνης ἑαυτὸν, ὁ δὲ καὶ
δευτέραν κατῆρε τοῦ τραχήλου βολήν. Ἐπειδή τε
ἦδη κατηγώνιστο, καίτοι τοῦτον πολλὰ ἱκετεύοντα
ὕπτιον ἀνακλίνας ἐγχειρίδιον μὲν τῆς γαστρὸς
διελαύνει, ἔγκατα δὲ πάντα ἐκχέας οἷόν τινα ἐδωδὴν
ἐπὶ τοῦ στόματος παρέθετο ὑπόδειγμα καθ' ἑαυτοῦ
τοῦτον δὴ τὸν τῆς ἀπανθρωπίας τρόπον παρεσχηκότι
τῷ κακοδαίμονι. Καὶ τὸ ἐντεῦθεν Ἄντρον τε καὶ τὸ
περὶ αὐτὸν στράτευμα Ῥωμαίοις ὁμολογίᾳ προσ-

ceptis Paleologi copiis, in Richardum procedit, A
licet illius exercitus bellatorum numero Romanum
longe superaret. Neque enim amplius erant quam
sexcenti in Ducæ acie, præter pedites, qui et ipsi
pedestribus Richardi copiis multo erant inferiores.
Is autem mille octingentorum equitum, peditum
vero innumeræ multitudinis habebat exercitum.
Ut igitur adventare Romanos rescivit Richardus,
ipse perinde suas eduxit copias: cumque jam prope
essent, trifariam Romani exercitum divisere, acie
in hunc modum instructa. Scythæ et quotquot erant
sagittarii pedites turmatim in fronte stabant:
Ducas cum dimidia equitum parte et aliquot Scy-
this postremum, Bassavilla vero cum comitum
nonnullis aliis et cætero equitatu medium obtinuere
locum. At Richardus cum summo pugnandi ardore B
flagraret, nec curaret ordinare aciem, cum equi-
tibus suis in hostes fortiter invehitur, usque dum
mediis eorum copiis obviam factus, collato pede
prælium conserit, ei ne leviter quidem obsistenti-
bus in fronte locatis sagittariis. Mox et Bassavilla
fuso fugatoque in eos, qui cum Duca erant, impe-
tum facit. Tum vero acre ibi instituitur certamen,
cadunturque ex Richardi militibus quamplures: et
quod in magna evenire solet multitudine, vix
tanta cædes ab exercitu percipiebatur. Fit igitur
crebra utrinque propulsio, et hastarum in clypeos
impulsarum fragor **144** exaudiitur: spissa volant
tela, et validus ubique fit conflictus: donec vehe- C
mentiori cum impetu sese inferens Richardus hos
quoque terga vertere coegit: quo tum tempore
quin hasta vulneratus et ipse Ducas caperetur haud
multum abfuit. Sed enim divina quocunque demum
vult res humanas agit vertitque providentia. Licet
itaque ad eam redacti fuissent fortunam Romani,
nihilominus tandem evasere victores. Quippe Ducas
intra quosdam ex lapidibus compactos muros e
periculo se exemerat, cujusmodi absque calce aut
materia simili prata, quæ urbium portis obver-
santur, circumvallari solent. Nacti interea etiam
pedites Romani locum idoneum, lapides conjicie-
bant in Richardi militem, adeo ut plurimi qui fugæ
se dederant, inde se rursum conglomerarent hos-
temque impeterent. Ubi id vidit Richardus, cum
equitibus sex et triginta eos rursum adoritur. Sed D
Tranita quidam sacerdos majoris molis lapidem e
loco superiore dejiciens, tibiam illius alteram asse-
cutus, ad terram hominem prostravit, qui præ
dolore sese subinde dilacerabat ac vellicabat.
At Herato ictu collum illius cum attigisset sacer-
dos, victum tandem et nequidquam supplicem
supinat, adactoque in ventrem pugione, intestina
eximit omnia, eaque jacentis ori veluti cibum ali-
quem adhovet, ut qui in alios ejusmodi crudelita-
tem exercuerat, in se tandem illius experiretur
exemplum. Tum et Antrum et quæ Richardo ad-
hæserant copiæ Romanis sese **145** adjunxere: et
qui se nentiquam evasuros periculum crediderant,
cum tropæis Barim venerunt: ubi invenis alia-

tim rebus necessariis fessa militaribus laboribus corpora refecere.

5. Paucis itaque diebus intermissis, copias bifariam partiri visum operæ pretium, quarum pars alia istic cum duce uno maneret, alio cum altero ad circumjacentia castella diripienda exiret. Atque hujus postremæ curæ in Ducam sors recidit. Cum ergo prope adesset oppidum, cui Castrus vir illustris præerat, illud obsidione cingit fortiterque oppugnat. At cum tentatis crebro mœnibus frustra se insumere operam advertit (nam etsi bellicis machinis sæpius pulsasset muros, vix unum inde lapidem abstulerat), motis sub vesperum castris ad Monopolim tendit, ut urbem necopinantem opprimeret. Sed circa idem tempus copias aliquot emiserant Monopolitani, tum ut Romanos explorarent, tum etiam, si ad id daretur occasio, cum iis dimicarent. Hi forte fortuna in primam Romanorum incidentes aciem, manus cum iis conserunt. Quod simul atque advertere qui in postremo stabant ordine, universi ferme eorum equites terga vertunt, cursuque effuso, cæteris civibus jamjam adfuturum Romanorum exercitum annuntiant. Peditum autem plerique capti sunt. Eo nuntio conterrita civitas, utcunque in præsenti periculo **146** fieri poterat resistendum hosti censuit. Equites itaque ducenti et supra mille pedites, et præter hos ingens funditorum multitudo sese pro portis oblocarunt. Orto jam die Ducas cum dimidia exercitus parte succedit, reliqua ad incursandos circumjacentes agros dimissa. Venit igitur divisis bifariam copiis, neque tamen Monopolitanos continuo est aggressus, verum tanquam mœnia speculaturus lento primum incedebat gressu, et velut oppidum per partes exploraturus. Deinde eorum quæ in mente erant nihil prodens, assumptis ex suis triginta in medios hostes invehitur. Illi re subita perturbati fugam ineunt: nec persequi ante destitit Ducas, donec ad urbis usque portas fugientibus progressus, unum ex hostibus hasta transfixum ad terram dejecit. Inde collectis captivis abscessit. Jamque etiam altera pars exercitus in circumjacentes agros facta excursione, cum non modicis inde avectis prædis, una cum Duca, Barim rediit. Interea legati a Romano pontifice, quem papam appellare solent Latini, ad Romanorum duces missi pervenere. Mens legationis erat, ut vel uterque, vel eorum alter Romam veniret, quo de rebus majoris momenti invicem agerent. Aiebant quippe ingentibus coactis copiis, ad

ἐχώρησεν· οἱ δὲ οὐδὲ τὸν κίνδυνον διαφυγεῖν προσδοκήσαντες σὺν τροπαίοις ἐπὶ Βάριν ἦλθον. Ἔνθεν ἀφθόνοις περιτετυχηκότες τοῖς ἐπιτηδείοις τοὺς πολεμίους ἀνέψυχον ἤδη καμάτους.

ε'. Χρόνου δὲ οὐ πολλοῦ διαγεγονότος ἐδόκει διχῇ διελοῦσι τὸ στράτευμα τὸ μὲν αὐτοῦ σὺν τῷ ἑτέρῳ τῶν στρατηγῶν μεῖναι, τὸ δ' ἄλλο θάτερον ἐπαγόμενον ἐπὶ καταδρομῇ φρουρίων τῶν περιοίκων ἐξελθεῖν. Ἔπιπτε δὲ ἐπὶ τὸν Δούκαν ὁ τοῦ προπονεῖσθαι κλῆρος. Τοίνυν καὶ ἦν γάρ τις πόλις ἧς Κάστρος ἡγεῖτο ἀνὴρ ἐπιφανής, ταύτην περικαθίσας ἀσφαλῶς ἐπολιόρκει. Ὡς δὲ πολλάκις τῷ περιβλῳ προσαγεὶς ἔγνω ἀνηνύτοις ἐπιχειρῶν (οὐ γὰρ οὖν οὐδὲ λίθον αὐτῷ ἐκεῖθεν ἀποσπᾷν ἐξεγένετο καίτοι συχνὰ μαστίξαντι τοῖς τειχομαχικοῖς), ἄρας ἐκεῖθεν περὶ λύχνων ἀφὰς ἐπὶ Μονόπολιν (85) ἐφέρετο (a), ἐξαπιναίως ἐπιθήσεσθαι ταύτῃ διανοούμενος. Ἐτύγχανον δὲ τηνικαῦτα Μονοπολῖται στράτευμα ἐπὶ Ῥωμαίους ἐκπέμψαντες, τὸ μὲν ἐπὶ κατασκοπῇ τῶν γινομένων, τὸ δὲ καὶ ὅπῃ δυνατὰ ἔσται ἀντικαταστησόμενον αὐτοῖς. Τύχῃ γοῦν τινι Μονοπολῖται τοῖς ἐμπροσθίοις τοῦ Ῥωμαϊκοῦ συμμίξαντες στρατοῦ εἰς χεῖρας ἦλθον. Ἀλλὰ συναισθήσεως καὶ τοῖς κατόπιν γεγενημένης ἱππεῖς μὲν αὐτῶν σχεδόν τι ἅπαντες ᾤχοντο πεφευγότες, δρόμῳ τε ἔτι καὶ ἅσθματι πολλῷ ἐχόμενοι πολίτας τοῖς ἄλλοις τῶν Ῥωμαίων στρατὸν ὅσον οὐκ ἤδη παρέσεσθαι διήγγελον. Πεζῶν δὲ πλεῖστοι ἐάλωσαν. [P. 85] Τούτοις ἐκταραχθέντες ἡ πόλις ἐκ τῶν παρόντων τοῖς πολεμίοις ἀντιτάξεσθαι ἔγνωσαν. Ἱππεῖς τοίνυν ὑπὲρ τοὺς διακοσίους ἐκδραμόντες ἅμα πεζοῖς πλείοσιν ἢ χιλίοις, πλήθους σφενδονητῶν ἀναρίθμου κατόπιν αὐτοῖς ἑπομένου, πρὸ τῆς πόλεως ἔστησαν. Ἐπειδή τε ἡμέρα ἤδη ἦν ἐπιστὰς ὁ Δούκας ὑπὲρ ἡμισυ μὲν τῶν στρατιωτῶν αὐτὸς ἔσχε, τὸ δ' ἄλλο εἰς προνομὴν τῶν πέριξ ἐξέστειλεν. Ἥει τοίνυν διχῇ διελὼν τὸ στράτευμα· οὐ μὴν καὶ συνέμιξεν ἐν τῷ παραυτίκα Μονοπολίταις, ἀλλὰ σχῆμα τῆς τῶν τειχέων δῆθεν ποιούμενος κατασκοπῆς, βάδην μὲν ἐχώρει τὸ πρῶτον ἐπὶ μέρους τὴν πόλιν δῆθεν περισκοπῶν. Ἔπειτα οὐδενὶ προρρηθὲν τριάκοντα τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἕπεσθαι τὴν ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἐγκελευσάμενος κατὰ μέσων αὐτῶν ἴεται. Οἱ δὲ τῷ ἀθρόῳ καταπλαγέντες εἰς φυγὴν ἐκλιναν· ὁ δὲ οὐ πρότερον ἀνῆκε διώκων πρὶν ἢ ταῖς τῆς πόλεως πύλαις φεύγουσι συνεισέπεσε καὶ αὐτός· ἔνα τε δορατίσας ἐντὸς πυλῶν εἰς γῆν ἔβαλε. Τοῦ λοιποῦ δὲ τοὺς ἑαλωκότας ἀνειληφὼς ἐκεῖθεν ἀνεζεύγνυ. Ἤδη δὲ καὶ τὸ ἄλλο στράτευμα ἱκανῶς τῶν κύκλῳ καταδραμὸν σὺν ὠφελείαις ἀνέστρεφεν, ὃ καὶ αὐτὸ σὺν τῷ Δούκᾳ ἐς Βάριν ἦλθεν. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐγένετο, πρέσβεις πρὸς τοῦ Ῥώμης ἀρχιερέως (86)

Du Cangii notæ.

(85) *Μονόπολιν.*] Urbs in Apulia Peucetia, veteribus incognita, pulchritudine, splendore, civilitate ac ædificiorum magnificentia nobilis, licet non magna, inquit Leander Albertus

Cornelii Tollii notæ.

(a) *Ἄρας ἐκεῖθεν περὶ λύχνων ἀφὰς ἐπὶ Μονόπολιν ἐφέρετο.* Idem mendum, de quo supra diximus in lucerna illa, quam moriens Joannes imperator dedicavit, et postea monachus viderat *translatam.* Itaque correximus: Ἄρας ἐκεῖθεν περὶ λύχνων ἀφὰς ἐπὶ Μονόπολιν ἐφέρετο. Sic Herodotus Polymnia: Ὡρμέατο δὲ περὶ λύχνων ἀφὰς ἐκ τοῦ στρατοπέδου. *Ille circa lucernarum ascensionem,* id est, *sub crepusculum, e castris profectus est*

(86) *Ῥώμης ἀρχιερέως.* Adriani II.

ἐπὶ τοὺς Ῥωμαίων ἦλθον στρατηγοὺς, ὃν πάπαν Λατίνοις ὀνομάζειν ἔθος ἐστίν. Ἐβούλετο δὲ αὐτοῖς ἡ πρεσβεία ἡ ἄμφω ἢ τὸν ἕνα αὐτῶν ἐπὶ Ῥώμην ἐλθεῖν, περὶ μεγάλων τῷ ἀρχιερεῖ κοινωνησόμενον. Ἤδη γὰρ (ἔφασαν) δυνάμεις ὡς πλείστας αὐτὸς ἠθροικὼς Ῥωμαίοις συμμαχήσειν ἐν παρασκευῇ γέγονεν. Οἱ δὲ Ῥωμαίων στρατηγοὶ πρὸς μὲν τοῦτο γράμμασιν ἀπείπαντο, Βασιλάκιον δέ τινα ἐς τοὺς βασιλέως τελέσαντα ὑπογραμματεῖς, τότε δὲ σφίσιν ἑπόμενον καὶ αὐτὸν, σὺν χρυσίῳ ἐφ' ᾧ ἱππέας ἐκεῖθεν μισθοῦ ἀγαγεῖν ἔστελλον. Οἱ δὲ ἐπὶ τὸν κατὰ Μονοπόλεως συνεσκευάζοντο πόλεμον. Μονοπολῖται τοίνυν Ῥωμαίοις ἀπεναντίας ἰέναι οὐκ ἀποθαρσοῦντες μὴ ἐπικουρία τις ὅθεν δήποτε αὐτοῖς γένηται, τὴν σελήνης ἡμέραι ἐκεχειρία Μονοπολίταις ἐδίδοτο.

A socianda cum Romanis arma esse jam paratum. Id quidem scriptis **147** ad pontificem litteris recusarunt duces : Basilacium vero quemdam ex imperatoris scribis qui tum ipsis aderat, eo cum pecuniis ad conducendos mercede equites misere. Ipsi interim se ad oppugnandam Monopolim comparant. At oppidani neutiquam Romanis obsistere ausi, aliquot dierum inducias sibi dari petunt, quibus elapsis si nullum alicunde submitteretur auxilium, urbem citra certamen dedituros se pollicentur. Quod et factum est, mensisque unius conceduntur inducie.

ς'. Καὶ οἱ μὲν πρὸς τούτοις ἦσαν. Βασαβίλας δὲ, στρατευμάτων ἤδη Σικελικῶν ἐπιθεμένων αὐτῷ, γράμμασι τοὺς Ῥωμαίων μετέπεμπε στρατηγοὺς θᾶττον ἐπικουρήσειν αὐτῷ. Τῶν δὲ μὴ προσχόντων οἷς ᾔτειτο, αὖθις ἐκεῖνος πέμψας ἠξίου περὶ τῶν αὐτῶν. Ῥωμαῖοι τοίνυν τὸ μὲν πρῶτον ἀπέλεγον, οὐκ ἐφ' ᾧ Βασαβίλᾳ συμμαχήσειν ἐκ βασιλέως ἐνταῦθα ἥκειν εἰπόντες (οὐδὲ μὴν ταῦτα τὰς μεταξὺ Βασαβίλα καὶ αὐτῶν βούλεσθαι ὁμολογίας), ἀλλ' ὡς ἂν δηλονότι βασιλεῖ Ἰταλίαν ταύτην πρὸς αὐτοῦ συμμαχοῦμενοι κατακτήσαιντο. [P. 86] Οἱ μὲν οὕτω Βασαβίλᾳ ἠμείψαντο. Ὁ δὲ οὐδὲν ἧττον τοὺς ἄνδρας ἤπειγεν ἐσχάτοις λέγων περιειλῆφθαι κακοῖς. Σκιψάμενοι τοίνυν ἐκ Βάρεως εἰς πόλιν βουτούταν (87) ἦλθον, ἡμέρας ὁδὸν ἀνδρὶ ὁπλοφοροῦντι διέχουσαν. Ἐπεὶ δὲ φήμη τις ἐκράτει πρότερον, ὡς Βασαβίλας Ῥιτζάρδῳ ἔτι περιόντι προδοῦναι Ῥωμαίους σκέπτοιτο, δεῖν ἔγνωσαν καὶ δευτέρους αὐτὸν ὅρκοις Ῥωμαῖοι καταλαβεῖν, οὗ γεγονότος οὐκέτι λοιπὸν ὑποψίᾳ ἐς αὐτὸν ἐχρῶντο οὐδεμιᾷ. Ἐν τούτῳ δὲ ὁ βασιλεὺς στόλον, Μασαγετῶν τε καὶ Γερμανῶν ἱππέων καὶ δὴ καὶ Ῥωμαίων αὐτὸν ἐμπλησάμενος, εἰς Ἰταλίαν ἔπεμψεν. Ἦρχε δὲ Μασαγετῶν μὲν Ἰωαννάκιος ὃν Κριτόπλην ἐπεκάλουν, Γερμανῶν δὲ Ἀλέξανδρος, Λογγιβάρδος μὲν τὸ γένος, λίαν δὲ εὐνοϊκῶς ἔχων ἔς τε Ῥωμαίους καὶ τὰ βασιλέως πράγματα. Πᾶσι μέντοι Ἰωάννης ἐφεστήκει ἐπίκλησιν Ἄγγελος. Ταῦτα μαθὼν ὁ Γιλιέλμου στράταρχος καὶ ὡς ὁ Ῥωμαίων στρατὸς ἔπεισι κατ' αὐτοῦ Ἄντρον τε πολιορκοῦντες καὶ χωρία τὰ τῇδε προνομεύοντες, ἐκεῖθεν ἐπὶ πόλιν Μαλφέτον (88) ἀσφαλείας ἱκανῶς ἔχουσαν παντὶ τῷ στρατῷ ἦλθε. Ῥωμαῖοι δὲ Βόσκον φρούριον Ῥιτζάρδῳ μὲν ἐκείνῳ κατήκοον, ὀχυρὸν δὲ εἴπερ τι καὶ ἄλλως δυσπρόσοδον ὂν καταστρέψαι διενοήθησαν. Ἔνθα ἐκεῖνος ὑπὸ τῆς ἄγαν φιλοτιμίας καὶ ζώων γένη παντοδαπὰ ἔτρεφεν ἰδιαζούσαις ἐν διατριβαῖς, ἄπονόν τινα θήραν ὁπότε βούλοιτο αὐτῷ παρεχόμενα. Ὀλίγους τοίνυν τῶν περὶ αὐτὸν ἀπαγόμενος ὁ Δούκας ἦλθε περισκοπήσων αὐτό. Ἐπειδὴ δὲ ἐγγὺς ἐγένετο, θαρσήσαντες οἱ

B 6. Dum hæc ibi geruntur, cum Siculorum instare copias adverteret Bassavilla, Romanos duces ad ferendam sibi quantocius opem per litteras sollicitat. Cumque cunctarentur ii nec postulata curarent, missis rursum legatis eadem ab iis efflagitat. At primo quidem id prorsus abnuerunt Romani, non se ab imperatore dicentes huc missos esse ut Bassavillæ auxiliarentur (neque enim illum inter et Romanos pactum fœdus ejusmodi præferre conditiones), sed ut conjunctis viribus Italiam principi rursum asserere conniterentur. Hæc etsi ad Bassavillam responsa misissent, nihilominus instabat ille, seseque in extrema adductum pericula ducibus significabat. Habita ergo deliberatione, Bari Bututam urbem, quantum vir armatus die una conficere potest itinere distantem, venere. At cum nescio quis jam percrebuisset rumor, Richardo adhuc superstite in Romanos proditionem molitum esse Bassavillam, necessarium putarunt ii secundo hominem jurejurando obstringere **148**; quod ubi factum est, omnem deinceps ab illo suspicionem amovere. Inter hæc classem ex Massagetis Germanisque equitibus, nec non etiam Romanis conflatam in Italiam misit imperator. Massagetis præerat Joannacius cognomento Critoples, Germanis Alexander, gente quidem Longobardus, cæteroquin fidissimus Romanis principisque rebus addictissimus. Omnibus autem imperabat Joannes Angelus. Hæc ubi rescivit is qui Gulielmi copiis præfectus erat, et ut obsesso Antro, direptisque agris adjacentibus, in se Romanus contenderet exercitus, inde versus Malphetum, oppidum satis validum, cum universa acie proficiscitur. Romani autem Boscum, quod Richardo illi paruerat, castellum firmum ac summe munitum et accessu difficile, expugnare constituunt. Hic ille ostentandæ magnificentiæ causa omne genus animalium alebat in distinctis vivariis, quibus illi, cum libebat, parata erat sine labore venatio. Ducas igitur, suorum aliquot assumptis, ad contemplandum castrum accedit : cumque eo se admovisset propius,

Du Cangii notæ.

(87) *Βουτούταν*. *Bitonto*, urbs episcopalis inter Rubos et Barium, Antonino *Rudrustus* vel *Butuntus*.

(88) *Μαλφέτον*. 3 m. ab Juvenatio, in ora maritima, vulgo *Malfetta* et *Melfatta*.

confestim irruptione facta, qui intus erant hostes summo animi ardore in medios irruunt Romanos; ex iis cædunt quatuor, cum vicissim ex suis duos amisissent. Prælio itaque recandescente, jamjam cominus pugnabatur: sed Romani tantiem propria fretî virtute verterunt hostes in fugam. Eo in discrimine operam præclare navarunt tum plures alii, tum duo in primis ex Massagetis. Ita solutum est prælium. Ducas autem, postquam alter necessit exercitus, **149** positis castris primum consedit, postero autem mane processit ordinata per turmas acie. Facta igitur oppugnatione, Romani telis et jactibus machinarum infestant obsessos: atque hi vicissim fortiter se ex propugnaculis tuentur. Quo tum tempore res miranda accidit. Cum enim duo Ducæ satellites, quassatis lapidum emissione muris nequaquam ad deditionem inclinare cernerent castrum, clypeo operientes caput, altera manu faces ferentes, ad portas, ut ils ignem admoverent, contendunt. Sed flammam non concipiente ligno, re infecta rediere, vitatis præter opinionem, quæ grandinis instar de mœnibus emittebantur, telis. Tum vero Romani, postquam protracto ad solis usque occasum certamine nihil profecere, in castra reversi sunt. Quæ cum Gulielmi ducibus comperta essent, coacto concilio, an cum Romanis manus conserereni, deliberant. Cum omnium in id convenirent sententiæ, assumptis copiis, versus Romanorum castra iter intendunt. Romani contra his auditis ad resistendum sese comparant. Italis quidem novem præfuere duces, quibus omnibus præpositus est cancellarius. Omnis autem exercitus armis, generosis præterea equis, longisque hastis quam optime instructus erat. Ex quibus non modicus Romanos incessit pavor, animi dubios an cum tanto et tam bene armato exercitu exiguis admodum copiis decertarent. Ordinata nihilominus acie et per turmas distributa, dux multa oratione ad magnanimitatem milites cohortatur. Manibus aliquandiu ab **150** utraque parte temperatum. At postquam classicum utrimque insonuit, et signum pugnæ datum est, omnibus prælium ineunt universi. Nec solem dixisses nec diem conspici, adeo omnes caligo invaserat pulvisque creber in cœlum ferebatur. Strepitus et clamor horribilis exaudiebatur. Usque ad medium diem æquo pugnatum Marte. Sed numerosis se copiis inferentes Itali, Ducæ aciem tandem inclinarunt. Quod ubi is animadvertit, phalangem suam in medios immittit hostes, cæsisque ac prostratis subinde aliis, ut se sequerentur invitat. Rursum igitur committuntur utrimque acies, acriusque recrudescit prælium, usque dum propria animati virtute Romani hostes fundunt fugantque. Cecidere inter fugiendum equites fere trecenti, peditum autem innumera multitudo: alii foga dilapsi sunt. His prospere gestis rediere ad castellum Romani: eoque non multo interjecto tempore potiti, commeatus cæterarumque rerum necessarium copia *ibi inventa, Barim* se recepernnt.

A ἐνδοντὲ πέξῃσαν, εἰς μέσους τε ἐμπεπτωκότες τέτ-
καρσι μὲν αὐτῶν ἐζημίωσαν, ἔπεσον δὲ καὶ αὐτῶν
δύο. Καὶ ἡ συμβολὴ ἀπὸ χειρὸς ἤδη μᾶλλον ἐγίνετο.
Ἀλλ' ἐπιαυσάντες Ῥωμαῖοι τῇ σφετέρᾳ ἀρετῇ τοὺς
πολεμίους ἀπεώσαντο. Ἐν τούτῳ τῷ πόνῳ ἄλλοι τε
πλεῖστοι Ῥωμαίων ἀνδρες γεγόνασιν ἀγαθοὶ καὶ δύο
Μασαγετῶν. Ἡ μὲν δὴ ξυμβολὴ ἐνταῦθα ἐλύετο.
Ὁ δὲ Δούκας, ἐπειδὴ καὶ τὸ ἄλλο στράτευμα ἦλθε,
τότε μὲν χάρακα πηξάμενος ηὐλίζετο, δρθρου δὲ
ταξάμενος ἐχώρει κατὰ φάλαγγας. Προσβολῆς τοίνυν
γενομένης Ῥωμαῖοι μὲν βέλεσι καὶ βολαῖς σαῖς ἐκ
τῶν πετροβόλων τοὺς ἔνδον ἐδιάζοντο· οἱ δὲ ἐκ τῶν
ἐπάλξεων ἠμύναντο καρτερώτατα. Ἐνταῦθα γίνε-
ταί τι θαυμάσιον οἷον. Δύο γάρ τινες τῶν τοῦ Δούκα
δορυφόρων, ἐπεὶ λίθοις αἰκιζόμενον ἀνένδοτον εἶναι
B τὸ φρούριον κατενόουν, ἀσπίσι πὰς κεφαλὰς κάλυ-
μμένοι ὁδῷ τε χερσὶ ταῖς ἑτέραις ἔχοντες ἐπίτασ
πύλας ἐχώρουν ὡς [P. 87] ἐμπρήσοντες αὐτάς.
Ἀλλὰ τῆς ὕλης οὐκ εὐπρήστου παρούσης ἄπρακτοι
ἐκεῖθεν ἀνεχώρησαν, παραδόξως τὰς ἐκ τοῦ τείχους
χαλαζηδὸν ἐπ' αὐτοὺς πεμπομένας ἐκπεφευγότες
βολάς. Τότε μὲν οὖν Ῥωμαῖοι τῆς μάχης ἄχρι καὶ
ἐς δύοντα κατατεινάσης ἥλιον, ἐπειδὴ μηδὲν ἤνυσαν,
ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἦλθον. Οἱ δὲ Γιλιέλμου στρα-
τάρχαι, τούτων ἀκούσαντες, εἰς βουλὴν συλλεγέντες
εἰ χρὴ Ῥωμαίοις πολεμεῖν ἐσκέπτοντο. Δόξαν οὖν
οὕτω, τὰς δυνάμεις ἀναλαβόντες ὡς ἐπὶ τὸ Ῥω-
μαίων ἐχώρουν στρατόπεδον· ὁ πυθόμενοι καὶ Ῥω-
μαῖοι ὡς πρὸς ἀντίταξιν ἡτοιμάζοντο. Ἐννέα μὲν
οὖν Ἰταλοῖς ἐφειστήκεισαν ἡγεμόνες· ἐπὶ γε μὴν
C ἅπασιν ὁ καντζιλέριος ἐστρατήγει· τὸ στράτευμα
δὲ αὐτοῖς ἐς τὸ ἀκριβὲς ἐξόπλιστον πᾶν, ἵπποις τε
γαύροις ἀναβεβηκὸς καὶ δόρατα κραδαίνον μακρά.
Ἐφ' οἷς ἔκπληξις τὸν Ῥωμαίων εἶχε στρατὸν καὶ
θάμβος, εἰ πρὸς οὕτω εὔοπλον καὶ οὕτως ἀνάριθμον
ὀλίγῃ μαχοῦνται στρατιᾷ. Ταξάμενοι δ' ὅμως ἵσταντο
κατὰ λόχους καὶ αὐτοί, πολλὰ τοῦ στρατηγοῦ πρὸς
εὐψυχίαν ὁρμῶντα σφίσιν ὑποτεινομένου. Μέχρι μὲν
οὖν τινος οὐδέτεροι χειρῶν ἦρχον. Ἐπεὶ δὲ αἵ τε
σάλπιγγες ἤδη ἐκατέρωθεν ἦχουν καὶ τὸ σύνθημα
ἐδίδοτο, ἐμάχοντο συμπεσόντες ἀπὸ χειρὸς ἕκαστος.
Οὐκ ἂν εἶπες ἥλιον οὐδ' ἂν ἡμέραν ὁρᾶν· ἀχλὺς γὰρ
πάντας ἐπεῖχε καὶ κόνις εἰς οὐρανὸν ἵστατο, πάτα-
γός τε ἠκούετο καὶ ἄγριος ἠγείρετο θροῦς. Μέχρι
D μὲν οὖν γε ἀμφὶ μέσην ἡμέραν ἰσοπαλὴς ἡ μάχη
ἐγίνετο. Τὸ δ' ἐντεῦθεν τῷ πλήθει βασάμενοι Ἰταλοὶ
τοὺς περὶ τὸν Δούκαν ἐπίεζον. Ὁ δὲ ταχὺ τὸ πρᾶγμα
κατανοήσας, παρὰ μέσην εἰσελαύνει πῶν πολεμίων
τὴν φάλαγγα· ἄλλους τε ἄλλοτε παίων ἀεὶ ἕπεσθαι
αὐτῷ σὺν βοῇ παρώρμα τὸ Ῥωμαϊκόν. Λόβις οὖν
συνέπιπτον ἀλλήλοις τὰ στρατεύματα, καὶ ἡ μάχη
ἐμαίνετο, ἕως τῇ σφετέρᾳ ἀρετῇ Ῥωμαῖοι τοὺς πο-
λεμίους ἐτρέψαντο. Καὶ αὐτῶν ἐν τῷ φεύγειν ἱπ-
πεῖς μὲν ἐς τριακοσίους ἔπεσον, πεζῶν δὲ ἀμύθη-
τόν τι πλῆθος, οἱ λοιποὶ δὲ ᾤχοντο φεύγοντες. Ταῦτα
κατωρθωκότες Ῥωμαῖοι ἐπὶ τὸ φρούριον ἀνέστρε-
φον. Οὐκ εἰς μακρὰν τοίνυν ἐξελόντες αὐτὸ τοῖς τε
ἐπιτηδείοις ἀφθόνοις περιτετυχήκεσαν ἐν αὐτῷ καὶ
τῶν ἄλλων πλησθέντες ἀγαθῶν ἐπὶ Βάριν ἦλθον.

ζ'. Μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ Μοντοπολοῦς (89) πόλεως ὀνομαστῆς γεγόνασιν ἐγκρατεῖς, Γραβίναν (90) τε εἷλον ἧς Ἀλέξανδρος ἡγεμόνευε πρότερον, ἄλλων τε πόλεων καὶ φυλακτηρίων· πρὸς δὲ καὶ κωμοπόλεις ὑπὲρ πεντήκοντα ἔσχον· καὶ ἐπὶ μέγα ἑκάστοτε τὰ βασιλέως ἐφέρετο πράγματα· ὑπέρρει δὲ Γιλιέλμῳ τὰ τῆς δυνάμεως ἀεὶ καὶ εἰς στενὸν κομιδῇ ἐχώρει. Ἡ φήμη τοίνυν εἰς πᾶσαν ἐκδραμοῦσα τὴν Ἰταλίαν τὸ Ῥωμαίων ἀπανταχῇ διεκήρυττεν ἄμαχον. Καὶ εἶδον [P. 86] τότε Ἰταλοὶ Ῥωμαίους, ὧν ἀπείρου ἤδη τοῦ χρόνου πολεμούντων σφίσιν οὐκ ἐπειράθησαν, πάντα καθάπαξ τὰ αὐτῶν ἄγοντάς τε καὶ φέροντας. Μέχρι μὲν οὖν καὶ ἐνταῦθα κατὰ ῥοῦν ἐφέρετο Ῥωμαίοις τὰ πράγματα, τὸ δ' ἐντεῦθεν ὑποβασκαίνειν ἡ τύχη τοῖς εὐκληρήμασιν ἤρξατο. Νόσος γὰρ τῷ Παλαιολόγῳ (91) ἐνσκήψασα λάθροις τὸν ἄνθρωπον τυρετοῖς ἐκαμίνευεν, οὐ πρότερόν τε ἔληξεν ἰκμάδα ἐπινεμομένη τοὐτῳ τὴν φυσικὴν πρὶν ἂν τὸ μὲν πρῶτον ἀποθρίξασθαι (92) ἠνάγκασεν, ὀλίγῳ δὲ ὕστερον καὶ ἐξ ἀνθρώπων αὐτὸν ἐποιήσατο. Ἄρτι μὲν γὰρ τὰ τρίχινα ἠμφίεστο, καὶ ῥᾴων εἶναι δόξας τὸν Δούκαν ἐπὶ τὰς ἄλλας ἰέναι προὐτρέπετο πόλεις, ἃς δὴ ἀχειρώτους ἔτι Ῥωμαίοις συνέβαινεν εἶναι. Καὶ τρίτῃ μετ' ἐκείνην ἡμέρᾳ αὖθις ἐν κακοῖς ἦν, ὃ πυθόμενος ὁ Δούκας ἐπὶ τὴν Βᾶριν ἀνεχώρει. Τεθνηκότι δὲ ἤδη τούτῳ περιττετυχηκὼς τὸ μὲν σῶμα σορῷ παραδέδωκε, πάντα τελέσας ὅσα νόμοις Χριστιανοῖς ἐπὶ τῇ ὁσίᾳ ποιεῖν δίδωσι. Τὰ δὲ ἐπὶ Βάρεως εὖ διαθέμενος μόνος τὸ λοιπὸν τὸ τῶν πραγμάτων ἀναδέχεται κράτος.

7. Neque ita multo post Montempelosum, urbem celebrem, in deditionem accepere: et Gravinam, cui primum Alexander præfuerat, et oppida alia, arcesque, insuper etiam vicos majores ultra quinquaginta expugnavere. Ita res augebantur imperatoris, aliis atque aliis in dies partis victoriis; Gulielmi vero sensim dilabebantur vires et in arctum redigebantur, adeo ut **151** vulgata per totam Italiam fama invictam passim virtutem Romanam prædicaret. Videreque tum Itali a Romanis, quorum a multis retro sæculis arma non fuerant experti, sua omnia ubique diripi et auferri. Huc usque secundo vento cuncta Romanis cessere: sed mox invidit tot prosperis successibus fortuna. Morbus namque Palæologum corripiens, valida hominem febre decoxit, nec prius destitit humores naturales consumere, quam primo quidem comam deponere eum coegisset, ac paulo post rebus humanis exemisset. Cilicinam enim vestem jam induerat, ac cum melius habere sibi videretur, Ducam ut ad cæteras iret civitates, quas nondum ceperant Romani, hortatus erat. Sed enim tertio post die rursum recruduit morbus. Id ubi accepit Ducas, Barim reversus est, atque illo jam defuncto, corpus sepulcro mandavit, aliaque omnia procuravit, quæ ex Christianorum lege sacris exsequiis debentur. Iis rebus Bari peractis, summam rerum solus obtinuit.

η'. Ὁ μὲν δὴ Παλαιολόγος οὕτω δὴ τὸν βίον μετ- ἤλλαξεν, ἀνὴρ ἀγχίνους τε καὶ ἄλλως ὢν καὶ πολεμίοις ὁμιλῆσαι πράγμασι δεινότατος ὧν μάλιστα. Ὁ δὲ Δούκας τὸ στράτευμα ἀναλαβὼν εὐθὺ Βρεντεσίου ἐχώρει. Ὅτε δὴ καὶ Βασαβίλαν ἑαυτῷ συστήσασθαι διὰ σπουδῆς ἔθετο ἀποταξάμενον ἤδη ἀπ' αἰτίας τοιᾶσδε. Οὗτος εἴτε κέρδους οἶμαι προφάσεις

8. Hunc exitum habuit Palæologus, acri vir ingenio, et rei militaris peritissimus. Ducas vero accepto exercitu versus Brundusium proficiscitur, quo Bassavillam sibi confestim conciliaret, qui hac de causa defecerat. Ille, seu **152** quod lucri captaret occasionem, vel quod revera pecuniis indigeret, aureorum millia decem fœnori sibi dari a

Du Cangii notæ.

(89) *Μοντοπολοῦς. Monspelosus*, civitas quam Bradanus fluvius alluit, hodie *Montepeloso*.

(90) *Γραβίναν. Gravina* civitas Apuliæ Peucetiæ, haud procul a Matera, ducatus titulo hodie insignis.

(91) *Τῷ Παλαιολόγῳ.* De morte Palæologi Otho Frising.: *Mortuus fuit ibi Palæologus et ad terram suam deportatus.*

(92) *Ἀποθρίξασθαι.* Locus satis intricatus, quem sic concipiendum putavi, ut Palæologus morti jam proximus, cæterorum Græcorum more, coma detonsa, angelicum et monachicum habitum induerit, seu τὰ τρίχινα, id est, τὰς ἐκ τριχῶν κατεσκευασμένας ἐσθῆτας, uti vocem hanc interpretatur Basilius Cæsar.; quæ τρίχινα ἐπικαλύμματα et ἄμφια dicuntur auctori Vitæ S. Theophanis Confess. n. 12 et 14, χιτώνια τρίχινα auctori Vitæ S. Eupraxiæ virg. n. 6, τρίχινα simpliciter in Actis S. Abrahamii n. 4 et 24, ῥάκια ἀσθενῆ καὶ τρίχινα Maximo Tyrio serm. 41, et Gregorio in Vita S. Basilii Junioris. S. Athanasius in Vita S. Antonii: Τὸ ἔνδυμα εἶχεν, ἔνδον μὲν τρίχινον, ἐπάνω δὲ δερμάτινον. Idem S. Antonii extrema verba enarrans: Σεραπίωνι ἐπισκόπῳ δότε τὴν ἑτέραν μηλωτὴν, καὶ ὑμεῖς ἔχετε τὸ τρίχινον ἔνδυμα. Ubi quidam codices habent τρίχινον, id est τὸ τετρυμμένον ἱμάτιον, [P. 457] vestem attritam, quales sunt vestes monachorum, τρύχινα ῥάκη, quæ διέφθορα καὶ ῥακώδη ἱμάτια Ignatio Diacono in Vita S. Nicephori Patr. Cp. c. 13, aliis ῥάκη nude dicuntur, ut Pachymeri, l. IV, c. 7 et 10 et cæteris passim. Sunt enim ῥάκη Hesychio ἀποσκορπίσματα καὶ ἀποσπάσματα. Vetus interpres Moschionis: *ῥάκη, lænæ.* Inde *Rachanas* confecere Latini scriptores ævi inferioris. Glossar. Ælfrici: *Ragana* (leg. *Racana*) *under Hwitel*, id est, interior læna. Occurrit porro hæc vox apud Ennodium l. IX, ep. 17; D. Gregor. l. IX, ep. 75; l. XII, ep. 16; Anastas. Biblioth. in Vita S. Joan. Eleemosyn. c. 9, n. 52. *Rachinæ* dicuntur in Regula Magistri, c. 81; et S. Audœno, l. II Vitæ S. Eligii, c. 37; Baudoniviæ, in Vita S. Radegundis, c. 4, etc. Porro *trichinam vestem* tribuit S. Joanni Bapt. Cyprianus seu auctor libri De Cœna Domini: quam alii ili Cinam vocant. Avitus, l. IV Poemat. ut cæteros omittam:

Mollibus abjectis cilicum dant tegmina setæ.

Hac pas-im usos monachos constat, etsi ab ordinario monachorum habitu cilicium rejiciat Cassianus, l. I Instit., c. 1 dicens: *Sapere superbiam, et nullum corpori conferre emolumentum, impedire item laborantem, neque suo tempore in usu fuisse, nisi apud paucos.* Vide Hæstenum, l. V Disquis. monast. tract. 3, disq. 8.

Palæologo adhuc superstite poposcerat. Quatnor hic promiserat se statim daturum, non quidem in fœnus, sed ut principis largitionem; de reliquis prorsus abnuerat se quidquam posse præstare. Cum ægre tulisset repulsam Bassavilla, castris continuo Romanis excesserat. Defuncto autem Palæologo et translata ad Ducam potestate, ad eum venit, acceptisque quas petiverat pecuniis arma iterum cum Romanis conjunxit; tum una illum adducens Ducas cum omnibus copiis ad Masafram pergit. Ibi civitas quædam adjacet Polymillum dicta, in qua unus de Gulielmi ducibus erat, nomine Flamingus. Sed ubi is Romanum adventare exercitum accepit, discessit inde et Tarentum concessit. Romani Polymilio capto et circumjacentibus agris direptis, rebus necessariis castra instruunt. Inde ad Molissam contendunt, oppidum in editiore quidem, sed æquali ac plano situm loco, validum cæteroquin ac turribus ab utraque parte instructum, cujus alterum latus cingunt confragosæ et inaccessæ valles; alterum navigabiles fluvii ambiunt. Sed nihil videtur obstare vento secundo navigantibus. Molissa enim quantumvis munita, a Romanis tamen nec multum laborantibus eo quem exponam modo expugnata est. Ii quippe prioribus fortunæ **153** elati successibus, cum oppidanos ingenio loci confisos stare extra portas viderent, qua parte oppugnari facilius poterat urbs, cursu per ardua feruntur; tanta eorum audacia perculsi hostes fuga se intra portas recipiunt. Quibus adhuc reseratis, Romanorum una incidit exercitus et urbe per vim potitur. His rebus confectis excessere inde Romani. Sed vix multum erant emensi iter, cum obviam fit cum numerosis copiis Flamingus. Tum vere Romani aliquot ex ordinibus prosilientes cum hoste confligunt, mirandaque eo in certamine edunt facinora. Sed cum hostes numero prævalerent, retro cessere. Inter hæc Ducas cum universo exercitu Flamingum adoritur, eoque in fugam compulso, Masafram venit. Qua primo impetu expugnata, incredibilem commeatus et necessariarum rerum reconditam in arce copiam invenit, et arma insuper multa, equosque non minus ducentos. Id ubi viderunt Tarentini, vicatim tributimque maledictis propalam Flamingum insectantur, incusantque, quod illius timiditas et ignavia audaciæ materiam præbuisset Romanis. Quam ille contumeliam non ferens, assumptis iterum copiis, Romanorum exspectat exercitum. Sed vix in illius conspectum venit, cum prioris fortitudinis immemor pavore subito corripitur. Fugientes itaque nonnullos **154** pauci e Romanis insecuti prostravere. Ut vero proxime ad Tarentum accesserunt, expugnari urbem haud posse rati, ab illa quidem digressi sunt: sed cum ad Monopolim copias admovere cogitarent nullæque sibi eo tum

A ἑαυτῷ ποριζόμενος εἴτε καὶ σπάνει χρημάτων ἀληθῶς ἐχόμενος, χρυσίου χιλιάδας δέκα τὸν Παλαιολόγον ἔτι περιόντα δεδανεικέναι οἱ ἠξίου. Ὁ δὲ τέτταρας μὲν αὐτίκα παρέχειν αὐτῷ κατετίθετο, δωρεὰν ἐκ βασιλέως, ἀλλ' οὐ δάνειον, πρὸς δὲ τὰς λοιπὰς ἰσχυρῶς ἀπέλεγεν. Οἷς ὁ Βασαβίλας δυσαρεστῶν τοῦ Ῥωμαϊκοῦ ἀπεσκήνητο στρατοπέδου. Ὡς δ' ἀποβιάψη μὲν ὁ Παλαιολόγος, κατασταίη δ' ἐπὶ τῶν πραγμάτων ὁ Δούκας, ἦκε παρ' αὐτὸν καὶ τῶν χρημάτων ὥσπερ ἠτεῖτο τετυχηχὼς πολεμίων αὖθις Ῥωμαίοις ἐκοινώνει καμάτων. Καὶ δὴ καὶ αὐτὸν ἐπαγόμενος ὁ Δούκας ἐπὶ Μασαύραν (93) παντὶ τῷ στρατῷ ἦλθεν. Ἦν δέ τις ἐνταῦθα πόλις Πολυμίλιον κεκλημένη, ἔνθα τῶν περὶ τὸν Γιλιέλμον συνέβαινεν εἶναί τινα Φλαμίγγων ὄνομα. Ἀλλ' ὁ μὲν προσιέναι τὸν Ῥωμαίων ἀκούσας στρατὸν ἐκεῖθεν ἄρας ἐπὶ Τάραντα B ἦλθε, Ῥωμαῖοι δὲ Πολυμίλιον ἐλόντες τὰ πέριξ τε σκυλαγωγήσαντες ὠφελειῶν ἐπεπλήσαντο τὸ στρατόπεδον. Ἐκεῖθέν τε ἐπὶ Μόλισσαν μετέβησαν πόλιν, ἣ κάθηται μὲν ἀνωτάτω ἐπ' ἀγχωμάλου ἰσχυρὰ καὶ εὔπυργος, ἐκ δὲ μερῶν ἀμφοτέρων θατέρου μὲν φάραγγές τινες τραχεῖαι καὶ δεινῶς ἄβατοι κατατείνουσι, θατέρου δὲ ποταμοῖς ζώννυται ναυσιπόροις. Ἀλλ' ἔοικε τοῖς ἐξ οὐρίας [P. 89] πλέουσιν ἀντιπράττειν οὐδέν. Μόλισσα γὰρ καίτοι ἀσφαλείας οὕτω πανταχόθεν ἔχουσα, ὅμως Ῥωμαίοις οὐδὲ μακρὰ καμοῦσιν ἀλώσιμος τρόπῳ τῷ ῥηθησομένῳ ἐγένετο. Ἅτε γὰρ εὐτυχήμασιν ἐπαρθέντες τοῖς προλαβοῦσιν, ἐπειδὴ τοὺς ἐκ τῆς πόλεως τῇ τοῦ χώρου φύσει τεθαρσηκότας ἔξω πυλῶν ἑστῶτας εἶδον, ἔνθα ἐπιμαχωτέραν εἶναι συνέβαινε ταύτην, δρομαῖοι διὰ τοῦ C ἀνάντους ἐχώρουν. Ὧν τῇ τόλμῃ καταπλαγέντες ἐκεῖνοι ἐπὶ τὰς πύλας εἰσέπιπτον φεύγοντες. Οὕτω δὲ ἐπιζυγωθεισῶν καὶ ὁ Ῥωμαίων συνέπιπτε στρατὸς, καὶ λοιπὸν κατὰ κράτος ἡ πόλις ἡλίσκετο. Ταῦτα Ῥωμαῖοι καταπραξάμενοι ἐκεῖθεν ἀπεχώρουν. Ἐπ ὀλίγον δὲ προελθοῦσι σὺν στρατεύματι μεγάλῳ ὁ Φλαμίγγος ἀπήντα. Ῥωμαίων οὖν τινες τῶν ταγμάτων προπηδήσαντες ὁμόσε τοῖς πολεμίοις ἐχώρουν ἔργα θαυμαστὰ ἐς αὐτοὺς ἐνδεικνύμενοι, πλήθει δ' ὅμως τῶν ἐναντίων παρὰ πολὺ ἐλασσούμενοι ἀνεχώρουν ὀπίσω. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ ὁ Δούκας παντρατεῖ τῷ Φλαμίγγῳ ἐπιτίθεται, τρεψάμενός τε αὐτὸν Μασαύρᾳ προσέβαλεν. Ἐξ ἐφόδου δὲ καὶ ταύτης περι- D γεγονὼς ἀμύθητόν τι χρῆμα ἐπιτηδείων ἐπ' ἀκροπόλεως ἀπόθετον εὗρεν, ὅπλα τε πολλὰ καὶ ἵππους τῶν διακοσίων οὐκ ἀποδέοντας ἔσχεν. Ἃ Ταραντῖνοι βλέποντες κατὰ συστήματα καὶ δήμους συνερχόμενοι ἀναφανδὰ τὸν Φλαμίγγον ἐκακηγόρουν, ἔγκλημα αὐτῷ ἐπιφέροντες, ὅτι δὴ δειλίαν τὴν αὐτοῦ Ῥωμαίοις παῤῥησίας παρεσκεύασται ὕλην. Ἃ μηκέτι φέρειν δεδυνημένος ἐκεῖνος τὸ στράτευμα αὖθις ἀναλαβὼν τὴν Ῥωμαίων ἐξεδέχετο στρατιάν. Ἀλλ' ἅρτι τε εἰς ὄψιν ἦλθεν αὐτῷ καὶ αὐτίκα δειλίᾳ βληθεὶς οὐκέτι ἀλκῆς ἐμέμνητο. Φεύγουσι τοίνυν αὐτοῖς Ῥω-

Du Cangii notæ.

(93) *Μασαύραν*, *Masafra* 3 m. a Tarento, juxta *Acxum ad aquilonem* Tarentini sinus, in Apennino exiguum, sed munitissimum situ naturaque loci castellum.

μαίων ὀλίγοι ἐπιθέμενοί τινας ἔκτειναν. Ἐπεὶ δὲ ἐγγὺς Τάραντος ἤδη ἐγένοντο, ἀνάλωτον εἶναι τὴν πόλιν κατανοήσαντες αὐτῆς μὲν ἀπῆραν, Μονοπόλει δὲ πελάσαι διανοηθέντες, ἐπειδὴ ἀπορεῖν αὐτοῖς συνέβαινε τειχομαχικῶν, γράμμασι τὸν ἐν Βάρει μετεπέμποντο στόλον, ἐφ' ᾧ τοιούτων ἐκεῖθεν εὐπορήσειν ἥκειν ὅτι τάχιστα. Ἐν δὲ τούτῳ τετύχηκε Ῥωμαίοις διὰ χώρας πορευομένοις εὐδαίμονος καὶ ἀφθόνοις περιβριθούσης ἀγαθοῖς μυρίων ὅσων πεπλῆσθαι καλῶν. Λέγεται γὰρ δέκα μὲν τηνικάδε βοῦς ἀγελαίας χρυσοῦ τὸν στρατιώτην ἀποδόσθαι στατῆρος, πρόβατα δὲ τριακοντα καὶ ἑκατόν. Ὅτε δὴ καὶ Ῥωμαίων τινὰς εἱρκταῖς ἐκ πολλοῦ προστετηκότας εὑρόντες τῶν κλοιῶν τοὺς ἀθλίους ἀνῆκαν.

A tempore adessent bellicæ machinæ, classem, quæ Bari stabat, ut omnia ista celerrime adveheret per litteras arcessiverunt. Interim Romani, dum iter faciunt per regionem opulentam admodum et immensa bonorum copia affluentem, multiplicite ditantur. Aiunt enim tum militem uno auri statere boves decem armentales vendidisse, alia autem pecora centum et triginta. Multos ad hæc Romanos diuturnis carceribus maceratos compedibus exuerunt.

θ'. Ἐπὶ δὲ πεμπταῖοι εἰς Μονόπολιν ἀφίκοντο, ἐπεξῆει μὲν αὐτοῖς οὐδὲ εἷς (ἔφθη γὰρ ἡ φήμη προκαταπλήξασα τούτους ἔνδον ἐλάσαι τειχῶν), ὑπὲρ δὲ τῶν πύργων πάνοπλοι ἐστήκεσαν, εἴ τις ἐπιβολὴ τῷ περιβόλῳ ἐπέλθοι ἀμυνούμενοι. Τότε μὲν οὖν αὐτοῦ που ἐν ἐπικαίρῳ τῆς πόλεως οὐ πολλῷ ἄποθεν τὸν χάρακα πηξάμενοι ἔμενον. Ἐπεὶ δὲ καὶ ὃν ἐκ Βαρέως μετεπέμψαντο ἤδη [P. 90] στόλον, Μονοπόλει προσχὼν τὰ ἐς πολιορκίαν αὐτάρκη ἐκόμισε, τότε δὴ πανστρατεὶ τῷ περιβόλῳ ἐπέθεντο. Ἀλλὰ Μονοπολῖται ἄτε ἀφ' ὑψηλοῦ ἐς τοὺς πολεμίους βάλλοντες ἀπεκρούοντό τε τοὺς προσιόντας Ῥωμαίων καί τινας ἔκτεινον. Ἥ τε μάχη πρωῒ ἀρξαμένη ἐς νύκτα ἐτελεύτα. Ῥωμαῖοι μὲν οὖν, ἐπειδὴ συνεσκόταζεν ἤδη, ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἀνεχώρησαν. Μονοπολῖται δὲ φυλακὰς ἐπὶ τῶν πύργων εἶχον ἐκ περιτροπῆς καθιστάντες ἀεί, ὡς μὴ λάθοιεν κακουργήσαντές τι νύκτωρ ἐπὶ τὴν πόλιν Ῥωμαῖοι. Πυρά τε ἑκατέρωθεν ἐκαίοντο πολλά, καὶ αὐλοὶ καὶ σύριγγες ἦχουν. Ἄρτι δὲ τὸν ἑῷον ὁρίζοντα παραμείψας ἥλιος ἐς τὸ τῆς γῆς παρέκυπτε πρόσωπον, καὶ Ῥωμαῖοι μὲν τῶν χαρακωμάτων ἐξιόντες ἐπὶ τῶν ἔργων καὶ πάλιν ἐγίνοντο, Μονοπολῖται δὲ δρόμῳ καὶ αὐτοὶ εἰς τὰς ἐπάλξεις ἐχώρουν καὶ πρὸς τοῖς ὅπλοις ἦσαν. Καὶ ἀγὼν αὖθις ἠπλοῦτο ἐξαίσιος οἷος Ῥωμαίοις μὲν τὴν ἐς τὸ τεῖχος βιαζομένοις ἄνοδον, Μονοπολίταις δὲ προσιόντα; ἀπωθεῖσθαι τοὺς πολεμίους. Μέχρι μὲν οὖν τινος ἐπὶ τοιούτοις ἐπονοῦντο· τὸ δ' ἐντεῦθεν πῦρ ἔνθα τὰ σκάφη Μονοπολῖται ὑφώρμει τὸ Ῥωμαίων ἐμβαλὸν στράτευμα φλόγα μεγίστην ἀρθῆναι ἐποίησεν. Ὅτε καὶ τῶν τις Ῥωμαίων στρατιωτῶν Ἰκανάτος ἐπίκλησιν λόγου καὶ ἀκοῆς εἴργαστο ἄξια. Μονόπολιν γὰρ διπλᾶ μὲν ζώννυσι τείχη, ἀλλὰ τὸ μὲν ἔνδον ἐπὶ πλεῖστόν τε ἐπαίρεται καὶ πολεμίου δορὸς λόγον οὐδένα τὸ παράπαν πεποίηται, τὸ δ' ἄλλο ἐς τριτημόριον μάλιστα τοῦ προτέρου αἰρόμενον τὰς κρηπῖδας αὐτῷ περιθέει. Ἐς τοῦτο δὴ τὸ περίτειχος δύο τινὲς Μονοπολιτῶν ἀναβάντες αὐτοί τε ἐς τοὺς πολεμίους ἔβαλλον καὶ τοὺς ἄλλους πρὸς τοῦτο παρώρμων. Ὅπερ ἰδὼν ὁ Ἰκανάτος σὺν τῷ ὁράτι ἐπελάσας θατέρου τῶν εἰρημένων κατεστοχεῖ. Ὁ δὲ ὑπτιος παραυτὰ ἐξεκυλίσθη, βοή τε πρὸς τοῦ Ῥωμαίων ἦρθη στρατοῦ καὶ κρότος ἐξαίσιός τε καὶ ἀκοῆς κρείσσων ἐγένετο. Πρὸς δ καταπλαγέντες οἱ ἐπὶ τῶν πύργων νομίσαντές τε ἤδη τὴν πόλιν ἁλῶναι, τοὺς πύργους λιπόντες ἀνὰ μέσην τὴν πόλιν ἔχώρουν. Καὶ εἰ μὴ ταχὺ τὸ πρᾶγμα αἰ-

9. Posteaquam quinto inde die ad Monopolim venerunt, nemo iis occurrit hostium. Ipsa enim jam ante fama consternati intra mœnia se continebant. In turribus autem armati constitere, ut si quis in vallum fieret impetus, contra ii obsisterent. Romani itaque positis idoneo loco haud procul inde castris, consedere. Sed ubi, quam Bari acciverant, classis, quæ ad oppugnationem necessaria erant advexit, cum omnibus copiis mœnia adoriuntur. At Monopolitani emissis ex alto in hostes telis subeuntes repellunt Romanos, nonnullosque cædunt. Incepto mane prælio in noctem usque protracto, Romani, cum jam advesperasceret, in castra revertuntur. Monopolitani **155** vero in turribus custodias locant, easque per vices semper mutant, ne si quid Romani de nocte attentarent, eos lateat. Utrinque præterea accendebantur ignes, tibiæque ac tubæ perstrepebant. Jamque exortam prætervectus auroram suum terris jubar sol inferebat, cum egressi e vallo Romani oppugnationem denuo aggrediuntur. Monopolitani contra cursu se in propugnacula proripientes, vicissim capessunt arma. Rursum igitur ingens instauratur certamen, Romanis nimirum vi ascendere muros annitentibus, subeuntes vero repellentibus Monopolitanis. Sic aliquandiu in iis laboratum. Exercitus deinde Romanus igni injecto, ubi navigia subduxerant Monopolitani, ingentem flammam excitarunt : quo tum tempore Romanus quidam miles, Hicanatus nomine, rem dictu audituque dignam gessit. Monopolim quippe murus circumcingit duplex, sed interior altius eductus, hostilem nequaquam hastam veretur : alter autem tertia parte minor illius fundamenta circumambit. In hunc igitur exteriorem murum ascenderunt Monopolitani duo, qui telis inde hostes lacessebant, cæterosque ut idem agerent hortabantur. Quod ubi conspicit Hicanatus, arrepta hasta eo perveniens, alterum ex iis ferit, prosternitque. Mox ingens tollitur a Romano exercitu **156** clamor, tantusque plausus, ut nihil quidquam exaudiri posset. Unde conterriti qui in turribus stabant oppidani, captam jam urbem rati, relictis turribus ipsis in mediam urbem confugiunt : et ni continuo re cognita in propugnacula rursum sese recepissent, urbs a Romanis illico fuisset capta. Sic tum altera in Monopolim desiit oppugnatio. Oppidani vero ubi se angustiis undique pre-

(7) *Ἐπὶ ξύλου τινός.* Videtur id militaris supplicii innuere hoc loco Cinnamus, quod vulgo *estrapade* vocant nostri, Itali *strappata*, quo, qui deliquit, miles in excelsiorem stipitem trochlea attollitur, moxque laxato func cum impetu aliquo demittitur. Vocis Gallicæ etymon ab *estreper* videtur posse deduci, qua utuntur Stabilimenta S. Lud. l. 1, c. 26 et 23, *vignes estreper*, id est vineas exstirpare, seu quod reus a terra veluti exstirpetur et extrahatur et in altum tollatur, seu quod dejectionis impetus membra laxet suisque sedibus ossa eximat avellatque. Willelmus Thorn. an. 1264: *Nec licebit cuiquam — domum vel arborem — strepare vel eradicare.* Non insulse etiam ab Anglico *strep* etymon duci potest, quæ vox *corrigiam* sonat, unde *strepa*, scandula equestris, nomen apud Latinos ævi medii sumpsit: quod corrigia circa pectus *circumducta* reus in altum educatur. Utut sit de *vocis origine, constat non re ipsa, sed in specicm,* seu ut vulgo dicimus, *en effigie*, id supplicii passum nobilem istum qui sese ad summum pontificem p. 459 contulerat, confecta in eum finem cataphracti equitis effigie, quam una cum equo ipso, in altum func elatam, postmodum eo laxato, ad terram demisere. Neque id insuitato nostris injuriæ genere in absentem, ut ipsis videbatur, reum sævierunt Romani, dum eodem damnavere supplicio rei imaginem, quod reus ipse, si adfuisset, reapse fuisset subiturus. Cujus quidem injuriæ exemplum haud facile reperire est in tota historia Græca et Latina (licet hodie in reis absentibus judicatis passim observetur) præterquam apud Trebellium Pollionem in 30 Tyrannis, ubi ait Siccenses *novo injuriæ genere imaginem Celsi tyranni in crucem sustulisse, persultante vulgo, quasi patibulo ipse Celsus videretur affixus.* Sane videtur pene idem fuisse *straputa* cum trochlearum supplicio, quo in Christianos martyres sæviebant imperatores gentiles, de quo Gregorius Turon. L. v. Hist., c. 19, et Passio SS. Bonosi et Maximiani apud Francisc. Bivarium in Addit. ad Pseudochron. Marci Maximi. De eo etiam pluribus agit Gallonus, L. 1 De torment.

(8) *Παλαιοτέροις ἀρχείοις.* In Blacherniano palatio, in quo Manuel bella a se gesta summo cum artificio depingi curaverat, uti narrant Nicet. L. vii, n. 3, et Benjaminus Tudel. in Itiner. p. 26, edit. Const. *L'Empereur.*

ραν αὖθις. Πολλὰ γὰρ τῶν ἀθλήτων τέως βασιλεῖ φθάσαντες ἤδη ὁμωμοκέναι Σικελοῖς μεγίστων καὶ καλῶν ἔργων Ῥωμαίους ἐστέρησαν. Καὶ τί γὰρ οὐκ ἂν τις ὁμολογῆσαι εἶχεν, ὁπότε κλοιά τε αὐτὸν εἶχον καὶ κευθμῶνες ἐφρούρουν κατάγειοι; Ἐποίουν δὲ ταῦτα Σικελοί, ὡς ἂν οἱ τῇδε ἄνθρωποι Γιλιέλμῳ σπείσεσθαι τὸν βασιλέα προσδοκήσαντες, φθάνωσιν, ὡς τὸ εἰκὸς, Ῥωμαίων καὶ πρὸ καιροῦ ἀφιστῶντες τὰς πόλεις. Ὅπερ ὁ βασιλεὺς ἀκούσας, συνῆκέ τε τῶν πραττομένων καὶ γράμματα ἐπὶ Σικελίαν ἐκπέμψας τοῖς μὲν ἐν εἱρκτῇ Ῥωμαίων τάδε ἔγραφε. « Θαυμάζειν ἔπεισί μοι, ὅπως ἀεὶ μικρονοίᾳ τινὶ περὶ τὰ πράγματα κεχρῆσθαι ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες, ξυμβαίνει. Πρώην τε γὰρ αὐτοὶ τὰς καλλίστας ἐκείνας οὕτω διεφθείρατε νίκας, τύχην τε ὑμῖν αὐτοῖς ἐφ' ἧς νῦν ἐστε προὐξενήσατε, καὶ νῦν δὲ, ἄλλων τὰ ὑμῖν κακῶς ἤδη πραχθέντα σὺν Θεῷ ἀναμαχεῖσθαι προθυμουμένων, ἐμποδὼν ἵστασθε. Ἢ οὐκ ἐκεῖνο ἐπὶ νοῦν ὑμῖν ἦλθεν, ὡς τὴν ἐπὶ τὰ πρόσω ἡμῶν ἀναστελοῦντες ὁρμὴν ταῦτα ἐπινενοήκασι Σικελοί; Τίς γὰρ ἐκεῖνος ἔσται Ἰταλῶν, ὃς τὴν χώραν αὖθις, ἣν ἤδη ἡμεῖς ἔχοντες, Γιλιέλμῳ ὑφ' ἡμῶν ἐνδοθησομένην ἀκούων, οὐκ αὐτίκα μὲν ἡμῖν ἀπιστήσει, ἐς δὲ Γιλίελμον ὀκνήσει οὐδεμιᾷ μεταθήσεται; Οὐκ ἔσται πάντως οὐδεὶς, εἰ μή τις βλὰξ εἴη καὶ ἀνόητος ἄνθρωπος, ὁποῖοι πολλοὶ τυγχάνουσιν ὄντες. Πυνθάνομαι ὑμῶν, εἶπατε πρὸς Θεοῦ, κάλλιον πότε ὑμᾶς ἂν εἶδε τὰ πάτρια; Ὁπότε Ἰταλίας ἤδη ἁπάσης καὶ νήσου τῶν Σικελων ὑφ' ἡμᾶς γεγενημένων, λαμπροὶ λαμπρῶς αὐτόθεν ὑπὸ τῶν ὁμοφύλων ἀναῤῥυσθέντες ἀθληταὶ Ῥωμαίων εὐγενεῖς ἐπὶ Βυζάντιον ἥκετε, ἠδὺ θέαμα τοῖς ὁμοτίμοις ὑμῖν προσορώμενοι, ἢ ὁπότε οὐδὲν οὔτε δόντες οὔτε λαβόντες, ὥσπερ ὑμῖν τὰ ὅρκια βούλονται, ἐνταῦθα ὑμᾶς ἀνακαλεσόμεθα; » Ῥωμαίοις μὲν ταῦτα ἔγραφε, Γιλιέλμῳ δὲ ἐπέστειλεν ὧδε· « Μὴ οἷου λήσειν ἡμᾶς, ὦ γενναῖε, ὅτου δὴ ἕνεκα ταῦτα μεμηχάνηται παρ' ὑμῶν, ὥσπερ οὐδὲ ὅτι τοῖς βίᾳ γεγονόσι συγγνώμων ἡ ἀνάγκη γίνεται. Οὐκοῦν οὐδὲ στέρξει σοι πάντως, ἃ πρὸς δεσμωτῶν ὁμόμοται καὶ ἐμφρούρων τούτων ἀνδρῶν. Ῥωμαῖοι γὰρ οὐ πρότερον Ἰταλίᾳ πολεμοῦντες ἀφέξονται, πρὶν ἂν αὐτήν τε καὶ τὴν νῆσον πᾶσαν ὑπὸ παλάμῃ τῇ ἡμῶν ὥσπερ καὶ πρότερον ἤδη ποιήσωνται. » Ταῦτα οἱ περὶ Γιλίελμον δεξάμενοι τὰ γράμματα ἀμείβονται ὧδε· « Εἰ μὲν τῶν ἤδη πρότερον ἐς τὸ κράτος ἡμαρτημένων τὸ σὸν δίκας ἡμῖν ἐπιτιθέναι βούλει, κράτιστε βασιλεῦ, ἔχεις ἤδη καὶ ὑπὲρ ὃ ἐχρῆν Ἰταλίαν μετελθών. Ἡδέως τε γὰρ τριακοσίων οὐκ ἐλάττους ἐπὶ μέσης αὐτῆς παρεστήσω, πρᾶγμα παλαιὸς ἐξ οὗ χρόνος τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἐπιλελοιπὸς, καὶ κλέος ἀνεδήσω, ὃ μετὰ Ἰουστινιανὸν ἀρχαῖον Ῥωμαίων αὐτοκράτορα οὐδενὶ τῶν ἄλλων ὑπῆρξεν, ὅτι [P. 101] μὴ τῷ κράτει τῷ σῷ. Ἀξιοῦμεν γὰρ ἀντίθες ἀγνόημα τὸ ἡμῶν (λέγω δὴ ὁπηνίκα Κόρινθόν τε καὶ Εὔβοιαν κατετρέχομεν τὴν σὴν) καὶ τὰς Ῥωμαίων ἐν Ἰταλίᾳ νίκας, οἳ δὴ τοσοῦτον ἤδη χρόνον ἄγουσί τε καὶ φέρουσι τὰ ἐνταῦθα, αἱμάτων τρὶς τοσούτων μᾶλλον δὲ πλεονάκις τοσούτων τὴν τῇδε πληρώσαντες γῆν, καὶ πόλεις οὐ διασκυ-

imperator, Siculis sacramento interposito polliciti, pulcherrimos victoriarum fructus Romanis abstulerunt. Quibus enim pactis ac conditionibus non subscribet ille, qui compedibus vinctus, antrisque inclusus subterraneis detinetur? Hæc autem fecere Siculi, ut qui hic tum detinebantur, interea dum pacisceretur cum Gulielmo imperator, ab eo deficerent, urbesque ante hoc tempus sibi traderent. Quod ut accepit imperator, quæque agebantur rescivit, missis in Siciliam litteris, Romanis captivis in hunc modum rescripsit : « Mirari subit qua ratione factum sit ut in rebus gerendis vobis semper defuerit animi fortitudo. Præclaras quippe jam ante partas victorias deflorastis, et quam nunc ipsum toleratis vobismet ipsi comparastis fortunam. Nunc autem ea quæ a vobis jam perperam gesta sunt instaurare, **173** Deo volente satagentibus obsistitis. Nonne advertitis hæc excogitasse Siculos, ut nostros in futurum successus retardarent? Quis enim Italorum erit, qui ubi regionem quam jam possidemus, Gulielmo a nobis rursum tradendam esse perceperit, non continuo a nobis deficiat et Gulielmi partes nulla mora interposita amplectatur? Erit utique nemo, nisi stolidus ille sit et plane demens, cujusmodi esse multi solent. Rogo vos, dicite per Deum, quando tandem vos jucundius patria conspiciet, utrum cum universa jam Italia et Sicilia in nostram redactis potestatem, præclari præclare inde a conterraneis liberati illustres Romani nominis vindices, gratissimum æqualibus vestris spectaculum exhibituri, Byzantium veneritis? An vero si nihil aut dantes aut accipientes, ut a vobis jurejurando sancita volunt, vos revocaverimus? » Hæc quidem scripsit Romanis; Gulielmo autem in hæc verba. « Ne latere nos putes, o generose vir, quorsum hæc a vobis struantur, et ut iis quæ per vim fiunt indulgere soleat necessitas. Proinde nequaquam tibi profutura sunt, quæ a captivis illis viris sacramento firmata sunt. Neque enim ab incessenda Italia prius desistent Romani, quam et illam et insulam universam, ut prius, potestati nostræ subjecerint. » His acceptis litteris, in hanc ferme sententiam rescripsit Gulielmus. « Si tibi in animo est, maxime imperator, pœnas irrogare nobis ob ea quæ adversus majestatem tuam antehac **174** commisimus, jam certe etiam supra quam oportuit Italiam ultus es. Civitates enim in media illa non minus trecentas expugnasti, quod prioribus imperii Romani temporibus nunquam hactenus factum : tibique comparasti gloriam, qualis post veterem illum Justinianum Romanorum imperatorem nulli alii, præterquam majestati tuæ, contigit. Confer igitur, obsecro te, delictum nostrum, cum nimirum Corinthum Eubœamque tuam incursavimus, et partas in Italia victorias a Romanis, qui longo illic jam tempore commorantur, omniaque inde auferunt rapiuntque, et sanguine, tertia plus parte, imo amplius, terram istam implerunt; qui urbes denique non spoliarunt modo, sed et easdem fecere sibi obnoxias. Utrum tibi vi-

detur majus? quodsi hæc a nobis, utpote qui majestate tua longe inferiores sumus, non pateris comparari, saltem ad priores recurre principes, et retro acta Romanorum præclara revolve facinora, et an non etiam tum aliquis Romanum aggressus est imperium. Multæ utique gentes, et Persæ et Hungari, et si non indignetur majestas tua, Robertus ille, qui Epidamnum ex Italia trajiciens, magna ibi certamina cum avo tuo instituit; sed vix ægreque ex finibus Romanis illum dimovit. Tu vero regionem nostram fere omnem occupasti. Si itaque nostri ulciscendi causa ea aggressus es, satis tibi victoriarum; plus satis **175** nos ultus es. Dum nostras calcas terras, pacem amplecti, non modo non ignobile, quin potius maxime gloriosum. Viros autem illustres Romanos, quos, sic volente fortuna, captivos fecimus, sine mora recipies, ita ut eapropter amplius nobis non irascaris. Neque enim succensendum homini qui bello impetitur, si hostibus suis resistat. Ita plane liquidum sit, te ob id unum, quod in Eubœa deliquimus, bellum juste gerere: cujus quidem delicti, ultra quam par est pœnas, ut diximus, exegisti. Si igitur pro iis quæ in tuas commisisse terras deprehendimur, multam irrogare statuisti, ea ipsa apud majestatem tuam excusavimus. Si vero semper tibi adversus genus nostrum bellum gerendi causa superest, id in primis attendere te oportet, ne præter jus gentium id fiat. Bella quippe prætextibus metiri, hominis est; ulterius vero tendere, erit qui ferarum esse proprium dixerit, nobis autem id tacendum. Te igitur obsecramus, ut hocce bellum sancto fœdere dirimatur.» Iis sæpius perlectis litteris, tandem dictis annuit imperator, receptisque Romanis captivis aliaque belli præda restituta, fide ad hæc data a Gulielmo, se sociali cum exercitu versus Occidentem secuturum, bellum solvit. Nec multo interjecto tempore regem renuntiavit Gulielmum, cum antea hac dignitate non gauderet. Tanta vero erga illum usus est benevolentia, ut, eo mortuo, accedentem fratrem, opemque ad invadendum Siculorum principatum implorantem, haudquaquam admiserit.

λευτάμενοι μόνον τοσαύτας, ἀλλ' ἤδη καὶ ὑποχειρίους θέμενοι. Πότερά σοι δοκεῖ μεγαλειότερα: Κἂν μὴ πρὸς ἡμᾶς ἀντιμετρεῖσθαι ταῦτα βούλει πολλῷ καταδεεστέρους τοῦ σοῦ κράτους ὄντας, ἀλλά σύ γε ἐπὶ τοὺς πρώην ἀνάδραμε βασιλέας καὶ τὰ κατόπιν τῷ χρόνῳ ἐπίβλεπέ μοι Ῥωμαίων ἀνδραγαθήματα· ἢ οὐ καὶ τηνικάδε συγκέκρουκέ τις Ῥωμαίων τῇ ἀρχῇ; Πολλὰ δήπου πάντως ἐθνῶν καὶ Περσῶν καὶ Οὔννων καὶ εἴ τι μὴ δυσφοροίη κράτος τὸ σὸν, καὶ Ῥομπέρτος ἐκεῖνος ὁ Ἰταλίαθεν ἐς Ἐπίδαμνον διαβὰς μεγάλας τῇδε πάππῳ τῷ σῷ συνδιηγώνιστο μάχας. Ἀλλὰ μόγις καὶ ἀγαπητῶς ἐκ τῆς Ῥωμαίων ἐκεῖνος Ῥομπέρτον διώσατο, σὺ δὲ καὶ τῆς ἡμετέρας σχεδόν τι περιγέγονας ἀπάσης. Εἴ τι οὖν σοι τοῦ ἀνταμύνασθαι ἡμᾶς ἕνεκα ταῦτα ἐπικεχείρηται, ἄλις σοι τῶν τροπαίων· ἱκανῶς ἔχεις ἡμᾶς μετελθών. Τὴν ἡμετέραν πατοῦντί σοι τὰ τῆς εἰρήνης ἀσπάσασθαι οὐκουν ἐστὶν ἀγεννὲς, εἰ μὴ καὶ σφόδρα ἐπίδοξον. Σὺ δὲ καὶ Ῥωμαίους, οὓς τῆς τύχης ἡμῖν δούσης ἄνδρας οὕτω περιφανεῖς δορυαλώτους ἐποιησάμεθα, αὐτίκα λήψῃ, ἐφ' οἷς οὐδὲ ὀργίζεσθαί σε δίκαιον ἐφ' ἡμᾶς. Ἀνδρὶ γὰρ πολεμουμένῳ οὐδεμία νέμεσις ἀντιπράττειν ἐχθροῖς. Ὥστε λείπεται ἑνὸς ἐκείνου ἕνεκα τοῦ περὶ Εὔβοιαν ἡμῖν ἡμαρτημένου δίκαιον εἶναί σε πολεμεῖν οὕπερ ἤδη καὶ ὑπερέβης τὰς τίσεις, ὥσπερ ἐλέγομεν. Εἰ μὲν οὖν δίκας ἡμῖν ἐπιθεῖναι προεθυμήθης, ὧν ἐς τὴν χώραν ἐνεδειξάμεθα τὴν σὴν, τοσαῦτα ἀπολελογήμεθα τῷ κράτει τῷ σῷ. Εἰ δὲ ἀεί σοι πολεμητέα γένοι τῷ ἡμῶν, ὥρα σοι ἐννοεῖσθαι μή ποτε πέρα νομίμων εἴη τῶν ἀνθρωπίνων ἡ ἐγχείρησις. Τὸ μὲν γὰρ ταῖς προφάσεσι καὶ τοὺς πολέμους συμμετρεῖν ἀνθρώπινον, περαιτέρω δὲ χωρεῖν ἄλλος μέν τις εἴποι ἂν ὅτι θηριῶδες, ἡμῖν δὲ τοῦτο μὲν οὐ λεκτέον, αἰτούμεθα δέ σε ἀπεισάμενον ἤδη πόλεμον τόνδε καταλύειν.» Ταύτην ὁ βασιλεὺς πολλάκις ἀπολεξάμενος τὴν ἐπιστολὴν ἐπένευσε ταῖς εἰρημένοις, τούς τε Ῥωμαίων αἰχμαλώτους ἀπολαβὼν καὶ εἴ τί που λάφυρον πολέμου ἐγένετο κομισάμενος, πρὸς δὲ καὶ τὰ πιστὰ (9) πρὸς Γιλιέλμου λαβὼν σύμμαχον ἐν ταῖς κατὰ τὴν ἑσπέραν ἕξειν αὐτὸν, τὸν πόλεμον ἔλυσεν. Ὀλίγῳ δὲ ὕστερον καὶ ῥῆγα (10) τετίμηκεν τὸ εὐμενὲς, ὡς Γιλιέλμου τὸν βίον συμμετρησαμένου προσιόντα αὐτῷ τὸν ἀδελφὸν (11) αἰτούμενόν τε συλλήψεσθαι αὐτὸν ἐφ' ᾧ Σικελῶν ἄρξει προσδέξασθαι οὐδαμῶς.

Du Cangii notæ.

(9) *Καὶ τὰ πιστά.* Falcandus horum temporum scriptor: *Per idem tempus cum imperatore Græcorum fœdus initum est, paxque firmata: Græci Constantinopolim dimissi, qui post Brundusinum bellum in vinculis tenebantur.* Nec diu stetit pax illa, ut auctor est Nicetas, l. II, n. 8.

(10) *Καὶ ῥῆγα.* Regem Willelmum non creavit, sed agnovit Manuel: cum ante hoc fœdus pro tyranno et provinciarum imperii usurpatore haberetur.

(11) *Τὸν ἀδελφόν.* Errant qui putant hoc loco Tancredum intelligi a Cinnamo, qui exstincto Willelmo Siciliæ regno inhiaverit, hoc fulti fundamento, quod Willelmus Brito. L. IV Philippid. Willelmi II avunculum seu potius patruum Tancredum facit, *Hieronymus* Blanca et aliquot alii regis Rogerii filium. Verum cum certo certius constet Tancredum Rogeri quidem filium fuisse non regis, sed Apuliæ ducis, ipsius Rogeri regis filii primogeniti, ut ipsemet in variis diplomatibus quæ exstant apud Ughellum tom. IX *Italiæ Sacræ*, p. 66, 100, 103, etc., in quibus *Tancredus domini ducis Rogerii bonæ memoriæ filius Dei et regia gratia comes Licii* inscribitur, quod etiam habent Falcandus, Richardus de S. Germano, Hovedenus, Bromptonus, Uspergensis et alii, et exstinctos præterea patre superstite Rogeri liberos legitimos præter Willelmum tradant scriptores, multo probabilius videtur, Simonem Rogerii regis filium nothum innuere Cinnamum, qui, quod Tarentinus principatus sibi a parente testamento concessus, ablatus fuisset a Willelmo fratre, in eum conjuravit cum Matthæo Bonello,

ις'. Τὰ μὲν δὴ τῶν Ἰταλικῶν πολέμων ἐνταῦθα Ῥωμαίοις πέρας [P. 102] ἔσχε. Βασιλεὺς δὲ καὶ πρότερον μὲν τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν ἤδη κεκινημένων πραγμάτων, ὁπηνίκα ἔτι τὰς ἐν Ἰταλίᾳ διέφερε μάχας, φροντίδα τῶν τῇδε εἶχε πολλήν, τότε δὲ ὁλοσχερέστερον λοιπὸν ἀντεποιήθη. Ὁ μὲν γὰρ Περσῶν σουλτὰν Ποῦνουράν τε καὶ Σίβυλαν Ῥωμαίοις κατηκόους παρεστήσατο πόλεις, Τερόζης δὲ, οὗπερ ἤδη ἐμνήσθην, τῶν ἐν Κιλικίᾳ πλείστας ἀφήρπασεν, Ἰαγουπασὰν δὲ, ὃς καὶ αὐτὸς Περσῶν φύλαρχος ἦν, ἄρχων γῆς τῆς Καππαδοκῶν, Οἴναιόν τε κατέθεε καὶ Παυράην, πόλεις ἄμφω Ποντικάς. Ἀλέξιον τοίνυν τὸν Γιφάρδον ἐπὶ τὸν σουλτὰν πέμψας τὰς εἰρημένας ἀνέλαβε πόλεις, Ἰαγουπασὰν (12) δὲ τῆς ἐπὶ τὰ Ῥωμαίων ἀποσχόμενον ἐκδρομῆς ἑαυτῷ προσανέχειν ἠνάγκασεν· ἐπὶ μέντοι τῆς Κιλίκων αὐτὸς ἐκστρατεύειν διενοεῖτο. Ἐν δὲ τούτῳ ἐν Βυζαντίῳ τάδε συνέπεσεν. Ἦν τις Λευϊτῶν (13) οὓς διακόνους καλοῦμεν· ὄνομα τούτῳ Βασίλειος. Οὗτος ἀναπτύσσειν τοῖς πολλοῖς τὰς θείας ἐν ταῖς ὅπου δήποτε τελεταῖς πεπιστευμένος φωνὰς ἄλλους τε τῶν καὶ κατὰ βραχὺ προσκεκρουκότων αὐτῷ ἐν ταύταις δὴ ταῖς ὁμιλίαις σχήματι καὶ ἐπικρύψει κακηγορεῖν ἤθελε, καὶ δὴ καὶ Μιχαὴλ (14) καὶ Νικηφόρον ἐπίκλησιν Βασιλάκιον, ὧν ὁ μὲν ῥητορικῆς ἐς τόδε καιροῦ καθηγητὴς (15) ἐτύγχανεν ὢν ὁ Μιχαὴλ, τὰ ἱερά τε

A **176** 16. Hunc finem habuere bella Romanorum Italica. Dum iis adhuc distineretur imperator, Asiaticorum motuum cura sollicitum tenebat : quibus demum peractis, totum se rebus istis applicuit. Persarum quippe sultanus Punuram et Sibylam, Romanorum civitates, expugnaverat : et Torosus, cujus supra meminimus, plurimas etiam abstulerat in Cilicia. Ad hoc Iagupasan, qui et ipse phylarchus erat Persarum et Cappadociæ princeps, Œnæum et Pauraen, Ponticas urbes, incursabat. Misso itaque ad sultanum Alexio Gipliardo, ea oppida recepit : Iagupasanem vero incursionibus in fines Romanos abstinere, sibique deinceps adhærere coegit. In Ciliciam autem ipse expeditionem instituere decrevit. Interea hæc Byzantii accidere. Erat quidam B ex levitarum ordine, quos nos diaconos vocamus, nomine Basilius. Hic ad explicandum in ecclesiasticis cœtibus verbum divinum constitutus, alios qui vel minimum ab ejus sententiis dissidebant in hisce concionibus tecte et occultim redarguit : atque in his Michaelem et Nicephorum, cognomento Basilacium ; quorum alter rhetorum ea tempestate magister, sacra Evangeliorum verba explanabat in Sophiano templo : alter vero celebris inter eruditos in orationibus elucubrandis maxime præstabat, multaque in rhetoricam **177** docte erat sciteque

Du Cangii notæ.

sedatisque illis post hæc tumultibus dataque Bonello impunitate, cæteris quos inter fuit Simon, galeis seu triremibus, quæ sufficerent ad id assignatis, C extra regni fines salvi et incolumes perducti sunt, uti narrat idem Falcandus : qua tempestate Simon, ut est simile vero, Cpolim concessit.

(12) *Ἰαγουπασάν.* Masuti Iconiensis sultani gener, Amasiæ, Ancyræ et Cappadociæ dominus. Nicetas, L. III, n. 5.

(13) *Ἦν τις Λευϊτῶν.* Totam hanc controversiam de rebus theologicis habent Nicetas in Man. L. VII, n. 5, et lib. V et XXII Thesauri orthod. Fidei, ut et Leo Allatius in Excerptis variis et L. II de Eccl. Occid. et Orient. perp. consens. c. 12, n. 5.

(14) [P. 460] *Μιχαήλ.* Erat Michael Thessalonicensis magister rhetorum, διδάσκαλος τῶν εὐαγγελίων et protecdicus Magnæ Ecclesiæ : Nicephorus vero Basilaces διδάσκαλος τῶν ἐπιστολῶν quæ erant dignitates in ecclesia Cp., Soterichus denique Panteugenus ὑποψήφιος τοῦ πατριάρχου, id est patriarchæ Antiocheni suffraganeus, quod de Græco, titulo tenus, patriarcha intelligendum. Quandiu D enim Antiochia in potestate Latinorum fuit, habuerunt Græci suos patriarchas Antiochenos solo, ut dixi, nomine, cum in ipsa Antiochia Latini patriarchæ sederent, qui Græcos patriarchas in ea pedem figere non sinebant, ut auctor est Balsamon ad can. 16 synodi Antioch. v. Cinnamum, p. 211 ; Nicet. in Isaac. L. I, n. 4, et Baron. an. 1178 ex Georgii Coreyr. epistola.

(15) *Ῥητορικῆς καθηγητής.* Michael magister rhetorices fuit seu, ut tum eam dignitatem vocabant, μαΐστωρ τῶν ῥητόρων, qua donatus legitur Eustathius, postmodum Thessaloniceusis episcopus, in epistola præfixa scholiis in Dionysii περιήγησιν ab eodem editis. Ita enim idem Michael etiam indigitatur in illius confessione, quam habet Allatius loco citato in hæc verba : Μιχαὴλ τοῦ Θεσσαλονίκης, τοῦ μαΐστορος τῶν ῥητόρων, διδασκάλου τῶν Εὐαγγελίων, καὶ πρωτεκδίκου τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως ἡ περὶ τὴν τελευτὴν ἐξομολόγησις αὐτοῦ ἐφ' οἷς προσέπεσε, etc., quas quidem Michaelis dignitates his expressit verbis Nicetas : Μιχαὴλ τὸν ῥητορικὸν θρόνον κοσμῶν καὶ τὸν εὐαγγελικὸν ἀναβαίνων ὀχρίβαντα. Proinde idem qui *ῥήτωρ τῆς ἐκκλησίας* dicitur Pachymeri. l. V, c. 14 ; l. X, c. 12 ; magistri vero rhetorum munus erat sacras interpretari Scripturas, siquidem eadem fuit *ῥήτορος* dignitas. Codinus, De offic c. 1, n. 22 : Ὁ ῥήτωρ εἰς τὸ ἑρμηνεύειν τὰς Γραφάς. Diversus porro fuit magister rhetorum a catechista, qui κατηχητὴς dicitur in Catalogis officiorum Ecclesiæ Cp. a Goaro et Medonio editis, cujus munus fuit κατηχίζειν τὸν λαὸν καὶ πάντας ἐρχομένους ἐκ τῶν ἑτεροδόξων εἰς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν, ad hæc etiam baptizatorum curam habere. Cum vero essent plures qui rhetoricum seu concionatorium munus obibant, qui iis præerat *magister rhetorum* dicebatur seu, ut vocatur a Cinnamo, *ῥητορικῆς καθηγητής*, quod idem sonat. Nam καθηγητὴς idem est ac *præceptor* in veteri Gloss. cap. de ludo litterario. Papias, *catigeta, doctor, rhetor.* S. Anthelmus in Monost. :

Vita aliena tuæ tibi sit cathegeta vitæ.

id est magistra. Acta S. Artemæ Mart. n. 3 : *Dum cathigeta ipsius secundum artem magisterii —ad secularium litterarum dogmata illum introduceret*, ubi Bollandus perperam nomen proprium esse censuit. Neque felicius *cartigeris* restituit pro *cathigetis* apud Bonitum subdiaconum in Vita S. Theodori ducis, uti ms. præferebat : *Verumtamen ceu a solertissimis cathigetis talium figmenta fuerunt deprehensa.* Gotselinus Bertinianus monach. in Vita S. Augustini episc. Cantuar. : *Dat etiam liberalissimus catigeta in ipsa dilecti discipuli ordinatione dulcissimum pignus — dilectionis suæ.* Martyrium S. Niconis, § 15 : Ἔχοντες καθηγητὴν τὸν Νίκωνα, etc. Alias καθηγηταὶ dicuntur rectores Ecclesiarum seu episcopi in codice Canonum Ecclesiæ Africanæ, c. 53, quod toti suæ plebi præsint.

jam commentatus. Eapropter dolebant ii, quod tot sapientiæ instructi dotibus a tali homine traducerentur : unde sibi compluribusque aliis maximorum malorum causa fuere. Basilio enim in eo apostoli D. Joannis theologi templo, quod ad urbem est, consuetum aliquando ministerium faciente, venerunt ii ut eum audirent, sed insidiosis malevolisque auribus. Cum enim ille quemdam Evangelii locum enarraret, unum et eumdem esse Dei Filium et victimam, et cum Patre sacrificium excipere : arreptum subito sermonem ludibrio habentes reversi sunt, duas inde Basilium dicentes inducere personas, si ille quidem immolatus fuerit, ille vero sacrificium excipiat. Huic sententiæ tum alii suffragati sunt litteris clari, tum et Soterichus, cognomine Panteugenus, vir ea ætate doctrina et sermonum gravitate cæteros præcellens, quique Ecclesiæ Antiochenæ episcopus electus, nondum manus impositionem acceperat. Is igitur Soterichus non lingua solum et ore eorum accessit opinioni, sed et magnifica oratione composita, singularique quadam similitudine Platonicos exprimente dialogos, multa in illa absurda congessit. Propter quæ et ipse sede sua deturbatur, et qui illi favebant, omnes pelluntur. Basilius dignitatem recuperavit : hac enim

ἐπὶ τοῦ τῆς Σοφίας ἱεροῦ διεξηγεῖτο τῶν Εὐαγγελίων ῥητὰ (16), ἄτερος δὲ εὐδόκιμος ἄλλα τε τῶν ἐν λόγοις ἦν καὶ δὴ καὶ λόγων ἀγαθὸς δημιουργός· ἀμέλει γοῦν καὶ πολλὰ τῶν κατὰ ῥητορικὴν μεμελέτητο αὐτῷ ἀγαν δεξιῶς. Ἐπὶ τούτοις ὤδινόν τε τὼ ἄνδρε τούτω καὶ ἐν δεινῷ ἐποιοῦντο, εἰ τηλικούτω τὰ ἐς σοφίαν ὄντε πρὸς τοιούτου διαμυκτηρίζοιντο ἀνδρὸς, ὅθεν ἑαυτοῖς τε καὶ πλείστοις ἑτέροις ἀνηκέστων αἴτιοι ἐγενέσθην κακῶν. Τοῦ Βασιλείου γάρ ποτε ἐς τὸν πρὸ τοῦ ἄστεος τοῦ ἀποστόλου Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου νεὼν (17) τὴν συνήθη τελοῦντος αὐτῷ λειτουργίαν, ἦσαν ἀκουσόμενοι καὶ οὗτοι, ἀκοαῖς γε μὴν ἐπιβούλοις καὶ πλήρεσι δυσμενείας. Ὡς γὰρ εὐαγγελικήν που οἶμαι περικοπὴν ἐκεῖνος διεξιὼν τὸν αὐτὸν ἕφη καὶ ἕνα τοῦ Θεοῦ Υἱὸν καὶ θῦμα γενέσθαι καὶ σὺν τῷ Πατρὶ τὴν θυσίαν προσδέχεσθαι, ἥρπασάν τε τὸν λόγον εὐθὺς καὶ ἄνω καὶ κάτω διεχλεύαζον ἰόντες, διττὰς ἐντεῦθεν τὸν Βασίλειον λέγοντες εἰσάγειν ὑποστάσεις, εἰ τὸ μὲν ἐτύθη, τὸ δὲ τὴν θυσίαν ἐδέξατο. Ἄλλοι τε οὖν ταύτῃ τῇ δόξῃ συνέθεντο τῶν ἐπὶ λόγοις τε δοκίμων καὶ δὴ καὶ Σωτήριχος ᾧ Παντεύγενος ἡ ἐπίκλησις ἦν, ἀνὴρ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον σοφίᾳ καὶ λόγων δεινότητι τοὺς ἄλλους ὑπερβάλλων, ὃς καὶ τῆς Ἀντιόχου τὸν θρόνον λαχὼν οὔπω ἔτι κεχειροτόνητο (18). Ὁ τοίνυν Σωτήριχος οὐκ ἀπὸ γλώσσης

Du Cangii notæ.

(16) *Τῶν Εὐαγγελίων ῥητά.* Utraque dignitate ecclesiastica et magistri rhetorum et διδασκάλου τῶν Εὐαγγελίων insignis fuit Michael Thessalonicensis, ut ex ipsius confessione et Niceta colligitur. Hujus postremæ dignitatis munus erat ἑρμηνεύειν τὸ Εὐαγγέλιον, ut est apud Codinum, c. 1 n. 19, seu διεξηγεῖσθαι τὰ ἱερὰ τῶν Εὐαγγελίων ῥητὰ, ut habet Cinnamus. Cum vero plures essent διδάσκαλοι in Ecclesia Constantinopolitana, nempe διδάσκαλος τοῦ Εὐαγγελίου, διδάσκαλος τοῦ ἀποστόλου [P. 461] et διδάσκαλος τοῦ ψαλτηρίου, διδάσκαλος simpliciter et κατ' ἐξοχὴν dicebatur is qui Evangelia interpretabatur. Catalogus Goari et Medonii : Ὁ διδάσκαλος ἑρμηνεύει τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον εἰ δυνατός ἐστι, καὶ τὸ Ψαλτήριον, κρατῶν καὶ τὰ σχολεῖα τῆς ἐπισκοπῆς, unde colligitur *doctorem Evangelii* interpretatum esse interdum etiam psalterium præfuisseque scholis patriarchalibus. Basilacius vero διδασκάλου τῶν ἐπιστολῶν dignitatem habuit, ut auctor est anonymus Allatianus, qui διδάσκαλος τοῦ ἀποστόλου dicitur Codino : et cujus officium describitur a Niceta hisce verborum ambagibus : ὁ Βασιλάκιος Νικηφόρος τὰς τοῦ Παύλου ἀναπτύσσων ἐπ' Ἐκκλησίᾳ ἐπιστολὰς, καὶ διαλευκαίνων τῷ τῆς καλλιῤῥημοσύνης φωτὶ, ὅσαι τῶν ἀποστολικῶν ῥήσεων τῇ ἀσαφείᾳ ὑπομελαίνονται, καὶ τῷ βάθει τοῦ πνεύματος ἐπιῤῥᾴσουσι. Ejusmodi doctorum in Ecclesia munus perantiquum fuisse colligitur ex S. Cypriano epist. 24, ubi *doctoris audientium* seu catechumenorum meminit. Passio SS. Perpetuæ et Felicitatis : *Vidimus ante fores Optatum episcopum ad dexteram et Aspasium presbyterum doctorem ad sinistram.* De doctoribus catechumenorum agit etiam Amalarius Fortunatus, l. 1. De offic. Eccl. c. 19. Vide Balsamonem περὶ διδασκάλων in Jure Græco-Romano, l. II, p. 143.

(17) *Ἰωάννου τοῦ θεολόγου νεών.* Intelligit, ut reor, templum istud quod ad Hebdomum exstructum erat, D. Joanni evangelistæ sacrum, de quo Anna, l. III ; Constantinus in Basil. c. 63, Scylitzes et Glycas in Bulgaroctono, aut illud fortasse, quod *ad Castrum* Rotundum statuit Guillelmus, Biblioth. in Adriano II.

(18) *Οὔπω ἔτι ἐκεχειροτόνητο.* Auctor anonymus apud Allatium loco citato de eodem Soterico : Σωτηριχὸς ὁ Παντεύγενος ὑποψήφιος τοῦ πατριαρχείου Ἀντιοχείας. Ejusmodi electos ὑποψηφίους vocabant Græci nuperi. Ita Bethleemitanum electum, qui Balduini Flandrensis electioni in imperatorem Constantinopolitanum interfuit, vocat Georgius Corcyreusis, in tract. de Communione et Theodosium Villharduinum in patriarcham Antiochenum electum Pachymeres, l. VI, c. 5, cujus vocis vim expressit eodem loco idem scriptor, ubi de Theodosio : Ἤδη εἰς ψῆφον ὢν πατριαρχείου· ὁ γὰρ Εὐθύμιος ἐτεθνήκει τῆς Θεουπόλεως, id est, qui electorum suffragiis ad eam dignitatem voratus fuerat post Euthymii decessum : Ὑπὸ τόμῳ κοινῷ ἀνακηρυχθείς, ut ait l. IV, c. 13, id est, *per decretum* factus episcopus, sed nondum χειροτονηθείς et consecratus. Per decretum enim, quod τόμον vocat Pachymeres, fieri aut ordinari dicitur episcopus, qui postquam a clero et plebe legitime est electus, a metropolitano et episcoporum consessu publice decernitur episcopus, facto postmodum electionis decreto, quod ab omnibus rite subscribitur. I a in Ep. Symmachi, pp. 5 et 6, ad Cæsarium Arelat. in Conc. Arvern. can. 2, Aurelian. IV, can. 5, Aurelian. V, can. 11, apud Liberatum Diac c. 20, etc. Ejusmodi vero decreti formula exstat in Ordine Romano. Alii porro sunt apud eos *suffraganei*, etsi nomen idem sonet ac ὑποψήφιος. Interdum enim dicuntur titulares illi episcopi, quos Germani ab initiando et consecrando vocant *Weihbischof*, qui sunt episcoporum adjutores et in episcopalibus functionibus cooperatores et vicarii, qui episcopis aut infirmis aut absentibus *suffragium et ecclesiæ iis commissæ custodiam debitam et canonicam exhibent*, donec convalescant aut redeant, ut est in Capitulis Caroli C. tit. 10, p. 94 ; atque inde passim vicarii in quovis exsequendo munere, *suffraganei* dicuntur apud Udalricum in Consuetud. Cluniac. p. 75, 139, 171, 174, 205. Præsertim vero ita vulgo appellantur episcopi, qui metropolitano

μόνον καὶ στόματος ὀόξῃ τῇ ἐκείνων [P. 103] παρ- A **178** jam excideret : sed postea eam iterum perεστατο, ἀλλὰ δὴ καὶ καλόν τι χρῆμα λόγου συντάξας, didit, cum haud sana sentire, ut aiunt, deprehensus esset.

οἷος ἐκεῖνος ἐξαισίαν τινὰ πρὸς Πλάτωνα ἐν διαλόγοις ὁμοιότητα ἴσχων, πολλὰ ἐν τούτῳ δὴ τῷ λόγῳ συνεφόρησεν ἄτοπα, δι' ἅπερ αὐτός τε τὴν τοῦ θρόνου καθαίρεσιν ὑπέστη, βασιλέως τοῖς ἀμφιβαλλομένοις διαιτήσεως, καὶ ὅσοι ἤδη συνίσταντο τούτῳ. Βασίλειος δὲ τὴν ἐπιτιμίαν αὖθις ἔσχεν· ἐτύγχανε γὰρ ἤδη ταύτην ἀποβολὼν, εἰ καὶ χρόνῳ ὕστερον αὖθις ἀπώλεσε ταύτην, οὐκ ὀρθῶς, ὡς ἐλέγετο, τὰ δογματικὰ φωραθείς.

ιζ'. Τὰ μὲν δὴ τῆς δογματικῆς ἐκείνης ἀμφισβητήσεως τοιοῦτον εὗρηκε πέρας. Βασιλεὺς δὲ ἐπὶ Τερόζην (19) ἐστέλλετο. Αὐτοῦ γὰρ τοῖς περὶ τὴν ἑσπέραν ὥσπερ εἴρηται διησχολημένου, καιροφυλακήσας ὁ βάρβαρος σχεδόν τι ἁπάσας τῶν ἐν Κιλικίᾳ πρεστήσατο πόλεων. Δεινὸς γὰρ εἴπερ τις ἐγένετο ὀξύτητά τε καιροῦ προαρπάσαι καὶ πράγματα ῥάψαι ἱκανός. Τούτου τε δὴ ἕνεκα βασιλεὺς ἐπὶ τὴν Ἀσίαν ἐχώρει καὶ ὧν αὐτὸς ἐρῶν ἔρχομαι. Ῥαϊμούνδου τοῦ Ἀντιοχείας πρίγκιπος ἐκ τῶν τῇδε μεB ταχωρήσαντος, ἐν μὲν τῷ παραυτίκα Κωνστάντζα ἡ αὐτοῦ γαμετὴ ἑαυτήν τε βασιλεῖ καὶ τὰ Ἀντιοχέων ἐχείριζε πράγματα, βασιλέως δ' ἔπειτα Ῥογέριον τὸν Καίσαρα, ὥσπερ ἤδη ἐμνήσθην, ἐφ' ᾧ ξυνοικῆσαι αὐτῇ στείλαντος, μεταβαλοῦσα ἐκείνη κοινῇ τῶν Ἀντιοχέων βουλῇ Ῥενάλδῳ (20) τινὶ γάμου κοινωνεῖ, ἐννοησάντων μή ποτε Ῥογερίῳ γεγαμημένης τῆς γυναικὸς Ῥωμαίοις ἐς φόρου ἀπαγωγὴν αὐτοὶ πέσωσιν. Οὗτος δὲ ὁ Ῥενάλδος, ἐπειδὴ δεόμενον αὐτὸν βασιλεὺς οὐ προσίετο, ἀπειλὰς δὲ μᾶλλον ἐπισείων ἐξεδεικνύετο πολλὰς, δεῖν ἑαυτὸν χρημάτων ὑπολαβὼν τοιάδε τινὰ ἐποίει. Ναῦς τεκτηνάμενος ἐπὶ τὴν Κυπρίων (21) ἐπλωΐζετο, πειρατικῶς τε τοῖς ἐνταῦθα προσφερόμενος περιουσίαν C ἐνταῦθα δυνάμεως ἐξεπορίζετο. Ἀλλὰ τὸ μὲν πρῶτον Ἰωάννης ὁ τοῦ βασιλέως ἀδελφιδοῦς τὴν χώραν τότε διέπων, καὶ Μιχαὴλ ὁ Βρανᾶς καὶ τῶν ἄλλων ὅσοι ἐπὶ φυλακῇ ταύτης ἐτάττοντο, ἀπώσαντό τε αὐτὸν καὶ κακῶς διέθεντο· ἔπειτα προπετεστέρως ἢ ἐχρῆν ἐπὶ Λευκουσίαν τοῦ Βρανᾶ ποιησαμένου τὴν δίωξιν, ξυνεπεξῆει τούτῳ καὶ ὁ Ἰωάννης, ὅθεν συνέβη ἀμφοτέρους ἁλῶναι πρὸς τοῦ Ῥενάλδου. Τούτων δὴ ἕνεκα βασιλεὺς ἐπὶ τὴν Κιλίκων ἐχώρει. Ἐπειδὴ δὲ πρὸς τῇ μικρᾷ Φρυγίᾳ ἐγένετο, Πέρσαις ἐνταῦθα ὑπαντιάσας ἥττησέ τε πολέμῳ αὐτοὺς καὶ φόνον πολὺν εἴργαστο, τὴν παρακειμένην τε Περσῶν δῃώσας χώραν ὡς ἐπὶ τὴν Κιλίκων ἐφέρετο, σχηματιζόμενος ἐπὶ Πέρσας δῆθεν τὸν πόλεμον ἄγειν· τούτῳ δὲ τῷ τρόπῳ μηδὲν ὑφορώμενον τὸν D Τερόζην καταλαβεῖν ὤετο. Ὅπως γε μὴν ἔτι μᾶλλον ἀπροσδόκητος αὐτῷ παραγένηται, κατὰ τάδε ἐποίει.

17. Hunc finem habuere illæ de rebus theologicis quæstiones. Imperator igitur adversus Torosum proficiscitur. Cum enim, ut supra dictum est, rebus Occidentalibus detineretur, opportunitatem adeptus Barbarus iste omnes ferme Ciliciæ civitates expugnaverat. Callidus enim erat, si quis alius, et in captandis occasionibus rebusque conficiendis maxime industrius. Iis itaque de causis, aliisque, quas dicturus sum, in Asiam venit imperator. Raimundo Antiochiæ principe exstincto, Constantia illius uxor seque ipsam extemplo et Antiochenum principatum imperatori tradidit. Cum eo deinde Rogerium Cæsarem, cujus supra meminimus, misisset princeps, ut illam sibi uxorem adjungeret, mutata sententia, communi Antiochenorum consilio, Renaldo cuidam illa nubit. Verebantur quippe ii, ne si Rogerio juncta esset, Romanorum fierent vectigales. Ille autem Renaldus, cum supplex etiam non admitteretur ab imperatore, sed potius intentatis minis terreretur, opus esse sibi pecuniis ratus, hæc aggreditur. Fabricatis navibus Cyprum adnavigat, ibique piraticam exercens, magnam inde opum vim parat. Sed Joannes imperatoris ex fratre nepos, qui tum regioni isti præerat, et Michael Branas cæterique ad custodiam insulæ præpositi, primo illum expulerant maleque **179** habuerant. Sed mox cum Branas unaque et Joannes imprudentius, quam par erat, ad Leucosiam usque Renaldum fugientem essent insecuti, uterque ab illo capti sunt. Atque id potissimum causæ fuit, cur in Ciliciam pergeret imperator. Ubi ille in minorem Phrygiam pervenit, Persis obviam factus, signis collatis prælio eos superavit magnamque cædem edidit. Adjacentibus deinde Persarum agris devastatis, in Ciliciam iter instituit, quasi in Persas bellum translaturus esset : qua ratione nec opinantem Torosum sese oppressurum credebat. Atque adeo ut magis illi improvisus accederet, talia instituit. Alexio Casiano, qui tunc Seleuciæ regebat præfecturam, conflare ex indigenis exercitum paratumque habere imperavit : ipse interim expeditionibus militum delectis Seleuciam

Du Cangii notæ.

alicui subsunt, tum quod a metropolitano ad synodum vocati suffragii jus in ea habent, tum quia nonnisi metropolitani suffragio consecrari [P. 452] poterant, inquit Gretserus ad Philippum Eystetensem, p. 250. Vide v. c. Steph. Baluzium ad epist. 81 Lupi Ferrar.

(19) *Ἐπὶ Τερόζην.* Willelmus Tyrius, l. XVIII : *In partibus Ciliciæ circa Tarsum erat quidam nobilis et potentissimus Armenus nomine Toros, qui domini imperatoris gratiam, ejus efficiente inconstantia, frequentius demerebatur et incurrebat offensam. Confisus enim de eo quod ab imperio remotus erat plurimum et quod in montibus arduis habebat domicilia, per plana Ciliciæ prædam agebat et mannbias, non veritus terram domini sui modis quibus poterat damnificare, etc.*

(20) *Ῥενάλδῳ.* De Renaldi principis Antiocheni familia, nuptiis, liberis et gestis abunde diximus in Famil. Hierosol.

(21) *Τὴν Κυπρίων.* Quæ causa Raynaldum impulerit Cyprum insulam invadendi, recitat eodem loco Tyrius : non solutas scilicet a Manuele belli, quod contra Torosum, ipsius Augusti præcepto, susceperat, pactas impensas et mercedes.

versus iter intendit, cæterasque Romanorum copias Attaliæ manere jussit, equorumque curam ibi habere. Morbo quippe, cui ut plurimum equi obnoxii sunt, et qui pedum plantis accidere solet, graviter dolebant. Ut vero in Seleucianos pervenit campos et exercitum, sicuti imperaverat, paratum haud invenit (id enim neglexerat Alexius), mentem alio convertit, Torosum cum omnibus viribus cupiens invadere. Alexium igitur præmisit, ut Torosum aggrediendo ibi distineret : ipse vero a tergo secutus est, haud plures quingentis secum ducens armatos. Captusque **180** continuo et in Romanorum potestatem venisset tyrannus, nisi ipsum fortuna quædam inopinato servasset. Quidam enim mendicus, quales multi ex Latinis nationibus euntes in Palæstinam montes et silvas vagabundi percurrunt, ac nihil non tritum relinquunt, obvius imperatori factus, auri statere ab illo accepto, quanta potuit celeritate ad Torosum contendit et imperatoris adventum nuntiavit. Quo ille audito, nec injuria, perculsus, iis nemini, præterquam Thomæ et Corcæ sibi fidis, quæ acceperat indicatis, huc illuc errans et palabundus vagatur. Imperator postridie Ciliciam invadit : eo nusquam invento, castellum in Lamo maxime arduum nullo labore expugnat. Deinde Cistramum capit et Anazarbum urbem celeberrimam, progressusque Longiniadem cum adjacentibus agris imperio subjicit. Inde ad Tarsum Cilicum metropolim profectus, urbem primo intercipit impetu : et Tili castrum validissimum, missis eo nonnullis, Romanorum juri asserit. Qua vero ratione Tarsum, quæ ne a multis quidem millibus expugnari vix potest, ipse eodem quo accessit die ceperit, narrabo. Ubi enim urbem ægre expugnari posse adverti, frustra ibi tempus terere inconsultum putans, deflexit ad alia oppida : Theodorum vero sororium, cognomento Batatzem, ad eam circumsidendam **181** misit. Sed nondum ad urbem advenerat Theodorus, cum milites, qui in propugnaculis stabant, adventare imperatorem rati, ingenti perculsi metu, de turribus sese dedere præcipites, mortemque sic miseri acerbam oppetiere.

A Ἀλεξίῳ μὲν τῷ Κασιανῷ ὃς Σελευκείων τὴν τότε διεῖπεν ἀρχὴν, τὸν αὐτόχθονα ἐκέλευεν ἀθροίσαντι σφετὸν ἐν παρασκευῇ ἔχειν · ὁ δὲ τὸ εὐζωνότερον ἀπολεξάμενος; [P. 104] τῆς στρατιᾶς; τὴν ἐπὶ Σελευκείας ἠπείγετο. Τῷ δ' ἄλλῳ Ῥωμαίων στρατεύματι ἐνταῦθά που ἐπὶ τῆς Ἀττάλου μένοντι ἐπιμελεῖσθαι τῶν ἵππων ἐκέλευεν. Πάθος γάρ τι τοῖς αὐτῶν πέλμασιν ἐπιγεγονὸς, ὃ δὴ τῷ ἵππῳ ἐπισκήπτειν εἴωθε γένει, ἰσχυρῶς αὐτοὺς ἐπίεζεν. Ὡς δὲ αὐτὸς μὲν τὰ ἐπὶ Σελευκείας ἐξῆλθε πεδία, τὸ δὲ στράτευμα οὐ παρῆν ὥσπερ ἐκέλευε (παρημέλητο γὰρ τοῦτο πρὸς τοῦ Ἀλεξίου), ἐφ' ἕτερόν τι ἑτράπετο, σθένει παντὶ τὸν Τερόζην καταλῦσαι προθυμούμενος. Ἀλέξιον μὲν (22) πρόσθεν ἔπεμψεν, εἴ πως Τερόζην αὐτῷ συμπλακέντα ἐνταῦθα ἐπισχεῖν δυνηθῇ · ὁ δὲ κατὰ νώτου τούτῳ ἐχώρει οὐ πλείους πεντακοσίων ἐπαγόμενος ἀνδρῶν ὁπλιτῶν, καὶ τάχα ἂν ἥλωτό τε (23) ὁ τύραννος καὶ ὑπὸ χερσὶν ἐγένετο Ῥωμαϊκαῖς, εἰ μὴ τύχη τις αὐτὸν ἐξ ἀπροσδοκήτου διεσώσατο. Τῶν γάρ τις προσαιτούντων, οἱ πολλοὶ τῶν Λατίνων γένους; ἐπὶ Παλαιστίνην ἰόντες ὄρη τε καὶ δρυμὰ περιτρέχουσιν ἀλῆται, καὶ οὐδὲν ὅ τι τῷ πλήθει λείπουσιν ἀστειπτον, τῷ βασιλεῖ περιτυχὼν στατῆρά τε ἐξ αὐτοῦ κεχομισμένος χρυσοῦ τὴν ταχίστην ἐπὶ τὸν Τερόζην ἦλθε καὶ αὐτῷ τὴν βασιλέως; ὅσον οὐκ ἤδη ἐπήγγελλεν ἄφιξιν. Ταῦτα ἐκεῖνος ἀκούσας καταπέπληκτο μὲν, ὡς τὸ εἰκὸς, τὸν μέντοι λόγον πρὸς οὐδένα τῶν ἀπάντων ἐξενεγκὼν ὅτι μὴ Θωμᾶν (24) τε καὶ Κόρκην, ἄνδρας εὐνους αὐτῷ, φυγὰς ἄλλοτε ἄλλῃ φερόμενος ἐξέτρεχε πανταχοῦ. Βασιλεὺς δὲ τῇ ὑστεραίᾳ ἐς τὴν Κιλίκων εἰσελάσας αὐτὸν μὲν εὗρεν οὐδαμοῦ, τὸ ἐν Λάμῳ δὲ φρούριον ἀμοχητὶ παρεστήσατο ἐρυμνὸν μάλιστα ὄν. Εἶτα Κίστραμον καὶ Ἀνάζαρβον πόλιν εἶλε περιφανῆ. Προῖών δὲ καὶ Λογγινιάδα σὺν πάσῃ τῇ περιοικίδι καταδραμὼν ἐδουλώσατο. Ὅθεν ἐπὶ Ταρσὸν μεταβὰς ἡ μητρόπολις τῷ ἔθνει τούτῳ τυγχάνει οὖσα, αὐτὴν μὲν εἶλεν αὐτοβοεὶ, Τίλι δὲ χρησφύγετον μάλα ἐχυρὸν πέμψας ὑπὸ Ῥωμαίους ἐποιήσατο. Ὅπως δὲ Ταρσὸν οὐδ' ἂν ὑπὸ μυριάδων ἁλώσεσθαι πολλῶν εὐχερῆ οὖσαν αὐθημερὸν αὐτὸς παρεστήσατο, δηλώσω ἔγωγε. Ἐπειδήπερ ζυσάλωτον οὖσαν αὐτὴν ἔγνω, τρίβειν ἐνταῦθα τὸν καιρὸν οὐδαμῇ ἤθελεν, ὅθεν καὶ αὐτὸς μὲν ἐφ' ἑτέρας ἑτράπετο πόλεις, Θεόδωρον δὲ γαμβρὸν αὐτῷ ἐπ' ἀδελφῇ γεγονότα Βατάτζην ἐπώνυμον ἐπ' ἐκείνην ἔπεμψε πολιορκήσοντα. Ἀλλ' οὕτω Θεόδωρος εἰς τὴν πόλιν ἀφίκετο, καὶ οἱ ἐπὶ τῶν ἐπάλξεων βασιλέα προσιέναι νομίσαντες ἐξαίσιόν τέ τινα πεφοβημένοι φόβον ἐρρίπτουν ἀπὸ τῶν πύργων ἑαυτοὺς δυσθανατοῦντες οἱ τελαίπωροι, ἥτε πόλις εὐθύωρον τοῦτον ἥρέθη τὸν τρόπον.

18. Ita quidem capta est Tarsus. Cum hæc adverterent Torosus et Renaldus princeps, ad imperatorem legatos mittere non ausi, utpote multorum a se perpetratorum malorum conscii, illius aguatos quosdam misere, qui pro iis eumdem de-

D ιη'. Ταρσὸς μὲν δὴ οὕτως ἑάλω · Τερόζης δὲ καὶ Ῥενάλδος ὁ πρίγκιψ, ταῦτα ὁρῶντες, βασιλεῖ μὲν οὐδαμῇ διαπρεσβεύεσθαι ἐτόλμων ἅτε μεγάλα ξυνειδότες; ἑαυτοῖς κακὰ, παρὰ δὲ τῶν γνησιωτάτων αὐτῷ τινας; πέμποντες ἱκέτευον ἱλάσασθαι σφίσι τὸν

Du Cangii notæ.

(22) Ἀλέξιον *μέν*. Expeditionem hanc Manuelis adversus Armeniæ et Antiochiæ principes pluribus prosecuti sunt Nicetas in Man. l. III, n. 1 et 3; et Will. Tyrius, l. XVIII, c. 23 et 24. Hanc etiam attigit Phocas, qui eidem interfuit et Manueli meruit, *in Descript. T. S. c. 24.*

(23) Ἥλωτό τε. Tyrius : Tam subitus autem fuit imperialium exercituum adventus, ut prædictus Toros, qui Tarsi tunc morabatur, vix liberas ferias habuerit ut ad montes vicinos gratia salutis se conferret.

(24) Θωμᾶν. Thomam forte, Torosi ex sorore nepotem, qui eidem in principatum successit.

βασιλέα. [P. 105] Ὡς δ' ἀπετύγχανον τοῦ σκοποῦ, Ῥενάλδος παντοχόθεν ἐξαπορούμενος τὴν Ἀντιοχείας ἀκρόπολιν ἐγχειρίζειν βασιλεῖ διωμολόγει, εἰ κακῶν ἀμνηστήσειεν αὐτῷ. Συνίει γὰρ καὶ τοῦ Ἀντιοχείας ἀρχιερέως (25), ὃν αὐτοὶ ὁμογενῆ σφίσιν ἐφιστᾶσι πατριάρχην δῆθεν αὐτὸν κλεΐζοντες, δυσμένειάν τινα καὶ κότον ἐπ' αὐτῷ τρέφοντος ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. Ῥενάλδος, ὅπερ ἤδη ἐλέγομεν, ἐσχάτην ἑαυτῷ πενίαν ξυνειδὼς Κύπρον τε καταδραμεῖν διενοήθη καὶ τὸν ἀρχιερέα τοῦτον ἰδίᾳ παραλαβὼν χρήματα αὐτῷ δοῦναι ἠξίου· ἐν εὐπορίᾳ γὰρ εἶναι πολλῇ τοῦτον ἐγίνωσκεν. Ὡς δ' οὐκ ἔπειθε, τῶν ἀμφίων ἀφελόμενος τὸν ἄνθρωπον πολλὰς μὲν αὐτῷ κατὰ τοῦ σώματος ἔξαινε πρότερον, θέρους δὲ ἀκμάζοντος μέλιτι τὰ τραύματα ἐπιχρίσας (26) ἥλιῳ θέρεσθαι ἀφῆκε. Σφῆκές τε οὖν καὶ μέλιτται καὶ μυῖαι καὶ τἆλλα τῶν αἱματοβόρων ζωυφίων καθ' ὅλου γυμνητεύοντος ἐγκαθίζοντα τοῦ σώματος συνεμύζων αὐτῷ τῶν αἱμάτων. Ὑφ' ὧν ἀπαγορεύσας ὁ ἄνθρωπος πάντα τὸν πλοῦτον Ῥενάλδῳ παρεῖχεν ἐξενεγκών· ὁ δὲ ἐξευμενιζόμενος δῆθεν αὐτὸν κοσμήσας συνήθως ἐφιππον διὰ μέσης ἦγε τῆς πόλεως, αὐτὸς ἐκ ποδός τε βαδίζων καὶ τὸν ἐκ τῆς ἐφεστρίδος ἠρτημένον ἐν χειρὶ κατέχων ἱμάντα (27). Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν ταῦτα ἐποίει, ὁ δὲ οὐδὲν ἧττον ἐμεμηνίει [*f.* ἐμεμηνίκει *vel* ἐμεμήνει] κατὰ Ῥενάλδου καὶ ἐζήτει καιρὸν ὅπως ἂν ἀμύναιτο τοῦτον. Καὶ δὴ συχνὰ παρὰ βασιλέα πέμπων προδιδόναι οἱ κατεπηγγέλλετο τὸν ἄνθρωπον. Βασιλέως δὲ πρὸς τοῦτο ἀνανεύοντος (πολέμῳ γὰρ μᾶλλον ἢ δόλῳ περιγενέσθαι ἤθελε), τῆς ὁρμῆς ἀνεκόπτετο. Ῥενάλδος μὲν ταῦτα ἐννοῶν τὰ προειρημένα βασιλεῖ ὑπισχνεῖτο· τοῦ δὲ μὴ προσιεμένου τὴν ἱκεσίαν τοιάδε τινὰ ἐποίει. Ἀφαιρεῖται μὲν (28) τὴν καλύπτραν τῆς κεφαλῆς, γυ-

precarentur. Id ubi recusatum est, Renaldus animo undique anxius quidque ageret incertus, arcem Antiochenam imperatori se traditurum spondet, si delictorum suorum concederetur oblivio. Noverat enim Antiochenum pontificem, quem ex sua gente sibi illi præficiunt ac patriarchæ nomine donant, inimicum sibi infensumque esse ea ex causa. Renaldus, ut ante diximus, cum se in extrema rerum penuria constitutum videret, non modo Cyprum deprædari constituit, sed et pontificem hunc in secretum abductum aggressus, pecunias sibi ab illo dari postulavit, non ignarus multis illum abundare opibus. Id cum renuisset, vestibus homini detractis, corpus multis primum verberibus cæsum, ardente tum æstate, vulneribus melle illitis, urendum soli exposuit. Ibi tum vespæ et apes et muscæ, et cætera sanguinem ebibentia animalcula, nudato prorsus corpori **182** insidentia sanguinem ejus sugebant. Quibus adactus tormentis, prolatas opes omnes Renaldo tradidit. Tum vero pacatus ille, consuetis virum induit vestimentis, equoque insidentem per mediam ductum civitatem ipse pedes, lorum quod a sella dependebat manu tenens, est subsecutus. Verum id etsi egisset Renaldus, non minori tamen eum odio prosequebatur pontifex, occasionemque captabat, qua illatam sibi injuriam ulciscereturl. Ideoque crebris ad imperatorem missis legatis, hominem in illius manus sese traditurum pollicebatur. Sed id recusante imperatore, quod bello potius quam dolo victoriam vellet consequi, ab incepto destitit. Ea quidem animo reputans Renaldus supra dicta cum imperatore pacisci parat; verum illo preces aspernante, talia instituit. Abjecto capitis tegumento, manibus usque ad cubitum de-

Du Cangii notæ.

(25) Ἀντιοχείας ἀρχιερέως. Ut pessime et contra dignitatis decus habitus sit ab Raynaldo Aimericus patriarcha Antiochenus, quave ex causa fuse narrat idem Tyrius, l. XVIII, c. 1.

(26) Μέλιτι ἐπιχρίσας. Tyrius: *Quodque satis videtur abominabile, sacerdotem longævum, Petri apostolorum principis successorem, virum ægrotaticum et pene perpetuo infirmantem, nudo capite et melle delibuto, per æstivum diem in sole ferventissimo compulit sedere, nemine contra solis importunitatem præbente remedium vel gratia pietatis muscas abigente.* De ejusmodi supplicio vide Baronium ad 28 Julii.

(27) Ἐφεστρίδος ἱμάντα. Perperam *vestis cingula*, ut et infra p. 187 vertit Tollius: his quippe verbis stapedum seu scandularum, quibus in equum quis tollitur, lora innuit Cinnamus. Cum enim eques in equum insilit, teneri solent a stratore ejusmodi appensa sellæ equestri lora, ne dum validius scandulæ seu *stapiæ* insistit, ipsa circumagatur sella; sic enim observo scandulas istas appellari in veteri inscriptione: *Dum virgunculæ placere cuperem, pes hæsit stapiæ et tractus perii.* At infimi ævi scriptores Latini *strepæ* vocabulo usi non semel leguntur, pro *scandula*, non quod *strepa* scandula fuerit, sed ipsum quo illa innectitur lorum, voce Saxonica *strep*, id est, corrigia. Proinde *strepam tenere* apud eosdem scriptores, quos infra laudabimus, proprie est *tenere lorum stapedis*. Interdum etiam *stregam* aut *stregnam tenere* dixerunt, ut Acta Adriani IV et Alexandri III pp. apud Baronium, quæ vox idem sonat ac *strepa*, a voce perinde Saxonica *streng*, id est, chorda, funis, vinculum, ligula, lorum, etc., uti observatum a Somnero: unde forte Italis *stregua* dicitur *equus sagmarius*, quod sarcinæ equis istis impositæ circumactis undique loris stringantur. Utuntur denique scriptores *staphæ* et *staffæ* vocabulo eadem notione seu pro ipsa scandula, Radulphus de Diceto, an. 1170: *Cum autem rex et archiepiscopus secessissent in partem bisque descendissent, bis staphan rex tenuit archiepiscopo.* Anonymus Salernitanus parte IV. *Sellam super quam equitabat staffamque solitam ponebat. Stapham* quasi *stapiam* dictam vult Vossius, l. I De vitiis serm. p. 35. Aliam originem vocabulo isti accersit Goropius Bekanus, l. II Gallicorum, p. 49. Sed quidquid sit de etymo, constat inde *staffieros* ab Italis appellatos stratores, quod ad *staffum* stent, cum eques equum conscendit aut ipse incedit. Nec mirum barbaris hisce vocibus usos esse passim scriptores recentiores, cum stapedum seu scandularum nullus fuerit apud veteres usus, uti pridem monuere Joannes Tortellius, Galeottus Martius, idem Vossius, Salmasius, Sant-Amantius et alii. Græci nuperi staphas σκάλας vocavere, ut Leo imp. in Tact. c. 6 n. 10, c. 12 n. 33, Mauritius in Strateg., Suidas, Eustathius, Codin. De offic. c. 3, n. 9, etc., κλίμακας Pachymeres l. V, c. 27.

(28) Ἀφαιρεῖται μὲν. Idem Tyrius: Ad urbem

tectis pedibusque nudis cum plurimis monachis non monachis per mediam incedens civitatem ad imperatorem pergit. Appensus erat collo funiculus, et gladius ab eo altera ferebatur manu. Erat autem illic erectum insigne tribunal. Stabat vero procul ab imperatorio tabernaculo Renaldus, tanquam si ad illum accedere non auderet. Monachorum turba non monachorum absque sandaliis capitumque tegumentis imperatorem adibat, et in genua procumbentes omnes lacrymas profundebant ex oculis, manusque protendebant. **183** At imperator renuenti primo similis, tandem exoratus adesse principem jussit. Ingredienti igitur, eo quo diximus modo, flexus imperator delictum remisit : tum et alia multa quæ ipse voluit imperator, sacramentis firmanti, tum etiam illud, ut Byzantio, prout antea fieri consueverat, Antiochiam pontifex mitteretur. Mira res prorsus visa qui hic forte aderant Asiaticarum gentium legatis, Chorasminorum, Susiorum, Ecbatanorum, Mediæque universæ ac Babylonis, quorum principem magnum vocant sultanum : præterea Nuradini Berrhœæ satrapæ, Jagupasanis Cappadociæ phylarchi, et Abasgorum et Iberorum, nec non et Palæstinorum et Armeniorum, qui ultra Isauros habitant.

19. Hæc tum quidem ibi gesta. Interea Balduinus Palæstinæ rex per legatos colloquium imperatoris expetiit, de rebus aliquot majoris momenti cum illo acturus. Verum hæc in speciem gerebantur. Cum enim Antiochæ principatui ferris suis vicino inhiaret, neque eum facile posset sibi comparare, priusquam ea quæ de Renaldo evenerant edoceretur, id imperatori consilii dederat, ut nullo hominem modo demitteret : illo enim de medio sublato fore ut vel Antiocheni, qui ab eo fuissent servati, sibi in posterum obnoxii servirent : vel si utrinsque detrectarent imperium, nihilo secius ipsis **184** dominaretur. Ejusmodi dato consilio Antiochiam venit, habitoque cum oppidanis sermone in memoriam iis revocavit, quomodo propter eorum commoda ex Palæstina huc advenisset, et quantum sibi ob id ipsum deberent. Iis annuentibus, rursum imperatorem de mutuo congressu sollicitat. At ille perspecta hominis mente id primum renuit : neque enim convenienti cultu et officiis exceptum iri affirmabat, siquidem interim dum inter medios hostes res bellicas tractat, is illi congrederetur ac cum

μνώσας δὲ τὼ χεῖρε ἄχρι καὶ ἐς ἀγκῶνας αὐτοὺς. ἀνυπόδετος σὺν τῶν μοναχῶν πολλοῖς διὰ μέσης τῆς πόλεως πορευόμενος ἐπὶ βασιλέα παραγίνεται· ἐξῆπτο δὲ αὐτῷ τοῦ μὲν τραχήλου καλώδιον, χειρὶ δὲ τῇ ἑτέρᾳ ξίφος ἐφέρετο. Ἦρτ' οὖν τηνικαῦτα βῆμα λαμπρόν· καὶ Ῥενάλδος μὲν ἀποθέν που τῆς βασιλείου σκηνῆς ἵστατο ὡς ἂν μὴ θαῤῥῶν τὴν εἰσφοίτησιν, ὁ δὲ τῶν ἀμονάχων μοναχῶν ὅμιλος ἀσάνδαλοί τε καὶ ἀκαλυφεῖς κεφαλὰς εἰσῄεσαν ἐπὶ βασιλέα, ἐπὶ γόνυ τε ὀκλάσαντες ἅπαντες δάκρυά τε τῶν ὀφθαλμῶν ἔπεμπον καὶ τὰς χεῖρας ἀνέτεινον. Βασιλεὺς δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἀνένευε, παρακληθεὶς δ' ὕστερον παρελθεῖν τὸν πρίγκιπα ἐκέλευσεν. Εἰσελθόντι δὲ τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ ἐπικαμφθεὶς ἀφῆκεν αὐτῷ τὸ ἐμπαροίνημα, ὅρκοις [P. 106] ἄλλα τε πολλὰ πιστωσαμένῳ, ὅσα δηλονότι βασιλεῖ βουλομένῳ ἐτύγχανε καὶ δὴ καὶ ἀρχιερέα ἐκ Βυζαντίου εἰς Ἀντιόχειαν κατὰ ἔθος πέμπεσθαι τὸ παλαιόν. Ὅτι δὴ καὶ θαῦμα κατεῖχε τοὺς ὅσοι τηνικάδε ἐτύγχανον πρέσβεις ἐνταῦθα παρατυχόντες τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐθνῶν, Χωρασμίων τε καὶ Σουσίων καὶ Ἐκβατάνων, Μηδικῆς τε τῆς ἁπάσης καὶ Βαβυλῶνος, ὧν δὴ τὸν ἄρχοντα μέγαν ἐκεῖνοι κλεΐζουσι σουλτὰν, Νουραδῖν τε τοῦ Βερροιαίου σατράπου καὶ Ἰαγουπασᾶν τοῦ Περσῶν φυλάρχου, καὶ Ἀβασγῶν καὶ Ἰβήρων, ἔτι δὲ καὶ Παλαιστινῶν καὶ Ἀρμενίων τῶν ἐπέκεινα Ἰσαύρων.

ιθ'. Ταῦτα μὲν οὖν τῇδε ἐπράσσετο. Βαλδουῖνος (29) δὲ ὁ Παλαιστίνης ῥῆξ ἐπὶ βασιλέα πέμψας ἠτεῖτο συγγενέσθαι αὐτῷ περὶ μεγάλων τινῶν ὥσπερ ἔλεγε κοινωνήσων. Ἦν δὲ σκῆψις τὸ πρᾶγμα. Τῇ γὰρ Ἀντιοχείας ἐποφθαλμίζων ἀρχῇ ἐν γειτόνων αὐτῷ καθεστώσῃ, οὐκ ἔχων ὅπως ἂν αὐτῆς τεύξοιτο, ἐπειδὴ μηκέτι τὰ κατὰ Ῥενάλδον ἔμαθε, ξυνεβούλευε βασιλεῖ μηδόλως τούτου μεθίεσθαι, ὡς ἢ ἐκ ποδῶν ἐκείνου γεγενημένου Ἀντιοχεῦσιν ἅτε δι' αὐτὸν σεσωσμένοις ὅσα καὶ δούλοις αὐτὸς χρήσαιτο, ἢ καὶ περὶ ἀμφοῖν βασιλείαν παρειτησαμένοις οὐδὲν ἧττον αὐτοῖς ἐπιτάττειν. Ταῦτα βουλευσάμενος ἐν Ἀντιοχείᾳ παραγίνεται, εἰς λόγους τε Ἀντιοχεῦσι καταστὰς ὑπεμίμνησκέ τε ἐπιτηδὲς αὐτοὺς, ὅπως ἐπὶ τῷ αὐτοῖς ξυνοίσοντι ἐνταῦθα Παλαιστίνης ἀφίκοιτο καὶ ὡς χαρίτων αὐτῷ μεγάλων ὀφειλέται τυγχάνουσιν ὄντες. Τῶν δὲ ὁμολογούντων, ἐδεῖτο καὶ πάλιν βασιλέως ὅπως ἂν αὐτῷ συγγένοιτο. Ὁ δὲ συνεὶς τῆς τοῦ ἀνθρώπου διανοίας τὸ μὲν πρῶτον ἀπένευσε, μὴ ἂν τῆς δεούσης τυχεῖν αὐτὸν ἰσχυριζόμενος φιλοφροσύνης τε καὶ δεξιώσεως, εἴγε ἐπὶ μέσων πολεμίων ἔργων διατρίβοντι ὁμιλήσειεν

Du Cangii notæ.

Manistram pervenit, ubi post multos circuitus cum summa ignominia et populi nostri confusione imperiali reconciliatus est excellentiæ. Nudis enim, ut dicitur, pedibus, indutus laneis, manicis usque ad cubitum decurtatis, fune circa collum religato, gladium habens in manu nudum, quem mucrone tenens, cujus capulum domino imperatori porrigeret, coram universis legionibus domino imperatori præsentatus est : ibique ante pedes ejus ad terram prostratus, tradito domino imperatori gladio tandiu tacuit, quousque cunctis verteretur in nauseam et latinitatis gloriam verteret in opprobrium et in delinquendo et satisfaciendo vehementissimus. Mirum sane quomodo vir fortissimus quique tot egregie factis inclaruerat tantæ se ignominiæ et infamiæ subjecerit.

(29) *Βαλδουῖνος.* Ut ad imperatorem accesserit Balduinus III, Hierosol. rex, et principem Raynaldum eidem reconciliaverit narrat idem Tyrius, l. XVIII, c. 24.

αὐτῷ· ἐγκείμενον δ' ἔτι μᾶλλον ὁρῶν αὐτὸν καὶ περὶ A eo colloquium haberet. Ut vero magis instare eum
τῶν αὐτῶν ὁσημέραι ἱκετεύοντα ἐπένευέ τε τῇ αἰτή-
σει καὶ ἥκειν ἐκέλευε. Λέγεται οὖν ὅτι ἐξιόντα τῆς
πόλεως περιστάντες αὐτὸν οἱ Ἀντιοχεῖς ἐδέοντο, ὅπως
ἂν αὐτῷ δυνατὰ ἔσται βασιλέα σφίσι διαλλάξαι. Ἐν
τούτῳ δὲ τοιάδε τινὰ ἐς τὴν βασιλέως συνέπεισεν
αὐλήν. Ἦν τις ὑπογραμματέων αὐτῷ Θεόδωρος
ὄνομα, ἐπίκλησιν Στυπειώτης (30). Οὗτος ὁ Θεόδωρος
τά τε ἄλλα βασιλεῖ οἰκειότατος ἦν, καὶ δὴ καὶ τὴν
ἐπὶ τοῦ κανικλείου πεπίστευτο λειτουργίαν, ἀλλὰ
σκαιός τις καὶ δύσνους περὶ αὐτὸν φωραθείς τε καὶ
ἐξελεγχθεὶς ὄψεών τε αὐτῶν, καὶ γλώσσης ὁ κακοδαί-
μων ἐστέρητο. Τόν τε γὰρ τῆς ζωῆς αἰῶνα ἐκμετ-
ρῆσθαι βασιλεῖ ἤδη ὡς ἀπὸ τρίποδος ἀπεφοίβαζε τοῖς
πολίταις, καὶ χρῆναι ἔλεγε τὴν Ῥωμαίων βουλὴν μη-
κέτι νεανίᾳ μηδὲ σφριγῶντι τὴν ἀρχὴν παραδοῦναι, B
ἀλλ' ἀνδρὶ γεγηρακότι τε ἀκριβῶς καὶ ἐξώρῳ τῆς
ἡλικίας, ὅπως ἐκείνου τῷ λόγῳ ἄρχοντος ὡς ἐν δη-
μοκρατίᾳ τὰ τῆς πολιτείας μᾶλλον [P. 107] διοι-
κοῖτο. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὸν Θεόδωρον τῇδε συν-
έπεσε· τότε δὲ καὶ Γεώργιος ὁ τῶν βασιλικῶν ἐξάρ-
χων σαλπιστῶν, ὃν δὴ πριμικήριον τῆς αὐλῆς (31)
ἔθος ὀνομάζειν ἐστίν, ἐπίκλησιν Πυῤῥογεώργιος,
οὐκ ἐπὶ μικροῖς καὶ αὐτὸς βασιλεῖ προσκεκρουκὼς
ἧκέ τε αὖθις τετύχηκεν αὐτοῦ καὶ ἄχαρι ἄλλο μὲν
οὐδὲν ἐπεπόνθει, τὴν δὲ ἀρχὴν ἀποβεβλήκει ταύτην.

κ'. Βασιλεὺς δὲ προσιέναι τὸν ῥῆγα μαθὼν ἄλ-
λοτε ἄλλους τῶν ἐπὶ δόξης προσυπαντᾶν αὐτῷ ἔπεμ-
πε καὶ ἀεὶ τοὺς ἐπιδοξοτέρους κατόπιν ἄχρι καὶ τῶν
ἐπ' ἀδελφιδαῖς αὐτῷ γαμβρῶν (32), προσεροῦντας C
αὐτὸν καὶ τὰ εἰκότα τιμήσοντας, ἕως παρ' αὐτὸν
βασιλέα ἦλθεν. Ὁ μὲν οὖν οὕτως ἀξίως τοῦ Δαβὶδ
θρόνου καὶ ἐτίμα καὶ ἐδεξιοῦτο τὸν ἄνθρωπον· ὁ δὲ
εἴτε τούτοις κατεπαρθεὶς εἴτε καὶ ξύμφυτόν τινα
τρέφων ἀλαζονείαν, ἐπειδήπερ εἰς τὴν βασίλειον
παρῆλθεν αὐλήν, ὑπό τε τῶν βασιλείων ῥαβδούχων
καὶ Ῥωμαίων τῶν ἐπὶ δόξης παραπεμπόμενος ἐν-
ταῦθα τοῦ ἵππου ἀπέβη, ἔνθα καὶ βασιλεὺς (33) αὐτὸ

20. Imperator vero ut adventare regem rescivit, variis in locis viros dignitatibus conspicuos ipsi jussit occurrere, ita ut honoratiores postremo semper essent, usque ad ipsos ex fratribus neptium viros, qui cum eo sermonem haberent, variisque illum prosequerentur honoribus, donec ad ipsum perveniret imperatorem. Ita ille ex Davidici throni majestate tum coluit hominem, tum officiose excepit. Quibus is elatus, sive quod insitam ab ipsis natalibus aleret nescio quam ostentationem, postquam imperatorium ingressus est palatium, imperatoria custodia illustribusque aulicis eum dedu-

Du Cangii notæ.

(30) *Στυπειώτης.* Rem paulo secus refert Nicetas, l. III, n. 4, et a logotheta dromi, viro nefario, per invidiam et conflictis calumniis, tanquam clandestina cum Willelmo Siculorum rege agitaret consilia, circumventum Theodorum Stypiotam tradit. Ad Cinnamum accedit propius Radevicus, l. III *De gest. Frid.* c. 47, etsi aliter perinde historiam hanc describat: *Circa idem tempus Manuele Cpolitano imp. circa partes Antiochiæ contra Turcos cum exercitu morante, unus de servis palatii, caniclinus videlicet, quem nos cancellarium dicere possumus, principi suo fraudem molitus est. Tres siquidem audacissimæ temeritatis juvenes infinita corruptos pecunia ad occidendum imperatorem pellexerat, ipseque statuta die quando id facinus patrari debuerat, ad occupandum apud urbem simul cum imperiali palatio imperium, magnis instructus copiis præstolabatur. Tantum regis periculum cum imperatrici per occultum indicem revelatum fuisset, illa, magnitudine sceleris perterrita, quam velocissime marito proditionem significat: sicque detecto dolo, comprehensis sicariis, prævento criminis auctore et capto, de omnibus condigne sumuntur supplicia. Caniclinus etenim primo effossis oculis linguaque perforata gutturi transmissa sine miseratione miserabili morte vitam finivit.* De Theodoro Stypiota caniclino V Cujac. ad leg. 2 Cod. de Petit. bonor. l. x.

(31) *Πριμικήριον τῆς αὐλῆς.* Pyrrhogeorgii istius, ut et dignitatis primicerii aulæ qua insignitus fuit, meminit idem Cinnamus, l. II. At quale fuerit istiusmodi officii palatini munus certe ab illo unico scriptore docemur, præfuisse nempe tubicinibus imperatoriis, de quibus agit Codinus, c. V, n. 15, et c. VI, n. 20. Nam etsi non semel de hac dignitate sermonem ingerat idem scriptor, de functione ista silet. Occurrit præterea primicerius aulæ apud Cantacuzenum l. III, c. 32.

(32) [P. 464] *Τῶν ἐπ' ἀδελφιδαῖς αὐτῷ γαμβρῶν.* Tyrius. *Statim in occursum ei ab eo diriguntur duo nepotes ejus, fratres uterini, Joannes videlicet protosebasto et Alexius protostrator, qui inter illustres sacri palatii primum obtinebant locum, cum maximo nobilium comitatu.* Qui quidem Alexius protostrator filius fuit Joannis Axuchi m. domestici et maritus filiæ Alexii Comneni Joannis imp. filii primogeniti. V. stemma Comnen.

(33) *Ἔνθα καὶ βασιλεύς.* Nemini quippe equo insidenti in palatium licebat ingredi præterquam

centibus, eo loci equo desiliit, ubi id ipsum facere consuevit imperator. Ex quo facto insolentiam fastumque illius advertens princeps, multa ad majorem honorem pertinentia deinceps intermisit. Nihilo minus eum vidit allocutusque est, et sede humiliori considere jussit. Sæpius etiam cum illo est congressus, eumque convivio excepit crebrius. Cum vero ea quæ Renaldus cum imperatore pepigerat Antiochenis non placerent, cum propter copias quibus adjuvare imperatorem tenebantur, civitate nimirum prioribus viribus longe imminuta, **186** tum propter patriarcham, qui in posterum Byzantio Antiochiam mittendus erat, venissentque iis de rebus imperatorem supplicaturi, Balduinus quoque eadem rogabat principem, et non difficilem exoratu videns, concidere ad illius genua legatos jussit. Is vero, animo revolvens utra res majori esset honori Romanis, ut minorem manum ad militiam conferrent, statim annuit : crebro enim quod supra vires exigitur, vix impletur : cum quantæcunque præterea adductæ copiæ ad servitutis argumentum plus satis sufficiant. Pontificem autem aliunde quam Byzantio assumi, negavit se permissurum. Id illi libenter accipientes, in civitatem redierunt.

21. Eum finem habuere res cum Renaldo gestæ. Interea imperator in Torosum pergere instituit : sed ille primo loca deserta, et montes Tauricos pervagatus; tandem Balduino etiam pro eo apud imperatorem intercedente, venit et ipse in Romanorum castra, supplicis miserandique viri habitu. Admisso itaque Toroso ab imperatore et inter Romani imperii clientes ascripto, bellum solutum est. Sed enim Antiocheni, ubi imperatorem in civitatem suam adventare perceperunt, veriti, ut par erat, ne si intromitterentur Romanorum copiæ, ab iis expellerentur; anxii vero qua ratione imperatorem averterent a proposito, hosce minime sanos commenti prætextus ad illum detulere ; quosdam videlicet esse ex suis audaculos, qui imperatorem, cum in **187** urbem inermis omnino veniret (neque enim id futurum aliter putabant) factis insidiis opprimerent. Sed ille dolum advertens, nequaquam locum habituram fraudem dixit : mox, converso ad circumstantes sermone, ea fieri non posse respondit, tum propter alia, tum id maxime quod rex quidem procul ab imperatoris corpore inermis incederet, Renaldus autem et alii circa equi phaleras et ephippii lora occupati, pedibus irent sine ullis armis : imperatorem denique magna, uti moris est Barbarorum bipenniferorum turba circumstaret. Ita hosce sermones respuit. Urbem autem ingressurus

ποιεῖν εἴθιστο. Ἐφ' οἷς ἀγερωχίαν αὐτοῦ καταγνοὺς βασιλεὺς πολλὰ τῶν ἔτι μᾶλλον εἰς τιμὴν ὁρώντων ἐνέλιπεν αὐτῷ. Εἶδε δὲ ὅμως αὐτὸν καὶ προσεῖπεν ἔδραν τέ τινα χθαμαλὴν (34) καθίζῆσαι παρέθετο, συνωμίλησέ τε πολλάκις αὐτῷ καὶ ἐν συσσιτίῳ παρέλαβεν. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἤρσκεν Ἀντιοχεῖς τῶν Ῥενάλδῳ ὁμολογημένων ἥ τε δύναμις μεθ' ἧς βασιλεῖ συμμαχεῖν ἔμελλον, ἅτε ἀπερρυηκυίας τῇ πόλει τῆς πάλαι ἰσχύος, καὶ τὸ ἀρχιερέα ἐκ Βυζαντίου ἐπὶ Ἀντιοχείᾳ στέλλεσθαι, καὶ ἦλθον τούτων ἕνεκα βασιλέως δεησόμενοι, Βαλδουῖνος καὶ ὑπὲρ τούτου τὸν βασιλέα παρῃτεῖτο. Οὐ σφόδρα δὲ ἀναινόμενον γνοὺς καὶ πρὸ τῶν ἰχνῶν αὐτοῦ τοῖς πρέσβεσι ἐρρίπτει. Ὁ δὲ ὁπότερον τοῖν δυεῖν μᾶλλον Ῥωμαίοις τιμὴν φέρει διεννοησάμενος τὸ μὲν σὺν ἐλάσσονι στρατεύειν δυνάμει αὐτίκα ἔδωκε (τό τε γὰρ ὑπὲρ ἰσχὺν ἀπαιτούμενον ἐφεπομένην ὡς τὰ πολλὰ τὴν παράβασιν ἔχει, καὶ ἄλλως ἀρκεῖ πρὸς δουλείας ἔνδειξιν καὶ τὸ πολλοστόν ἐστιν οὗ προσαγόμενον)· ἀρχιερέα δὲ ἀλλοθέν ποθεν ὅτι μὴ ἐκ Βυζαντίου εἶναι οὐκ ἔφησε καταδέξασθαι. Ὅπερ ἅσμενοι ἐκεῖνοι δεξάμενοι ἐς τὴν πόλιν ἀπηλλάττοντο.

κα'. Τὰ μὲν δὴ κατὰ τὸν Ῥενάλδον ἐνταῦθα τὸ πέρας ἔσχε· βασιλεὺς δὲ ἐπὶ Τερόζην (35) ἰέναι λοιπὸν διενοεῖτο. Ὁ δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἐπὶ χώρους τε ἐρήμους τε ὄρη ἐξέτρεχε τὰ Ταυρικά, εἶτα Βαλδουῖνου καὶ περὶ αὐτοῦ τὸν βασιλέα ἱκετεύσαντος ἦλθε κἀκεῖνος [P.108] ἐν τῷ Ῥωμαίων στρατοπέδῳ ἱκέτης ἐλεεινός. Βασιλεὺς δὲ αὐτὸν προσηκάμενος δούλοις τε τῶν Ῥωμαίων ἐνέγραψε καὶ τὸν πόλεμον λοιπὸν ἔλυσεν. Ἀντιοχεῖς τοίνυν, ἐπειδὴ τῆς πόλεως ἐπιβαίνειν ἤδη βασιλεὺς ἔμελλεν, ἔδεισαν μὲν ὡς τὸ εἰκὸς, μή ποτε Ῥωμαίων δυνάμεις ἔνδον εἰσφρήσασαι ἐκεῖθεν αὐτοὺς ἐξελαύνειν πειράσονται, οὐκ ἔχοντες δ' ὅπως τὴν βασιλέως ἀποτρέψωσιν ὁρμὴν, σκήψεις οὐχ ὑγιεῖς τινας ἀναπλάσαντες προσῆγον αὐτῷ. Αἱ δὲ ἦσαν, ὡς ἄρα τῶν τινες παρ' αὐτοῖς τολμητίαι σύνθοιντο, ἐπειδὰν βασιλεὺς ἐπὶ τὴν πόλιν εἰσέλθῃ ἄνοπλος δὴ πάντως (οὐ γὰρ ἐπέοικεν ἄλλως), ἐπιβουλῇ τινι κατ' αὐτοῦ χρήσασθαι. Ἀλλὰ βασιλεὺς τὸν δόλον ξυνιδὼν οὐκ ἔφη χώραν ἕξειν τὸ πλαστευόμενον, καὶ κατέλεγεν ὑπολαβὼν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ὅπως ἀδύνατά ἐστι ταῦτα, διά τε ἄλλα καὶ οὐχ ἥκιστα τὸ τὸν μὲν ῥῆγα πολλῷ ἄποθεν τοῦ βασιλείου ἀνόπλιστον μέλλειν πορεύεσθαι σώματος, Ῥενάλδον δὲ καὶ τοὺς ἄλλους περὶ τὰ φάλαρα τοῦ ἵππου καὶ τοὺς τῆς ἐφεστρίδος πονεῖσθαι ἱμάντας, πεζῇ τε χιροῦντας καὶ ὅπλου ἄνευ παντός. Αὐτόν γε μὴν τὸν βασιλέα πολύν τινα πελεκυφόρων Βαρβάρων

Du Cangii notæ.

ipsi soli imperatori. Vide quæ notamus ad Villehard. n. 111.

(34) *Ἔδραν δέ τινα χθαμαλήν.* Prosequitur Tyrius : *Deinde ipsis eum ducentibus usque ad ostium tentorii, ubi dominus imperator cum suis illustribus residebat, cum multa gloria introductus, humanissime ab eo salutatus et ad osculum pacis erectus, secus eum in sede honesta, humiliore tamen, locatus est.* Ita cum Amalricus Hierosol. rex Constantinopolim ad Manuelem venit, *juxta eum dominus rex throno sedit honesto, humiliore tamen,* ait idem Tyrius, l. xx, c. 24. V. Cinnamum, p. 206.

(35) *Ἐπὶ Τερόζην.* Reconciliatus est pariter Manueli Toros Armeniæ regulus. Rem narrat Tyrius loco citato.

δμιλον περιέπειν. ὥσπερ ἔθος ἐστί. Τοὺς μὲν δὴ λόγους τούτους οὕτως ἀπεδοκίμαζεν, εἰς δὲ τὴν πόλιν (36) εἰσελαύνειν μέλλων διττοὺς περιέθετο θώρακας, ἀκαμάτῳ σώματος ἰσχύϊ πρὸς τοῦτο ἐναγόμενος. Ὁ δὲ καὶ κάνδυν πρὸς τούτοις κατάλιθόν τινα περιέκειτο, ἄχθος τῶν ἔνδον οὐκ ἔλαττον, καὶ στέφος καὶ τἄλλα τῷ βασιλεῖ ἐξ ἔθους. Ὁ δὲ θαυμάζειν ἔχω, τοῦ θριάμβου τρόπον ὃν ἐν Βυζαντίῳ τελεῖσθαι εἰωθε τελεσθέντος ἤδη, ἐς τὸν Πέτρου τοῦ ἀποστόλου καταντήσας νεὼν κοῦφά τε ἀπέβη τοῦ ἵππου καὶ αὖθις ἐπιβαίνειν μέλλων σὺν ἅλματι ἀνέθορεν, ὥσπερ οὐδὲ τῶν ψιλῶν τις καὶ ἀνόπλων. Ὅτε δὴ ὁ τῆς πόλεως ἀρχιερεὺς ὑπήντα τούτῳ τὴν ἱερατικὴν ἀμπεχόμενος στολὴν σὺν τῶν ἱεροπόλων τῷ τέλει παντί. Ἐχειρίζοντο δὲ τύπους σταυρικοὺς, καὶ τὰ ἱερὰ προὔφερον λόγια, ὡς ἐκπεπλῆχθαι τὸ ξένον ἅπαν καὶ ἔπηλυ, ὁρῶν πρὸς τούτοις Ῥενάλδον μὲν καὶ τοὺς ἐπὶ δόξης Ἀντιοχέων ποσὶν ἀμφὶ τὸν βασίλειον παραθέοντας ἵππον (37), Βαλδουῖνον δὲ ἄνδρα στεφηφοροῦντα μακρὰν ἄποθεν ἔφιππον μὲν παντάπασι δὲ ἀσήμαντον πορευόμενον. Ὁ μὲν δὴ θρίαμβος ἐπὶ τουτοις τετέλεστο, βασιλεὺς δὲ ἐπὶ ὀκτὼ τῇ πόλει παραμείνας ἡλίου, ἐκεῖθεν ἀπήλαυνε. Τοσαύτην γε μὴν δουλοπρέπειαν Ἀντιοχεῖς εἰς αὐτὸν ἐπιδείξαντο, ὥστε αὐτοῦ τοῖς Ῥενάλδου ἐνδιατρίβοντος δόμοις οὐδεὶς οὐδεμίαν τῶν ἀμφιβαλλόντων παρὰ τοῖς ὁμογενέσιν ἐδικάσατο δίκην (38) ὅτι μὴ παρὰ Ῥωμαίοις.

A duplicem induit loricam, indefesso corporis robore ad hoc commotus. Vestem præterea quamdam inpillis distinctam superinduit, interioribus pondere haud cedentem. Diademate denique, aliisque imperatoriis ornamentis pro more, redimitus est. Quod vero mirari subit, peracto istic eodem modo, quo Byzantii solebat, triumpho, cum ad Petri apostoli pervenisset templum, alacriter equo desiliit, rursumque illum inscensurus saltu resiliit in eumdem, quod vel leviter armatorum aut inermium vix aliquis potuisset. Tum illi occurrit civitatis pontifex stolam sacerdotalem indutus cum omni clericorum ordine. Tenebant ii præ manibus cruces, præferebantque sacra Evangelia : ita ut stupore quodam percellerentur peregrini et advenæ, cum ad hæc Renaldum, nobilesque Antiochenos, pedibus equum imperatorium circumstantes **188** viderent : Balduinum autem virum coronatum, equo quidem insidentem, cæterum nullis conspicuum regiis insignibus. In hunc modum transactus est triumphus. Imperator octiduum in urbe intermoratus, inde abscessit. Tanta autem veneratione eum prosecuti sunt Antiocheni, ut quandiu in ipsis Renaldi ædibus mansit, nemo eorum qui controversias exercerent, coram suæ gentis judicibus causam dixerit, sed de iis Romani cognoverint.

κβ'. [P. 109] Ταῦτα κατωρθωκὼς βασιλεὺς ἐπὶ Νουραδὶν (39) ἰέναι συνεσκευάζετο. Ἀλλ' ἐκεῖνος

22. Iis rebus rite confectis in Nuradinum expeditionem paravit imperator. Verum ut illius perce-

Du Cangii notæ.

(36) *Εἰς δὲ τὴν πόλιν.* Manuelis in urbem Antiochenam summo cum apparatu ingressum describit etiam Nicetas. Sed in primis audiendus hac de re Tyrius : *Peracta igitur in Cilicia Dominicæ Paschæ solemnitate, transcursis diebus celebribus, versus Antiochiam exercitus dirigit et legionibus usque ad urbem applicatis pro foribus ejus astitit in infinita multitudine formidabili ; ubi dominus patriarcha cum universo clero et populo cum textibus Evangeliorum et omnimodo ecclesiarum ornatu obvius adfuit. Rex quoque cum principe ejusdem loci et Ascalonitano comite cum universis tam regni quam Antiocheni principatus proceribus ei obviam exiens, cum summa gloria imperiali diademate laureatum et augustalibus decoratum insignibus cum tubarum stridore et tympanorum strepitu cum hymnis et canticis in urbem introducunt et usque ad cathedralem ecclesiam, ad basilicam videlicet apostolorum Principis, deinde ad palatium cum eadem patrum et plebis prosecutione deducunt.*

(37) *Βασίλειον παραθέοντας ἵππον.* Id ipsum præstiterat jam ante Raimundus princeps, cum Joannes imp. Antiochiam primum ingressus est. Tyrius, l. xv, c. 4 : *Perveniens igitur Antiochiam dominus imperator, cum filiis suis et familiaribus et militia non modica ad urbem ingressus, domino principe dominoque comite stratoris officium exsequentibus*, etc.

(38) *Ἐδικάσατο δίκην.* Quandiu Manuel in urbe Antiochena moram egit, cessavit omnis principis Antiocheni jurisdictio, quæ penes imperatorem esse de jure debuit tanquam superiorem dominum. Speculum Saxonicum, l. III, art. 60 : *In quamcunque civitatem imperii rex devenerit, ibi telonea vacabunt sibi et monetæ. Quamcunque etiam provinciam seu territorium intraverit, judicium illius sibi vacabit et ei licebit judicare omnes causas, quæ coram judice non fuerant inceptæ aut finitæ.* Eadem habet Wichbild Magdeburgense, art. 8. Erat porro hæc potissimum feudorum, quæ *reddibilia* et *jurabilia* appellabant, de quibus fuse ad Joinvillam egimus dissert. 30, conditio, ut quotiescunque superior dominus a vassallo castrum sibi reddi *ad magnam aut parvam vim, irato aut pacato*, postularet, vassallus eo excederet et dominus superior seu, ut vocabant, capitalis, supremi in eo omnem dominatus jurisdictionem exerceret, eoque nomine vexillum suum in celsiori castri turre erigeret, ibique familiæ suæ symbolum per præconem proclamari curaret, uti sat probavimus in ea dissertatione. Conditioni vero isti obnoxium Joanni imperat. [P. 465] Antiochiam agnoverat ex pacto Renaldus princeps, *præstito corporaliter sacramento, quod domino imperatori Antiochiam ingredi volenti, vel ejus præsidium, sive irato sive pacato, liberum et tranquillum non denegaret introitum.* Quo completo fœdere *vexillum imperiale super principalem præsidii turrem* collocatum est, quod Tyrius narrat, l. xiv, c. ult. Ita vidimus hac ipsa qua scribimus ætate regem nostrum Christianissimum Avenionem, ex summi pontificis patrimonio provinciæ comitatus urbem ingressum 20 Mart. an. 1660 a consulibus et civibus ut dominum et provinciæ comitem consalutatum et elagitatum quandiu in urbe moram egit cessasse pontificiam jurisdictionem, regiam solam locum habuisse, regem præterea carceri mancipatos donasse libertate et noxarum gratiam reis fecisse.

(39) *Ἐπὶ Νουραδὶν.* Eadem habet Tyrius, c. 23.

pit adventum, Sanctægidiani comitis filium, Italicæ gentis virum, eumque qui Palæstinis præerat equitibus, quem magistrum templi Latini vocant, ambos homines claros, carceribus exemit vinculisque solvit : insuper etiam alios nobiles complures; gregariæ vero et passim collectæ multitudinis ad sex millia, quos maxime de Alemannorum et Germanorum exercitu ceperat, cum bellum in Asia illi gererent. His peractis, secuturum se præterea ad bella Asiatica principem pollicitus est Nuradinus : quibus admissis conditionibus imperator a proposito destitit. Sed non multo interjecto tempore pacta ista convellere aggressus est, etsi quæ statuerat haud confecit, uti deinceps commemorabitur. Saracenorum enim agmen, inscio Nuradino, in Romanorum aliquot qui pabulatum exierant, structis insidiis irruerunt. Quod ubi imperator cognovit, loco et ipse maxime **189** idoneo insidias locat, ac prima luce nec opinantes adoritur. His in fugam actis venandi tactus desiderio, in superiora Syriæ loca venatum abiit : rem ausus quæ hac ætate etiam audientibus horrorem incutiat. Præcedebant igitur haud plus quam sex viri, qui ferarum cubilia investigarent. Nec longe adeo erant progressi, cum quatuor et viginti ex hostibus armati prodiere et in eorum conspectum venere, ut quosdam Romanos dolo ad positum a tergo in insidiis exercitum pertraherent. Simul atque id adverterunt illi ferarum indagatores, continuo in profluentem, qui coram aderat, amnem sese demisere, nandoque illum emensi contendere ad imperatorem, et quæ sibi accidissent retulere. Verum ille nihil utique ejusmodi perturbatus nuntio : « Eamus, inquit, quo loco esse hostem dicitis. » Cum vero cunctarentur ii, ipse admissis habenis equo in hostes fertur. Sed mox innumerus Saracenorum exercitus super locis illis derepente apparuit. Nec cunctatus tamen magno impetu in medios irruit bellatores, iisque numero licet præpollentibus in fugam versis, insequi hostes non prius abstitit, quam in adjacentia præsidia sese recepissent; isque, ubi prælium contigit, campus cæsorum corporibus opertus est. Ob hæc igitur ad exercitum reversus, quæ sanciverat pacta solvere, ut dixi, voluit : sed allati ex Occidente rumores quidam, res **190** ibi novari nuntiantes, ab incepto eum prohibuere. Eodem etiam tempore Balduinus manu læsus est ejusmodi ab causa. Venanti iis in locis principi, aderat et ipse in ea exercitatione socius. Nam qui in cæteris rebus imperatorem admirabatur, num et in ea præstaret, cognoscere

A τὴν ἔφοδον γνοὺς τὸν Σαγγέλη ἔλυσεν υἱέα (40) ἄνδρα Ἰταλὸν καὶ τὸν τοῖς ἐν Παλαιστίνῃ ἐφεστῶτα ἱππεῦσιν, ὃν Τέμπλου μαΐστορα (41) Λατῖνοι ὀνομάζουσιν, ἐπισημοτάτους ἄμφω, πρὸς δὲ καὶ τῶν εὖ γεγονότων πολλούς. Τοῦ γε μὴν ἀγελαίου καὶ σύγκλυδος ὄχλου εἰς ἑξακισχιλίους μάλιστα, οἳ ἐκ τῆς Ἀλαμανῶν καὶ Γερμανῶν ἐτύγχανον ἐζωγρημένοι τούτῳ στρατιᾷ, ὁπηνίκα ἐκεῖνοι ἐπὶ Ἀσίαν ἐστράτευον. Ταῦτα Νουραδὶν ἐποίει, πρὶς δὲ καὶ συνδιαφέρειν βασιλεῖ τὰς ἐν Ἀσίᾳ διωμολόγηκε μάχας ἐφ' οἷς προσδεξάμενος αὐτὸν ἀπέσχετο τοῦ σκοποῦ. Ἀλλ' ὀλίγῳ ὕστερον καταλύειν ὡρμήθη τὰ δεδογμένα· οὐ μὴν καὶ πέρατι τὸν σκοπὸν ἔδωκεν, ὡς δῆλον ἐξῆς γενήσεται. Σαρακηνῶν γὰρ ὅμιλος, τοῦ Νουραδὶν μηδὲν συνειδότος, προσλοχήσαντες Ῥωμαίων τῶν ἐπὶ χορταγωγίαν ἰόντων ἐκάκουν τινάς. Ὁ γνοὺς βασιλεὺς ἐνέδρας καὶ αὐτὸς ἐν ἐπιτηδείῳ που τοῦ χώρου ἐκείνου στησάμενος ἅμα ἡμέρᾳ καὶ αὐτὸς συνεπιτίθεται τούτοις μηδὲν προϊδοῦσιν. Ἐπεὶ δὲ ἐτρέψατο, κυνηγεσίων ἐπιθυμήσας ἐξῆσι παρὰ τοῖς ἀνωτάτω πεδίοις Συρίας θηρεύσων, πρᾶγμα κατὰ τοὺς νῦν χρόνους καὶ ἀκουσθῆναι φοβερόν. Προῆσαν τοίνυν αὐτοῦ ἄνδρες, οἷς ἔργον κοίτας θηρῶν ἀνιχνεύειν, οὐ πλείους τῶν ἑξ· ἀλλ' οὕπω ἐπὶ πλεῖστον προῆλθον, καὶ τέσσαρες, καὶ εἴκοσι πολεμίων ὁπλοφόροι παρεφάνησαν τούτοις, ἔργον ποιούμενοι, ὅπως Ῥωμαίων τινὰς δόλῳ ἐπὶ τὴν κατὰ νώτου ἐλλοχῶσαν παρεξελκύσωσι στρατιάν. Ἅμα τε οὖν εἶδον οἱ θηροσκόποι ἐκεῖνοι, καὶ ἅμα ἐς τὸ τοῦ παρὰ πόδας αὐτοῖς ποταμοῦ ῥεῦμα καθῆκαν ἑαυτοὺς διανηξάμενοί τε ἐπὶ βασιλέα ἦλθον τὰ συμπεπτωκότα σφίσι μηνύοντες. Ὁ δὲ πρὸς τὴν ἀκοὴν οὐ διαταραχθεὶς « Ἄγωμεν, ἔφη, ἔνθα τοὺς πολεμίους εἶναι φατέ. » Τῶν δὲ ὀκνήσει πολλῇ ἐχομένων, αὐτὸς ὅλα τῷ ἵππῳ ἐπιτρέψας χαλινὰ τὴν ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἐφέρετο. Ἐξάπινα τοίνυν Σαρακηνῶν στρατιὰ τῶν τῇδε ὑπερκύψασα χωρῶν μυριοπληθὴς ἐξεφάνη. Ὁ δὲ μηδὲν ὑποστειλάμενος σὺν ῥύμῃ πολλῇ παρὰ μέσους εἰσπίπτει ἄνδρας ὁπλίτας οὕτω πολλοὺς, καὶ δὴ τρεψάμενος αὐτοὺς οὐ πρότερον διώκων ἐπαύσατο, πρὶν ἐντὸς φρουρίων ἅπερ ἐνταῦθα ὕρυται εἰσέπεσον φεύγοντες οἱ πολέμιοι, νεκρῶν τε ἐπλήσθη τὸ πεδίον ἐκεῖνο. Διὰ ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἀναχωρήσας τὰ δεδογμένα, ὥσπερ εἴρηται, παρακινεῖν ἤθελεν. Ἀλλὰ φῆμαί τινες ἐς ἑσπέρας ἐπισπῶσαι, αἳ δὴ νεοχμωθῆναι τὰ τῇδε διήγγελον, διεκώλυσαν τοῦτον τῆς ἐγχειρήσεως. [P. 110] Τότε καὶ Βαλδουίνῳ (42) κατεάγηκεν ἡ χεὶρ ἀπ' αἰτίας τοιᾶσδε. Θηρευομένῳ ἐνταῦθα τῷ βασιλεῖ παρῆν καὶ αὐτὸς τοῦ γυμνασίου κοινωνός. Τοῖς γὰρ

B

C

D

Du Cangii notæ.

(40) *Τὸν Σαγγέλη υἱέα.* Tyrius : *Inde missis nuntiis ad Noradinum, qui forte Hulapiæ tunc erat, obtinet per legatos quemdam Bertrandum comitis Sancti Ægidii naturalem filium cum quibusdam aliis conceptivis sibi dari. Ipse vero postmodum non multo interjecto temporis intervallo revocantibus eum curis domesticis, ad propria reversus est.* Fuit Bertrandus Alphonsi Sanctægidiani seu S. Ægidii vel Tolosæ comitis filius nothus, qui exstincto parente apud Cæsaream Palæstinæ an. 1148, dum castrum quoddam comitis Tripolitani patruelis sui ingrederetur, dolo ejusdem cum sorore a Turcis captus est, uti narrat Robertus de Monte.

(41) *Τέμπλου μαΐστορα.* Bernardus *de Tremelay* seu *de Tremblay*, cujus meminit Tyrius, l. XVII, c. 21, erat hac tempestate magister Templi.

(42) *Τότε καὶ Βαλδουίνῳ.* Id ipsum etiam de Baldnino scribit Tyrius, l. XVIII, c. 15, et quantum Manuel ipse in curando regis vulnere studium adhibuerit accurate enarrat.

ἄλλοις πᾶσιν ἐκπεπληγμένος τὸν αὐτοκράτορα καὶ τοῦτο τὸ μέρος εἴ γε εὐδοκιμοίη γνῶναι ἔθελε. Ταῖς τοίνυν τοῦ βασιλέως συνεπεκτείνεσθαι καὶ αὐτὸς φιλοτιμούμενος ὁρμαῖς δαιμόνιόν τινα περὶ ταῦτα στρεφομένου τρόπον ἔλαθε σὺν τῷ ἵππῳ κατολισθήσας τὴν τε χεῖρα, ὥσπερ εἴρηται, κακῶς ἔπαθεν, ἦν ἐν τῷ παραυτίκα καταδήσας βασιλεὺς τά τε εἰκότα ἐπιμεληθέντος ὀλίγαις ὕστερον ἀπήλλαξεν ἡμέραις. Ἦν γὰρ καὶ τά γε τοιαῦτα πολλοὺς τῶν διὰ βίου περὶ τὴν ἰατρῶν ἀναστραφέντων παρελαύνων τέχνην (aa). Ἀμέλει καὶ φλέβας εἶδον αὐτὸν ἔγωγε τέμνοντα καὶ φάρμακα νοσοῦσι τεχνιτῶν ἀπορίᾳ παρεχόμενον, ἤδη δὲ καὶ πολλὰ τῶν Ἀσκληπιαδῶν συνεισενεγκάμενον ἐπιστήμῃ, ἅπερ ἄγνωστα ταύτῃ τοῦ παντὸς ἐμεινεν αἰῶνος, τῶν ὅσα ἐπιχρίεσθαι πέφυκε καὶ ὅσα ποτά, ἃ καὶ ἔξεστι τῷ γε βουλομένῳ ἐκ τῶν κοινῶν ἀνα λέγεσθαι νοσοκομείων, ἃ ξενῶνας καλεῖσθαι ἔθος ἐστίν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐς τοσοῦτον. Ὁ δὲ βασιλεὺς τῆς ἐπὶ Βυζάντιον λοιπὸν ἐμέμνητο. Ὡς δὲ τὴν ἐπιτομωτέραν ὁδεύσειε, Παμφυλίας ἀφέμενος διὰ Λυκαονίας μέσης τὸν στρατὸν ἦγε, καίτοι πολλὰ πρὸς τοῦτο τοῦ σουλτὰν ἀπολέγοντος. Ἐπειδὴ γοῦν (43) Ἀράνδης ἀγχοῦ πόλεως ἐγένετο, καταπλαγέντες οἱ Πέρσαι ᾤχοντο φεύγοντες, οἰόμενοι αὐτίκα Ῥωμαίους Ἰκονίῳ προσβαλεῖν. Ὡς δὲ οὐδὲν αὐτοῖς πρὸς τῶν Ῥωμαίων ἄχαρι ἐγένετο, ἀνεθάρσησάν τε καὶ τῶν ἐπιτηδείων ἐκφέροντες ἄφθονα τούτοις παρεῖχον. Ἀλλ' οὐκ ἦν μέχρι παντὸς Πέρσαις τὸν ἐντρεφόμενον σφίσι χόλον κατασχεῖν. Ἀμέλει καὶ ἐν Κοττυαείῳ γεγονότων ἤδη Ῥωμαίων, τισὶν αὐτῶν τοῦ λοιποῦ στρατεύματος ἀποβραγεῖσιν ἐπιθέμενοι ἔκτεινάν τε καὶ ζωοὺς εἷλον. Ὁ δὲ βασιλεὺς τότε μὲν ἐπὶ Βυζάντιον ἦλθε, θριαμβόν τε καταγαγὼν μέγιστον καὶ Θεῷ τὰ ἐπινίκια θύσας ἐν παλατίῳ κατῆχθη.

(P. 111] κγ'. Ὀλίγῳ δὲ ὕστερον Πέρσας ἀμύνασθαι τῆς ἐς αὐτὸν παροινίας διανοηθεὶς ἐς τὰς Κυψέλλων πεδιάδας τὸν στρατὸν ἤγειρεν. Ἐν τούτῳ δὲ ἐπὶ τοὺς ἐν Ἀσίᾳ ἀρχάς τινας διέποντας Ῥωμαίων πέμψας ἐκέλευε κατὰ τακτόν τινα χρόνον ἄλλοθεν ἄλλον ἐμβαλεῖν εἰς τὸ Περσικόν. Ἐποίει δὲ ταῦτα ὅπως ἕκαστοι Περσῶν ἐπιβοηθεῖν ἀλλήλοις ἀδυνάτως

A gestiebat. Itaque agilitatem et perniciitatem principis, mire in his exerciti, imitari contendens, imprudens cum equo concidit, et, ut dixi, manum graviter læsit : quam in præsentia alligans imperator, idoneis adhibitis remediis, paucis post diebus sanavit. In his enim illorum superabat artem, qui se per omnem vitam in medicina exercuerant. Inde et venas egomet secantem vidi, et pharmaca ægrotis, medicorum penuria, præbentem. Ad hæc multa Asclepiadarum scientiæ addidit, quæ illi a tot sæculis fuerant incognita, tum in fomentis, tum in ipsis potionibus; quæ omnia colligere facile quivis poterit ex communibus nosocomiis, quæ xenones vocari vulgo solent. Inde Byzantium reverti statuit imperator : ut vero breviori itinere eo perveniret, relicta Pamphylia, per mediam Lycaoniam exercitum B egit, licet multum obnitente sultano. Ubi autem ad Arandem civitatem pervenit, consternati Persæ fugam capessivere, Romanos statim ad Iconium castra posituros rati. Verum ut adverterunt ab iis hostile nihil perpetrari, resumpta fiducia, commeatum **191** abunde illis suppeditarunt. Non potuere tamen omnino Persæ conceptam pridem animo indignationem continere : adeo ut cum jam ad Cotyæum essent Romani, nonnullos ex iis qui a cætero exercitu longius evagati fuerant, agressi, partim cæderent, partim vivos caperent. Imperator igitur Byzantium rediit, peractoque triumpho, ac Deo ob partas victorias actis gratiis, palatium in- C gressus est.

2. Non multo interjecto tempore, imperator, cum ob illatas sibi injurias ulcisci Persas decrevisset, ad Cypsellorum campos exercitum collegit : interimque misit ad Romanos, qui in Asia præfecturas obtinebant, et, ut certo quodam tempore eorum quisque in Persicos agros irrueret, imperavit. Hæc autem ideo fecit, ne possent Persæ sibi invicem opem

Du Cangii notæ.

(43) *Ἐπειδὴ γοῦν.* Rem attigit Nicetas, l. III, n. 3.

Cornelii Tollii notæ.

(aa) *Ἦν γὰρ καὶ τά γε τοιαῦτα πολλοὺς τῶν διὰ βίου περὶ τὴν ἰατρῶν ἀναστραφέντων παρελαύνων τέχνην.* Posset mirari quis, describi nobis a Cinnamo Manuelem, modo contra maxima hostium agmina solum pugnantem et vincentem ; modo medicum factum, et solertissimum, sanantem vulnera, pharmaca ægrotis dantem, et novorum tum fomentorum, tum potionum inventorem ; modo nescio quid non agentem rarum et insolens imperatoribus. De Alexandro Magno identidem scripsere veteres non citra, ut opinor, hyperbolen. De Mithridate illo Ponti rege ex Laneo Cn. Pompei liberto refert Aulus Gellius, eum medicinæ et remediorum id genus solertem fuisse, solitumque eorum sanguinem miscere medicamentis, quæ digerendis venenis valent. Noster an hæc exemplo habuerit, an quædam affinxerit, nihil ad me. Ipsum, si libet, audi se tuentem in iis quæ proxime sequuntur, et falsis suspicionibus eximentem. *Hæc mihi cum nuntiata sunt, minus vera videbantur. Supra fidem* D *namque credebam, unum hominem aliquot millia superare, unaque hasta infinitam armatorum multitudinem profligare. Quapropter cum ad aulam interdum principis accedens, nonnullos audirem in cœlum efferentes tanta opera, imperatori palpantia, cœtum illorum relinquebam. Mores enim mihi sunt ad adulandum a natura inhabiles ; neque ultro aut sciens verbum minimum nisi cum veritate et ore libero proferam. Illa vero hujuscemodi eos, qui in domo augusta officiis præerant, quive in magistratibus erant, depingere et exornare timebam, donec his oculis rem comperi, quippe et ipse quandoque mediis hostibus implicitus, cum vidi imperatorem hunc totis Persarum phalangibus resistentem.* Hæc ipse satis honeste, satis ingenue. Et certe si prisci etiam homines conquesti, nihil esse quod non mendax Græcia audeat in historia ; nos utique de recentiorum scriptorum fide nolimus diligentius aut morosius inquirere. Sed nunc ad reliqua pergamus.

ferre. Quod quidem non modice rem Persicam affecit. At princeps, hiberno jam imminente solstitio, per fretum Hellespontiacum in Asiam trajiciens, ad Dorylæum usque pervenit, circa duos fluvios, quorum alter ab incolis Bathys, alter Tybris vocatur; ac circumjacente regione devastata, infinitam inde hominum pecorumque abduxit multitudinem. Persæ vero, cum jam ultimum sibi imminere cernerent discrimen, per turmas et globos coeuntes conspici cœpere. Interea imperator, aliis Romanorum copiis ad obvia quæque depopulanda missis, cum paucis e suis in loca editiora profectus occinere tubas **192** imperatorias jubet, ut ac ratione perterret hostes, dum principem hostis præesse copiis persuasum haberent. Multa enim in Barbaros istos suapte manu exsequebatur, et si quando iis ex improviso appareret, quasi fulmen quoddam iis videbatur, ita ut nullo pudore fugam capesserent milleni interdum, et si ita sors daret, decies milleni armis undique et ferro instructi milites. Hæc sane cum mihi narrabantur, minus vera esse visa sunt, haud secus ac præclara illa Phocæ et Tzimiscæ, qui non ita pridem imperarunt, facinora; aut si qui præterea alii propter eximiam fortitudinem nomen famamque sibi compararunt. Quippe supra fidem esse credebam unicum hominem millenos totos superasse, unaque profligasse hasta infinitam armatorum multitudinem. Quapropter cum in aula principis interdum versarer et tam egregia facta a nonnullis imperatori adblandientibus audirem in cœlum efferri, animo dubius a colloquio statim recedebam. Adeo enim procul mihi ab adulatione ipso naturæ ductu fusita est animi indoles, ut ne verbum quidem ullum ultro aut sciens, nisi vere perinde ac libere proferre haud possim. Eos vero qui in palatio officia semper obeunt aut dignitatibus conspicui sunt, talia depingere et exornare sinebam, donec res ipsas usurpare oculis contigit, cum ego mediis forte hostibus implicitus imperatorem hunc vidi totis Persarum phalangibus obsistentem. Sed hæc suo tempore historia commemorabit: **193** nunc autem institutam narrationem persequamur. Cum igitur ageret imperator in editioribus istis locis: Romanorum copiæ, quæ ad interiora processerant, in Persicum exercitum inopinate inciderunt. Facto itaque cominus prælio, ut vidit princeps inclinare Romanam aciem, citato impetu, nec loricam nec alia arma indutus, sed solo munitus clypeo ad illam contendit. Ubi in medios sese hostes intulit, miranda manu edidit opera, obviis quibusque cæsis. Interdum etiam terga dantibus, accepta tum hasta, semper insistens, nullam fortiter agendi occasionem omittebat. Ira diu sine intermissione fugerunt hostes, ut ne illis quidem in mentem venerit, tam numerosum exercitum ab unico homine incessi. Qui enim totos invaserat pavor, densam oculis offuderat caliginem.

ἔχοιεν, ὅπερ εἰς ἔργον ἐκβὰν μεγάλα τὴν Περσῶν ἐλύπησε. Βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ ἀμφὶ τροπὰς ἤδη χειμερινὰς ὁ ἥλιος ἐγένετο, διὰ τοῦ Ἑλλησπόντου πορθμοῦ ἐπὶ Ἀσίαν διαβὰς ἄχρι Δορυλαίου ἦλθε περὶ ἄμφω τὼ ποταμὼ, ὧν ὁ μὲν Βαθὺς πρὸς τῶν ἐγχωρίων, Θύβρις δὲ ἕτερος [P. 112] ὀνομάζεται, τὴν περιοικίδα τε πᾶσαν καταδραμὼν μυρίαν ἐκεῖθεν ἀνδρῶν καὶ ζώων ἄλλων ἤλασε πλῆθύν. Πέρσαι δὲ τῆς τῶν σφετέρων αἰσθόμενοι ἀπωλείας κατὰ συστήματα καὶ λόχους ἤδη προφαίνεσθαι ἤρξαντο. Βασιλεὺς δὲ τὸν μὲν ἄλλον Ῥωμαίων στρατὸν λῃσόμενον τὰ ἐν ποσὶν ἔπεμψεν, αὐτὸς δὲ ἐπὶ τὰ ἄποπτα τῶν τῇδε χωρίων ἀναδραμὼν σὺν ὀλίγοις τῶν περὶ αὐτὸν ἀνατείνειν τὰς βασιλείους ἐκέλευσε φόρμιγγας (44), δέος ἐντεῦθεν ἐμποιεῖν τοῖς πολεμίοις μηχανώμενος βασιλέα τοῦ πολέμου τοῦδε στρατηγεῖν οἰηθεῖσιν. Πολλὰ γὰρ πολλάκις αὐτοχειρίᾳ κατὰ τῶν Βαρβάρων τούτων χρησάμενος, εἴ ποτε λοιπὸν ἀπροσδόκητος αὐτοῖς ἐξεφάνη, σκῆπτος μόνον οὐ τούτοις ἐδόκει, καὶ ὑπεχώρουν μηδὲν αἰδεσθέντες, χιλιάδες, φασὶν, ἂν οὕτω τύχῃ, καὶ μυριάδες, ὁπλοφοροῦντες, ἄνδρες καὶ σιδηρόφρακτοι. Ταῦτα ἐμοί γε εἰς ἀκοὴν πίπτοντα ἧττον ἀληθῆ ἐδόκει, ὥσπερ οὐδὲ τὰ Φωκᾶ καὶ Τζιμισκῆ ἔργα τῶν οὐ λίαν ἀρχαίων τούτων αὐτοκρατόρων, ἢ εἴ τινες ἄλλοι παρ' αὐτοὺς ἐπ' ἀνδρείᾳ ὄνομα ἔσχον. Εἶναι γὰρ πέρα πίστεως, ἀνδρὸς ἑνὸς ὅλας ἡττῆσθαι χιλιάδας καὶ ὁρᾶτι ἑνὶ μυριοπλῆθεῖς καταγωνίζεσθαι πανοπλίας. Ὅθεν εἴ καί ποτε τοῖς βασιλείοις ἐπιχωριάζων αὐλαῖς τὰ τηλίκα τῶν ἔργων ἀποθειαζόντων ἀκήκοα τῷ βασιλεῖ, ἰλιγγιῶν τοῦ συλλόγου ἀπεπήδων. Φύσει γὰρ πρὸς κολακείαν ἄξεστον ἐμπέφυκέ μοι τὸ ἦθος, καὶ οὐκ ἂν οὐδὲ ῥῆμα σμικρὸν ἑκὼν εἶναι προείμην ὅτι μὴ σὺν ἀληθείᾳ καὶ στόματι ἐλευθέρῳ. Τὰ δὲ τοιαῦτα τοῖς ἐν ταῖς ἀρχαῖς ἀεὶ πρὸς τοῦ δόμου καὶ τοῖς ἐν τέλεσι καταχαρακτηρίζεσθαι εἴων, ἕως εἰς ὄψιν ἦλθέ μοι τὰ τοῦ πράγματος ἐν μέσοις καὶ αὐτῷ πολεμίοις οὕτω τυχὸν περιειλημμένῳ κἀκ τοῦ σχεδὸν ὁρῶντι τὸν αὐτοκράτορα τοῦτον φάλαγξιν ὅλαις ἀντικαθιστάμενον Περσικαῖς. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν κατὰ καιρὸν ἡ ἱστορία διηγήσεται, τὸ δὲ νῦν τῶν προτεθέντων ἐχώμεθα. Εἶχε μὲν τὸν βασιλέα τὰ τῶν χώρων ἐκείνων ὑψηλά, ὁ δὲ Ῥωμαίων στρατὸς ἐνδοτέρω ἤδη χωρήσας ἔλαθε στρατεύμασι Περσικοῖς ἐξ ἀπροσδοκήτου περιτυχών. Ἀγχεμάχου τοίνυν γενομένης τῆς προσβολῆς, ἐπειδὴ πονεῖσθαι τὸ Ῥωμαϊκὸν ἤρξατο, αἰσθόμενος ὁ βασιλεὺς ἀπὸ ῥυτῆρος ἐπ' αὐτοὺς ἤλαυνε, μήτε θώρακα ἐνδὺς μήτε τῳ τῶν ἄλλων ὅτι μὴ ἀσπίδι τὸ σῶμα φραξάμενος. Ταχὺ γοῦν εἰς μέσους εἰσωθήσας τοὺς πολεμίους ἑαυτὸν ἔργα χειρὸς ἐπεδείκνυ θαυμαστὰ τῷ ξίφει παίων ἀεὶ τὸν παρατυγχάνοντα· ὅτε καὶ νῶτα δεδωκότων ἤδη αὐτὸς κοτόπιν, ὁράτος αὐτῷ κομισθέντος, ἐδίωκεν οὐδένα καιρὸν ἀνιείς. Μέχρι μὲν οὖν πολλοῦ ἔφευγον ἀμεταστρεπτὶ, μηδὲ ἐκεῖνο κατανοεῖν ἔχοντες εἰ

Du Cangii notæ.

(44) Βασιλείους φόρμιγγας. De tubis imperatoriis vide Codinum de Off. c. 5. n. 15.

πολυανθρωπότατον [P. 115] οὕτω στράτευμα πρὸς ἀνδρὸς διώκοιτο ἑνός. Τὸ γὰρ δέος κατάκρας αὐτῶν περιγεγονὸς ἐπεσκότει ταῖς ὄψεσι δεινῶς. Ἐπεὶ δέ ποτε διέγνωστο σφίσι τὸ πρᾶγμα, πολλὰ χῆς ἀνανδρίας ἀλλήλους ἐπιτωθάσαντες ἀθρόον ἐπεστράφησάν τε καὶ ἀντιμέτωποι αὐτῷ ἔστησαν. Οὐ μὴν ἤδη ἀκρατῶς ἐξεχέοντο καθάπαξ τῷ δέει τὰς ὁρμὰς ἀνασειραζόμενοι· φαρέτρας δὲ ὅλας ἐκένουν, ὁ δὲ τῇ ἀσπίδι παρ' ἑκάτερα στρεφόμενος τὰς βολὰς ἀπωθούμενος ἔξω βελῶν τὸ σῶμα διετήρει. Ἦν δέ τις ἐν Πέρσαις ἀνὴρ θυμοειδὴς καὶ δραστήριος. Οὗτος ἐπειδὴ μηδένα ἐξ ἁπάντων βασιλεῖ πρὸς μάχην ἀντικαθιστάμενον ἑώρα, ὑπερζέσας τῷ θυμῷ τῶν συμφύλων αὐτῷ τινος τὸ ξίφος τῶν χειρῶν ἀποσπάσας ὡς πατάξων ἐφέρετο τοῦτον. Ἀλλ' ὁ αὐτοκράτωρ τῶν τριχῶν λαβόμενος ἄλλοις εἵλκεν ἅμα τρισὶ γενναίοις καὶ τούτοις· ἐφ' οἷς ἀντιπράττειν οὐκ ἔχοντες οἱ ἄλλοι, ᾤχοντο ἀπιόντες. Βασιλεὺς δὲ σὺν τοῖς εἰρημένοις ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἐπανῆκεν, ἐπειδή τε τὴν χειμερίαν ὥραν σφοδροτέραν ἐγκειμένην ἑώρα, ἐπὶ Βυζάντιον ἐχώρει.

κγ'. Ἀλλ' ἄρτι μὲν ἡ κατὰ Βιθυνίαν εἶχε τοῦτον πολίχνη, ἔνθα τοὺς ἐκ Φιλομηλίου δεσμώτας Ῥωμαίων ἐνοικισάμενος ἔφθη (Πύλαι ταύτῃ τὸ ὄνομα), καὶ πρέσβεσιν ἐκ τοῦ σουλτὰν ἀφικομένοις ἐνταῦθά που χρηματίσας, ἐπειδὴ μηδὲν ὑγιὲς αὐτοὺς ἀπαγγέλλοντας ἔγνω, αὐτοὺς μὲν ἀπεπέμψατο ἀπειλησάμενος, ὅτι γε μὴ κατὰ γνώμην αὐτῷ ποιούντων οὐκ εἰς μακρὰν ἡ Ῥωμαίων τῆς σφετέρας καταδραμεῖται ἵππος καὶ λῃσονται πάντα πολλῷ μᾶλλον ἢ νῦν. Ὁ δὲ ἐπ' ὀλίγον τῇ Αὐγούστῃ συνδιατρίψας χρόνον, εἶτα ἐκεῖθεν μεταβὰς (εἶχε γὰρ αὐτὸν χωρίον τηνικάδε ἐς τὴν περαίαν διαβάντα Ῥιτζίον πρὸς τῶν ἐγχωρίων κεκλημένον), ἐπὶ τὴν ἀντίπορθμον ἦλθεν, ἐκεῖθέν τε ὁδῷ προϊὼν διὰ τῶν ἀγχιάλων πόλεων ἐπὶ τὴν Φιλαδέλφου καταλαμβάνει, ὅθεν συσκευασάμενος ἐμβάλλει τῇ Περσικῇ. Οἱ μέντοι πρέσβεις διὰ τῶν Δορυλαίου πεδιάδων ἰόντες, ἀγνῶτές τε διὰ τοῦτο τὸ παράπαν τοῦ βασιλέως ἐπὶ τὴν αὐτῶν ἦσαν ὁρμήν, καὶ τοῖς Βυζαντίου προαστείοις διατριβὴν αὐτὸν ποιεῖσθαι ἰσχυρίζοντο. Ὅθεν καὶ τῆς Ῥωμαίων ἐφόδου παντοχόθεν διαγγελλομένης, Πέρσαι τὰ πρῶτα κομιδῇ ἄπιστον εἶναι τὸ πρᾶγμα ἡγοῦντο, ἐπεὶ δὲ αὐτοπτησάντων ἤδη πολλῶν ἤκουσαν, τότε δὴ πανστρατιὰ κινηθέντες ὑπαντιάσειν ἠπείγοντο. Ἐπ' οὐδενὶ γὰρ οὕτω παθαίνεται βάρβαρος ὡς ἐπὶ χρημάτων ἢ κτημάτων ἀποβολῇ. Βασιλεὺς δὲ ἔτι μηδέπω γνῶναι Πέρσας τὰ πρασσόμενα οἰηθείς, τὸ μὲν ἄλλο Ῥωμαίων στράτευμα πρόσω ἐπὶ διαρπαγῇ ἔπεμψεν, ὁ δὲ κατόπιν σὺν ὀλίγοις ἐχώρει. Ὅθεν καὶ Πέρσας κεκινῆσθαι ἤδη παμπληθεῖ [P. 114] ἀκούσαντες Ῥωμαῖοι, συνεταράχθησαν μὲν ὡς τὸ εἰκὸς, ἄλλως τε καὶ βασιλέως μὴ συμπαρόντος αὐτοῖς, ὡς δὲ ἤδη ἀνεμίγνυτο τούτοις καὶ αὐτός· ἔγνω γὰρ τὴν Περσῶν ἔφοδον, ἀναθαρσήσαντες λοιπὸν συντονώτερον ἐπορεύοντο. Ἐπεὶ δὲ ὀψὲ τῆς ἡμέρας ἦν, τῶν ἵππων ἀποβάντες τοῖς τε ἵπποις φορβὴν κατὰ τὸ ἔθος ἐδίδουν καὶ πρὸς βραχὺ διαναπαυσάμενοι, νυκτὸς ἤδη ἐπιλαβο-

A Verum ut tandem quid rei esset animadvertunt, mutuam sibi invicem objicientes ignaviam, derepente se convertunt principique sese opponunt. Neque tamen alacres ivere in pugnam, impetum retundente adhuc metu : cumque pharetras suas exhaurirent, nihilo minus ille, repulsis clypeo undique vibratis telis, corpus inviolatum servavit. Erat vero apud Persas vir animo præcellens manuque impiger, qui ubi neminem ex omnibus cum imperatore ad certamen descendere perspexit, ira effervescens, arrepto de popularis cujusdam manibus gladio, ad eum percutiendum irruit. Sed princeps crinibus prehensum hominem trahit, atque una **194** cum tribus aliis, viris et ipsis magnanimis, abduxit. Id ubi viderunt cæteri, nec se esse resistendo pares, fugam confestim iniere. Ille autem cum dictis captivis in castra reversus est; cumque hiemem acerrimam videret jamjam imminere, Byzantium rediit.

23. Sed mox in oppidum illud Bithyniæ pervenit, quod deductis Philomelio Romanis captivis inhabitandum concesserat, cui Pylæ nomen. Ibi convenere missi ab sultano legati, quos, ut nihil sani ab iis afferri vidit, domum remisit, additis minis, nisi facerent ea quæ ipse vellet, brevi equitatum Romanum incursaturum illorum agros, et multo hostilius quam nunc omnia depopulaturum. Tum aliquandiu apud Augustam moratus (transgressum enim fretum substiterat in loco, quem Ritzium vocant indigenæ), inde in adversam ripam trajecit. Hinc facto per maritimas civitates itinere, pervenit Philadelphiam, ex qua rebus omnibus rite comparatis Persidem invasit. Interea proficiscentes per Dorylæi campos legati, imperatorem in agros suos irruptionem fecisse prorsus ignari, illum in vicinis Byzantio prædiis versari affirmabant. Unde cum Romanorum undique nuntiaretur irruptio, rem primo incredibilem esse omnino credebant Persæ. Sed ubi a plurimis conspectos esse intellexerunt, tum vero festinarunt cum universis copiis occurrere. **195** Nulla enim re alia æque commovetur Barbarus ac suarum rerum et possessionum amissione. Imperator autem haudquaquam adhuc scire Persas quæ agebantur ratus, aliquot Romanorum copias ad prædam faciendam præmittit, ipseque a tergo cum paucis subsequitur. Verum ut audivere Romani adventare Persas cum numeroso exercitu, continuo illos invasit pavor, eo magis quod ab iis abesset princeps. Sed postquam ille, intellecto Persarum adventu, ad eos accessit, collectis animis majori cum contentione deinceps progrediebantur. Cum jam adveperasceret, ex equis desilientes pabulumque iis de more præbentes paulisper quievere : deinde ut nox ipsa advenit, præeuntibus laternis, iter fecerunt. In hunc autem modum confectæ sunt ejusmodi laternæ. Quadrilaterum quid in orbi formam ferro elaborant, quod circumambiunt distinctæ per intervalla rectæ

virgulæ, in inferiori sui parte latiores et sensim desinentes in acutum. A medio cubo exsurgentem aliam virgulam ferream statuunt, non quidem cæteris similem, sed primo spissiorem ac crassiorem, in acutum perinde paulatim desinentem. Virgulas deinde quæ cubum ambiunt circulis revincientes lychnuchum veluti conficiunt, quem hastarum cuspidibus appendunt. Tum linea quædam texta in longitudinem discissa suillo sevo inuncta ac diligenter contorta unicuique eminentium et in acumen desinentium ferrearum virgarum affigunt, quibus accensis magnum **196** adeo lumen inde diffunditur, ut arte quasi confecta dies exercitibus videatur. De laternis quidem hæc sufficiant. Cæterum cum Romanorum copiæ, gravi delapsa nive, et contectis ubique itineribus, longe ea qua insistendum erat via aberrassent, in periculosa et incommoda incidissent loca, nisi errore statim cognito imperator, arreptaque laterna hac illac circumiens invehisset viam, et in proximam regionem exercitum feliciter perduxisset. Postquam inde ad locum, Sarapata Mylonis ab incolis appellatum, accessit, ex eo cœpit excursiones facere; cujus rei vulgata ubique fama, cum ad terræ istius principem, nomine Solymanum, pervenisset, adduci vix ille potuit, ut dictis fidem præstaret. Unde Pupacem cognatum, qui tum sibi aderat, et in imperatoris conspectum sæpius venerat, misit, ut proxime accedens ad Romanos, num ipse adesset imperator, quantum fieri posset disquireret. Pupaces igitur, illo statim agnito, ex equo desiliit, et humillime cum allocutus est. Qui ubi didicit quis esset, et quorsum esset missus: « Hæc inquit, Solymano nuntiabis: cum quisnam ille sit qui Persidem depopulatur percontaris, perinde facis ac si conflagrante domo tua, quomodo ignem exstinguas **197** nihil sollicitus, quis in ædes immiserit curiosius inquireres. Noli igitur in posterum ignorantia malum pavorem quasi velo contegere. Ignorantiæ enim simulatio, quando cum ratione non est conjuncta, nequaquam illum, qui ea utitur, a probro solet liberare. Id potissimum principis et imperatoris munus est, pro patria discrimen subire et momenta rerum agendarum ponderare: quæ si non ille apprehenderit, jam perdidit omnia. Sed et alias in te locum non habet simulatio. En agnoscis et satis conjectas, quis sit qui Persas castigat: quodsi adhuc libet decernere ac'e, nihil impedio. » His dictis Pupacem dimisit: ac deinde obviis quibusque vastatis et consumptis retro cessit, rem aggressus, priusquam illa perageretur, prorsus incredibilem. Aiunt enim haud amplius sexaginta bellatoribus aciem istam fuisse conflatam. Tum vero summam in discrimen adductæ Romanorum res præter opinionem servatæ sunt. Persæ siquidem ingenti multitudine ex eo tempore congregati, loca idonea

A μένης, ἅραντες ὑπὸ λαμπτῆρσι τὸν δρόμον ἐποιοῦντο. Ἔστι δὲ τὸ τῶν λαμπτήρων χρῆμα τοιοῦτον. Κύβον τινὰ σιδήρου πεποιημένον ὀρθὰς τούτῳ ἐναρμόζουσι κατὰ διέχειάν τινας ἐκ πλατέος ἠρέμα πρὸς ὀξὺ ληγούσας ἀεί· κατὰ μέσον μέντοι τὸν κύβον ἑτέραν ἱστᾶσι σιδηρᾶν καὶ ταύτην, οὐ μέντοι κατὰ τὰς ἄλλας, ἀλλὰ παχεῖαν μὲν τὸ πρῶτον ὀξεῖαν δέ πως κατὰ βραχὺ γινομένην· ζωστῆρσί τέ τισι τὰς κύκλῳ περιλαβόντες οἷόν τινα λυχνοῦχον ἀποτελοῦσιν ἐπί τε δορατίων ἐντιθέασιν ἄκρων· εἶτα λίνεά τινα ὕφη κατὰ μῆκος διελόντες ὑατείῳ περιδεύουσι στέατι, ἐλίξαντές τε ἐπιμελῶς ἑκάστῳ τῶν ὀξὺ ληγόντων περιπείρουσιν αὐτὰ σιδηρίων, πυρί τε καιομένων μυρίον τι σέλας ἐκεῖθεν ἐκπίπτειν ποιοῦσιν, ὡς χειροποιήτόν τινα ἡμέραν ἐντεῦθεν σχεδιάζεσθαι τοῖς στρατεύμασι. Περὶ μὲν τῶν λαμπτήρων τοσαῦτα εἰρήσθω· ὁ δὲ Ῥωμαίων στρατὸς, χιόνος κατενεχθείσης σφοδρᾶς τῶν ὁδῶν τε παντάπασιν ἠφανισμένων, ἐπὶ πλεῖστον τῆς ἐφ' ἣν ἐφέρετο ἀποπλανηθεὶς μικροῦ καὶ εἰς ὀλεθρίους ἂν καὶ κινδυνώδεις διεξέπεσε χώρους, εἰ μὴ ταχὺ τῆς πλάνης αἰσθόμενος βασιλεὺς λαμπτῆρά τε εἵλετο, καὶ ἔνθα καὶ ἔνθα περιελθὼν ἀνέγνω τε τὴν πορείαν καὶ ἐπὶ τὴν προκειμένην τὸ στράτευμα εὐώδωσεν. Ἐπὶ χῶρόν τέ τινα Σαράπατα Μύλωνος πρὸς τῶν ἐγχωρίων ὠνομασμένον ἐλθὼν ἐκεῖθεν λοιπὸν προνομεύειν ἤρξατο. Τῆς οὖν φήμης ἁπανταχῆ διαδραμούσης πυθόμενος ὁ τὴν τῆς γῆς ἐκείνης σατραπίαν διέπων (ὄνομα αὐτῷ Σολυμᾶς (45)), ὤκνει καὶ εἰσέτι πιστεύειν τοῖς λεγομένοις. Ὅθεν καὶ Πουπάκην (46) ἀδελφιδοῦν αὐτῷ τυγχάνοντα βασιλεῖ δὴ πολλάκις εἰς ὄψιν ἐλθόντα, πέμψας ἐκέλευεν ἐγγιστα τοῦ Ῥωμαίων γεγονότα στρατοῦ ὅπη δυνατὸν τὸν βασιλέα περισκοπεῖν. Ὁ τοίνυν Πουπάκης τὴν πρώτην τὸν βασιλέα διαγνοὺς ἀπέβαινέ τε τοῦ ἵππου καὶ δουλικῶς αὐτῷ προσελάλει. Ὁ δὲ ὅστις τε εἴη καὶ παρ' ὅτου πεμφθείη μαθών· « Τάδε τῷ Σολυμᾷ, ἔφη, ἀγγελεῖς. Ὁμοιόν τι ποιεῖς τίς ποτέ ἐστιν ὁ τὰ Περσῶν λῃζόμενος μαθεῖν ἐπιζητῶν, ὥσπερ ἂν εἰ καὶ πυρὸς ἐπὶ τὴν σὴν ἀναφλεγέντος οἰκίαν, τοῦ μὲν ὅπως ἂν αὐτοῦ περιγένοιο λόγον ἐποιήσω οὐδένα, τὸ δὲ ὅθεν τε τὴν ἀρχὴν ἔσχε καὶ παρ' ὅτου ἀναφθείη ἐπιμελῶς ἀνηρεύνας. Μὴ τοίνυν ὡ, ὑπὸ παραπετάσματι [P. 115] τῇ ὄθεν ἀγνοίᾳ τὸ τῆς δειλίας περικαλύπτειν θέλε κακόν. Ἀγνοίας γὰρ προσποίησις, ὁπότε μὴ κατὰ λόγον γένοιτο, οὐδαμῶς ἐξαιρεῖσθαι μέμψεως τὸν χρώμενον πέφυκεν. Ἓν ἄριστον ὁ τῆς στρατηγίας οἶδε λόγος προκινδυνεῦον πατρίδος ῥοπῇ τὰ πράγματα ταλαντεύειν. Κἂν τις οὐκ ἐπιδράξοιτο ταύτης, ἀπολώλεκεν ἤδη τὸ πᾶν. Σοὶ δὲ καὶ ἄλλως οὐκ ἔτι χώραν ἡ σκῆψις ἔχει. Ἔγνως, ἰδοὺ, συνεβάλου τὸν Πέρσας μαστίζοντα· κἂν ἀντιτάξασθαι θελήσῃς, λόγος οὐδείς. » Ταῦτ' εἰπὼν αὐτὸν μὲν ἀπεπέμψατο, τὰ ἐν ποσὶ δὲ δῃώσας καὶ ἀφανισμῷ παραδοὺς παλινῳδίας ἥπτετο, πρᾶγμα

Du Cangii notæ.

(45) *Σολυμᾶς*. Inter Iconiensis sultani proceres primatum obtinens, ὁ τῶν παρὰ τῷ σουλτάνῳ τὰ *μέγιστα δυναμένων κορυφαιότατος*. Nicetas, l. III, n. 6.

(46) *Πουπάκην*. Qui alias in castris Manuelis meruerat. Cinnamus p. 48 et 50.

πρὶν γενέσθαι ἀπιστούμενον. Λέγεται γὰρ οὐ πλείους A τῶν ἑξήκοντα τὴν στρατιὰν ἐκείνην εἶναι ἀνδρῶν μαχητῶν, ὅτε δὴ τὰ Ῥωμαίων ἐπὶ μεγάλῳ γεγονότα κινδύνῳ παραδόξως ἐρρύσθη. Πέρσαι γὰρ εἰς μυριάδας τὸ ἀπὸ τοῦδε συλλεγέντες τοὺς ἐπικαίρους τῶν τόπων κατέσχον, ἔνθα γεγονότων Ῥωμαίων μάχη ῥήγνυται ἰσχυρά· καὶ Πέρσαι μὲν ἐξ ὑπερδεξίων βάλλοντες Ῥωμαίους ἔθλιβον, οἱ δὲ ὑπ' ἀνάγκης ἐν χρῷ ἀλλήλοις ἀεὶ συνιόντες ἀνεπίμνηστοι παντάπασιν ἀρετῆς ἦσαν, τῆς τοῦ χώρου φύσεως οὐδὲ ὅσον τὰ εἰς τὴν πορείαν ἱκανῆς σύτοῖς οὔσης. Ἤδη δὲ καὶ περὶ αὐτὸν βασιλέα τὸ δεινὸν ἐφειστήκει. Τῶν γὰρ παρασπιζόντων αὐτῷ τινες ἀπορρέειν ἤρξαντο. Ὁ δὲ καίτοι ἐν τῷδε κακοῦ γεγονὼς τοῦ συνήθους ὅμως οὐ καθυφίει λήματος, ἀλλὰ καὶ τὸν γαμβρὸν αὐτῷ προτιόντα Ἰωάννην, οὗ πολλάκις ἐμνήσθην, τὴν ἀσπίδα B τε προβάλλειν αὐτῷ προτεθυμημένον (ἔτυχε γὰρ ὁπλοφορίας ἄνευ τὸ τηνικαῦτα ὤν) ἀπεπέμψατο, ἀμήχανον εἶναι εἰπὼν ἀσπίδα μίαν δυεῖν καλῶς προασπίζειν σωμάτοιν. Ἐν τηλικαύτῃ δυσχερείᾳ τὸν χῶρον ἐκεῖνον διελθόντες Ῥωμαῖοι, ἐπειδήπερ ἐν εὐρυτέροις ἤδη ἐγένοντο, ἵππων τε ἀρετὴν καὶ ῥώμην ἀνδρῶν ἐλέγξαι δυναμένοις, τὴν ἐνυάλιον ἠχὴν ἀλαλάξαντες κατὰ τῶν πολεμίων τὰς αἰχμὰς ἔθυναν, τρεψάμενοί τε πολλοὺς ἔκτειναν καὶ πᾶσαν ἣν ἐπήγοντο λείαν ἀνειληφότες ἀνεχώρησαν. Ὅτε δὴ πολλῶν ἀνδραγαθησαμένων πάντας βασιλεὺς ὑπερῆρεν. Οὔτε γὰρ οὐδεὶς πρότερος αὐτοῦ τοῖς ἐχθροῖς ξυνεπλάκη, καὶ τηλικούτων οὐδεὶς αὐτόχειρ γέγονεν ἀριστείων. Ταῦτα κατωρθωκὼς βασιλεὺς ἐπὶ Βυζάντιον ἦλθε.

insederant : quo cum advenissent Romani, validum inter illos concitatum est certamen. Sed missis ex editiori loco telis gravius affecti Romani, in unum semper ac velut testudine coibant, cum ad id necessitas cogeret, pristinæ autem audaciæ prorsus immemores, cum ulterius progrediendi facultatem loci natura minus idonea iis denegaret. Jam tota prælii moles in imperatorem incubuit : plerique enim ex comitibus recesserant. Verum ille tanto discrimini objectus, neutiquam a pristina fortitudine **198** deflexit. Sed et accedentem affinem Joannem, cujus non semel meminimus, clypeum illi obtendere volentem (nam et tum inermis erat) remisit, fieri non posse inquiens, ut bina corpora unicus bene protegeret clypeus. In ejusmodi angustiis, locum istum emensi Romani, postquam ad patentiores campos pervenere, in quibus et equorum virtus et bellatorum robur cognosci possent, sublato tum demum bellico clamore, directisque in hostes hastarum cuspidibus, plurimos fugant ac cædunt, ac recepta omni quam abstulerant præda revertuntur. Quo quidem in certamine etsi haud pauci præclare se gesserunt, præ cæteris tamen emicuit imperatoris magnanimitas. Nemo enim illo prior invasit hostes, totque egregia manu facinora edidit. Iis prospere tandem confectis Byzantium revertitur.

αδ'. Πέρσαι δὲ ὧδινον τοῖς συμπεσοῦσι καὶ ἀντιλυπήσειν Ῥωμαίους διενοοῦντο, καιροῦ τε λαβόμενοι, Φιλητάν τε πόλιν ἑῴαν διήρπασαν καὶ τὴν πρὸς τῇ μικρᾷ Φρυγίᾳ Λαοδίκειαν ἀδόκητοι [P. 116] ἐπελθόντες κακῶς διέθεντο, πολλοὺς τῶν ἐγχωρίων στόματι μαχαίρας ἤδηδὸν παραπέμψαντες, οὓς δὲ καὶ ἀνδραποδισάμενοι, πολύ τι καὶ οὐκ εὐαρίθμητον πλῆθος. Ταῦτα πυθόμενος βασιλεὺς ἠσχάλλε μὲν καὶ ἐδυσφόρει, καὶ εἴ γε δυνατὸν ἦν εὐθυωρὶν ἐπὶ τὴν Ἀσίαν διαβῆναι ἤθελε, πρὸ; Ἰκονίῳ ἐνστρατοπεδευσόμενος· ἐπεὶ δὲ τοῦτο καιροῦ τε χρῄζειν ἔγνω τηλικούτου; ἐπιβάλλοντος ἔργοις καὶ μείζονος ἢ πρότερον πολέμου παρασκευῆς, τοῦτο μὲν ὑπερίθετο, δυνάμεις δὲ πανταχόθεν ἀθροίζειν διανοηθεὶς Ἰωάννην μὲν τὸν Κοντοστέφανον ἐπὶ Παλαιστίνης ἔπεμψε, Βαλδουΐνῳ τε τῷ ῥηγὶ ἐντευξόμενον καὶ δυνάμεις ἃς αὐτὸς βασιλεῖ δεῖσαν διδόναι ἐπὶ συμμαχίᾳ διωμολόγηκε, ταύτας δὴ, πρὸς δὲ καὶ μισθοφορικὴν ἐκεῖθεν ἄξοντα χεῖρα· Ῥενάλδῳ δὲ τῷ Ἀντιοχείας πρίγκιπι σὺν δυνάμεσι ταῖς περὶ αὐτὸν τὴν ταχίστην ἐκέλευεν ἰέναι, πρὸς δὲ καὶ τοὺς Ἀρμενίων τότε ἡγεμονεύοντας, Τορόσιν καὶ Τιγράνην, Χρυσάφιόν τε ἄνδρα Κίλικα καὶ οὓς κοκκοβασιλείους ἐκάλουν, στρατιωτικῶν μὲν καὶ τούτους ἐξάρχοντας δυνάμεων, ἐθελοδούλους δὲ ἐκ μακροῦ βασιλεῖ προσκεχωρηκότας. Ἐκ μὲν δὴ ἑῴας τηλικαύτην ἤθροιζε χεῖρα, ἐξ ἑσπέρας δὲ Λιγούρους τε ἦγεν ἱππέας καὶ τὸν Δαλματίας μετεπέμπετο ἀρχιζουπάνον δυνάμεσιν ἅμα ταῖς ὑπ' αὐτὸν, Σκύθας τε καὶ τῶν ἀμφὶ τῷ Ταύρῳ ἱδρυμένων ἐθνῶν ἐμισθοῦτο πολλά. Οὐ μὴν ἄχρι καὶ

24. At cum Persæ non modice ex iis quæ acciderant dolerent, vicissim Romanos ulcisci statuerunt. Captata itaque occasione Philetam, urbem in Oriente, diripiunt. Hinc Laodiceam in Phrygia minore ex improviso aggressi tractant acerbius, plurimis incolis gladio per omnem detruncatis pubem, innumeraque multitudine in captivitatem abducta. Ea ut rescivit imperator, indignatus est remque ægre tulit : adeo ut, si id potuisset fieri, trajecisset illico in Asiam et ad Iconium castra posuisset. Verum ubi opportunitate **199** sibi opus esse vidit tantis rebus favente et longe majore quam antea belli apparatu, id omisit. Cum vero copias undique colligere decrevisset, Joannem Contostephanum in Palæstinam misit, eique præcepit ut Balduinum regem conveniret et copias, quas ille si necesse foret submissurum se imperatori in auxilium pollicitus fuerat, insuper etiam stipendiarias alias adduceret. Renaldum vero principem Antiochenum cum iis, quas tum habebat, copiis advenire confestim jussit. Denique Torosum et Tigranem ac Chrysaphium virum Cilicenum, et quos Coccobasilios vocant, qui militaribus copiis et ipsi præerant, ac sese jam pridem clientelari jure imperatoris imperio ultro submiserant. Ex Oriente quidem hasce contraxit copias. At ex Occidente Ligures equites evocavit, et Dalmatiæ Archizupanum accersivit, cum iis quas habebat viribus : Scythasque et ex gentibus quæ Tauro vicinas regiones incolunt, plurimas conduxit. Neque in ejuscemodi bellico apparatu

D ἔσχε· ταφρείᾳ γὰρ τὴν σκηνὴν αὐτῷ περισχὼν κατὰ τὸν ἐν τοῖς χαρακώμασι νόμον ἐτήρει, ὡς ἀπ' ἐκείνου λοιπὸν Δεσὲ χάρακα τὸν τόπον ὀνομασθῆναι (οὕτω γὰρ τὴν ταφρείαν ἰδιωτίζοντες ὀνομάζουσιν οἱ πολλοί)· ὀλίγῳ δ' ὕστερον ἐς Βυζάντιον πέμψας ἐμφρουρον ἐν παλατίῳ κατεστήσατο. Ταῦτα μὲν τῇδε ἐγένετο, βασιλεὺς δὲ τοῖς ἐκ τῶν Παιόνων ἀφικομένοις χρηματίσας πρέσβεσιν, ἐπειδὴ μηδὲν ὑγιὲς αὐτοὺς ἀπαγγέλλοντας ἔγνω, ἐκέλευεν εὐθυωρὸν τοῦ Ῥωμαϊκοῦ ἀπαλλαγέντας στρατοπέδου τὴν αὐτὴν αὖθις πορεύεσθαι. Οἱ μὲν οὖν ἀπῆσαν, ὁ δὲ ἐπὶ Βελέγραδα πόλιν ἐλθὼν ἐνταῦθα ηὐλίσατο, ἣν, καθάπερ εἴρηται, Ζεύγμινον καθελὼν ὁ Ῥωμαίων ἐδεί-

Du Cangii notæ.

(67) *Ἐν τῷ ἀσφαλεῖ*. Bellum hoc Servicum prosequitur etiam Nicetas, l. IV, n. 4.

ματο στρατὸς, συναιρομένους τῶν πόνων καὶ Οὔννων πολλοὺς ἔχοντες. Παίγνιον δὴ τοῦτο τύχης τὰ ἀνθρώπεια διαχλευαζούσης ἀεὶ πράγματα· κἂν γὰρ ἐπεγελάσῃ τις τοὺς πάλαι καθαιρεθέντας δομήτορας αὖθις αἰχιστὰς καθορῶν. Ἐκ τούτων οἶμαι τὸ τύχης ὄνομα πολὺ παρὰ τοὺς ἀνθρώπους ἐρρύη. Τῶν γὰρ τῆς Προνοίας ἔργων ταῖς λόγοις ἐφιστάνειν οὐκ ἔχοντες, ἐκ τοῦ σφίσιν εἶναι δοκοῦντας, τῇ τύχῃ τὰς τῶν πράγμάτων διδοῦσιν ἐκβάσεις. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὡς πῃ φίλον ἑκάστῳ νομιζέσθω τε καὶ λεγέσθω, ὁ δὲ λόγος ἐχέσθω τῶν προτεθέντων. Ἐπειδήπερ ὁ βασιλεὺς ἐνταῦθα ἐγένετο, γνοὺς ἀμήχανα εἶναι λοιπὸν Στέφανον γῆς ἄρξειν τῆς Οὔννων (ἦδη γὰρ Στέφανον αὖθις [P. 125] τὸν Ἰατζᾶ κατεστήσαντο φέροντες), ἑτέραν ἐτράπετο. Οὐννικῆς γὰρ δυνάμει τῇ πάσῃ, καθάπερ εἴρηται, μεταποιεῖσθαι ἤθελεν ἐν μεταιχμίῳ τῶν Ἑσπερίων κειμένης ἐθνῶν. Βελᾶν τοίνυν ὃς μετὰ Στέφανον τῷ Ἰατζᾷ παῖς ἦν, Μαρίᾳ τῇ αὐτοῦ θυγατρὶ συνάψαι πρὸς γάμον διενοήθη. Γεώργιον μὲν οὖν ὃς ἑταιρείας τῷ τότε ἡγεῖτο τῆς βασιλικῆς, Παλαιολόγον μὲν γένος, ἐς δὲ τὸν τῶν σεβαστῶν ἀναβεβηκότα ὄγκον, ἐπὶ Οὐννικὴν πέμψας δοκιμάζειν ἐκέλευε περὶ τοῦ κήδους· ὁ δὲ τὴν ἐς Βυζάντιον αὖθις ἐστείλατο. Οὖννοι δὲ τῷ Παλαιολόγῳ κοινολογησάμενοι Βελᾶν τε φέροντες ἔδοσαν αὐτῷ καὶ χώραν, ἣν ὁ πατὴρ αὐτῷ περιὼν ἀπεδάσατο, ἄσμενοι ἐκληροῦντο. Ὁ τοίνυν Παλαιολόγος παραλαβὼν αὐτὸν σὺν ὁμολογίαις αἷς εἴρηται ἐν Βυζαντίῳ παρεγένετο. Καὶ τὸ ἐντεῦθεν τῶν ἐπὶ τῷ κήδει βασιλεὺς ἐφρόντιζεν, ὅ τε παῖς Ἀλέξιος ἦδη μετωνομάσθη καὶ δεσπότης (68) ἀνεδοήθη.

ς'. Ἡ μὲν οὖν ἐπὶ Βυζάντιον ἄφιξις τῷ Βελᾶν ταύτην ἔσχεν ἀρχήν. βασιλεὺς δὲ τὰ κατὰ τὴν Ἑσπέραν ἤδη καλῶς ἔχειν ὑπολαβὼν ἐπὶ τὴν Ἀσίαν λοιπὸν ἔβλεψε, καὶ πρότερον μὲν τοῖς συμπεσοῦσιν εἰς τοῦτο κεκινημένος, πρὸς δὲ τῶν ἑσπερίων ἐκεῖθεν ἑλκόμενος πραγμάτων. Νουραδὶν γὰρ ὃς τῆς κατὰ Συρίαν ἦρχε Βερρόης καὶ Δαμασκοῦ, πόλεων ἄμφω περιφανῶν, τῆς τύχης εὐμενὲς ἐμβλεψάσης αὐτῷ, καὶ ἄλλων τε πόλεων ἦρξε πολλῶν αἳ τῶν Εὐφράτου πίνουσι ναμάτων, καὶ χωρῶν οὔτι εὐκαταφρονήτων περιγέγονε συχνῶν, πολλοῖς τε τῶν τῇδε σατραπῶν εἰς χεῖρας ἐλθὼν οὓς μὲν δορυαλώτους ἔσχεν, ἐν οἷς καὶ Ἰατζουλῖνος (69), ὁ Ἐδέσσης ἡγεμονεύων, οὓς δὲ καὶ πολέμῳ ἀπεκτονὼς ἔτυχε. Ῥαϊμοῦνδον δὴ τὸν ἐκ Πετούης, οὗπερ ἱκανῶς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐπεμνήσθημεν λόγοις, ἄνδρα ἰσχύι καὶ ῥώμῃ κατὰ τοὺς θρυλλουμένους ἐκείνους Ἡρα-

possunt, dum præter opinionem videntur accidere, earum exitus fortunæ adscribunt. Sed de his prout cuique libitum fuerit censeat, scribatve: nos autem ad institutum redeamus. Cum igitur eo pervenisset imperator, fierique haud posse agnovisset, ut Stephanus Hungariæ regnum adipisceretur (Stephanum quippe Geizæ filium iterum restituerant Hungari), alio se convertit. Hungariam enim, uti dictum est, in medio Occidentalium nationum positam sibi comparare totis viribus satagebat. Quapropter Belam, **215** qui post Stephanum Geizæ filius erat, Mariæ filiæ suæ matrimonio jungere constituit. Georgium igitur, cohortis imperatoriæ tunc temporis præfectum, gente Palæologum atque sebasti auctum dignitate, in Hungariam misit, quo de hac jucunda affinitate sermones ingereret: ipse vero Byzantium rursum rediit. Hungari, colloquio cum Palæologo habito, et Belam ipsi tradiderunt et regionem, quam superstes adhuc pater illi assignaverat, libentes in hæredii sortem concesserunt. Eo itaque accepto Palæologus quibus dictum est conditionibus Byzantium reversus est. Deinceps autem quæ ad affinitatem istam conficiendam necessaria erant curavit imperator, atque puero in primis, mutato nomine, Alexii nomen indidit, eumque despotæ dignitate donavit.

6. Tale quidem Belæ in urbem adventus initium habuit. Rebus in Occidente rite compositis, ad Asiaticas animum admovit imperator, iis quæ prius acciderant ad id permotus, sed ob res Occidentales inde avocatus. Nuradinus quippe, qui in Syria Berrhœæ et Damasco, præclaris utrisque civitatibus, aliisque urbibus quam plurimis, quæ circa Euphratem sitæ sunt, ita illi arridente fortuna, imperabat, loca varia haud contemnenda expugnaverat, multosque ibi satrapas bello aggressus, alios quidem captivos tenebat, in quibus erat Josselinus Edessæ princeps: alios vero in præliis obtruncaverat, **216** quos inter fuit Raimundus Pictavinus, cujus in prioribus libris abunde meminimus, vir animo et fortitudine prisci illi Herculi par, et Balduinus Marasiæ dominus. Progressus autem manus etiam conseruit cum Constantino Ciliciæ duce, quem Calamanum juvenem voca-

Du Cangii notæ.

(68) *Δεσπότης*. Despotarum appellatio, quæ solius imperatoris Byzantini primum fuit, ut apud Latinos seu Romanos Augustos domini, quam tamen Augustum et Tiberium respuisse testatur Suetonius, in peculiarem palatii dignitatem postea transiit. Hanc primus, ni fallor, induxit Michael Calaphates, qui, ut scribit Zonaras, avunculum despótην renuntiavit. Cæteri deinceps qui subsecuti sunt imperatores non tam præcipuos aulæ suæ proceres quam affines et consanguineos et proxima necessitudine conjunctos eadem donarunt, quibus imperatorii apicis culmen et dignitatem hac ratione iis quodammodo communicabant, cum imperatores ipsi hac sola despotarum appellatione in suis quos cudebant nummis vellent insigniri, ut ex Alexii et Manuelis nummis aureis quos in notis ad Alexiadem descripsimus colligitur. Sic Manuel Belam Hungarum et Alexius Angelus Theodorum Lascarim et Alexium Palæologum [P 403] filiarum suarum maritos despotica appellatione ornarunt, qua sub Palæologis passim legere est insignitos imperatorum filios aut fratres. Quæ vero fuerint ejusce dignitatis insignia docet præter Codinum Pachymeres, l. IV, c. ult. et l. V, c. 1.

(69) *Ἰατζουλῖνος*. De Josselini comitis Edessani captivitate et morte consulendi Tyrius, l. XVI, c. 14 et seq., Sanutus, auctor M. Chron. Belgici, etc.

A baut, egregiæ formæ viro, et in re militari admodum strenuo. Verum ille cum ab adolescente primum omnino fuisset superatus, in gravissimas calamitates incidit. Deinde sorte aliqua Renaldum Antiochiæ principem, necnon et Tripolitanum in Phœnicia comitem cepit. Sed enim Constantinus, hac adepta victoria, continere se non potuit, et inconsiderata quadam abreptus audacia victosque temere insecutus, et ipse captus est resque Romanas perdidit. Nuradinus vero ut Torosum perinde superavit, Antiochiæ mox invadendæ spem animo volvebat. Ea igitur propter imperator iis casibus indignatus in Asiam statuit transire, captataque ad id occasione totus in id consilii incubuit. Sed obstitere allati rursum ex Occidente rumores: novus quippe Hungariæ rex hæreditarias Belæ possessiones iterum invasit, fœderibus aperte violatis. Quin et Stephanus, quem paulo ante regno ejecerant Hungari, per Anchialum civitatem Hungariam ingressus, illud recuperare meditabatur. Verum temeritate potius quam prudentia rem aggressus, a proposito aberravit. Statim enim atque eum nonnullos Hungaros in suas partes adduxisse accepit **217** Stephanus, cum universis copiis in illum profectus est. Quamobrem Imperator in Ciliciam ad oppidorum præsidia idoneo misso exercitu, ipse versus Istrum denuo contendit: Savoque transmisso castra posuit ad Titelium, tum ut Belæ paternam hæreditatem reciperet, tum ut Stephanum præsenti eriperet discrimini. Quippe jam illius imminutæ erant vires, summisque premebatur angustiis, Hungaris, qui cum eo erant, ad regem undique deficientibus. Itaque Andronico Contostephani filio, qui magni ducis dignitatem brevi post obtinuit, cum copiis misso, Stephanum quidem periculo exemit: ipse vero, motis ab Titelio castris, cum universo exercitu ulterius perrexit. Regni enim invasor Stephanus, cum viribus longe impar cum imperatore congredi non auderet, primum quidem cum iis quæ aderant copiis in ultimos

A κλεῖς, καὶ Βαλδουῖνον (70) τὸν Μαρασίου τότε κρατοῦντα. Προϊὼν δὲ καὶ Κωνσταντίνῳ (71) τῷ τῆς Κιλικίας δουκὶ εἰς μάχην κατέστη, ὃν Καλαμάνον ἐπεκάλουν νεανίαν, τήν τε ὄψιν ἀγαθῷ καὶ δραστηρίῳ τὰ ἐς μάχας. Ἀλλὰ τὸ μὲν πρῶτον ἥττητό τε κατὰ κράτος τοῦ νεανίου καὶ ἀνηκέστοις περιπέπτωκε συμφοραῖς, εἶτα τύχῃ τινὶ αὐτόν τε καὶ Ῥενάλδον (72) τὸν Ἀντιοχείας πρίγκιπα εἷλεν, ἐν οἷς καὶ ὁ τῆς ἐν Φοινίκῃ Τριπόλεως (73) ἡγεμονεύων ἦν. Κωνσταντῖνος γὰρ, ἐπειδὴ τοῦ πολέμου ἐκράτει, οὐκέτι καθεκτὸς ἦν, ἀλλ' ἀλογίστῳ τινὶ τόλμῃ καθυπαχθεὶς ἐς τε τὴν δίωξιν οὐ σὺν ἐπιστήμῃ χωρῶν αὐτός τε ἥλω καὶ τὰ Ῥωμαίων ἔσφηλε πράγματα. Ὁ Νουραδὶν δὲ καὶ Τερόζην (74) μάχῃ νικήσας ἐλπίσιν ᾤχετο [P. 126] ὡς αὐτίκα καὶ τῆς Ἀντιο- B χείας ἐπιβησόμενος. Διὰ ταῦτα μὲν οὖν βασιλεὺς καὶ πρότερον ὤδινεν ἐπὶ τοῖς ξυμπεσοῦσι καὶ ἐπὶ τὴν Ἀσίαν διαβαίνειν διενοεῖτο, τότε δ' οὖν καιροῦ λαβόμενος πασίρροπος ἐς τοῦτο ἐφέρετο. Ἀλλὰ καὶ πάλιν τὰ ἐκ τῆς Ἑσπέρας ἐμποδὼν αὐτῷ ἔστησαν. Ὅ τε γὰρ νέος Παιόνων ῥὴξ (75) τοῦ Βελᾶ καὶ πάλιν ἐπεβάτευε κλήρου καὶ παρεσπόνδει καὶ τότε περιφανέστατα, καὶ Στέφανος, ὃν ἤδη τῆς ἀρχῆς ἀπεώσαντο Οὖννοι, δι' Ἀγχιάλου πόλεως ἐπὶ τὴν Οὐννικὴν ποθὲν παρεισδὺς ἀνακαλεῖσθαι τὴν ἀρχὴν διενοεῖτο. Ἔλαθε δὲ προπετέστερον μᾶλλον ἢ προμηθέστερον τῷ πράγματι ἐπικεχωρηκώς. Ὡς γὰρ πρώτων τῶν Οὔννων ὑποποιεῖσθαί τινας, γνοὺς ὁ Στέφανος πανστρατὶ ἐπ' αὐτὸν ἐφέρετο. Διὰ τοῦτο C βασιλεὺς ἐπὶ Κιλικίαν μὲν στράτευμα τὰ ἐνταῦθα φρουρῆσον ἱκανὸν ἔπεμψεν, ὁ δὲ ἐπὶ τὸν Ἴστρον καὶ πάλιν ἤλαυνε Σάόν τε περαιωσάμενος ἀντικρὺ Τιτελίου (76) τὸ στράτευμα ἔστησε, κατὰ νοῦν ἔχων ὡς Βελᾷ μὲν τὸν κλῆρον ἀνασώσαιτο τὸν πατρῷον, Στέφανον δὲ τῶν παρὰ πόδας ῥύσαιτο δυσχερῶν. Ἤδη γὰρ καὶ ὑπέρρει τὰ τῆς δυνάμεως αὐτῷ, καὶ ἦν ἐν στενῷ κομιδῇ, τῶν σὺν αὐτῷ Οὔννων ἐπὶ τὸν ῥῆγα μετατιθεμένων ἑκάστοτε. Καὶ δὴ καὶ Ἀνδρόνικον τὸν τοῦ Κοντοστεφάνου υἱὸν, ὃς

Du Cangii notæ.

(70) *Βαλδουῖνον*. Non Balduinus modo, cujus supra meminit Cinnamus, a Noradino cæsus fuit, in Edessena videlicet obsidione, sed et Renaldus Balduini filius biennio post vitam amisit eo in prælio contra eumdem Noradinum, in quo Raimundus Antiochenus princeps peremptus est 27 Jun. an. 1148, ut est apud Tyrium, l. XVII, c. 19. R[illegible] cædem refert idem scriptor l. XIV, c. 16.

(71) *Κωνσταντίνῳ*. Redacto in ordinem a Manuele Toroso Armeniæ regulo captisque Tarso, Mamistra, Longinade cæterisque Ciliciæ oppidis, ab imperatore iis præfectus est Calamanus, qui B[illegible] [illegible] ... ad pag. 115, filius diserte dicitur a Tyrio, l. II, c. 61. Hinc *Mamistrensis* [illegible] in epistola Ludovici Franc. reg. et G[illegible] Hierosolym. [illegible] [illegible] in Gest. Dei per Franc. p. 1179 et 1182 [illegible] [illegible] [illegible] apud Willelm. Tyr. arch. l. XIX, c. 9, quibus [illegible] refertur prælium Noradinum inter et nostros initum d. 12 Aug. A. 1165, in quo [illegible] [illegible] Christianorum [illegible] [illegible] captus

Calamanus, quod et hic narratur a Cinnamo.

(72) *Ῥενάλδον*. De accepta a Renaldo Antiocheno principe clade et ut captus fuerit a Megedino Halapiæ sultano, an. 1160 agunt Tyrius, l. XVIII, c. 28: Robertus de Monte, an. 1162; Sanutus, l. III, part. VI, c. 20. Præterea consulendæ D epistolæ principum in Gest. Dei, p. 1176, 1178, 1179, et tom. IV Histor. Franc. p. 689, 692, et 694.

(73) *Τριπόλεως*. Tyrius, l. XIX, c. 9, l. XX, c. 30.

(74) *Τερόζην*. Non et pugnavit in hoc prælio Torosus, quod cum dissuadere esset adorsus, aliorum obtinuit sententia: mox videns hostium prævalere cuneos, nostrorum vero e converso acies corruisse, fuga saluti consulens bellicis se exemit tumultibus. Verba sunt Tyrii.

(75) *Παιόνων ῥήξ*. Vide Nicetam, l. IV, ex quo, et et Cinnamo, historiam suam, sub ea tempora incertam et mancam resarcire possunt Hungari.

(76) *Τιτελίου*. Hodie *Titul* prope confluentes Tissæ et Danubii.

καὶ μέγας ὀλίγῳ ὕστερον ἐχρημάτισε δοὺξ, ἅμα στρατεύματι στείλας Στέφανον μὲν ἀνήρπασε τοῦ κινδύνου, ὁ δὲ ἄρας ἐκ Τιτελίου παντὶ τῷ στρατῷ προσωτέρω ἐχώρει. Ὁ γάρ τοι τῆς ἀρχῆς ἐπιβατεύων Στέφανος, ἐπειδὴ μὴ ἐξ ἀντιπάλου δυνάμεως τῷ βασιλεῖ συμπλακήσεσθαι εἶχε, τὸ μὲν πρῶτον σὺν ταῖς περὶ αὐτὸν δυνάμεσι περί που τὰ τῆς Οὐννικῆς ἔσχατα ἐχώρει· ἔπειτα συμμάχους ἐκεῖθεν ἐπαγόμενος Ῥωμαίοις ἀντιτάξεσθαι ἠπείγετο. Βασιλεὺς δὲ, ἐπί τινα χῶρον Πετρίκιον (77) καλούμενον καταλαβών, ἐνταῦθα ἐσκήνου. Ἔστι δὲ ὁ χῶρος οὗτος τῆς εἰς τὴν ἐνδοτέρω Παιονίαν παρελεύσεως ὅρος ὁ πρῶτος. Ἔνθα γεγονὼς Στεφάνῳ ἔγραψεν ὧδε· « Ἤκομεν, ὦ ἐμὲ παῖ, οὐ πόλεμον Οὔννοις ἄγοντες, ἀλλὰ Βελᾷ τε ἀδελφῷ τῷ σῷ τὴν χώραν ἀνασωσόμενοι, ἣν οὐ δυναστείᾳ τῇ ἡμῶν παρασπάσαντες εἴχομεν, ἀλλὰ σύ τε ἔδως καὶ πατὴρ ὁ ὑμῶν πολλῷ ἤδη πρότερον. Καὶ Στέφανον δὲ τὸν σὸν τοῦ κινδύνου ἐξαιρησόμενοι θεῖον, γαμβρὸν ἤδη καὶ αὐτὸν κράτει γεγονότα τῷ ἡμῶν. Εἰ βουλομένῳ σοι τοίνυν ἐστὶ γαμβρὸν ἡμῖν καὶ Βελᾶν ἔσεσθαι, ὅπερ ἤδη καὶ διωμολόγηταί σοι, τί μὴ τὴν χώραν ἀποδοὺς τῆς ἡμετέρας θᾶττον ἀπαλάσῃ ξενίας; Εἰ δὲ τὸ κῆδος ἀποπροσποιῇ, καί σοι ἕτερα περὶ τούτου δοκεῖ, ἴσθι ὡς τοῦ βιάσασθαί σε πολλῷ ἡμεῖς ἀπεχόμεθα μᾶλλον. »

A Hungariæ fines concessit, atque ibi novis coactis auxiliis acie cum Romanis decertare statuit. Imperator vero ut ad locum quemdam pervenit quem Petricum vocant, castra ibi posuit. Est vero locus iste aditus in interiorem Hungariam primus terminus, quo cum pervenisset, hunc in modum Stephano rescripsit : « Non ad inferendum Hungaris bellum, fili mi, venimus, sed ut Belæ fratri tuo possessionem restituamus, quam a dominatione tua minime abstulimus, sed quam tu ipse paterque vester jam pridem concessistis : atque adeo etiam ut patruum tuum Stephanum majestatis nostræ affinem periculo **218** eximamus. Si igitur, te etiam volente, Belam generum nostrum esse contigit, quod et tu pactis ipsis firmasti, cur non reddita ei sua possessione, B nostra potius frueris societate et benevolentia? Si vero necessitudinem et affinitatem respuis, aliaque modo de iis tibi mens est; scias longe nos amplius ab eo abesse, ut vim nobis inferri patiamur. »

ζ'. Βασιλεὺς μὲν ταῦτα ἔγραψεν. Ὁ δὲ ἄλλην τε, καθάπερ εἴρηται, [P. 127] σύμμαχον χεῖρα ἔκ τε Ἀλαμανῶν καὶ τῶν πρὸς τῷ Ταύρῳ ἱδρυμένων ἐπηγάγετο Σκυθῶν, καὶ δὴ καὶ τὸ Τζέχων ἑαυτῷ συνεστήσατο ἔθνος, τοῦ ἐν σφίσιν ἄρχοντος παστρατεὶ ἐπ' αὐτὸν ἀφικομένου. Ἦν δὲ οὗτος ὁ Κοράδῳ πάλαι τῷ Ἀλαμανῶν συστρατεύσας ῥηγὶ, ὁπηνίκα, ὥσπερ μοι δεδιήγηται, ἐπὶ Ἀσίαν ἐκεῖνος ἐστέλλετο, ῥήξ τε διὰ ταῦτα ὑπ' ἐκείνου γενόμενος. Καίτοι ἐψεύσαντο ἄμφω, ὁ μὲν τὴν κλῆσιν, ἕτερος δὲ τὴν χάριν ὁ διδούς. Μακρὸς γὰρ (78) ἐξ οὗ χρόνος τὸ τῆς βασιλείας ὄνομα ἐν Ῥώμῃ ἀπώλετο, ἐξ ὅτου μετὰ Αὔγουστον, ὃν καὶ Αὐγουστοῦλον ἐκάλουν τὸ τῆς ἡλικίας αἰνιττόμενοι νέον καθ' ἣν ἐπελάβετο τῆς ἀρχῆς, ἐπὶ Ὀδόακρον καὶ Θευδέριχον ἐξῆς τὸν Γότθων ἡγεμόνα τυράννους ἄμφω μετέβη τὰ τῆς ἡγεμονίας. Ῥήξ γὰρ Θευδέριχος καὶ οὐ βασιλεὺς διεβίω καλούμενος, καθάπερ Προκόπιος ἱστορεῖ. Ῥώμη μέντοι ἀπὸ Θευδερίχου καὶ ὀλίγῳ πρότερον ἄχρι καὶ νῦν στασιαζομένη διαγέγονε, πολλάκις μὲν πρὸς Βελισαρίου καὶ Ναρσοῦ τῶν Ῥωμαίων στρατηγῶν ἐπὶ τῶν Ἰουστινιανοῦ Ῥωμαίοις ἀνασωθεῖσα χρόνων, αὖθις δὲ οὐδὲν ἧττον τυράννοις βαρβάροις δουλεύουσα, οἳ καὶ ῥῆγες κατὰ Θευδερίχου τοῦ πρώτου καὶ ῥηγὸς ἅμα καὶ τυράννου κέκληνται ζῆλον. Οἷς δὲ μὴ τοῦ τῆς βασιλείας μέτεστιν ὄφους, πόθεν οὗτοι τηλίκας προβεβλήσονται ἀρχάς, αἳ, καθάπερ ἤδη ἔφην, οἷόν τινες διαιρέσεις ἐκ τοῦ τῆς βασιλείας καθίενται κράτους; Τοῖς δὲ οὐκ ἀπόχρη μόνον, εἰ

7. Istius epistolæ sententia hæc fuit. Imperator autem, uti dictum est, alias auxiliares copias ex Alemannis et Taurum accolentibus Scythis conflatas adduxit : Tzechorum præterea sibi adjunxit nationem, quorum princeps ad eum venit cum universo exercitu. Erat autem is, qui Conrado Alemannorum regi pridem militaverat, cum in Asiam, C quemadmodum commemoravimus, ille trajecit, eamque ob causam rex ab eo est renuntiatus. Sed uterque vicissim falsus est, et qui appellationem regiam recepit, et alter qui munus impertiit. Jamdudum enim imperatorium nomen Romæ exstinctum erat, ex quo ab Augusto (quem et Augustulum vocabant, ætatem ejus teneram, in qua occupavit imperium, significantes) in Odoacrum et Theodoricum deinceps Gothorum principem, tyrannum utrumque, translatus est principatus. Regis enim nomine, non imperatoris, quoad vixit, insignitus fuit Theodoricus, ut scribit Procopius. Ipsa quidem Roma a Theodorici temporibus et paulo ante in hunc usque diem a cætero imperio divulsa mansit. Licetque a Belisario et Narse, ducibus Romanis, D sub Justiniano recuperata **219** fuerit, Romanoque asserta imperio : rursum tamen in tyrannorum Barbarorum servitutem decidit, qui Theodorici primi regis perinde ac tyranni exemplo reges appellantur. Qui igitur fieri potest, ut qui imperatorii culminis non sunt participes, tantas dignitates conferre possint, quæ ut jam diximus, ab impera-

Du Cangii notæ.

(77) *Πετρίκιον*. Forte *Petrowar* seu *Pietre-Valadin*, oppidum. Sclavoniæ Savianæ validum ad Istrum fluvium : sic enim dictum volunt, quasi castrum ex petris seu lapidibus confectum.

(78) *Μακρὸς γάρ*. Sic Græculi scriptores imperatoriæ Alamannorum et summorum pontificum primariæ in Ecclesia dignitati solent oblatrare, quos semper anxit ab iis translatum a Græcis in Francos, ab Oriente in Occidentem, imperatoriæ majestatis culmen. Locum Procopii habes, l. 1 Goth. Vide dissert. 27, ad Joinvillam p. 316.

bant, egregiæ formæ viro, et in re militari admodum strenuo. Verum ille cum ab adolescente primum omnino fuisset superatus, in gravissimas calamitates incidit. Deinde sorte aliqua Renaldum Antiochiæ principem, necnon et Tripolitanum in Phœnicia comitem cepit. Sed enim Constantinus, hac adepta victoria, continere se non potuit, et inconsiderata quadam abreptus audacia victosque temere insecutus, et ipse captus est resque Romanas perdidit. Nuradinus vero ut Torosum perinde superavit, Antiochiæ mox invadendæ spem animo volvebat. Ea igitur propter imperator iis casibus indignatus in Asiam statuit transire, capitaque ad id occasione totus in id consilii incubuit. Sed obstitere allati rursum ex Occidente rumores: novus quippe Hungariæ rex hæreditarias Belæ possessiones iterum invasit, fœderibus aperte violatis. Quin et Stephanus, quem paulo ante regno ejecerant Hungari, per Auchialum civitatem Hungariam ingressus, illud recuperare meditabatur. Verum temeritate potius quam prudentia rem aggressus, a proposito aberravit. Statim enim atque eum nonnullos Hungaros in suas partes adduxisse accepit **217** Stephanus, cum universis copiis in illum profectus est. Quamobrem imperator in Ciliciam ad oppidorum præsidia idoneo misso exercitu, ipse versus Istrum denuo contendit: Savoque transmisso castra posuit ad Titelium, tum ut Belæ paternam hæreditatem reciperet, tum ut Stephanum præsenti eriperet discrimini. Quippe jam illius imminutæ erant vires, summisque premebatur angustiis, Hungaris, qui cum eo erant, ad regem undique deficientibus. Itaque Andronico Contostephani filio, qui magni ducis dignitatem brevi post obtinuit, cum copiis misso, Stephanum quidem periculo exèmit: ipse vero, motis ab Titelio castris, cum universo exercitu ulterius perrexit. Regni enim invasor Stephanus, cum viribus longe impar cum imperatore congredi non suderet, primum quidem cum iis quæ aderant copiis in ultimos

A κλεῖς, καὶ Βαλδουῖνον (70) τὸν Μαρασίου τότε κρατοῦντα. Προϊὼν δὲ καὶ Κωνσταντίνῳ (71) τῷ τῆς Κιλικίας δουκὶ εἰς μάχην κατέστη, ὃν Καλαμάνον ἐπεκάλουν νεανίαν, τήν τε ὄψιν ἀγαθῷ καὶ δραστηρίῳ τὰ ἐς μάχας. Ἀλλὰ τὸ μὲν πρῶτον ἥττητό τε κατὰ κράτος τοῦ νεανίου καὶ ἀνηκέστοις περιπέπτωκε συμφοραῖς, εἶτα τύχῃ τινὶ αὐτόν τε καὶ Ῥενάλδον (72) τὸν Ἀντιοχείας πρίγκιπα εἷλεν, ἐν οἷς καὶ ὁ τῆς ἐν Φοινίκῃ Τριπόλεως (73) ἡγεμονεύων ἦν. Κωνσταντῖνος γὰρ, ἐπειδὴ τοῦ πολίμου ἐκράτει, οὐκέτι καθεκτὸς ἦν, ἀλλ' ἀλογίστῳ τινὶ τόλμῃ καθυπαχθεὶς ἐς τε τὴν δίωξιν οὐ σὺν ἐπιστήμῃ πολλῶν αὐτός τε ἤλω καὶ τὰ Ῥωμαίων ἔσφηλε πράγματα. Ὁ Νουραδὶν δὲ καὶ Τερόζην (74) μάχῃ νικήσας ἐλπίσιν ὡχεῖτο [P. 126] ὡς αὐτίκα καὶ τῆς Ἀντιοχείας ἐπιδησόμενος. Διὰ ταῦτα μὲν οὖν βασιλεὺς καὶ πρότερον ὤδινεν ἐπὶ τοῖς ξυμπεσοῦσι καὶ ἐπὶ τὴν Ἀσίαν διαβαίνειν διενοεῖτο, τότε δ' οὖν καιροῦ λαβόμενος πασίῤῥοπος ἐς τοῦτο ἐφέρετο. Ἀλλὰ καὶ πάλιν τὰ ἐκ τῆς Ἑσπέρας ἐμποδὼν αὐτῷ ἔστησαν. Ὅ τε γὰρ νέος Παιόνων ῥὴξ (75) τοῦ Βελᾶ καὶ πάλιν ἐπεβάτευε κλήρου καὶ παρεσπόνδει καὶ τότε περιφανέστατα, καὶ Στέφανος, ὃν ἦδη τῆς ἀρχῆς ἀπεώσαντο Οὖννοι, δι' Ἀγχιάλου πόλεως ἐπὶ τὴν Οὐννίκην ποθὲν παρεισδὺς ἀναχαλεῖσθαι τὴν ἀρχὴν διενοεῖτο. Ἔλαθε δὲ προπετέστερον μᾶλλον ἢ προμηθέστερον τῷ πράγματι ἐπιχειρηκώς. Ὡς γὰρ περιὼν τῶν Οὔννων ὑπεποιεῖτό τινας, γνοὺς ὁ Στέφανος παντρατὶ ἐπ' αὐτὸν ἐφέρετο. Διὰ τοῦτο βασιλεὺς ἐπὶ Κιλικίαν μὲν στράτευμα τὰ ἐνταῦθα φρουρῆσον ἱκανὸν ἔπεμψεν, ὁ δὲ ἐπὶ τὸν Ἴστρον καὶ πάλιν ἤλαυνε Σάόν τε περαιωσάμενος ἀντικρὺ Τιτελίου (76) τὸ στράτευμα ἔστησε, κατὰ νοῦν ἔχων ὡς Βελᾷ μὲν τὸν κλῆρον ἀνασώσαιτο τὸν πατρῷον, Στέφανον δὲ τῶν παρὰ πόδας ῥύσαιτο δυσχερῶν. Ἤδη γὰρ καὶ ὑπέῤῥει τὰ τῆς δυνάμεως αὐτῷ, καὶ ἦν ἐν στενῷ κομιδῇ, τῶν σὺν αὐτῷ Οὔννων ἐπὶ τὸν ῥῆγα μετατιθεμένων ἑκάστοτε. Καὶ δὴ καὶ Ἀνδρόνικον τὸν τοῦ Κοντοστεφάνου υἱέα, ὅ;

B

C

D

Du Cangii notæ.

(70) *Βαλδουῖνον*. Non Balduinus modo, cujus supra meminit Cinnamus, a Noradino cæsus fuit, in Edessena videlicet obsidione, sed et Renaldus Balduini filius biennio post vitam amisit eo in prælio contra eumdem Noradinum, in quo Raimundus Antiochenus princeps peremptus est 27 Jun. an. 1148, ut est apud Tyrium, l. xvii, c. 19. Balduini cædem refert idem scriptor l. xiv, c. 16.

(71) *Κωνσταντίνῳ*. Redacto in ordinem a Manuele Toroso Armeniæ regulo captisque Tarso, Mamistra, Longiniade cæterisque Ciliciæ oppidis, ab imperatore iis præfectus est Calamanus, qui Borilii, de quo egimus ad pag. 118, filius diserte dicitur a Theworzio, l. ii, c. 61. Hinc *Mamistrensis dux* appellatur in epistolis Ludovici Franc. reg. et Gaufredi Fulgerii Hierosolymitanæ domus præceptoris in Gest. Dei per Franc. p. 1179 et 1182 et *Ciliciæ præses, domini imperatoris consanguineus et imperialium in illa provincia procurator negotiorum*, apud Willelmum Tyrium, l. xix, c. 9, quibus in locis refertur prælium Noradinum inter et nostros initum 4 Id. Aug. A. 1165, in quo cæsus *et direptus Christianorum exercitus* ipseque captus Calamanus, quod et hic narratur a Cinnamo.

(72) *Ῥενάλδον*. De accepta a Renaldo Antiocheno principe clade et ut captus fuerit a Megedino Halapiæ sultano, an. 1160 agunt Tyrius, l. xviii, c. 28; Robertus de Monte, an. 1162; Sanutus, l. iii, part. vi, c. 20. Præterea consulendæ epistolæ principum in Gest. Dei, p. 1176, 1178, 1179, et tom. IV Histor. Franc. p. 689, 692, et 694

(73) *Τριπόλεως*. Tyrius, l. xix, c. 9, l. xx, c. 30.

(74) *Τερόζην*. Nam et pugnavit in hoc prælio Toros, quod cum dissuadere esset adorsus, aliorum obtinuit sententia: mox videns hostium prævalere cuneos, nostrorum vero e converso acies corruisse, fuga saluti consulens bellicis se exemit tumultibus. Verba sunt Tyrii.

(75) *Παιόνων ῥήξ*. Vide Nicetam, l. iv, ex quo, ut et Cinnamo, historiam suam, sub ea tempora incertam et mancam resarcire possunt Hungari.

(76) *Τιτελίου*. Hodie *Titul* prope confluentes Tissæ et Danubii.

καὶ μέγας ὀλίγῳ ὕστερον ἐγρημάτισε δοὺξ, ἅμα στρατεύματι στείλας Στέφανον μὲν ἀνήρπασε τοῦ κινδύνου, ὁ δὲ ἄρας ἐκ Τιτελίου παντὶ τῷ στρατῷ προσωτέρω ἐχώρει. Ὁ γάρ τοι τῆς ἀρχῆς ἐπιβατεύων Στέφανος, ἐπειδὴ μὴ ἐξ ἀντιπάλου δυνάμεως τῷ βασιλεῖ συμπλακήσεσθαι εἶχε, τὸ μὲν πρῶτον σὺν ταῖς περὶ αὐτὸν δυνάμεσι περί που τὰ τῆς Οὐννικῆς ἔσχατα ἐχώρει· ἔπειτα συμμάχους ἐκεῖθεν ἐπαγόμενος Ῥωμαίοις ἀντιτάξεσθαι ἠπείγετο. Βασιλεὺς δὲ, ἐπί τινα χῶρον Πετρίκιον (77) καλούμενον καταλαβών, ἐνταῦθα ἐσκήνου. Ἔστι δὲ ὁ χῶρος οὗτος τῆς εἰς τὴν ἐνδοτέρω Παιονίαν παρελεύσεως ὅρος ὁ πρῶτος. Ἔνθα γεγονὼς Στεφάνῳ ἔγραψεν ὧδε· « Ἥκομεν, ὦ ἐμὲ παῖ, οὐ πόλεμον Οὔννοις ἄγοντες, ἀλλὰ Βελᾷ τε ἀδελφῷ τῷ σῷ τὴν χώραν ἀνασωσόμενοι, ἣν οὐ δυναστείᾳ τῇ ἡμῶν παρασπάσαντες εἴχομεν, ἀλλὰ σύ τε ἴδως καὶ πατὴρ ὁ ὑμῶν πολλῷ ἤδη πρότερον. Καὶ Στέφανον δὲ τὸν σὸν τοῦ κινδύνου ἐξαιρησόμενοι θεῖον, γαμβρὸν ἤδη καὶ αὐτὸν κράτει γεγονότα τῷ ἡμῶν. Εἰ βουλομένῳ σοι τοίνυν ἐστὶ γαμβρὸν ἡμῖν καὶ Βελᾶν ἔσεσθαι, ὅπερ ἤδη καὶ διωμολόγηταί σοι, τί μὴ τὴν χώραν ἀποδοὺς τῆς ἡμετέρας θᾶττον ἀπαλάσῃ ξενίας; Εἰ δὲ τὸ κῆδος ἀποπροσποιῇ, καί σοι ἕτερα περὶ τούτου δοκεῖ, ἴσθι ὡς τοῦ βιάσασθαί σε πολλῷ ἡμεῖς ἀπεχόμεθα μᾶλλον. »

A Hungariæ fines concessit, atque ibi novis coactis auxiliis acie cum Romanis decertare statuit. Imperator vero ut ad locum quemdam pervenit quem Petricum vocant, castra ibi posuit. Est vero locus iste aditus in interiorem Hungariam primus terminus, quo cum pervenisset, hunc in modum Stephano rescripsit : « Non ad inferendum Hungaris bellum, fili mi, venimus, sed ut Belæ fratri tuo possessionem restituamus, quam a dominatione tua minime abstulimus, sed quam tu ipse paterque vester jam pridem concessistis : atque adeo etiam ut patruum tuum Stephanum majestatis nostræ affinem periculo **218** eximamus. Si igitur, te etiam volente, Belam generum nostrum esse contigit, quod et tu pactis ipsis firmasti, cur non reddita ei sua possessione, B nostra potius frueris societate et benevolentia? Si vero necessitudinem et affinitatem respuis, aliaque modo de iis tibi mens est; scias longe nos amplius ab eo abesse, ut vim nobis inferri patiamur. »

ζ'. Βασιλεὺς μὲν ταῦτα ἔγραψεν. Ὁ δὲ ἄλλην τε, καθάπερ εἴρηται, [P. 127] σύμμαχον χεῖρα ἔκ τε Ἀλαμανῶν καὶ τῶν πρὸς τῷ Ταύρῳ ἱδρυμένων ἐπηγάγετο Σκυθῶν, καὶ δὴ καὶ τὸ Τζέχων ἑαυτῷ συνεστήσατο ἔθνος, τοῦ ἐν σφίσιν ἄρχοντος παστρατὶ ἐπ' αὐτὸν ἀφικομένου. Ἦν δὲ οὗτος ὁ Κοράδῳ πάλαι τῷ Ἀλαμανῶν συστρατεύσας ῥηγί, ὁπηνίκα, ὥσπερ μοι δεδιήγηται, ἐπὶ Ἀσίαν ἐκεῖνος C ἐστέλλετο, ῥήξ τε διὰ ταῦτα ὑπ' ἐκείνου γενόμενος. Καίτοι ἐψεύσαντο ἄμφω, ὁ μὲν τὴν κλῆσιν, ἕτερος δὲ τὴν χάριν ὁ διδούς. Μακρὸς γὰρ (78) ἐξ οὗ χρόνος τὸ τῆς βασιλείας ὄνομα ἐν Ῥώμῃ ἀπώλετο, ἐξ ὅτου μετὰ Αὔγουστον, ὃν καὶ Αὐγουστοῦλον ἐκάλουν τὸ τῆς ἡλικίας αἰνιττόμενοι νέον καθ' ἣν ἐπελάβετο τῆς ἀρχῆς, ἐπὶ Ὀδόακρον καὶ Θευδέριχον ἐξῆς τὸν Γότθων ἡγεμόνα τυράννους ἄμφω μετέβη τὰ τῆς ἡγεμονίας. Ῥῆξ γὰρ Θευδέριχος καὶ οὐ βασιλεὺς διεβίω καλούμενος, καθάπερ Προκόπιος ἱστορεῖ. Ῥώμη μέντοι ἀπὸ Θευδερίχου καὶ ὀλίγῳ πρότερον ἄχρι καὶ νῦν στασιαζομένη διαγέγονε, πολλάκις μὲν πρὸς Βελισαρίου καὶ Ναρσοῦ τῶν Ῥωμαίων στρατηγῶν ἐπὶ τῶν Ἰουστινιανοῦ Ῥωμαίοις ἀνασωθεῖσα χρόνων, αὖθις δὲ οὐδὲν ἧττον τυράννοις βαρβάροις D δουλεύουσα, οἳ καὶ ῥῆγες κατὰ Θευδερίχου τοῦ πρώτου καὶ ῥηγὸς ἅμα καὶ τυράννου κέκληνται ζῆλον. Οἷς δὲ μὴ τοῦ τῆς βασιλείας μέτεστιν ὄψους, πόθεν οὗτοι τηλίκας προβεβλήσονται ἀρχάς, αἳ, καθάπερ ἤδη ἔφην, οἷόν τινες διαιρέσεις ἐκ τοῦ τῆς βασιλείας καθίενται κράτους; Τοῖς δὲ οὐκ ἀπόχρη μόνον, εἰ

7. Istius epistolæ sententia hæc fuit. Imperator autem, uti dictum est, alias auxiliares copias ex Alemannis et Taurum accolentibus Scythis conflatas adduxit : Tzechorum præterea sibi adjunxit nationem, quorum princeps ad eum venit cum universo exercitu. Erat autem is, qui Conrado Alemannorum regi pridem militaverat, cum in Asiam, quemadmodum commemoravimus, ille trajecit, eamque ob causam rex ab eo est renuntiatus. Sed uterque vicissim falsus est, et qui appellationem regiam recepit, et alter qui munus impertiit. Jamdudum enim imperatorium nomen Romæ exstinctum erat, ex quo ab Augusto (quem et Augustulum vocabant, ætatem ejus teneram, in qua occupavit Imperium, significantes) in Odoacrum et Theodoricum deinceps Gothorum principem, tyrannum utrumque, translatus est principatus. Regis enim nomine, non imperatoris, quoad vixit, insignitus fuit Theodoricus, ut scribit Procopius. Ipsa quidem Roma a Theodorici temporibus et paulo ante in hunc usque diem a cætero imperio divulsa mansit. Licetque a Belisario et Narse, ducibus Romanis, sub Justiniano recuperata **219** fuerit, Romanoque asserta imperio : rursum tamen in tyrannorum Barbarorum servitutem decidit, qui Theodorici primi regis perinde ac tyranni exemplo reges appellantur. Qui igitur fieri potest, ut qui imperatorii culminis non sunt participes, tantas dignitates conferre possint, quæ ut jam diximus, ab imperatoriæ Alamannorum et summorum pontificum primariæ in Ecclesia dignitati solent oblatrare, quos semper auxit ab iis translatum a Græcis in Francos, ab Oriente in Occidentem, imperatoriæ majestatis culmen. Locum Procopii habes, l. 1 Goth. Vide dissert. 27, ad Joinvillam p. 316.

Du Cangii notæ.

(77) *Πετρίκιον*. Forte *Petrowar* seu *Pietre-Valadin*, oppidum. Sclavoniæ Savianæ validum ad Istrum fluvium : sic enim dictum volunt, quasi castrum ex petris seu lapidibus confectum.

(78) *Μακρὸς γάρ*. Sic Græculi scriptores imperatoriæ

toria majestate velut quædam particulæ, profluxerunt. Iis vero non sufficit modo, si imperatoriam celsitudinem nullo jure ad se pertinentem imperiique majestatem invadant (id enim vocabuli supremam potestatem denotat). Sed jam eo venere audaciæ, ut Byzantinum imperium a Romano diversum esse contendant : quæ mihi perpendenti sæpe obortæ sunt lacrymæ. Qualis enim quantaque res Romæ principatus a barbaris fœdisque mancipiis divendita est? Atque inde neque habuit illa pontificem, multoque minus principem. Iste enim qui imperatoriam usurpat majestatem, equitantem pon-

A τοῦ τῆς βασιλείας οὐδὲν προσῆκον ἐπιβατεύουσιν ὄψους, ἰμπέριον (79) ἑαυτοῖς περιτιθέντες κράτος. Βούλεται δὲ τοῦτο τὸ ἄκρατον ἑρμηνεύειν. Ἀλλ' ἦδη καὶ τὴν ἐν Βυζαντίῳ βασιλείαν ἑτέραν παρὰ τὴν ἐν Ῥώμῃ (80) ἀποφαίνειν τολμῶσιν Ἅπερ ἐμοὶ διασκοπουμένῳ πολλάκις ἦλθε καὶ δακρῦσαι ἐπῆλθεν. Οἷον γὰρ, οἷον ἡ Ῥώμης ἀρχὴ βαρβάροις καὶ δεινῶς ἀνδραποδώδεσιν ἀνθρώποις διεκαπηλεύθη(81)χρῆμα· κάντεῦθεν οὔτε ἀρχιερέως αὐτῇ μέτεστιν, οὔτε πολλῷ δήπουθεν ἄρχοντος. Ὁ μὲν γὰρ τῷ τῆς βασιλείας ἐπεμβαίνων μεγαλείῳ, ἀναξίως ἑαυτοῦ ἱππευομένῳ (82) πεζῇ τῷ ἀρχιερεῖ παραθέει καὶ ὅσα καὶ ἱππο-

Du Cangii notæ.

(79) *Ἰμπέριον.* Imperium. Vocem Latinam exprimere voluit Cinnamus. Ita ἔμπετος pro *impetus* dixit Urbicius p. 70.

(80) *Παρὰ τὴν ἐν Ῥώμῃ.* Radevicus, l. iv, c. ult. de Frederico : *Imperatorem Constantinopolitanum Manuel ultro amicitiam et societatem ejus expetentem flexit, ut se non Romæ sed Neoromæ ei imperatorem.*

(81) [P. 470] *Διεκαπηλεύθη.* Vide Frontonem Ducæum ad Palladii Hist. Lausiacam, ubi multa de voce καπηλεύειν.

(82) *Ἱππευομένῳ.* Nimias sane nugas agit Cinnamus, dum principi suo ridicule adblanditur et velut Ecclesiæ Græcanicæ caput non Constantinopolitano duntaxat patriarchæ, sed et summo orbis Christiani pontifici Byzantinum imperatorem præponere audet. Atque inde præclarum scilicet supra Germanicos Augustos prærogativæ elicit argumentum, quod illi obequitanti papæ pedites adsint, frenumque equi prehendant, quod innata Græcanicis ingeniis fastus insolentia nusquam passa esset in suis Augustis, qui cum vix concederent Deo ipsi, nedum illius in terris vicario primas unquam partes tribuissent. Longe certe pietate ac religione superiores exstitere imperatores Occidentis, qui apostolicæ sedi et summo pontifici in honorem Jesu Christi et B. Petri, quorum vices gerit, primas semper detulerunt et Constantini Magni exemplo, quod dedignati sunt posteriores Græci imperatores, hominum omnium vanissimi, obequitanti stratoris officium non semel exhibuerunt. Audiat igitur Cinnamus Constantinum ipsum scribentem ad Silvestrum pp. : Κρατοῦντες τὸν χάλινον τοῦ ἵππου αὐτοῦ διὰ τὴν προσκύνησιν καὶ φόβον τοῦ ἁγίου Πέτρου στράτορος ὀφφίκιον ἐποιήσαμεν. Quod si de fide prædictæ epistolæ subdubitat et in ea adulterinum quidpiam subodoratur, patiatur saltem eumdem ab Augustis nostris honorem summis Pontificibus deferri, quem olim Joanni PP. Constantinopolim venienti præstitit Justinus Augustus, qui, ut auctor est Anastasius Bibliothecarius, *dans honorem Deo humiliavit se pronus et adoravit beatissimum papam;* aut Agapeto pp. Justinianus, qui, ut ait idem scriptor, *gaudio repletus humiliavit se sanctæ sedi apostolicæ, et adoravit beatissimum papam Agapetum* Constantinopolim venientem ; aut certe Constantino pp. Justinianus Rhinotmetus, qui Constantinum Constantinopolim evocatum *honorifice suscepit ac remisit, ita ut prostratus in terram pro suis peccatis eum intercedere rogaret,* ut est in Chronico Reichersbergensi seu ut loquitur Anastasius : *Cum regno in capite sese prostravit pedes osculans pontificis ;* vel denique Ludovicum II Germanicum imperatorem audiat et quod ille apud eumdem Anastasium Ravennati objecit archiepiscopo, id ipsum principi suo dictum putet : *Vadat et fastu elationis deposito tanto se humiliet pontifici, cui et nos et omnis Ecclesiæ generalitas inclinatur et obedientiæ ac subjectionis colla submittit.* Hæc igitur fuit priscorum Augustorum Orientalium et Occidentalium pietas et religio in sacrosanctam Romanam Ecclesiam : hæc summis pontificibus præstitere obsequia Occidentales, ut venientibus pedites occurrerent et stratorum munia implerent. Idem Anastasius de Pipino Francorum rege imperatorum Occidentalium parente et primo stipite scribens, in Stephano II pp. : *Ipse in palatio suo, in loco, qui vocatur Ponticone ad fere trium millium spatium descendens ex equo suo, cum magna humilitate, terræ prostratus, una cum sua conjuge filiis et optimatibus, eumdem sanctissimum papam suscepit, cui et vice stratoris, usque in aliquantum locum juxta ejus sellarem properavit.* Neque minori observantia Leonem pp. excepit Carolus M. Pipini filius, cum Romam venit pontifici opem laturus, qui, *ut sacratissimas cruces ac signa sibi obviam advenisse conspexit, descendens de eo quo sedebat equo, ita cum suis judicibus ad B. Petrum pedestris properare studuit ;* moxque ut ad basilicam sancti Petri pervenit :

Extemplo properans Carolus veneranter adorat
Pontificem amplectens magnum.

Caroli parentis, et Pipini avi exemplo in Romanam sedem, et d. Petri successores, [P. 471] eadem pietatis et reverentiæ obsequia impendit Ludovicus, non immerito Pius. Theganus, c. 16, ut Stephanum pontificem in Galliam venientem exceperit idem imperator, enarrans : *Pervenit,* inquit, *post missos dominus Ludovicus obviam supra dicto pontifici, obvians ei in campo magno Remensium : descendit uterque de equo suo, et princeps se prosternens omni corpore in terram tribus vicibus ante pedes tanti pontificis, et tertia vice erectus salutavit pontificem, dicens : Benedictus qui venit in nomine Domini.* Præsertim vero Ludovicus II imperator, Pii ex Lothario nepos, eadem quæ Pipinus, Nicolao summo pontifici exhibuit officia. Nam cum Nicolaus in Ludovici, quæ haud procul Roma posita erant, castra descenderet, *excellentissimus quem cum vidisset Augustus, suis manibus apprehendens, pedestri more, quan um sagittæ tractus extenditur, traxit.* Verba sunt Anastasii, qui id rursum ab Ludovico præstitum refert post exceptum convivio pontificem : *Ad quemdam quidem cum pervenissent spatiosissimum itineris locum, imperator equo descendit equumque pontificis iterum ut meminimus supra traxit, dulcissimisque osculis ad invicem perorantes lucifluæ gratulati sunt.* Non mirum igitur si Germanicæ stirpis Augusti Francicos, quibus successerant, imitati iisdem prosecuti sunt honoribus Romanos pontifices et equitantibus iis stratorum munia obierunt. Primus ex iis occurrit Henricus V, qui an. 1111 Romam veniens, statim ut Paschalem II conspexit, *ad ejus vestigia corruit, exsurgensque, in nomine Trinitatis, in ore, fronte, oculis, eis pacis osculum dedit, stratorisque implevit officium,* ut

κόμις αὐτῷ γίνεται, ὁ δὲ ἱμπεράτορα τοῦτον εἰς A tificem præter dignitatem pedes præcedit, et equi-
ταῦτὸν ἄγων βασιλεῖ ὀνομάζει. Πῶς, ὦ βέλτιστε, sonis implet munus. Hic vero imperatorem istum

Du Cangii notæ.

scribit Petrus Diac. l. IV Chr. Casin. c. 39. Testatur præterea Sugerius in Ludovic. VI Lotharium imperatorem, Henrici successorem, in civitate Leodiensi Innocentio II pp. occurrentem, *in platea ante episcopalem ecclesiam humillime se ipsum stratorem obtulisse et peditem per medium sanctæ processionis ad eum festinasse, alia manu virgam ad defendendum, alia frenum albi equi accipientem, tanquam dominum deduxisse.* Ubi obiter observandum, imperatori virgam ad dirimendas occurrentes turbas tribui, quod erat præcipuum stratorum munus, adeo ut Hugo *Plagon*, vetus Willelmi Tyrii antistitis interpres Gallicus ms. hæc verba ex l. XV, c. 3 : *Domino principe dominoque comite stratoris officium exsequentibus* his vernaculis reddiderit : *Ils tenoient verge et défaisoient la presse devant eux.* Quo etiam spectant quæ de Frederico I imperat., de quo mox, habet Romualdus Salernitanus archiepiscopus, ad an. 1177 : *Imperator autem, ut humilitatem quam corde conceperat opere demonstraret, sumpto stratoris officio, pallium deposuit, manu virgam accepit, laicos de choro expulit,* etc., neque multo post, anno scilicet 1120 honore simili Callistum papam prosecutus est Willelmus dux Apuliæ. Tradit quippe idem Romualdus ducem percepta pontificis ad urbem Trojam profectione, *obviam ei festinanter extra civitatem advenisse cum principibus suis : et ei vice stratoris ipsum juxta willam obambulantem usque ad ecclesiam episcopatus ejusdem civitatis ingenti cum honore deduxisse.* Verum ejusmodi Augustorum in Romanos pontifices observantia, quæ ex mera eorum pietate et in apostolicam sedem reverentia videbatur profluxisse, abiit deinceps in necessarium munus : adeo ut Adrianus IV pp. Fredericum I, quod sibi ad urbem Nepesinam occurrenti stratoris officium de more non exhibuisset, ad osculum recipere abnuerit, imperatore ad illud se teneri pernegante. Re tandem in disceptationem collata (*) *veteribusque excussis monumentis et prisca consuetudine diligenter investigata judicio principum decretum est, et communi favore totius regalis curiæ roboratum, quod idem rex pro apostolorum Petri et Pauli reverentia prædicto pp. Adriano exhiberet stratoris officium, et ejus strepam* (**) *teneret ad conscendendum equum.* Quod postridie exsecutus est Fredericus : [P. 472] *Appropinquante enim domino papa tentorio regis per alium viam transiens descendit, et occurrens ei quantum est jactus lapidis, in conspectu exercitus officium stratoris cum jucunditate implevit et strepam* (**) *fortiter tenuit.* Helmodus, l. I, c. 84, totam hanc controversiam pluribus etiam exsequitur : *Rex autem accersivit d. Adrianum papam in castra — Veniente ergo eo in castra rex festinus ei occurrit, et descendenti de equo tenuit strepam duxitque eum in tentorium.* Mox Adrianum inducens alloquentem Bambergensem episcopum : *Verba sunt, frater, quod loqueris. Dicis principem tuum condignam beato Petro exhibuisse reverentiam : sed beatus Petrus magis videtur inhonoratus : denique cum dexteram deberet tenere strepam, tenuit sinistram. Hæc cum per interpretem regi nuntiata fuissent, humiliter ait : Dicite ei quia defectus hic non fuit devotionis, sed scientiæ, non enim tenendis strepis magnopere studium dedi. Enimvero ipse, ut memini, primus est cui tale obsequium impendi. Cui dominus papa : Si quod facillimum fuit, propter ignorantiam neglexit, qualiter putatis expediet maxima. Tunc rex aliquantisper mo us ait : Vellem melius instrui, unde mos is e inoleverit, ex benevolentia, an ex debito? si ex benevolentia, nihil causari habet dominus papa, si vacillaverit obsequium, quod de arbitrio non de jure subsistit. Quod si dicitis, quia ex debito primæ institutionis hæc reverentia debetur principi apostolorum, quid interest inter dexteram strepam et sinistram, dummodo servetur humilitas et curvetur princeps ad pedes summi pontificis? Diu itaque acriterque disputatum est. Postremo discesserunt ab invicem sine osculo pacis. Timentes ergo ii qui columnæ regni esse videbantur, ne forte rebus inactis frustra laborassent, multa persuasione evicerunt cor regis, ut dominum papam revocaret in castra : quem redeuntem suscepit rex integrato officio.* Ab Helmodo hausit quæ in hanc rem habet Historia archiepiscoporum Bremensium. Id ipsum statim postea præstitit Fredericus ipse Victori antipapæ, an. 1160. Radevicus l. II, c. 70 et ex eo Chronicon Reichersperg. : *Imperator omnes episcopos convocans in hunc eos consensum deduxit, ut omnes Victorem papam susciperent, et statim sequenti die 5 Kal. Febr. ab ipso imperatore et episcopis suscipitur et inthronizatur in monasterio Sancti Cyri, imperatore frenum equi et stivam sellæ illius tenente, et eum de equo suscipiente, et ad altare una cum patriarcha Aquilegiensi Pelegrino inter manus eum deducente.* Denique Ecclesiæ Romanæ reconciliatus Fredericus Alexandro III summo pontifici, in urbe Veneta, an. 1177 obequitanti comes astitit staphamque tenuit : *Peractis missarum solemniis,* inquit idem pontifex apud Radulphum de Diceto et Hovedenum, *nos usque ad ipsius ecclesiæ,* Sancti Marci, *portam dextravit, et cum ascenderemus palefridum nostrum ibi paratum, stapham tenuit et omnem honorem et reverentiam nobis exhibuit, quam prædecessores ejus nostris consueverant antecessoribus exhibere.* Acta Alexandri : *Decantata itaque missa idem,* Fredericus, *dexteram pontificis apprehendit, et extra ecclesiam usque ad album caballum conduxit ipsum, et streguam fortiter tenuit. Cum autem frenum acciperet, et stratoris officium vellet adimplere, pontifex, quia iter ad mare minus videbatur prolixum, pro facto habuit, quod affectuose voluit adimplere.* Eadem prorsus observantia paulo ante eumdem pontificem Torlaci supra Ligerim exceperant Ludovicus VII Franciæ, et Henricus Angliæ reges, *usi officio stratoris pedites dextra lævaque frenum equi ipsius tenentes,* ut auctor est Robertus de Monte an. 1162. Ex his igitur evidenter colligitur Cinnamum hoc loco Fredericum, tacito licet nomine, carpere et sugillare, ut qui pronuper suaque et Manuelis tempestate Romano pontifici istusmodi præstiterat obsequium. Nec mirum ægre tulisse Græcos schismaticos, tantam Romanis [P. 473] antistitibus exhiberi reverentiam, a quibus desciverant; quod in iis expostulant non semel nostræ ætatis hæretici, atque imprimis Simon Schardius, lib. De fide et observantia Romanorum Pontificum in imperatores, ubi de Frederici in Adrianum obsequiis : *An Christo,* inquit, *Hierosolyma in die Palmarum ingredienti Herodes atque Pilatus sic etiam ministravere? an Petrum Romam venientem ita Nero suus excepit?* Sed canes lunam oblatrent, et invidiæ ac malevolentiæ suæ aculeos in Romanam et apostolicam sedem contorqueant hæretici, dummodo ei suus stet honos, et quæ debetur a Christianis principibus reverentia et veneratio deinceps, ut olim, præbeatur :

— Sed frustra agitur vox irrita ventis,
Et peragit cursus surda Diana suos.

Hanc certe præstitit post Fredericum Otho IV im-

(*) Acta Adriani pp.
(**) Edit. *streguam.*

(**) Edit. *streguam.*

appellat et pari cum principibus nostris honore vult censeri. Quomodo, o bone, et unde tibi in mentem

A καὶ πόθεν σοι τοῖς Ῥωμαίων βασιλεῦσιν εἰς ἱππο-
κόμους χεχρῆσθαι ἐπῆλθεν; Ἀλλ' οὔτε ποθὲν

Du Cangii notæ.

perator, ut auctor est Arnoldus Lubecensis, l. VII, c. 21, ubi describens ejusdem Augusti coronationem : *Finito*, inquit, *officio dominus papa imperatorem devote vocat ad convivium; quem dominus imperator precibus instantissime obtinet venire secum. Cum igitur ventum fuisset ad equos, imperator non immemor apostolicæ reverentiæ, quæ exhibenda est ipsorum vicario fideli et reverendo papæ Innocentio III strepam ipsius devote apprehendit, sicque ad locum convivii venitur.* Denique ea præstitisse officia Carolum IV imperatorem Urbano IV papæ testatur auctor Vitæ ejusdem Urbani. Nam cum pontificem versus Romam præcessisset Carolus, *ipsum post sequentem expectavit in introitu urbis, ibi scilicet in porta quæ est juxta castrum Sancti Angeli, de suo equo descendens stratoris vicem gessit, ac usque ad basilicam B. Petri pedester equi papæ frenum tenens ipsum destravit, ac demum usque ad altare deduxit.* Denique scriptor anonymus Vitæ Manfredi regis Siciliæ ab Ughello editus tradit eumdem Manfredum, qui tum princeps Tarentinus, necdum rex erat, cum Innocentius IV papa regnum Neapolitanum ex pacto ingressus esset, *ad majorem sui devotionem ad sacrosanctam ecclesiam ostendendam summo pontifici obviam processisse usque ad Ceperanum, et papa regnum intrante stratoris ei officium exhibentem frenum tenuisse, quousque ad pontem Garigliani transiret.* Cum hæc igitur Augustorum Occidentalium atque adeo cæterorum principum Christianorum in Christi vicarios obsequia in minime controversum abierint deinceps morem, ea tanquam usu prorsus recepta et debita in jus Saxonicum et Cæremoniale Romanum relata sunt. Speculum Saxon. l. I, art. 1 : *Duorum gladiorum potestatem, spiritualem scilicet et sæcularem, ad defendendum suum populum Christus in sua approbavit Ecclesia; ex quibus apostolicum spiritualem et Romanum imperatorem sæcularem habere nemo ambigit. Ob quorum figurationem, apostolico super equum candidum equitare constitutum est, et in ascensu ejus a principe sella, ne decidat, tenebitur. In quo significatur, ut qui inobedientes apostolico exsisterent, a principe ad obediendum, et e contra, cum necessitas hoc exegerit, dummodo exercitus fuerit, compellantur.* Cæremoniale Romanum, l. I, sect. 5, ubi de processione pontificis et Cæsaris per urbem : *Cum ad finem gradum pervenerit,* imperator, *traditis sceptro et pomo uni ex suis, prævenit ad equum pontificis, et in honorem Salvatoris Jesu Christi, cujus vices pontifex in terris gerit, tenet stapham, quoad pontifex equum ascenderit, et deinde arrepto equi freno per aliquot passus ducit equum pontificis.* Neque hæc duntaxat a principibus Christianis obsequia summis pontificibus, sed et ipsis episcopis et archiepiscopis leguntur delata. Tradit quippe noster Cinnamus Renaldum principem Antiochenum ejusdem urbis patriarcham quem pessime et contra sacerdotii dignitatem habuerat, postmodum eidem reconciliatum, equo vectum per mediam civitatem [P. 474] duxisse ipsumque peditem comitatum esse, sellæ lorum manu tenentem. Apud Radulfum de Diceto, an. 1170, cum Henricus Anglorum rex, et sanctus Thomas Cantuariensis archiepiscopus apud Fractam Vallem de pace acturi convenissent *bisque descendissent et bis ascendissent, bis stapham rex tenuit archiepiscopo.* Sed et Michael Palæologus, postmodum imperator, apud Pachymerem, l. I, c. 26, cum imperii administrationem accepisset, ut adventare patriarcham cum electis ex clero percepit : Πρὸ τῶν ἄλλων αὐτὸς ὑπαντᾷ μακρόθεν, τιμὴν τὴν *μεγίστην ἀφοσιώμενος τῷ πατριάρχῃ*, καὶ παντὶ τῷ

B ἱερῷ πληρώματι, πεζῇ τε βαδίζων καὶ τὰς τοῦ ἡμόνου τοῦ ἱεράτος χαλινοὺς κατέχων, ἕως καὶ αὐτῶν ἐντὸς τῶν ἀνακτόρων προηγούμενος καθίστα. Hoc itaque facto imperatores cæterique principes Ecclesiæ et Christi vicariorum sese profitebantur clientes ac vassallos. *Strepam* enim *tenere* fuisse olim peculiare vassallorum munus docet Jus Feudale Saxonum, c. 32. § 2 : *Qua die vassallus domino strepam tenuerit in ascensu vel in descensu equi, — in ipsa die non tenetur coram domino jurt adstare feudali.* Atque inde colligere est cur cum Joannes Comnenus imperator Antiochiam ingressus est, *dominus princeps* Raimundus Antiochenus *dominusque comes* Tripolitanus *stratoris officium*

C *exsecuti sint*, ut est apud Willelmum Tyrium, l. XV, c. 3, cum paulo ante idem princeps *fidelitatem suam domino imperatori manualiter exhibuisset*, uti tradit idem scriptor, l. XV, c. ult. Fuit igitur stratorum officium *strepam tenere*, cum dominus equum ingrederetur; prius quam vero streparum aut stapedum invaluisset usus, equum inscensuros manu erigere et allevare, ut Spartianus in Caracalla satis indicat. Inde stratores ἀναβολεῖς dicuntur veteri scriptori apud Suidam, quam vocem postea ipsis stabulis ascripserunt, uti pridem observatum a viris doctis. *Scansores* vocat Glossarium Latino-Gr. : *scansor*, καταστρωτής. Nam et eorum erat equos sternere, unde *stratores* appellati : Glossarium Græco-Lat. στρωτής, *strator*; et *compositores sellæ regiæ* apud Papiam : Ὑπηρέται τῶν βασιλικῶν κεκοσμημένων ἵππων, οὓς δὴ στράτορας καλεῖν ἡ τάξις ἐθίσται, ut ait auctor Vitæ S. Theophanis confess. n. 9, qui etsi stratorum ἀξίωμα βασιλικόν,

D non tamen τῶν ἐν τέλει fuisse scribit : stramenta vero ipsa *straturæ* apud Fredegarium Scholasticum, c. 38 vocantur, *stratoria* in Vita S. Benedicti abbatis Aniauæ, c. 6, n. 28. Eorum præterea munus erat equos imperatorii stabuli curare et eos inspicere et probare qui imperatori offerebantur, ut auctor est Ammianus, l. XXIX, et colligitur ex leg. 7 cod. de stratoribus : eoque ipso erant sub dispositione tribuni stabuli, ut scribit idem Ammianus, l. XXX, qui quidem tribunus idem qui postmodum comes stabuli dictus est. Denique si domini aut principes equitarent, iis semper aderant stratores pedites, ne eorum opera illi indigerent. Ordo Romanus de summo Pontifice equitante : *Stratores autem laici a dextris et sinistris equi ambulant, ne ulicubi titubet.* Stratoribus præerat *domesticus stratorum*, de qua dignitate Theophanes, p. 325, qui postmodum πρωτοστράτωρ appellatus : Scylitzes in Theophilo de Basilio : Ἱπποκόμων ὁ πρῶτος γενόμενος, πρωτοστράτορα τοῦτόν φασι, Constantinus Porph. in eodem Basilio c. 7 : Πρωτοστράτορα αὐτοῦ πεποίηκεν ὁ Θεόφιλος. Ita Paulo Diacono, l. XXII Histor. Miscellæ Theophylactus dicitur *primus imperialium stratorum*, qui Theophani p. 369 βασιλικὸς πρωτοστράτωρ. Illius muneri equorum stabuli imperatorii cura incumbebat, ut habet Cinnamus, l. III : Ὃς τοῖς βασιλικοῖς τηνίκα ἱπποκομίαν ἐφεστὼς ἦν, πρωτοστράτορα τοῦτο καλοῦσι Ῥωμαῖοι τὸ λειτούργημα. Zonaras p. 132 : Τοῖς οἰκείοις ἱπποκόμοις ἐπέστησε, πρωτοστράτορα τοῦτον οἷδεν ὀνομάζειν ἡ διάλεκτος ἡ κοινή. Hinc *stratorium stabulum jumentorum* interpretatur Joannes de Janua, quod stabulis præessent stratores, lisque si quando imperator peregre profecturus erat, [P. 475] equum a comite equorum adductum frenc prehendens ducebat ad quartam vel quintam palatii partem, ut est apud Codinum, De off., c. 5, n. 5 et Nicetam in Alexio, l. I, n. 2, præterea absente magno domestico gestabat imperatoris ensem, ut

terraneum canalem in urbem procurrebat) sibi id persuadere minime poterat, ita facile a Romanis posse expugnari. Inde itaque digressus princeps aliud castellum exstruxit, quod Hungaris plurimis quos Sirmio transtulerat, habitandum concessit. Chalisii vulgo ab ipsis appellantur, suntque diversæ, ut supra memoratum est, religionis, et easdem ac Persæ opiniones habent. Tum vero certo edoctus Stephanus quæ Zeugmæ urbi accidissent, legatos ad imperatorem misit, viros dignitate conspicuos, quos inter exstitit is qui episcopali munere ibi fungebatur, Sirmiumque se Romanis, insuper etiam totam Dalmatiam restituturum pollicitus est. Ut venere in conspectum imperatoris, **248** mandata exposuere rogavereque, ut iram remitteret. Id ille primo negavit « rem certe magnam, inquiens, confecturus ille esset, legati, si quæ jam ablata sunt, ea rursum donare vellet. Habemus Sirmium, cepimus Zeugmen, Dalmatas tenemus, eorumque omnino domini facti sumus, quæ vobis erepta etiam concedere nunc vultis. Estne ergo alterum apud vos Sirmium, et altera Zeugme, Dalmatiaque alia, quæ nobis tradituri sitis? Si habetis, ea nobis ostendite, ut hæc apertis continuo manibus excipiamus: quæ quidem etsi haud tuto nos possessuros scimus (quippe contra jus fasque agere nulla vobis est cura) iisdem tamen nostris viribus, Deo juvante, ut et ista tuebimur. Si ergo hæc nostra sunt, nihilque vobis amplius in iis juris est, quæ vos daturos dicitis, quibus conditionibus pacta fient? aut quid illud erit, quod vos nobis reconciliet? » Iis quidem sermonibus legatos primum est allocutus: inde commutata oratione: « sed ut sciatis, ait, quam libenter vobiscum, qui Christiani estis velimus pacisci, agedum, sacramenta fiant. » Hactenus imperator. Illi vero omnia jurejurando firmantes recessere: ipse autem princeps Byzantium est reversus.

17. Cum Joannes Ducas Dalmatiam Romanorum

τοῖς ἄλλοις καὶ ὀχετὸς αὐτὴν ἐκ τῶν Ἴστρου ἐπότιζε ναμάτων, ὃς τὸ μὲν πρῶτον εἰς τὸ ἐμφανὲς ἔκειτο ὑπαιθρος ἐπὶ τὴν πόλιν ἀνατείνων, εἶτα βασιλέως Στεφάνῳ ἐκείνῳ συναραμένου ὑπόνομος ἤδη κατέστη) πιστεύειν οὐκ εἶχεν εὐπετῶς οὕτω Ῥωμαίοις ἁλώσεσθαι ταύτην. Ὡς δὲ βασιλεὺς ἐκεῖθεν μεταβὰς ἕτερόν τι φρούριον ἐνσούργει, ἐν ᾧ πολλοὺς τῶν ἐν Σιρμίῳ φέρων ᾠκίσατο Οὔννων, οὓς παρ' αὐτοῖς Χαλισίους ἔθος καλεῖν ἐστι (καί εἰσιν ἑτερόδοξοι, καθάπερ ἤδη ἔφην, Πέρσαις ταυτοφρονοῦντες), τότε δὴ τὰ ἀμφὶ τῇ πόλει Ζεύγμῃ ξυμπεπτωκότα μαθὼν ἀκριβῶς πρέσβεις ἐς τὸν βασιλέα πέμπει ἄνδρας τε τῶν περιφανῶν καὶ δὴ καὶ τὸν τὴν ἐπίσκοπον τῇδε λαχόντα ἀρχήν, Σίρμιόν τε ἀποδιδόναι Ῥωμαίοις ἐσαῦθις διομολογῶν, πρὸς δὲ καὶ Δαλματίαν πᾶσαν. Οἳ καὶ ἐπειδὴ βασιλεῖ εἰς ὄψιν ἦλθον, ἐπεῖπόν τε ὅσα αὐτοῖς ἐπέσταλτο καὶ δὴ ἱκέτευον ἀνεῖναι λοιπὸν βασιλέα τοῦ χόλου. Ὁ δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἀπέλεγε· « Πολλοῦ μεντᾶν ἄξιον εἴη, λέγων, ἄνδρες πρεσβευταί, εἴ τις ἅπερ ἀφῄρηται (9) ἤδη ταῦτα διδόναι ἀξιοίη. Ἔχομεν Σίρμιον, ἐξελομεν Ζεύγμην, Δαλμάτας ἤδη κρατοῦμεν, πάντων καθάπαξ γεγόναμεν κύριοι ὧν αὐτοὶ διδόντες εἶτα ἀφελεσθε. Ἆρα τοίνυν ἔστι παρ' ὑμῖν Σίρμιόν ἕτερον; ἔστι που Ζεύγμη καὶ Δαλματία ἄλλη, ἃ διδόντες νῦν ἡμῖν ἥκετε; Εἰ μὲν ἔστι, δείξατε δή, ὡς ἡμεῖς γε ὑπτίαις αὐτίκα ὑποδεξόμεθα ταῦτα χερσὶν, εἰδότες μὲν ὡς οὐδὲ ταῦτα ὅσον τὸ ἐφ' ὑμῖν καθέξομεν ἀσφαλῶς (μέλησις γὰρ ὑμῖν οὐδεμία πάντα παρανομεῖν), αὐτῇ δ' ὅμως ἰσχύϊ σὺν Θεῷ φάναι τῇ ἡμῶν ὥσπερ καὶ τούτων κρατήσοντες. Εἰ δὲ ταῦτα μὲν παρ' ἡμῖν ἄρτι κεῖται, ὑμῖν δ' οὐδὲν ὑπολέλειπται ὧν ἄρτι δώσειν φατὲ, ἐπὶ τίσιν ἡ σύμβασις; ἢ τί τὸ διαλλάξον ἡμᾶς ἔσται; » [P. 144] Τὸ μὲν δὴ πρῶτον οὕτως αὐτοὺς ἠμείψατο, μεταβαλὼν δ' ἔπειτα· « Ἀλλ' ἵνα, ἔφη, γνῶτε ὡς προῖκα ὑμῖν σπείσασθαι θέλομεν Χριστιανοῖς οὖσιν, ἄγε γινέσθω τὰ ὅρκια. » Ὁ βασιλεὺς μὲν τοσαῦτα εἶπεν· οἱ δὲ διώμοτα πάντα θέμενοι ἀπηλλάγησαν; καὶ ὁ βασιλεὺς λοιπὸν ἐπὶ Βυζάντιον ἦλθεν.

ιζ'. Ἤδη δὲ καὶ Ἰωάννης ὁ Δούκας Δαλματίαν (10)

Du Cangii notæ.

(9) *Εἴ τις ἅπερ ἀφῄρηται.* Ita Lachanas occupato regni Bulgarici diademate Mariæ Constantini regis viduæ et se in conjugem et regnum in dotem offerenti, respondit, ridicule offerri, quod majori ex parte jam teneret: Διαθρυπτόμενος; οἷον εἰ ἀρχὴν ὅσον οὔπω κτησομένην αὐτῷ σπάθῃ καὶ δυνάμει κρείττονι, ἐκείνῃ φθάνοι χαρίζεσθαι. Pachym. l. vi, c. 7.

(10) *Δαλματίαν.* Dalmatia maritima, quam et Croatiam Albam vocarunt, reges suos seu toparchas agnovit, longe diversos a Servianis principibus, quorum regia fuit Salona, Diocletiani Augusti natalibus illustris. Atque ut omittam cæteros qui hisce provinciis imperitarunt, in præsens, quod ad rem nostram spectat, arbitror admotandum, Zolomirum seu Zuilimirum, cujus meminit Gregorius VII papa, uti a nobis ad Alexiadem observatum, Croatiæ et Dalmatiæ regem sese inscripsisse, qui ducta in uxorem Belæ I Hungariæ regis filia, Geizæ II et Vladislai regum sorore, *cum nulla ex ea superesset* proles, moriens regnum conjugi reliquit. Illa provincias, quas Vladislai fratris auxiliis contra hostes tutata erat, eidem hæreditatis jure testamento assignavit. Atque inde Ungarici reges Dalmatiæ et Croatiæ dominos identidem sese appellarunt et easdem possederunt provincias, non tamen absque controversia. Quippe Veneti jam ante Zuilimirum jus in plerasque Dalmatiæ maritimæ urbes sibi vindicabant, quas sub Petro Urseolo duce Servianis abstulerant principibus. Neque dubium est quin Manuel, qui eo ævo cum Venetis simultates, etsi occultas, [P. 482] exercebat, Belæ seu Alexii, cui filiam Mariam desponderat, jura, ut qui esset Hungaricæ stirpis princeps, ad bellum inferendum prætenderit. Nisi quod vult Cinnamus, Belæ ipsi in hæreditatis sortem seu a patre, vel, ut probabilius est, a fratre, assignata fuerit Dalmatia, quam idem princeps Hungariæ post hæc rex factus Amalrico filio primogenito perinde concessit. Aguut etiam de hoc Manuelis in Dalmatia cum Venetis bello Thomas Archidiaconus in Hist. Salonitana

παραστησάμενος Νικηφόρῳ τῷ Χαλούφῃ ταύτην παρέθετο, οὕτω πρὸς βασιλέως ἀπεσταλμένον αὐτῷ. Ἔφθη γὰρ αὐτὸν δυνάμεσιν ἅμα ἐνταῦθα στεῖλαι ἐφ' ᾧ ἢ βίᾳ ἢ ὁμολογίᾳ ταύτην ἑλεῖν, τῶν Οὔννων τῷ λόγῳ δῆθεν Βελᾷ πρὸς κλῆρον καὶ ταύτην ἀφοριζόντων. Ὁ δὲ, τὴν Σερβίων παραμείψας χώραν, ἐπειδὴ εἰς ταύτην εἰσέβαλεν πᾶσα ἐν βραχεῖ δυναστεία τὸ πλέον ὑπὸ τῷ βασιλεῖ ἔθετο. Ὅτε δὴ Τραγούριόν τε ὑπὸ Ῥωμαίους ἐγένετο καὶ Σεβένικος, πρὸς δὲ καὶ Σπάλαθος καὶ τὸ Κατζικίων ἔθνος (11) Διόκλειά τε πόλις περιφανὴς (12), ἣν Διοκλητιανὸς (13) ὁ Ῥωμαίων ἐδείματο αὐτοκράτωρ, Κάρδων [P. 146] τε καὶ Ὀστρουμπίτζα (14) καὶ Σάλων, καὶ ὅσαι ἐπὶ Δαλματικῇ ἵδρυνται ἄλλαι, ἑπτὰ καὶ πεντήκοντα ἅπασαι. Τὰ μὲν κατὰ Δαλματίαν τῇδε ἐχώρησαν. Βασιλεὺς δὲ, ὥσπερ ἐλέγομεν, ἐς Βυζάντιον ἐπανιὼν θρίαμβον ἐξ ἀκροπόλεως ἄχρι καὶ ἐς τὸ τῆς Σοφίας μέγα κατήνεγκεν ἱερόν. Ἐνταῦθά τε τὰ χαριστήρια θύσας καὶ χρυσίῳ τοὺς ἱεροπόλους δωρησάμενος, ὃ ἐκ Σιρμίου φορολογηθὲν Ῥωμαίοις ἔτυχεν, ἐν παλατίῳ ἡσύχαζεν. Ἀλλ' ὃ μὲ μικροῦ παρῆλθεν, ἐν ἐκείνῳ δὴ τῷ θριάμβῳ καὶ ἅρμα χρυσίου εἴργαστο ἀκηράτου, ἐφ' ᾧ τὸν βασιλέα ἐπιδήσεσθαι. Οὐ μὴν καὶ ἐπέβη, τὸ μὲν πρὸς τὸν ὄγκον εὐλαβηθεὶς, τὸ δέ τι καὶ πρωτοζύγων τῶν ἵππων ὄντων, οἳ τὸν δίφρον εἵλκον, θαμά τε τοῦτον ἐκταραττόντων, ὡς μικροῦ καὶ ἀνατετράφθαι κινδυνεύειν. Οὕπω δὲ συχνὸς ἐξῆκε χρόνος, καὶ αὖθις Σερβίου τε ὠδίνειν καὶ Πανν6νων τὸ ἔθνος μεμαθηκὼς προφθάνειν ἠπείγετο τὴν ὁρμήν. Ἀλλ' ἄρτι προσιόντα τοῦτον ἤκουσαν, καὶ τῆς ὁρμῆς ἀνακοπέντες ἀπαράλυτα τὰ δεδογμένα ἐτήρησαν.

A imperio asseruisset, Nicephoro Chaluphæ, quemadmodum ei a principe mandatum fuerat, istius administrandæ curam imposuit. Eo enim fuerat cum copiis missus, ut sive per vim sive per conditiones illam in potestatem redigeret: quod hanc scilicet **249** provinciam Belæ in hæreditatis sortem assignarent Hungari. Is itaque Serviorum fines prætergressus, postquam totus in Dalmatiam exercitus traductus erat, brevi pleraque imperatoris ditioni subjecit. Tum enim in Romanorum jus concessere Tragurium et Sebenicus, ad hæc Spalathus et Catziciorum gens; Diocleæ urbs percelebris, quam Diocletianus imperator condidit, Scardona, Ostrubitza, Salona, omnesque aliæ civitates quæ in Dalmatia sitæ sunt, numero in universum septem B et quinquaginta. Hæc in Dalmatia feliciter gesta sunt Imperator autem Byzantium, uti diximus, reversus ab acropoli usque ad ædem S. Sophiæ triumphum egit; ubi Deo gratiis persolutis et sacerdotibus auro donatis, quod ex tributis Sirmii contraxerant Romani, in palatio quieti se dedit. Sed me fere præterierat, currum quo imperator veheretur, isto in triumpho ex auro solido confectum fuisse; non conscendisse illum tamen, tum quod vereretur ne arrogantiæ incusaretur et fastus, tum etiam quod currui adjuncti equi tunc primum domiti et jugo pressi sic crebro succussissent jactassentque, ut haud multum abfuerit quin totus subverteretur. Nec longum intercessit tempus, cum Servios et Pannones nova iterum moliri edoctus, eorum conatus prævertere C statuit. Sed statim atque illum accedere perceperunt, omisso incepto, pacta servavere.

Du Cangii notæ.

c. 20, 22, Sabellicus et Bonfinius. Consule Familias nostras Dalmaticas.

(11) *Τὸ Κατζικίων ἔθνος. Catziti* forte, de quibus Thomas Archid. c. 22, qui *Cacicli* in veteri diplomate dicuntur apud Jo. Lucium, l. III Hist. Dalmatic. c. 10, p. 152. Fuerunt autem Cazetti sive Casicli una e 12 tribubus Croatorum. V. eumdem Lucium, l. IV, c. 46.

(12) *Ἣν Διοκλητιανὸς* etc. V. Constant. Porph. et eumdem Thom. Archid. in Hist. Salon. c. 4.

(13) *Κάρδων.* Vulgo *Scardona.*

(14) *Ὀστρουμπίτζα.* Quæ hodie *Ostrovitza.*

ΒΙΒΛΙΟΝ Ϛ'.

LIBER VI.

α'. Ὁ βασιλεὺς δὲ Ἀνδρόνικον (15) ἀπὸ Ταυροσκυθῶν ἤδη, καθάπερ εἴρηται, ἐπανιόντα φιλοφροσύνης τε τῆς ἄλλης ἠξίωσε καὶ ἀφθόνῳ χρυσίῳ τὸν ἄνθρωπον δωρησάμενος ἐπὶ Κιλικίας τὰ τῇδε καταστησάμενον ἐπεμψεν· ὡς γε μὴν ἀφθόνοις ἔχοι χρῆσθαι τοῖς ἀναλώμασι καὶ Κύπρον αὐτῷ φορολογεῖσθαι ἔδωκεν. Ἀλλ' ἐκεῖνος ὀλίγον ἐν τοῖς καθεστῶσιν ἐπι-

250 1. Cæterum imperator reversum, sicuti memoravimus, ex Tauroscythis Andronicum benevolentia singulari prosecutus, ingenti auri pondere donatum in Ciliciam ad res ibi componendas misit: et ut largiores ei sumptus suppeterent, vectigalia insuper Cypri attribuit. Sed ille haud diu ibi locorum moratus, primo quidem Philippam Augustæ

Du Cangii notæ.

15) *Βασιλεὺς δὲ Ἀνδρόνικον.* Nicetas, l. IV, n. 4 et V, Will. Tyrius, l. XX, c. 2. V. Stemma Comnen.

sororem, legibus id nostris minime concedentibus, A sibi despondet : deinde nulla ratione relicta illa in Palæstinam transiit, ingentes secum deferens imperatoris pecunias, quas ex Ciliciæ et Cypri tributis coegerat. Illic forte incidit in Isaacii sebastocratoris filiam, quæ Balduino regi, uti dictum est, nupserat et functo marito fratreque illius regnum jam consecuto, vidua in urbe Ace morabatur. Crebrius illam ut consanguineam convenit, et secretas etiam consuetudines cum ea habuit. Tandem impuro atque illicito illius amore flagrans ac concubitu potitus in Saracenorum fines una cum illa trajecit et liberos ex ea postea sustulit. **251** Inde plurimas regiones exteras circumiens Orientalem Iberborum plagam adiit. Neque ita multo post ad Persas iterum cum muliere reversus est : unde crebris B in Romanorum fines factis excursionibus plurimos captivos fecit, quos ut belli prædam scelestus iste Persis concessit : ob quæ facinora ab Ecclesia anathemate percussus est.

μείνας χρόνον, πρῶτα μὲν Φιλίππαν τὴν Αὐγούστης κασιγνήτην γυναῖκα ἐγγυητὴν ἐποιήσατο, τοῦ παρ' ἡμῖν νομίμου (16) ἥκιστα ξυγχωροῦντος αὐτῷ· εἶτα λόγῳ οὐδενὶ ταύτης ἀπεσχημένος ἐπὶ Παλαιστίνης μετέβη, χρήματα τῶν βασιλέως πλεῖστα συνεπαγόμενος, ἃ Κιλικίας τε αὐτῆς καὶ τῆς Κυπρίων ἐκπεφορολόγηκε γῆς. Ἐνταῦθά τε τῇ σεβαστοκράτορος Ἰσαακίου ἐντετυχηκὼς θυγατρὶ, ἣ Βαλδουΐνῳ, καθάπερ εἴρηται, τῷ ῥηγὶ ξυνοικήσασα, ἐπειδήπερ ἐκεῖνος ἀποθάνοι καὶ τὰ τῆς ἀρχῆς ἐπὶ τὸν ἀδελφὸν μεταπέσοι τὸν αὐτοῦ, ἐνταῦθα ἐπὶ Ἄκης καθῆστο πόλεως χηρεύουσα· θαμά τε ἐφοίτα παρ' αὐτὴν ἄτε ξυγγενῆ καὶ ὁμιλίας τινὰς ἰδιαζούσας ἐποιεῖτο τῇ ἀνθρώπῳ. Προβαίνων δὲ καὶ ἐκτόπως ἠράσθη ταύτης ἄθεσμόν τινα καὶ ἀνόσιον ἔρωτα, ἕως ἤδη πλησιάσας αὐτῇ ἀνέλαβέ τε ἐκεῖθεν καὶ ἐπὶ τὴν τῶν Σαρακηνῶν σὺν αὐτῇ χώραν ἦλθεν, ἐξ ἧς καὶ παῖδας ἐτέκνωσεν ὕστερον. Τότε δὲ πολλὴν τινα γῆν ὀθνείαν περιελθὼν, εἶτα καὶ εἰς τὴν ἐῴαν Ἰβήρων ἐμβάλλει χώραν. Οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον αὖθις ἐπὶ τοὺς Πέρσας ἦλθε σὺν τῇ γυναικὶ, ὅθεν συχνὰς ἐπὶ τὴν Ῥωμαίων ποιούμενος ἐμβολὰς πολλούς τε ἀνθρώπων ἀνδραποδιζόμενος ὁ κακοδαίμων ἁρπάγματα τοῦ πολέμου Πέρσαις παρεῖχε, δι' ἃ καὶ ἀναθέματι πρὸς τῆς Ἐκκλησίας ὑποβέβληται.

2. Per idem tempus orta est Byzantii de gloria Christi controversia hac occasione. Quidam Demetrius, genere quidem Romanus sed Lampe vico Asiæ oriundus, in disciplinis externis ac sæcularibus parum, opinor, versatus, institutis autem divinis assiduo deditus absurdissima quæque de iis crebrius proferebat. Hic sæpius in Occidentem gentesque Italicas legatus missus et stolido fastu plenus inde reversus tum alia quædam effudit portentosa, tum et Dei naturam curiosius investigare non destitit : rem alii nulli permissam præterquam doctoribus et iis qui in sacerdotum albo præcipui fulgeant, atque adeo ipsis jam imperatoribus, propter dignitatis forte excellentiam. Cum e finibus Alemannorum rediret, gentes eas propalam contendebat a vera aberrare opinione, inque colloquium imperatoris aliquando admissus eadem effutiit. Quænam autem ista essent illo percontante, sermonem arripiens, statim rem omnem, cujus hæc est summa, explicuit : « Dicere, inquit, audent minorem eumdem esse et æqualem Deo a quo genitus est. » At imperator **252** subjiciens : « Numquid, ait, eumdem esse et Deum et hominem dici-

β'. Ὑπὸ τοῦτον τὸν χρόνον ζήτησίς τις ἐν Βυζαντίῳ ἀμφὶ τῇ [P. 147] Χριστοῦ συνέπεσε δόξῃ ἀπ' αἰτίας τοιᾶσδε. Ἦν τις Δημήτριος (17), Ῥωμαῖος μὲν γένος Λάμπης δὲ κώμης ὡρμημένος Ἀσιανῆς, παιδεύσεως τῆς ἐγκυκλίου καὶ μαθημάτων τῶν ἐκτὸς ὀλίγον, οἶμαι, μετεσχηκὼς, δόγμασι δὲ ὡς ἐπίπαν τοῖς θείοις ἐνευκαιρῶν καὶ ἀπέραντόν τινα περὶ ταῦτα κατατείνων ἀδολεσχίαν ἀεί. Οὗτος πολλάκις περὶ τὴν ἑσπέραν καὶ ἔθνη πρεσβεύσας τὰ Ἰταλικὰ C κορύζης μεστὸς ἐκεῖθεν ἐπανῄει καὶ ἑτερατεύετο ἄλλα τε πολλὰ καὶ δὴ καὶ τὴν Θεοῦ φύσιν οὐδέποτε ἀνίει πολυπραγμονῶν, πρᾶγμα οὐδενὶ ἄλλῳ ὅτι μὴ διδασκάλοις καὶ τῶν ἱερέων ἐφειμένον τοῖς προὔχουσιν, ἤδη δὲ καὶ βασιλεῦσι διὰ τὸ ἄξίωμα ἴσως. Τότε δὲ ἐκ τῆς χώρας ἀναζεύξας Ἀλαμανῶν διαφανῶς ἑτεροφρονεῖν τὰ τῇδε διετείνετο ἔθνη, καί ποτε τῷ βασιλεῖ διομιλούμενος τοιάδε τινὰ συνεῖρε. Πυνθανομένου δὲ τοῦ βασιλέως τίνα ταῦτα εἶεν, ὑπολαβὼν ἐκεῖνος αὐτίκα τὸν πάντα διεξῄει λόγον. Εἶχε δὲ οὕτως· « Ἐλάσσω τὸν αὐτὸν καὶ ἴσον τῷ φύσαντι Θεῷ λέγειν τολμῶσι. » Βασιλέως δὲ, « Τί δὲ, οὐχὶ καὶ Θεὸν τὸν αὐτὸν καὶ ἄνθρωπόν φαμεν; » εἰπόντος, ὁ δὲ « Ναὶ, » εἶπεν· « Οὐκοῦν, βασιλεὺς ἔφη (18), ἓν

Du Cangii notæ.

(16) *Τοῦ παρ' ἡμῖν νομίμου.* Matthæus Monachus in Quæst. matrimonial. l. VIII Juris Græco-Rom. p. 482 ad quintum usque gradum prohibitas fuisse apud Græcos ob affinitatem nuptias scribit : Μέχρις τοῦ πέμπτου βαθμοῦ πάντη τὸ ἐξ ἀγιστείας κεκώλυται. V. Pachym. l. VI, c. 6.

(17) *Ἦν εἰς Δημήτριος.* Id etiam habet Nicetas, l. VII, c. 5. V. Præterea Leonem Allat. de Eccl. Occid. et Orient. perp. cons. l. II, c. 12, n. 4.

(18) *Οὐκοῦν βασιλεὺς ἔφη.* Gaudentius Brixiensis episcopus in Responsione ad Paulum Diac. de eo quod Dominus Jesus dixit apostolis : *Quia Pater major me est : duplex est in Christo substantia, una propria, alia nostra, jam sua : id est, una* D *Dei, alia hominis. Filius enim Dei, ex quo cum illibata Virgo peperit de Spiritu sancto conceptum, atque hoc genere nascendi Verbum caro factum est et habitavit in nobis, idem cœpit esse Filius hominis, qui in principio erat apud Patrem Filius Dei, utique Deus Verbum*, etc. Ferrandus Carthagin. Diac. Epistol. ad Anatolium : *Si quis iterum requirat, Pater major me est, utrum vox ista secundum divinitatem prolata sit, an secundum humanitatem, fiducialiter respondeo secundum humanitatem, non secundum divinitatem.* Idacius Clarus adversus Varimadum : *Filius minor est Patre in assumpti hominis formâ, æqualis vero Patri est in Deitatis naturæ substantia.* Ita passim sancti

τῷ ἄνθρωπος μὲν τὸ ἧττον, ἐν δὲ τῷ Θεὸς τὸ ἴσον ὁμολογοῦμεν. Ταὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ τοῦ Σωτῆρος ἀκούσμεν λέγοντος. Φησὶ γάρ που· *Ὁ Πατήρ μου μείζων μου ἐστί.* Καὶ εἰ μὴ θατέρᾳ τοῦτο προσαρμοστέον φύσει (ἀτοπώτατον γάρ), ἀνάγκη λοιπὸν τῇ ἑτέρᾳ τὸν λόγον προσάπτειν. Τὸ γὰρ μηδεμιᾷ λέγειν ἀνοητον. Ἆρα καλῶς τοῖς ἀνθρώποις ὁ λόγος ἔχει, ὅσα γε τέως κράτος εἰδέναι τὸ ἡμέτερον. » Ὁ δὲ « Καὶ πάλιν, « Ἀλλὰ περιφανῶς ἀσεβοῦσιν, » ἔλεγε. Τότε μὲν οὖν ἐν τούτοις τὸν διάλογον ἔλυον· ὀλίγῳ δ' ὕστερον καὶ βιβλίῳ τὰ δοκοῦντα αὐτῷ Δημήτριος ἐνθέμενος τῷ βασιλεῖ ἐκόμισεν. Ὁ δὲ « Εἴ γε, ἔφη, ὑπὸ γῆν αὐτὸ κατακρύψαι δυνατά ἐστιν, αὐτίκα τοῦτο κατάχωσον, ὡς μὴ ἐντεῦθεν ὀλέθρου πολλοῖς πρόξενος ἔσῃ. Ἐμοὶ γὰρ ἀραρότως ἔχειν συμβαίνει τὰ ἐς τὴν θεωρίαν ταυτηνί, καὶ οὐκ ἄν τις ῥᾳδίως οἶμαι αὐτῆς με ἔξει παρακινεῖν. » Ἀλλ' ἐκεῖνος ἔτι μᾶλλον θρασὺς ἦν ἰδίᾳ τε καὶ ἐν συλλόγοις αὐτὸ προῦφερεν. Ἤδη δὲ καὶ τῶν ἀρχιερέων ἐκοινοῦτο πολλοῖς καὶ τοῖς ἐκ τῆς τῶν Λευιτῶν μερίδος, οὓς διακόνους καλοῦμεν. Ἐπεί τε συμφωνοῦντας αὐτῷ πολλοὺς εὗρισκεν, ἔτι μᾶλλον ἀναφανδὰ κατὰ τῶν τὸ ἐλαττόν πως πεφρονηκότων ἔπνει καὶ ἐφέρετο· προϊόν τε ἐπὶ μέγα ἦρθη τὸ νεῖκος, καὶ οὐκ ἦν οὐδαμοῦ ὅστις τῷ τότε καὶ ἐλάλει καὶ ἐζήτει, κἂν ὁποιασοῦν ἐτύγχανε μερίδος ὤν. Ὡς οὖν ταῦτα βασιλεὺς ἔγνω, τὸ μὲν ἐπὶ κοινῆς τεθεικέναι ζητήσεως ὤκνει [P. 148] καὶ ἀνεδύετο, σὺν εὐλαβείᾳ τῷ πράγματι προσφερόμενος. Ὁρῶν δὲ σχεδόν τί μοι ἅπαντας ἐς γνώμην τὴν Δημητρίου νεύοντας, ἕνα καθ' ἕνα, ἤδη δὲ καὶ ξύνδυο καὶ κατὰ πλείους παραλαμβάνων ἐδοκίμαζε τὰ λεγόμενα, οὕτω τε πολλοὺς αὐτῶν ἐπὶ θατέραν μετήνεγκε δόξαν οὐκ ἔχοντας ἀντιλέγειν οὐδέν. Κἂν γὰρ καὶ παιδείας ἄγευστος λογικῆς ἦν, ἀλλὰ φύσεως ὀξύτητι καὶ μεγαλείῳ νοήσεως πάντων καθάπαξ ἐκράτει τῶν ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις γεγενημένων ἀνθρώπων. Καὶ οὐκ ἦν ὅστις ἤρνεῖτο ταῦτα, μὴ ὅτι τῶν ἐν βασιλέως ἀναστρεφομένων τὰ πολλὰ (ἦ γὰρ ἂν θωπείας ὑπώπτευσέ τις ἐνταῦθα), ἀλλ' ἤδη καὶ τῶν ἄλλων ἀγνώστων αὐτῷ· κἂν τι διερμηνεῦσαι (19) προθυμηθείη, σὺν ἑξαισίᾳ τινὶ προμηθείᾳ καὶ σαφηνείᾳ καὶ φράσεως ἁπλότητι τοῦτο διεξῄει· κἂν ὁποίου δή τινος τῶν φιλοσοφίας ἤρτητο τὸ ζητούμενον εἰδῶν, φυσικῶν ἢ θεολογικῶν καὶ καθάπαξ τῶν ἄλλων. Ἠσχόλει γὰρ ἑαυτὸν τοῖς τε θείοις καὶ τοῖς ἐκτὸς ἀκροάμασι, πολύν τε ἀμφοτέρων Ἄρεός τε καὶ Ἑρμοῦ λόγον ἐποιεῖτο, καίτοι σχεδὸν πολεμίων ἔργων οὐδένα κατ-

mus? Ille vero: « Sic se res habet. » Tum imperator: « Annon igitur, quatenus homo est, minorem, quatenus autem Deus, æqualem confitemur? hoc ipsum scilicet Servatorem nostrum audivimus dicentem; alicubi enim ait: *Pater meus major me est*[1]. Quod si divinæ istud naturæ non est ascribendum (id enim dicere prorsus absurdum esset), necesse est ut alteri, nempe humanæ, sermo iste conveniat. Dicere enim id neutri competere stultum esset. Recte igitur homines isti sentiunt et loquuntur, quantum hactenus majestati nostræ conjectari licuit. » Ille vero rursum: « Manifeste, inquit, errant in fide. » Atque in his diremptum est colloquium. At paulo post sententiam suam libello exaratam imperatori porrexit Demetrius; is vero: « Si, ait, condi sub terram potest libellus iste, defode illum protinus, ne multis causa perditionis fiat. Mihi quidem immota super ea quæstione stat sententia, neque facile quis ab illa me dimoveat. » Cæterum insolentior etiam factus, libellum privatim ac publice in cœtibus proferebat: atque cum ipsis etiam episcopis, Levitarumque ordine conspicuis, quos diaconos vocamus, de illo disserebat. Cum vero jam plurimos in suam pertraxisset sententiam, manifestius contra eos qui minoris opinione tenerentur insurrexit, adeo ut maxima deinceps excitaretur contentio, cum occurreret nemo, cujuscunque essĕt dignitatis, qui obloqui et ab eo inquirere quidpiam auderet. Quæ ut **253** imperatori comperta fuerunt, publico quidem examini hanc ille committere controversiam præ religione quadam in dies differebat. Ubi vero omnes propemodum in Demetrii opinionem inclinare vidit, singulos primo, inde binos et plures ad se vocans, agitata et discussa quæstione, plurimos ex iis, cum quid opponerent non suppeteret, in alteram perduxit sententiam; licet enim logicam et dialecticam non attigisset, præstantia tamen ingenii et acumine mentisque et animi magnitudine cæteros omnino, qui nostra ætate vixerunt, homines præcellebat. Et nemo hæc inficiebatur, non eorum modo qui cum principe sæpius versabantur, quorumque suspecta haberi posset adulatio, sed et aliorum, qui ei prorsus ignoti sunt. Si quid enim interpretari vellet, id singulari accuratione et perspicuitate, necnon et nativa simplicitate referebat, ex quacunque demum philosophiæ parte deducta esset quæstio, sive ex physica sive ex

[1] Joan. XIV, 28.

Du Cangii notæ.

Patres. Vide Sedulium, l. I Paschal. operis, cap. 22. Hac responsione Arrium et illius sequaces, qui eo argumento adversus Catholicos uti solebant, ut testatur Socrates, l. I, c. 6, semper jugularunt sancti Patres. S. Augustinus in Enchiridio, c. 35: *In quantum Deus est, ipse et Pater unum sunt: in quantum autem homo, Pater major est illo.* Arnobius Junior in conflictu cum Serapione, l. II: *In ea forma, in qua Filius Patris est sine matre, ipse et Pater unum sunt: in ea vero forma, in qua Filius Matris est sine patre, Patre minor est. Naturam enim servilem assumpsit, in qua non solum Deo Patre minor esset, sed et Matre tantum minor esset, quantum Matris virginis annositas extitisset.* Vigilius episcop. Tridentinus: *Si ergo secundum professionis tuæ (Arrii) sententiam aliquanta divinitati, nonnulla vero humanitati ascribenda sunt, cur non hoc quod ait: « Pater major me est, » humanitati et quod ait: « Ego et Pater unum sumus, » divinitati reputamus?*

(19) *Κἂν τι διερμηνεῦσαι.* Perspicax Manuelis et acutum ingenium, eloquentiam et in rebus theologicis eruditionem commendat pariter Nicetas.

theologica cæterisque. Exercebat enim sese in divinis perinde ac humanioribus disciplinis, et magno utrumque habebat loco, Martem et Mercurium, etsi nullo propemodum tempore illi a bellicis curis vacaret. Ille itaque, uti diximus, complures ex iis quibuscum congressus est, ad suam perduxit sententiam. Primum enim nemo erat, qui non partis esset sibi adversæ, præterquam Lucas rebus ecclesiasticis tum præpositus, qui et ipse nec aperire libere mentem suam audebat, cum sex non amplius diaconis **254**. Cæteri autem omnes, ut plerosque post familiare cum imperatore colloquium a suis partibus abscedere viderunt, in secretis istis congressibus, ingenii solertia ac linguæ lenocinio ad illius esse pertractos sententiam rati : apud se statuere, ut nemo e suis deinceps solus aut secreto cum principe colloqueretur. Quippe, etsi non in hac vita quidem, tandem tamen post mortem anathemati omnino esse subdendum aiebant. Ad hæc mutuo in ædibus suis et principum aliquot virorum conventus instituerunt, quorum omnium ignarus imperator, Euthymium Novarum Patrarum episcopum secreto de hac controversia percontatur, haneque cum illo agitare se velle quæstionem ait. At is labia occludens silebat. Exquirente autem imperatore causam silentii, tum respondens ille rem omnem explicuit. Ex quibus non modice commotus princeps iraque succensus, quod alias solitus non erat, utpote qui cum animi constantia et præter iracundiam quælibet ageret, comminatur eum de excelsiori loco præcipitem se daturum, si qui sanam de Deo doctrinam perverterent, sibi eam crimini ducerent. « Sed ut intelligatis, inquit, mutata primum voce, quales vos et quomodo de Deo sentientes probra mihi ingeritis (ego autem injuriam transmitto, ne rigidiore facinore veræ rectæque doctrinæ officere videar : bonorum enim operum cum pravis similitudo ad animos etiam, unde utraque proveniunt, pari labe aspergendos **255** sufficit), agite, arma induite, ut mecum tandem solo contra vos venturo, non manuum vi, sed rationum et argumentorum pondere, depugnare possitis. Nolo enim victus vincere; et testis mihi est hæc actio. Manifesta quippe affectus injuria, ut vides, ab ultione abstineo. Minime autem opportuerat vos ea in angulis proferre. Quis enim vos ad id coegit? aut quis libertatem abstulit? quando ego sedens pro tribunali dicendi facultatem denegavi? quid inde ego lucri referam, si ineptam ac insulsam opinionem defendero? igitur ut non pudeat, quod non satis eruditæ linguæ animique exsistam, quod jam multis vestrum accidit (licet

A ρὸν ἀντεῖς. Ὁ μὲν οὖν οὕτως ἐξιότητι φύσεως, ὅπερ ἐλέγομεν, πολλοὺς τῶν ἐντυγχανόντων ἐς γνώμην μετετίθει τὴν ἑαυτοῦ. Τὸ γὰρ πρότερον οὐδεὶς ἦν ὅστις οὐχὶ τῆς ἀντικειμένης αὐτῷ μοίρας ἦν, ὅτι μὴ Λουκᾶς ὁ τηνικάδε τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ἐφεστὼς ὅς καὶ αὐτὸς οὐδαμῇ παῤῥησιάζεσθαι ἔτι ἐτόλμα, καὶ διακόνων οὐ πλείους τῶν ἓξ. Οἱ δὲ δὴ ἄλλοι ἅπαντες, ὡς ἐκ τῆς ἰδίᾳ τῷ βασιλεῖ κοινωνίας πολλοὺς τοῦ κατ' αὐτοὺς ἀποῤῥέοντας ἑώρων χοροῦ, οἰηθέντες τῷ διαφόρῳ τῆς νοήσεως καὶ τῷ τῆς γλώττης εὐστρόφῳ ἐν ταῖς ἰδιαζούσαις τοὺς πολλοὺς αὐτῶν εἰς ἑαυτὸν ἐφέλκεσθαι συνουσίαις, ἑστηκεν παρ' ἑαυτοῖς, μηκέτι μηδένα κατὰ μόνας καὶ ἐν παραβύστῳ τῷ βασιλεῖ ἐντεύξεσθαι αὐτῶν. « Κἂν γὰρ μὴ νῦν, ἀλλ' ὀψὲ καὶ μετὰ ἀποβίωσιν ἀναθέματι πάντως

B ὑποβληθήσεται, » ἔλεγον, συνελεύσεις ἐς τε ἀλλήλων καὶ δὴ καὶ ὑπερεχόντων τινῶν ποιούμενοι οἰκίας. Ὧν οὐδὲν ἔτι συνιδὼν ὁ βασιλεὺς Εὐθύμιόν (20) τε τῶν Νέων Πατρῶν ἀρχιερέα ἰδίᾳ καλέσας, ἀνεπυνθάνετο τῶν εἰρημένων γυμνάζειν τε σὺν αὐτῷ τὴν δόξαν ἤθελεν. Ὁ δὲ μεμυκὼς τὰ χείλη σιγῇ ἵστατο. Τοῦ βασιλέως δὲ τὴν αἰτίαν ἐρομένου τῆς σιωπῆς, τὸν πάντα λόγον ὑπολαβὼν ἐκεῖνος διεξῆει. Θυμήνας οὖν ἐπὶ τούτοις, καίτοι οὐ πρότερον εἰθισμένον αὐτῷ τοῦτο (ὅ τι γὰρ ἂν πράττοι σὺν εὐσταθείᾳ καὶ ἀσχολίας [P. 149] ἔπραττεν ἕξω), ἠπείλησε κατὰ κρήμνοῦ τοῦτον ὠθήσειν, εἴ γε αὐτοὶ τὴν ὑγιᾶ περὶ

C Θεοῦ διαστρέφοντες δόξαν αὐτῷ ταῦτα ἐπικαλοῦσιν. « Ἀλλ' ἵνα, ἔφη μεταβαλών, γνώσεσθε πρῶτον οἵτινες ὄντες καὶ ὅπως ποτὲ περὶ Θεοῦ φρονοῦντες σκώμματά τε ἐπιῤῥιπτεῖτε κἀμοί (ἀνέχομαι δὲ ὑβριζόμενος, ὡς μὴ δόξαν ὀρθὴν αὐθεκάστῳ (21) διαβάλλοιμι πράξει. Αἱ γὰρ πρὸς τὰ φαῦλα τῶν ἀγαθῶν ἔργων ὁμοιότητες ἱκαναὶ καὶ τὰς γνώμας ταυτίζειν, ἐξ ὧν ἑκάτερα προέρχονται), ἀνθοπλίσασθε τοίνυν ὅπως μοι μόνῳ τῶν ἁπάντων ἀπεναντίας ὑμῖν ἕξοντι συμπλακήσεσθαι λοιπὸν δυνηθῆτε, οὐ βίᾳ χειρῶν, ἀλλ' ἐνεργείᾳ λόγων. Μισεῖται γάρ μοι νικᾷν ἡττωμένῳ, καὶ μάρτυς ἡ πρᾶξις ἥδε. Σαφέστατα γὰρ περιυβρισμένος, ὥσπερ ὁρᾷς, ἐπέχω τὴν ἄμυναν· καίτοι ἔδει μὴ ἐν γωνίαις ὑμᾶς ταῦτα διασύρειν.

D Τίς γὰρ ὑμᾶς καὶ ἐδιάσατο; ἢ τίς τὴν παῤῥησίαν ἀφεῖλε; πότε μοι πρὸ τοῦ βήματος ἀπεώσθητε λέγοντες; τί κερδανῶ αὐτὸς, δόξῃ παρίσταμαι ἀλλοκότῳ; Ἆρα ὡς μὴ τὴν περὶ λόγους μοι δόξαν αἰσχυνῶ, ὅπερ ἤδη πολλοὶ τῶν καθ' ὑμᾶς ἔπαθον (καὶ μὴν οὐδέποτε τηλικαῦτα ἐπῄγγελμαι) λείπεται πάντως, ἵνα μὴ περὶ Θείου δόξαν καταπροδῶ. Εἰ δέ τις μεταδιδάξαι με σχοίη τὴν γνώμην, συμφώνως Γραφαῖς λαλῶν ταῖς ἱεραῖς, οὐδεμία μοι πάντως αἰσχύνη ἐπ' ἐκεῖνα μεταθέσθαι· ἓν δὲ μόνον τοῦτο τετηρῆσθω, ἀνύβριστος Θεός. Ὑπὲρ τούτου γὰρ μυριάκις

Du Cangii notæ.

(20) [P. 483] *Εὐθύμιον*. Interfuit Euthymius iste Novarum Patrarum episcopus synodo, quæ an. Ch. 1166 celebrata fuit contra Demetrium Lampenum. Vide eumdem Allatium.

(21) *Αὐθεκάστῳ*. Editio Tolliana præfert αὐθέκαίνῳ. An legendum ἀντικαίνῳ? est enim ἀντικαινον Hesychio ἰσόκαινον, an vero αὐθεκάστῳ, quam vocem idem Hesychius ἀκριβῆ, αὐστηρὸν τῷ λόγῳ, ἐλευθέριον, ἀξιόπιστον, etc. interpretatur? sic hic notio ista non omnino quadrat. Malim igitur ἀντικαίνῳ reponere, haneque periodum sic interpretari : *Ego autem injuria affici haud aegre patior, ne actione simili veræ rectæque doctrinæ officere videar.*

αὐτὸς ὑβριζόμενος ὑπενέγκω. » Ταῦτα μὲν τῇδε ἐχώρησαν, ἡμερῶν δὲ ὀλίγων ὕστερον βίβλους τε, ὅσαι τε περὶ τούτων τρανοῦσιν, ἐκόμιζε συχνὰς κἀπὶ κοινοτέρας τὸ πρᾶγμα προὐτίθει ζητήσεως. Ὑπέρρεον οὖν ἑκάστοτε συχνοὶ τῆς ἀντιθέτου μοίρας, ἕως ἅπαντες ἅμα πατριάρχαις τοῖς ἄλλοις ὁμοφρόνησάν τε καὶ τὸν βασιλέα τῆς τῶν Γραφῶν μᾶλλον ξυνιέναι ὁμολόγουν διανοίας. Τῷ γε μὴν Λουκᾷ ἐχαλέπαινόν τε περιφανῶς καὶ σκώμματα προσῆγον, δι' ἃ τοῦ θρόνου κατασπᾷν ἐπεβοῶντο τὸν ἄνθρωπον, πάνυ ἀμαθῶς τοῖς πράγμασιν ἐφιστάνειν εἰδότες. Τῆς Λουκᾶ γὰρ ἥττῆσθαι ὁμολογήσαντες γνώμης, ὅτι καὶ τῆς βασιλέως πολλῷ πρότερον, ἀλώσιμοί τε αὐτοῖς ἐς τὴν θρησκείαν γεγονότες, οἱ δὲ ἐγκλημάτων ἑτέρων ἐγράφοντο τοῦτον. Ἐφ' οἷς οἶμαι καὶ βασιλεὺς αὐτῶν καταγνοὺς σὺν ἐπιπαθεῖ τινι λογισμῷ τῷ Λουκᾷ ἐπιφυομένων. « Ἀλλὰ τοῦτο μέν, ἔφη, τέως ἀποκείσθω· ὀπηνίκα δὲ τέλος ἕξει τὸ τῶν παρόντων, βασανισθήσεται καὶ ταῦτα, καὶ τέλος αὐτοῖς ἐπιθήσομεν τὸ προσῆκον· » ἐφ' οἷς ἀποκρουσθέντες ἐκύρουν ἤδη τὰ δεδογμένα. Βασιλεὺς δὲ ὑπεσημήνατο τούτοις· καὶ τὸ λοιπὸν λίθοις ἐγκολαψάμενοι τὴν γραφὴν ἐπὶ τοῦ Σοφίας ἱεροῦ ἀριστερᾷ [P. 150] εἰσιόντι φέροντες ἔστησαν. Καὶ τέλος ἤδη εὕρατο τὰ τῆς ζητήσεως. Ἐγὼ δ' ἐκεῖνο περὶ τῶν τοιούτων ἀεὶ φρονῶν διατετέλεκα, ὅτι δὴ φύσιν Θεοῦ πολυπραγμονεῖν ἀνθρώπῳ γε ὄντι οὔχουν ἀνέγκλητον. Ὅ γε μὴν θαυμάζειν ἔχω τῷ αὐτοκράτορι τούτῳ αὐτίκα μοι λελέξεται. Συζητοῦντί ποτε περὶ τούτων αὐτῷ (ἐπὶ ἕξ καὶ γὰρ ἐνιαυτῶν παρετέτατο κύκλους τὰ τῆς ἀμφισβητήσεως.) τῶν τις περὶ τὴν βασιλικὴν ἀμφιπονουμένων ἐγένετο ἑστίαν, ἀγγέλλων οὖν αὐτῷ ἠσυχῇ, ἠμβλωκέναι τὴν βασιλίδα, εἶτα καὶ ὅτι ἄῤῥεν. Ὁ δὲ οὐδ' ὅσον ἐν σχήματι τὸ πάθος ἐπιδειξάμενος καθῆστο προσανέχων τοῖς λεγομένοις. Ἐπεὶ δὲ τέλος ἤδη εἶχε τὰ τῆς τηνικάδε ζητήσεως, ὀρθιος ἀναστὰς ῥιπτεῖ παρὰ τοὺς τῶν ἱερέων πόδας ἑαυτὸν, καὶ « Ἄρτι μοι, ἔφη, πατέρες ἱεροὶ, λόγος ἐκ τῆς γυναικωνίτιδος ἦλθεν, ἐκτετρῶσθαι παῖδά μοι λέγων ἄῤῥενα, μεγίστην ἐλπίδα ἐμοιγε. Ἀλλ' αἰτοῦμαι δὴ τὴν ὑμετέραν ἁγιότητα, πέμψατέ τινα πρὸς Θεὸν ἱκετηρίαν, πέμψατε, ἀντιβολῶ. Κἂν μὲν οὐκ ὀρθῶς ἔγωγε περὶ τοῦτον δὴ τὸν ἱερὸν ἐκονισάμην ἀγῶνα, μηκέτι μηδ' εἰσέπειτά μοι τελεσφορηθείη σπέρμα γένους ἑκατέρου μηδὲν, μηδ' ὀναίμην ἐλπίδων τῶν ἐμαυτοῦ· εἰ δ' ἀρεστὰ Θεῷ τὰ τῆς ἐμῆς γνώμης ἐστὶν, οὐκ εἰς μακρὰν μοι τὴν ἐλπίδα παρέξοιτο ταύτην. » Ὁ μὲν τοσαῦτα εἰπὼν ἀνίστατο γῆθεν, οἱ δὲ ἐς γόνυ κλιθεὶς ἕκαστος σὺν δάκρυσι Θεὸν ἐπεκάλουν. Τότε μὲν οὖν ἐπὶ τοιούτοις ἀπηλλάγησαν. Οὕπω δὲ χρόνος ἐξῆκε συχνὸς, καὶ τεκνοῖ παῖδα (22) βασιλεὺς, γλύμμα Χαρίτων, φύσεως ἄνθος. Ἀλλὰ τοῦτον μὲν ὁποῖός τίς ἐστιν ἰδεῖν ὁ λόγος ἐν δέοντι διαγράψει μοι, τὰ δὲ τῶν ἀγώνων ἐκείνων ἐν τούτοις ἐτελεύτα. Λουκᾶς δὲ, ἐπειδὴ μηδὲν ὅτι καὶ λό-

ejusmodi nunquam professus sim), superest omnino, ut quam de Deo habeo opinionem, non prodam aut deseram. Si vero aliquis nova quæpiam docere me velit, quæ Scripturis sacris consentanea sint, in illius sententiam transire haud verebor. Unum hoc interea observetur, ut non irrideatur Deus: pro illo enim millies ipse contumeliam patiar. » Hæc tum ibi gesta. Paucis vero deinceps elapsis diebus, libros complures, quotquot prædictam controversiam videbantur explanare, produxit communique concilio rem decidendam statuit. Descivere igitur undique plures ab adversa parte, ita ut universi cum cæteris patriarchis eamdem amplexati sententiam imperatorem sacrarum Scripturarum scientia cæteros anteire confiterentur. Lucæ autem indignabantur propalam dicteriisque eum incessebant, atque adeo hominem throno depellendum inclamabant, viri **256** rerum gerendarum prorsus imperiti: ut qui cum Lucæ et imperatoris multo ante sententia victos se profiterentur deprehensique iis essent a vera fide alieni, nova tamen crimina in eum conjicerent. Unde factum opinor, ut et princeps eos damnaret, quod animo affectibus præoccupato in Lucam ferrentur. « Sed hæc, inquit, differantur tantisper: ista etiam, ubi res præsentes absolverimus, examinabimus, et finem iis decentem imponemus. » His itaque repulsi decreta confirmarunt, quibus ipse etiam subscripsit imperator. Eadem vero postea lapidibus inscripta in templo Sanctæ Sophiæ collocavere ad ingredientium partem sinistram. Atque ita finita est illa controversia. Illud equidem semper hujusmodi in rebus sensi ac credidi, Dei naturam curiosius inquirere homini nefas esse. Cæterum quod in principe isto admiratione dignum mihi visum est, nunc exponam. Disceptanti aliquando super hoc ipso (sex enim totos annos agitata est ea quæstio) accurrens quidam e domesticis ministris Augustam fecisse abortum, ac deinde prolis masculæ, in aurem insusurravit. Sed ille nec vultu affectum prodens, ad ea quæ tum disceptabantur intento semper animo sedit. Qua tum finita disputatione, ante sacerdotum pedes procumbens: « Modo, inquit, Patres sancti, affertur mihi ex gynæceo filium, spem mihi maximam, abortu periisse. Sed sanctitatem **257** vestram obsecro, preces ad Deum fundite orateque, ut si in eo sacro certamine non recte sanaque fide desudavi, nulla mihi deinceps utriusque sexus proles ad maturam ætatem perveniat, nec votis unquam potiar meis: sin autem grata Deo nostra fuit sententia, hanc spem meam non in longum tempus protrahat. » Quibus dictis humo se tollit. Illi autem in genua flexi cum lacrymis Deum invocant, iisque peractis precibus digrediuntur. Neque multum efluxit temporis, cum puerum genuit im-

Du Cangii notæ.

(22) *Καὶ τεκνοῖ παῖδα.* Natus est Alexius Manuelis F. an. 1167, si Alberico fides, vel potius 10 die Sept. an. 1170, ut est apud Codinum de Orig. Cp. Vide stemma Comnen.

perator, Gratiarum imaginem, florem naturæ. Sed quali fuerit is forma congruenti loco pluribus exsequemur. Et in his finem habuere ejuscemodi quæstiones. Lucas autem, cum nihil gravioris momenti ei ab adversariis objiceretur, in sede rursum permansit. At Joannes, Corcyræorum episcopus, et monachus alius, cognomento Irenicus, in priori sententia persistentes, excommunicationi subditi sunt, aliique insuper ex ecclesiasticis catalogis deleti.

A γου ἀξιον πρὸς τῶν κατηγορούντων αὐτῷ προσετρίβετο, ἐπὶ τοῦ θρόνου ἔμεινεν αὖθις. Ἰωάννης δὲ ὁ τὴν Κερκυραίων λαχὼν καὶ μοναχῶν τις ὃν ἐπικάλουν Εἰρηνικὸν, τῇ προτέρᾳ ἐπιμείναντες δόξῃ ἀναθέματι ὑποδέδληντο, ἄλλοι τε ἐξῆς τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐξωστρακίσθησαν καταλόγων.

3. Interea Hungarorum rex, ruptis rursum fœderibus, Dionysium quemdam ex aulæ primatibus, virum qui multis jam in bellis inclaruerat, cum ingenti exercitu ad Sirmium iterum occupandum mittit. Quod simul atque percepere Romani duces, quid in eo rerum statu esset agendum deliberant. Sed non in Romanorum commodum processit ejusmodi consilium, utpote in id intentis consiliariis, ut alius alium deciperet: utroque in primis Michaele, **258** Gabra nimirum, qui dux erat regionis, et Brana, qui et ipse exercitui præerat, utroque belli cupidissimo: verum prævaluit Branas. Cum igitur Dionysium nocte adoriri vellent, quandoquidem ita inter se decreverant, motis inde castris cum omnibus viribus ulterius sunt progressi. Ubi ad eum pervenere locum, in quo sua Dionysius castra posuerat, nullumque omnino in iis invenere exercitum, tum eos occupavit pavor. Si quid enim aliud, locus desertus et incognitus in hostium solo ad commovendos militum animos plurimum valet. Nihilo minus iter agebant, eorum subinde observantes vestigia: et forte confecissent quidpiam, si maturius adorti fuissent Hungaros. Tum enim clara jam luce, ut id illi advertere, equis qui in pascuis erant in castra abactis, et cæteris qui ante tentoria stare de more solent conscensis, in turmas ordinantur: mox ut Romanos negligenter et incomposite ferri vident (plurimi enim ex iis, dum Hungaros, qui equos in castra agebant, adoriuntur, sese huc illuc effuderant), illos invadunt, fusisque iis cæteros, qui Romanam phalangem a tergo sequebantur, propulere etiam. Quibus perculsi Romani receptum primo cogitarunt, ac deinde longe majorem viso instare exercitum rati in fugam sese conjecere. Veritatem enim aut cognoscere, aut dijudicare iis in momentis pauci admodum mortales sciunt. Protinus **259** itaque omnibus discedentibus, aliquandiu cum signis, et paucis ex suis, restitere dux uterque, aliquot adhuc secum permansuros Romanos rati. Sed ubi nemo usquam cum iis stetit, terga et ipsi tandem dederunt. Branas quidem conversus unum de hostibus hasta percussit; alter autem fuga evasit. Tum sane quod in consilio prius inter eos dissidium intercesserat innotuit; postquam enim fugientem Gabram iterum assecutus est Branas, irridens ac illudens: « Num, inquit, vidisti, o Sebaste, ut iterum restiterim

γ'. Ὁ δὲ τῶν Οὔννων ῥὴξ τὰ καθεστῶτα πάλιν κινήσας Διονύσιόν τινα (23) τῶν παρ' αὐτῷ ἐπιφανῶν, ἄνδρα πολέμων πολλῶν ἔμπειρον, στρατεύματι μεγάλῳ Σιρμίου καὶ πάλιν ἀντιποιηθῆναι ἔπεμψεν. Ὁ πυθόμενοι οἱ τῶν Ῥωμαίων στρατηγοὶ βουλευτέα σφίσι περὶ τούτου ἐποίουν [f. ἐνόουν]. Προὔβαινε μὲν τὰ τῆς βουλῆς, οὐκ ἐπὶ τὸ Ῥωμαίοις ξυνοῖσον, ὁρώντων τῶν βουλευτῶν, ἀλλ' ὡς ἂν τις παραλογίσαιτο τὸν ἕτερον, μάλιστα μέντοι ἀμφὶ τῷ Μιχαὴλ, ὅς τε Γαβρᾶς ἐπεκέκλητο δοὺξ τῆς τῇδε χώρας· τελῶν, καὶ ὁ Βρανᾶς στρατεύματος ἰδίᾳ κατάρχων καὶ αὐτὸς, ἀμφοτέρω μὲν πολεμικωτάτω, ἀλλ' ὁ Βρανᾶς ἐκράτει μᾶλλον. Βουλευομένοις τοίνυν ἐπειδήπερ ἐδόκει νύκτωρ ἐπιθέσθαι Διονυσίῳ [P. 151], ἅπαντες παυστρατεὶ πρόσω ἐχώρουν. Γεγονότες δ' ἔνθα Διονύσιον στρατοπεδεύεσθαι συνέβαινεν, ἐπειδὴ παντάπασιν ἀνδρῶν ἔρημον τὸ στρατόπεδον εὗρον, ὑποδειλιᾷν ἤρξαντο. Ἱκανὸν γὰρ εἴπερ τι χῶρος ἔρημος καὶ ἀήθης διατριδῇ ψυχὴν ἐπὶ πολεμίας κατασείσαι στρατιωτικήν. Ἰχνοσκοποῦντες δ' ὅμως ἐπορεύοντο, καὶ τάχα ἂν τι καὶ ἔπραξαν, εἴ γε πρωιαίτερον τοῖς Οὔννοις ἐπέθεντο. Τότε δὲ ἐπεὶ ἡμέρα ἤδη διαφανῶς ἦν, αἰσθόμενοί Οὔννοι τούς τε ἵππους εἰσελαύνειν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἤρξαντο (ἐτύγχανον γὰρ ἐπὶ νομὴν ἀναθέντες) καὶ τοῖς πρὸ τῶν σκηνῶν ἐξ ἔθους ἀεὶ ἑστῶσιν ἐπιβαίνοντες φιλαγγηδὸν ἐτάττοντο, Ῥωμαίους τε σὺν ἀκοσμίᾳ πολλῇ φερομένους ἰδόντες (τοῖς γὰρ τὴν ἵππον ἐλαύνουσιν ἐπιθέμενοι Οὔννοις οἱ πλείους ἐσκεδάσθησαν) ἐπήλασάν τε αὐτοῖς καὶ τρεψάμενοι εἰς τοὺς κατόπιν ἰόντας τῆς Ῥωμαϊκῆς φάλαγγος συνελάσαι ἴσχυσαν. Ἐφ' οἷς συνταραχθέντες ἐκεῖνοι ἐς ὑπαγωγὴν ἐκλιναν. Καὶ τὸ λοιπὸν ἀνὰ κράτος Ῥωμαῖοι ἔφευγον, οἰηθέντες πολλῷ πλείονα τῆς ὁρωμένης ἐπιθέσθαι σφίσι στρατιάς. Τὴν γὰρ τοῦ ἀληθοῦς γνῶσίν τε καὶ διάκρισιν κομιδῇ ὀλίγοις ἀνθρώπων ἐν τοῖς τοιούτοις ἔστιν εὑρεῖν. Ὅθεν καὶ ταχὺ πάντων ἀπαγορευσάντων μέχρι μέν τινος ἕστατον ἀμφοτέρω τῷ στρατηγῷ σὺν τοῖς σημείοις καὶ ὀλίγοις τῶν ἀμφ' αὐτοὺς οἰομένω ἐπισυστήσασθαι αὖ Ῥωμαίων τινάς· ὡς δὲ οὐδεὶς οὐδαμόθεν συνίστατο τούτοις, νῶτα λοιπὸν ἔδοσαν καὶ αὐτοί. Ἀλλ' ὁ μὲν Βρανᾶς μεταξὺ ἐπιστραφεὶς τῶν τινα πολεμίων δόρατι ἔπαισεν, ἕτερος δὲ ἔφυγε. Ὅτε δὴ καταφανῶς ἔγνωστο τὰ τῆς ἐν βουλῇ πρότερον αὐτοῖς διαφορᾶς. Ὁ γάρ τοι Βρανᾶς (24) ἐπειδὴ φεύγοντι αὖθις συνέμιξε τῷ Γαβρᾷ, ἐπισκώπτων μάλα καὶ

Du Cangii notæ.

(23) *Διονύσιόν τινα.* Dionysii meminit Nicetas non semel, dum bella Hungarica exsequitur. Sed *de illo silent Hungarici* scriptores.

(24) *Ὁ γάρ τοι Βρανᾶς.* Vide Nicetam, l. IV, n. 3.

ἐνδιάθρυπτος · « Ἄρα, ἔφη, συνεβάλου με, ὦ σεβαστέ, ὅπως ἐσαῦθις τοῖς πολεμίοις ἀντικατέστην, ἀπὸ δόρατός τε αὐτοῖς προσηνέχθην ; » Τοῦ δὲ καταφήσαντος, « Ἀλλ' ἔγωγε, εἶπεν, οὐ μὰ τὴν βασιλέως εἰδόν σε κεφαλὴν (25) ὅτι μὴ ἀπιόντα. » Οὕτως οἱ νῦν Ῥωμαῖοι οὐκ ἐπὶ τῷ κοινῇ συμφέροντι οὐδὲν πεπραγμάτευται ἕκαστος, ἀλλ' ὡς ἄν τις αὐτὸς καλὸς καὶ ἀγαθὸς εἶναι δόξῃ, πάντα ἀναδέχεται πόνον. Οὖννοι δὲ κατὰ νώτου διώξαντες οὐ σφόδρα πολλοὺς Ῥωμαίων ἔκτειναν, εἷλον δὲ καὶ οὐ συχνούς. Δειλίᾳ γὰρ ἔτι πολλῇ εἶχοντο. Τεκμηριώσαιτο δ' ἄν τις ἐντεῦθεν. Τῶν γάρ τις ἐκ πεζικῶν καταλόγων φυγὰς ἄχρι καὶ ἐπὶ Ζεύγμην ἦλθε, πρὸς οὐδενὸς Ῥωμαίων καταληφθείς. Οὕτω σχολῇ τὴν ὁδὸν ἐποιοῦντο. Ὅτε δὴ πρὸς ὄγκον ἐπᾶραι τὸ πραχθὲν ἐννοησάμενος Διονύσιος ὀλίγα τῶν πεπτωκότων συναγαγὼν σώματα χοῦν ἐπ' αὐτὰ ὅτι πλεῖστον ἤγειρε τῷ τοῦ χώματος μεγέθει καὶ τὰ νεκρίμαῖα συμμετρεῖσθαι διανοηθείς. [P. 152] Ταῦτα μὲν οὖν οὕτω συνηνέχθη γενέσθαι, βασιλεὺς δὲ ἐσφάδαζε μὲν διὰ ταῦτα καὶ ἤθελεν αὐτὸς καὶ πάλιν ἐπὶ Οὐννικῆς ἰέναι, ἐπίδειξιν δὲ μᾶλλον τῆς Ῥωμαίων ἰσχύος ποιεῖσθαι θέλων αὐτοῖς, τοιάδε τινὰ ἐνενόει. Ἀλέξιον μὲν, ᾧ τὴν θυγατέρα ἠγγύα, στρατεύμασιν ἅμα πολλοῖς, ὧν Ἀλέξιος ἦρχεν ὃς πρωτοστράτωρ ἐτύγχανεν ὤν, ἐπὶ τὸν Ἴστρον ἔπεμπε δόκησιν ἐμποιήσοντα Οὔννοις ὡς ἐκ τῶν συνήθων καὶ πάλιν αὐτοῖς ἐπιτεθήσεται χωρίων. Λέοντα δέ τινα Βατάτζην ἐπίκλησιν ἑτέρωθεν στράτευμα ἐπαγόμενον ἄλλο τε συχνὸν καὶ δὴ καὶ Βλάχων πολὺν ὅμιλον, οἳ τῶν ἐξ Ἰταλίας (26) ἄποικοι πάλαι εἶναι λέγονται, ἐκ τῶν πρὸς τῷ Εὐξείνῳ καλουμένῳ πόντῳ χωρίων ἐμβαλεῖν ἐκέλευεν εἰς τὴν Οὐννικήν, ὅθεν οὐδεὶς οὐδέποτε τοῦ παντὸς αἰῶνος ἐπέβη μειτούτοις. Ἀλέξιος μὲν οὖν καὶ τὸ ἄλλο Ῥω-

A hostibus, eosque hasta invaserim? » Illo annuente : « Enimvero, ait, per caput imperatoris nusquam vidi te nisi fugientem. » Sic igitur nunc ætatis Romanorum quisque, si de communi agatur commodo ac publica utilitate, egregium nihil conficit : contra vero, ut manu strenuus fortisque omnibus appareat, nulli labori parcit. At Hungari, qui a tergo fugientibus instabant, paucos e Romanis cecidere, nec plures admodum cepere, cum essent et ipsi pavore haud minimo conturbati : quod inde colligere quivis potest. Quidam enim ex pedestribus numeris ad Zeugmen usque fuga delatus, in nullum Romanorum incidit, adeo oscitanter illi iter faciebant. Tum quidem Dionysius in immensum attollere rem gestam cogitans, paucis in unum collectis B interemptorum cadaveribus, humum iis injecit, aggeremque altius eduxit, futurum ratus, ut cæsorum inde numerus deprehenderetur. In hunc modum res ibi peractæ **260** sunt. At imperator ex iis non modice indignatus, ipse iterum in Hungariam movere instituit : atque ut Romanæ fortitudinis hostibus daret argumentum, id potissimum comminiscitur : Alexium quidem, cui desponderat filiam, cum multis copiis, quibus Alexius protostrator præfuerat, versus Istrum misit, quo Hungaris fucum faceret quasi ex consuetis rursum locis in eos impetum esset facturus. Leonem autem Batatzem nomine aliunde cum exercitu perinde magno, maxime vero Valachorum ingenti multitudine, qui C Italorum coloni quondam fuisse perhibentur, ex locis Ponto Euxino vicinis irruptionem in Hungariam facere jubet, qua ex parte nemo adhuc a primis sæculis eos invaserat. Alexius itaque et reliquus Romanorum exercitus cum ad Istrum perve-

Du Cangii notæ.

(25) *Μὰ τὴν βασιλέως κεφαλήν.* Auctor est Xiphilinus Romanum senatum post Seiani cædem decrevisse, ut nulla fierent deinceps juramenta, nisi ea imperatoris nomine conciperentur : Μήτε τοὺς ὅρκους ἐπ' ἄλλου τινὸς, πλὴν τοῦ αὐτοκράτορος ποιεῖσθαι. Hinc crebræ illæ sacramentorum formulæ, *per fortunam, per genium, per salutem principis.* Elegium S. Pantelecmonis :

Μὰ τῶν θεῶν, βέλτιστε, τὴν σωτηρίαν.

quæ sic vertit Fredericus Morellus :

Vir optime, almam per salutem principum.

Gregorius in Vita S. Basilii Junioris, n. 4 : Νὴ τὴν ὑγείαν τῶν βασιλέων. *Per imperatoris caput* etiam jurabant Christiani. Sinod. Chalcedon. can. 30 : Τὸ εἰς τὴν κεφαλὴν τοῦ βασιλέως, ἢ εἰς τὴν οἰκείαν σωτηρίαν ὁμόσαι τινά. Palladius, in Hist. Lausiaca, c. 2 de S. Pontamiana : Ἡ δὲ ἀφίησι φωνὴν, εἰποῦσα, τὴν κεφαλὴν τοῦ βασιλέως σου ὄν σὺ φοβῇ, etc. Vegetius, l. III, c. 5 De tironibus : *Jurant autem per Deum — et per majestatem imperatoris, quæ secundum Deum generi humano diligenda est et colenda.* Sed de ejusmodi formulis consulendi Seldenus ad Marmora Arundel. p. 147, et Hansen. De jurejur. vet. c. 23.

(26) *Οἱ τῶν ἐξ Ἰταλίας.* Vetus ea fuit et fere constans opinio, Blachos seu Vlachos a Romanis genus duxisse, et a nescio quo ejusdem gentis Flacco sumpsisse originem et appellationem. Pius II pp. de Valachis : *Postremo Romanis armis subacti ac deleti sunt, et colonia Romanorum, quæ duces coerceret, eo deducta duce quodam Flacco, a quo Flaccia nuncupata. Exin longo temporis tractu corrupto, ut fit, vocabulo Valachia dicta, et pro Flacciis Valachi appellati.* Sed licet hanc de Valachorum origine sententiam, ut fabulis innixam respuat damnetque Leunclavius, illud tamen in confesso esse debet, non extremis duntaxat natam sæculis, sed jam Manuele ipso imperante invaluisse. Quod præter Cinnamum docet satis superque Innocentius III papa l. II Epist., dum Joannicio Bulgarorum et Vlachorum regi de stirpis origine quodammodo adblanditur : *Nos autem,* inquit, *audito quod de nobili urbis Romæ prosapia progenitores tui originem traxerint, et tu ab eis et sanguinis generositatem contraxeris, et sinceræ devotionis affectum, quem ad apostolicam sedem geris, quasi hæreditario jure, jampridem te proposuimus litteris et nuntiis visitare.* Quæ quidem pontificis verba non ad solius duntaxat Joannicii, verum ad totius Vlachorum gentis originem referenda alibi docuimus. Sed et Georgius a Reychersdoff Transylvanus in Chorographia Moldaviæ adnotat adstipulari huic opinioni Romanum sermonem, qui adhuc in ea gente perdurat [P. 484], licet adeo ex omni parte corruptum, ut vix ab homine Romano intelligatur. Sed de Vlachis seu Vlahis copiose et erudite egit Joannes Lucius libro VI De regno Dalmat. et Croatiæ, c. 5.

nissent metum Hungaris fecere quasi continuo inde trajecturi. Barbari autem ab iis quæ diximus locis irrumpens, omnia depopulatus obvia quæque prosternit, hominum ingentem cædem edit, nec pauciores captivos ducit. Ad hæc pecorum equorumque et aliorum inde animalium greges agens ad imperatorem revertitur. Sed ille alteram quoque iis inferre plagam volens novas in eos rursus copias misit : jussitque ut superiora adirent loca et Hungaros qui Tauroscythicam accolunt aggrederentur. His copiis præerant Andronicus Lampardas et Nicephorus Petralipha aliique non pauci. Summa autem rerum penes Joannem Ducam, cujus non semel meminimus, **261** fuit. Nec diu cunctati loca longa atque inaccessa terrasque hominibus prorsus vacuas emensi Hungariam invadunt, et in vicos incidentes frequentissimos complures ingenti præda potiuntur, homines multos cædunt, plurimos captivos faciunt : cumque inde essent excessuri confectam ex ære crucem isthic loci statuunt cum hujusmodi inscriptione :

Pannonicæ quondam numerosa hic germina stirpis
Mars et dura manus sustulit Ausonium :
Imperium Manuel Romæ cum divus habebat,
Comnenum Augustæ gloria prima domus.

4. Interea dum hæc geruntur, Austriæ dux Henricus cum uxore Theodora imperatoris adgnata Sardicam venit, tum ut Fredericum Alemannorum regem imperatori reconciliaret, tum etiam ut belli inducias pro Hungaris expeteret. Fredericus enim, ut supra commemoravimus, obnitente ei Manuele, non multum abfuit quin Romano privaretur principatu, Romano pontifice ut ad normam id antiquam rediret consentiente. Alia item multa minime jucunda perpessus erat, infensis ei populis, quos in illum concitaverat imperator. Quapropter paulo ante cum in discrimine adhuc res ejus essent, placare volens imperatorem per legatos amicitiam ipsius expetiit seque **262** belli contra Hungaros socium fore pollicitus est. Verum cum ea quæ de imperio Romano a papa sancita fuerant convulsa essent penitus et in irritum cecidissent : principe nimirum ut Byzantii rursum maneret imperii Romani sedes contendente, idque non admittente

μαίων στράτευμα ἐπὶ τοῦ Ἴστρου γεγονότες; δέος ὑπέστεινον Οὖννοι· ὡς ἐκεῖθεν αὐτίκα περαιωσόμενοι. Ὁ Βατάτζης δὲ ὅθεν εἴρηται προσβαλὼν ἐκειρέ τε ἀφειδῶς πάντα καὶ ξυνεπάτει τὰ παραπίπτοντα. Ἀνθρώπων τε οὖν πολὺν εἴργαστο φόνον καὶ ἀνδραποδισμὸν οὐκ ἐλάσσω πεποίητο. Πρὸς δὲ καὶ ζώων ἀγέλας; ἵππων τε καὶ ἄλλων παντοδαπῶν ἐκεῖθεν ἐλάσας ἐπὶ βασιλέα ἦλθεν. Ὁ δὲ καὶ δευτέραν ἐπιθεῖναι σφίσι θέλων πληγὴν στράτευμα καὶ πάλιν ἐπ' αὐτοὺς ἔπεμψεν ἐπιστεῖλας; ἄνωθέν ποθεν ἐς τοὺς προσοικοῦντας τὴν Ταυροσκυθικὴν ἐμβαλεῖν Οὖννους. Ἡγοῦντό τε τοῦ στρατεύματος τούτου Ἀνδρόνικός τε ὁ Λαμπαρδᾶς καὶ Νικηφόρος ὁ Πετραλοίφας ἄλλοι τε ἱκανοί. Πᾶσι μέντοι ἐφίστατο Ἰωάννης, οὗ πολλάκις ἤδη ἐμνήσθην, ὁ Λούκας· οἳ καὶ οὐκ εἰς μακρὰν δολιχούς; τινας καὶ δυσεμβόλους διαμείψαντες; χώρους ἀνθρώπων τε παντάπασιν ἔρημον διελθόντες γῆν ἐμβάλλουσι τῇ Οὐννικῇ, κώμαις τε πολυανθρωποτάταις ἄγαν ἐντετυχηκότες πολλαῖς μέγα τέ τι λαφύρων περιεβάλλοντο χρῆμα καὶ ἀνθρώπων πολλοὺς ἐκτείναν, πλείστους δὲ καὶ ἠνδραποδίσαντο. Μέλλοντές τε ἤδη ἐκεῖθεν ἀπαίρειν σταυρὸν χαλκοῦ πεποιημένον ἐνταῦθα ἀναστήσαντες; τοιάδε τινὰ ἔγραψαν·

Ἐνθάδε Παννονίης ποτὲ ἄκριτα φῦλα γενέθλης
Δεινὸς Ἄρης καὶ χεὶρ ἔκτανεν Αὐσονίων.
Ῥώμης σκῆπτρε κλεινῆς δῖος ἄνασσε Μανουήλ,
Κομνηνῶν κρατόρων εὖχος ἀριστοτόκων.

δ'. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐγίνετο, Ἐρρίκος (27) Ὀστριχίων δοὺξ σὺν τῇ γυναικὶ Θεοδώρᾳ τῇ βασιλέως ἀδελφιδῇ ἐπὶ Σαρδικὴν ἦλθε, Φρεδερίκον τε τὸν Ἀλαμανῶν ῥῆγα τῷ βασιλεῖ διαλλάξων καὶ πολέμων ἐκχειρίαν Οὔννοις ἐξαιτήσομενος. Φρεδερίκος γὰρ, ὡς ἐν τοῖς ἔξωθέν μοι δεδιήγηται λόγοις, βασιλέως ἀντιπράττοντος αὐτῷ, τήν τε Ῥώμης ἀρχὴν παρὰ μικρὸν ἀφῃρῆσθαι ἦλθεν, ἐς τὸ πάλαι ἦθος ἀνακεχωρηκέναι τοῦ ἐν Ῥώμῃ ἀρχιερέως συνομολογήσαντος, (P. 153] καὶ ἄλλα τῶν οὐ κατὰ γνώμην ὑπέστη πολλὰ, τῶν τῇδε ἐθνῶν ἐκπεπολεμωμένων αὐτῷ ταῖς ἐκ βασιλέως συνωθήσεσι. Δι' ἃ καὶ ὀλίγῳ μὲν πρότερον, ὁπηνίκα ἔτι ἐν κακοῖς ἦν, ὑποποιεῖσθαι τὸν βασιλέα θέλων, πέμψας φίλια; διελέξατο κατὰ Οὔννων τε, ὥσπερ εἴρηται, συνάρασθαι αὐτῷ ὡμολόγει. Ἐπεὶ δὲ τὰ ἀμφὶ τῇ Ῥώμης ἀρχῇ τῷ πάπᾳ διωμολογημένα ἀνατετράφθαι ξυνέβη, ἅτε δὴ βασιλέως μὲν ἐπὶ Βυζάντιον τὴν Ῥώμης καὶ αὖθις μεῖναι ἰσχυριζομένου (28) βασιλείαν, τοῦ δὲ πάπα

Du Cangii notæ.

(27) *Ἐρρίκος*. Henricus cognomento *Jasomirgott* primus Austriæ dux Leopoldi marchionis filius, Leopoldi marchionis frater et successor, primis nuptiis uxorem duxerat Gertrudem Lotharii imp. filiam an. 1142, ut est in Chronica Australi, qua exstincta alteram sibi adscivit conjugem Theodoram Comnenam, Isaacii Cyprii tyranni sororem, uti fusius a nobis in stemmate Comnenico indicatum, an. 1156, quo Fredericus imperator Austriacum marchionatum erexit in ducatum, quod ex Sterone discimus, qui Theodoræ mortem in an. 1185 conjicit. De Henrici legatione silent, ni *fallor, scriptores* Germanici, quæ præcessisse videtur *aliam ab Henrico* Leone Saxoniæ duce olitam, quam mox Cinnamus commemorat, si non annis, saltem aliquot mensibus. Ab ea enim reducem Austriacum colligimus ex Arnoldo Lubecensi, l. II, c. 3, cum Saxonicus suam iniit. Nec enim una ambos duces simul Cpolim profectos probabile est, etsi scriptor idem Orientalis ducum Austriæ instaurata classe prosecutum ducem Saxoniæ usque in ipsam Hungariam tradat. De Henrico consulendi præterea auctor Vitæ B. Mariani ablatis Ratisp. c. 6 n. 27, Cuspinianus Brunnerus l. XII, Annal. Boicor etc.; at de Bladigratzo nihil succurrit.

(28) *Ἰσχυριζομένου*. Certe de transferendo in Græcos imperatorio titulo pacta inita fuisse colligitur ex iis quæ habet Gotefridus monachus S.

12. Ita compositis in Occidente rebus Asia rursum novi aliquid mollita est. Nuradinus quippe Berrhœæ satrapa, Lycaoniæ sultanus, Melias Armeniorum dominus, et Ancyranorum aliorumque Galatiæ oppidorum princeps, facta invicem conspiratione, bellum in Romanos aggressi sunt. Eapropter igitur ex Occidente imperator tum movit, castrisque ad Philadelphiam positis, rebus istis animum adjunxit. Alemanni interea et Veneti, hi mari illi terrestribus copiis ad oppugnandam Anconam venerunt : præeratque Alemannis quidam episcopali apud illos fungens dignitate. Multo itaque in urbis obsidione insumpto tempore, annonæ rerumque exterarum penuria laborantibus Anconitanis jam prope erat ut urbs caperetur. Sed enim mulier quædam, natione quidem Itala, ingentis animi, si quæ alia, et virilis audaciæ, quæ marito orbata castam deinceps vitam servaverat, ubi quæ Anconæ gerebantur, et ut in ultimum devenisset discrimen, rescivit, ardore summo inflammata (erat enim partibus Romanorum addicta) privatis sumptibus urbi subvenire instituit. Sed cum ii omnino in belli usus non sufficerent, **289** liberos etiam suos oppignoravit, atque ita majorem pecuniarum copiam adepta, missis in urbem nuntiis, ut bono deinceps essent animo neve se hostibus dederent hortata est. Quibus acceptis resumpsere animos Anconitæ et in hostes irrumpere statuere. Sed hoc eo cognito retro castra confestim illi moverunt. Inter hæc imperatrix ista ante urbem consistens Anconitas suis immiscuit copiis : initoque certamine Alemanni, cum impetum sustinere non possent, a feminino exercitu fugantur, cæsis eorum quam plurimis : atque ipse prope in hostium manus venisset dux episcopus, ni fuga sibi salutem conciliasset. Tum vero in Venetos, qui e mari, ut supra diximus, urbi imminebant,

κῶνα γυμνούμενος, ἀνυπόδετος μὲν πόδας, σχοῖνος δέ οἱ τοῦ τραχήλου ἐξῆπτο, καὶ ξίφος χειρίστο, ὅπη βούλοιτο χρῆσθαι βασιλεῖ ἑαυτὸν παρεχόμενος. Ἐφ' οἷς οἰκτείρας αὐτὸν ἀφῆκε τὸ ἔγκλημα. Ταῦτα κατωρθωκὼς βασιλεὺς ἐξῆει τῆς Σερβικῆς, ἐπόμενον αὐτῷ καὶ τὸν ἀρχιζυπάνον ἔχων. Ὅτε δὴ καὶ Ἀαρὼν, οὗ μικρῷ πράσθεν ἐμνήσθην, ἐφ' οἷς εἵρηται ἀλοὺς ἐξεκόπη τὰς ὄψεις.

ρϑ'. Τὰ μὲν δὴ κατὰ τὴν ἑσπέραν οὕτως ἐφέροντο· Ἀσία δὲ ὧδινεν αὖθις. Νουραδὶν γὰρ τοῦ Βερροιαίου σατράπου, καὶ τοῦ Λυκαονίας ἡγεμονεύοντος σουλτὰν, Μελίου τε τοῦ Ἀρμενίων δυνάστου, καὶ τοῦ Ἀγκυρανῶν ἄρχοντος (67) τῆς τε ἄλλης Γαλατικῆς ἐς ταὐτὸ πνευσάντων, ἐφ' ᾧ κατὰ Ῥωμαίων στρατεύσειαν. Δι' ἃ βασιλεὺς ἐνταῦθα ἀπουδὴ ἐκ τῆς ἑσπέρας διέϑη· καὶ ὁ μὲν περὶ που τὴν Φιλαδέλφου αὐλισάμενος πρὸς τούτοις ἠσχόλητο, Ἀλαμανοὶ δὲ καὶ Οὐέννετοι ἐπὶ Ἀγκῶνα οἱ μὲν ἀπὸ θαλάσσης οἱ δὲ ἠπειρώτῃ στρατῷ πολιορκήσοντες ἦλθον. Ἐστρατήγει δὲ Ἀλαμανῶν τῶν παρ' αὐτοῖς ἱερατικὸν ϑρόνον κοσμούντων ἀνδρῶν. Χρόνου τοίνυν τῇ προσεδρίᾳ τριβέντος, τά τε ἀναγκαῖα Ἀγκωνίταις ἐπιλελοίπει, καὶ ἡ πόλις ὅσον οὐκ ἤδη ἁλῶναι προσδοκήσεμος ἦν. Ἦν δέ τις γυνὴ (68), Ἰταλὴ μὲν τὸ γένος, μεγαλόφρων δὲ εἴπερ τις καὶ ἀῤῥενωπὸς μάλιστα, ἐπειδή τε ἀνδρὸς πάλαι χηρωθεῖσα, σωφρονικὸν ἐξ ἐκείνου τὸν βίον ἐτήρει. Αὕτη, ἐπειδὴ τὰ κατὰ τὸν Ἀγκῶνα (69) ἐπύθετο καὶ ὡς ἐν ἐσχάτοις εἴη τοῖς κακοῖς, ζήλῳ διαθερμανθεῖσα (ἐτύγχανε γὰρ Ῥωμαίοις τηροῦσα τὸ φίλτον) ἠπείγετο ταῖς οἰκοθεν δαπάναις τῇ πόλει ἐπαρκέσαι· μὴ παντάπασι δὲ ταῖς τοῦ πολέμου χρείαις ἱκανοῦσα ἤδε καὶ τοὺς παῖδας ἐνεχυράζει, χρυσίον τε οὕτω κεκομισμένη ἀδρὸν, πέμψασα παρὰ τὴν πόλιν ἐδήλου θαρσεῖν τοῦ λοιποῦ μηδὲ τοῖς πολεμίοις [P 169] ἑαυτοὺς καταπροδιδόναι. Ἀγκωνῖται τοίνυν, ὡς ἐπύϑοντο ταῦτα, ἀνεϑάρσησάν τε καὶ τοῖς πολεμίοις ἐπεξιέναι διενοοῦντο. Ἀλλ' ἐκεῖνοι γνόντες μετεστρατοπεδεύσαντο αὐτίκα. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ ἡ στρατηγὸς ἐκείνη ἐπιστᾶσα τῇ πόλει Ἀγκωνίτας τῷ ἑαυτῆς ἀνεμίγνυ στρατῷ, προσβολῆς τε γενομένης Ἀλαμανοὶ τὴν ὁρμὴν οὐχ ὑπενεγκόντες ἔφευγαν ἀπὸ γυναικείου στρατεύματος πολλούς τε αὐτῶν ἀπεβάλοντο. Ἥλω δ' ἂν μακρᾷ καὶ ὁ στρατηγὸς ἱερεὺς,

Du Cangii notæ.

(67) Ἀγκυρανῶν ἄρχοντος. Sanisanis, Clitziesthlanis Iconiensis Sultani fratris. Vide Nicetam.

(68) Ἦν δέ τις γυνή. An comitissa illa, cujus mentio in Chronico Ceccanen i, an. 1162, cui cum Willelmo rege bellum erat? comitissa forte Calacensis, quæ ad Robertum comitem Loritelli defecerat, ut est apud Falcandum, p. 667.

(69) Κατὰ τὸν Ἀγκῶνα. Obsessam a Frederico Anconam solutamque obsidionem sub an. 1166 ex Actis Alexandri pp. refert Baronius. At Gotefridus monachus id in an. 1174 rejicit, in quo magis ad Cinnamum accedit : Annales vero Rerum Pisanarum Ughelliani in an. 1177, denique Chronicon aliud Pisanum in an. 1174. Sed in eo videtur peccare Gotefridus, quod Anconam Frederico restitutam scribit. Præerat autem Alemannicis copiis Christianus episcopus Moguntinus Frederici cancellarius : *Imperator Christianum Moguntinum archiepiscopum in Italiam misit, qui per quinque fere ibi degens annos multa strenue operatus est. Nam Anconam civitatem maritimam, expulsis Græcis, imperatori restituit.* Porro anno 1165 in Italiam venit Christianus, eo missus cum comite Gothelmo a Frederico, ut provincias, quas Willelmo Siciliæ regi et summo pontifici parebant, expugnaret et Germanico assereret imperio : præfuitque copiis Alemannicis in Italia usque in annum 1183, ut docemur ex Chronico Ceccanensi seu Fossæ Novæ. Moguntinensis istius episcopi meminerunt præterea Nicetas in Isaacio, l. i, n. 7; auctor Histor. episc. Bremens., an. 1171, Chronicon Reicherspergense, an. 1166, 1183, et Rogerus Hoveden. an. 1197. Vide Serrarium, l. v *Rerum Moguntinarum*.

εἰ μὴ φυγῇ τὴν σωτηρίαν ἐξέκλεψεν. Ἡ δὲ ἐπὶ Οὐεννέτους ἐτράπετο ἀπὸ θαλάσσης, καθάπερ εἰρηται, τῇ πόλει ἐγκαθημένους, μάχῃ τε καὶ αὐτῶν περιγενομένη ἐπανῆει ἐπὶ τὴν πόλιν, εὐφήμοις φωναῖς βασιλέα μέγαν ἀναβοῶσα. Ὁ δὲ βασιλεὺς πρὸς τῇ Φιλαδέλφου, καθάπερ ἔφην, ἐνατραπεδευσάμενος ἐσκέπτετο πῶς ἂν εὐμηχάνως ἀφιστᾷν ἀλλήλων τοὺς εἰρημένους τῶν Βαρβάρων αὐτῷ γένοιτο. Καὶ δὴ παρὰ τὸν Λυκαονίας πέμψας σουλτὰν ὠνείδιζέ τε τῆς εἰς αὐτὸν ἀπιστίας καὶ τὴν αἰτίαν ἀνεπυνθάνετο, δι' ἣν οὕτω Ῥωμαίοις ἀθρόον ἐκπολεμωθείη. Ὁ δὲ ἄλλα τε προΐσχετο πολλὰ καὶ χολᾶν αὐτῷ τὸν ἐν σφίσιν ἔλεγε Χαλιφᾶν (70) εἰτ' οὖν μέγαν παρ' αὐτοῖς ἀρχιερέα ἐπὶ τοσοῦτον ἤδη Ῥωμαίοις συγκεμένῳ κατὰ τὸ φίλιον. Ταῦτα λέγων τοὺς πρέσβεις ἀπράκτους ἀπέπεμψεν. Ὁ δὲ βασιλεὺς τούτων ἀκούσας καὶ δευτέρᾳ πρεσβείᾳ τοῦτον ἀμείβεται, ἐπιστείλας αὐτῷ οὑτωσί· « Εἴ σοι δέδοκται τοῖς ἄλλοις τῶν ὁμοφύλων ἐπισυστάντι ἄνωθέν ποθεν κατὰ Ῥωμαίων ἐκβραμεῖν, θαρσῶν γε ἀπιθι· φύλακα γὰρ τῇ σεαυτοῦ τὸν Ῥωμαίων ἐπιστήσεις στρατὸν ἡμερῶν οὐ πεντεκαίδεκα ἐπ' αὐτὴν ἀφιξόμενον. » Ταύτην ὁ σουλτὰν δεξάμενος τὴν ἐπιστολὴν ἐξεδειματώθη τε τὴν ψυχὴν καὶ τῶν μελετωμένων ἀποσχόμενος εἰρηναῖα τοῦ λοιποῦ διελέξατο. Καὶ τὰ τῆς ἐπιβουλῆς οὕτω τέλεον κρατυνθέντα διελύετο αὖθις, ἅτε μεγίστου μέρους ἐν σφίσι τοῦ σουλτὰν ἐπὶ βασιλέα μεταθεμένου. Τοίνυν καὶ βασιλεὺς μὲν ἀναιμάκτῳ τροπαίῳ σεμνυνάμενος ἐπὶ τὴν Κωνσταντίνου ἀναζευγνύει. Ὁ δὲ Παλαιστίνης ῥὴξ (71) ὅμα τῷ Ἀντιοχείας πρίγκηπι ταῦτα πυθόμενοι θάρσους ὑποπλησθέντες κατὰ τῶν Περσῶν κινηθέντες τε Βαρβάρων πολλὰ αὐτοὺς ἐζημίωσαν.

sese convertit, iisque prælio debellatis in civitatem reversa est, lætis magnum imperatorem acclamationibus prosecuta. Princeps autem locatis, uti narratum est, ad Philadelphiam castris, id mente potissimum agitabat, qua demum arte Barbaros ab se invicem divelleret. Ac primo missis ad Lycaoniæ sultanum legatis, perfidiam illi objecit, et cur sic repente Romanis in hostem versus esset, percunctatus est. Ille autem tum alia multa protendit, tum iratum suum sibi esse chalipham sive summum apud eos pontificem, quod tandiu amicitiarum fœdere Romanis jungeretur. His dictis legatos rebus infectis remisit. Tum vero imperator, ut hæc accepit, **290** alteram legationem ad illum instituit cum hujusmodi litteris. « Quandoquidem tibi est in animo cum cæteris contribulibus tuis conspiranti Romanorum procul terras devastare, securus abi; scias enim necdum quinto decimo exacto die invadentem Romanum exercitum, ipso te auctore, præsidiarii quasi jure ditionis tuæ summam arrepturum. » Hac perlecta epistola commotus animo sultanus a priori instituto destitit et amicitiam in posterum pacto cum Romanis fœdere sancivit. Ita consilia ista, priusquam effectum consequerentur, rursum evanuere, utpote sultano, qui in eis maxima pars ac momentum erat, ad Romanos transeunte. Itaque triumphum nactus incruentum imperator Byzantium revertitur. Palæstinæ autem rex et princeps Antiochenus, cum hæc accepissent, sumpta inde fiducia, contra Berrhœenses susceperе expeditionem, magnisque eos cladibus affecere.

τγ'. Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον καὶ τὸν σιλέντιον (72)

3. Hac ferme tempestate silentium seu disser-

Du Cangii notæ.

(70) *Χαλιφάν.* Ita appellabant Saraceni supremos gentis suæ principes vocabulo Arabico, quod *successorem vel hæredem* significat, inquit Willelmus Tyrius, l. xix, c. 19 et ex eo Jacobus de Vitriaco, l. i, c. 7: *Eo quod summi eorum prophetæ vicem et successionem jure teneant hæreditario.* At Vaterius in præfat. ad El-Macinum. censet, hac voce *vicarios* seu *locum tenentes* sese appellitasse. Dei nempe: unde eo nomine in tanto honore et reverentia a suis habebantur, ut quasi pro numine colerentur, *nec nisi mandato et auctoritate illius quantumcunque potens aut nobilis appellaretur Soldanus, et omnes ejus subditi, tum reges quam alii, pedes ejus ad terram prostrati reverenter oscularentur.* Verba sunt Jacobi de Vitriaco. Ita Conradus Usperg. de sultanis: *Uni tantum Persico imperatori pene divini cultus more subjecti.* Adeo tamen invaluit postmodum Sultanorum potentia in rebus politicis et militaribus, ut fere eum inani et specioso dignitatis titulo sola religionis seu potius superstitionis Mahumetanæ potestas penes Chaliphas remaneret. Unde Baldrico Dolensi l. iii; Tudebodo, iv; Vincentio Belvac. l. xxxi, c. 93; l. xxxii, c. 54; Roderico Toletano l. vii, c. 10, et aliis, *papæ et apostolici suæ gentis* vulgo appellantur. Primus autem Chaliphæ nomen et dignitatem usurpavit Abubacarus, Mahometi successor, ut auctor est Georgius El-Macinus. Vide notas ad p. 328 Alexiad.

(71) *Παλαιστίνης ῥήξ.* Willelmus Tyr. l. xx, c. 20, 21, 22.

(72) *Σιλέντιον.* Κατηχητήριον λόγον interpretatur hoc loco vocem σιλέντιον Nicetas in Man. l. vii, n. 5. Pro dissertatione seu collatione (Galli *conférence* dicunt) sumi apud plerosque scriptorum constat, et hac notione usurpant passim Theophanes p. 312, 358; Leo Grammaticus in Michaele, p. 448; Scylitzes, p. 399; Zonaras, p. 146; Nicetas Paphlago in Vita sancti Ignatii patriarch. Cp. p. 712 edit. 1618; Landulphus Sagax, pag. edit. Canisii 688, 720, 750, 768; Julianus Antecessor const. 56, § 199: *Hæc constitutio jubet provocationes in consultationibus non tantum in amplissimis magistratibus, sed etiam omnibus senatoribus indicit, ut totus senatus causas appellationum audiat: quamvis silentium tantum sine conventu senatoribus denuntiatum fuerit: silentio enim conventum esse videri.* Agitabantur vero *silentia* in *silentiario*, uti vocatur a Landulpho Sagace l. xvi et Anastasio in Histor. Eccl. p. 66, seu ut habet Theophanes, p. 201, εἰς τὸ σιλεντιαρίκιν, quam vocem vir doctus *silentiariorum stationem* perperam vertit. *Silentium* dicitur idem locus apud eumdem Anastasium in Vita Stephani III pp. p. 303 in var. lect.: *Multa dona ibi largitus est tam universo quam monasterio quæ necessaria sunt monachis, quamque foris immobilia loca, qui in silentio b. Petri apostoli — usque in hodiernum diem constituit* Ubi *silentium* videtur esse, quod alias *secretarium ecclesiæ* dicitur: in secretariis enim conventus ecclesiasticos et synodos egisse pontifices palam est. Neque, opinor, aliunde *silentiarii* dicti seu ii fuerint qui silentium

tationem ipse composuit imperator, non ut vulgo A moris est, quam videlicet imperatoris nomine pronuntiavit illius secretarius. Inerat orationi profunda quædam et ex generoso prorsus animo profecta sensuum vis : crebrisque sententiis et variis argumentis cumulata erat. Dictio ipsa pura, facilis ac simplex character : atque verbo dicam, nullis implicata figuris, naturali tamen efflorescebat elegantia, et quæ auctorem manifeste proderet. Nam, ut sæpius a me dictum est, nulli mortalium naturæ dotibus comparandus erat. Equidem sæpe numero **291** controversias illi ex Aristotele proponens, pleraque eorum quæ in disceptationem venerant, promptissime soluta ab eo cognovi, rem a nemine omnium hactenus, ut opinor, prioribus retro sæculis factam. Idem multa in Scripturis, etiam quæ B ad id temporis inexplicata remanserant, aut minus recte exposita, mira quadam perspicuitate explanavit : quæ hic inserere, alienum ab historiæ scribendæ legibus existimo.

ὁ βασιλεὺς αὐτὸς ξυνετάξατο λόγον (*hh*), οὐχ ὥσπερ εἴθιστο τοῦ ἀσηκρῆτις (75) αὐτὸν ἐκ βασιλέως δῆθεν ὑπαγορεύσαντος. Ἦν δὲ ἡ μὲν ἔννοια τῷ λόγῳ βαθειά τις καὶ ἐκ πάνυ γενναίας προϊοῦσα ψυχῆς· νοημάτων τε γὰρ διαφόρων εἶχε καὶ ἐπιχειρήμασιν ἐστοιβάζετο συχνοῖς. Ἥ γε μὴν λέξις καθαρὰ μᾶλλον καὶ ἀφελὴς ὁ χαρακτὴρ, καὶ [P. 170] τὸ ὅλον εἰπεῖν ἀσχημάτιστος, αὐτοφυὴς δὲ ὅμως καὶ τὸν γενήτορα ἐναργῶς ἐμφανίζων. Καθάπερ γάρ μοι πολλάκις ἐρρήθη, φυσικοῖς πλεονεκτήμασιν οὐδενὶ ἀνθρώπων ξυμβλητὸς ἦν. Ἐγωγέ τοι πολλάκις αὐτῷ τῶν Ἀριστοτέλους διαλεξάμενος πολλὰ τῶν πολυζητήτων αὐτοφυῶς ἐπιλυόμενα ἔγνων, πρᾶγμα οὐδενὶ τῶν ἀπάντων, οἶμαι, γεγονὸς τοῦ παντὸς αἰῶνος. Ὃ δ' αὐτὸς καὶ πολλὰ τῶν ἐν Γραφαῖς ἀδιεξηγήτων εἰς δεῦρο μεινάντων, ἢ γοῦν οὐκ εὐστόχως διηρμηνευμένων σὺν θαυμασίᾳ τινὶ διεσάφησεν ἁπλότητι· ἅπερ ἐμοὶ ἐνθάδε γεγράψεσθαι νόμων ἄπο ἔδοξεν εἶναι ἱστορικῶν.

Du Cangii notæ.

imponebant, quod opinantur plerique, seu quod in iis *silentiis* vel collationibus sederent et dissertarent, quod alio loco discutiendum reservamus. Certe silentiariorum dignitas adeo illustris fuit, ut in concilio Chalcedonensi act. 1 θαυμασιωτάτων πίτηλον iis tribuatur et Damasus pp. in Epist. ad Acholium, in synodo Rom. sub Bonifac. II pp. hæc scripserit : *Ad meritum filii mei Rusticii addi aliquid amplius non potest, — cum habeat prærogativam officii sui, quod silentiarius sit filii nostri Gratiani Augusti.* Ὑπαγορεύειν vero σιλέντιον idem est ac *dictare* apud Spartianum : *Defuncto quidem Sura, Trajani ei familiaritas crevit, causa præcipue orationum, quas pro imperatore dictaverat.* Id enim numeris fuit illius qui *ab epistolis* erat. Ita in concilio Nicæno II Nicephorus a secretis, postmodum patriarcha Cp. imperatoris nomine perdravit, τὸ κατὰ τὴν ἱερὰν σύνοδον ἐγχειρισθεὶς βασιλικὸν ἐπιφώνημα, ut est apud Ignatium Diaconum in Vita ejusdem Nicephori n. 10.

(73) *Τοῦ ἀσηκρῆτις.* Secretarius a secretis. Sexta synod. act. 2, 4 et 12 : Παῦλος ὁ μεγαλοπρεπέστατος ἀσηκρῆτις σεκρετάριος βασιλικός. Βασιλικὸς ἀσηκρῆτις in 7 synod. act. 3. Procopius in Histor. Arcana : Τοῖς δὲ ἀσηκρῆτις καλουμένοις οὐκ ἀπεκέκριτο τὸ ἀξίωμα, ἐς τὸ τὰ βασιλέως ἀπόῤῥητα γράφειν, ἐφ' ὧνπερ τὸ ἀνέκαθεν ἐτέτακτο. Idem, lib. II De Bello Pers. : Τῶν ἀπορρήτων γραμματεύς Nicephorus Cp. in Breviario : Ἀναγορεύουσιν εἰς D βασιλέα Ἀρτέμιον Φιλιππικοῦ γραμματέα, ὃν τῇ Ἰταλῶν φωνῇ καλοῦσιν ἀσηκρῆτις. Ignatius Diaconus in Vita ejusdem sancti Nicephori, n. 7 : Καὶ τὴν διὰ χειρὸς καὶ μέλανος τέχνην πτκούμενος· ἤρθη γὰρ ὑπογραφεὺς τοῖς τῶν κρατούντων μυστηρίοις ὑπηρετούμενος· οὕτω γὰρ παρὰ τῇ Αὐσόνιδι διαλέκτῳ τὸ ἀσηκρῆτις ὄνομα· ὃ ἐπὶ τῶν μυστηρίων μεθερμηνεύεσθαι βούλεται. Munus ipsum μυστικὴ τῶν κρατούντων ὑπηρεσία dicitur eidem n. 9. Occurrit passim apud scriptores Byzantinos, Theophylact. Simocatt. l. VIII; c. 10 ; Constantin. De admin. imperio c. 46 ; Manass. p. 159, edit. Maursii, Menand. Protect. etc. [P. 493] Ita etiam unico vocabulo *asecretis* et *asecreta* usurpant interdum scriptores Latini. Glossar. Ælfrici : *Asecretis vel principis consiliarius, geruna.* Saxonibus *geryne* est mysterium. Carolus Magnus, l. IV De cultu Imag. c. 9 : *Mox ut Leontius asecreta conspexit,* etc. Anonymus, De Mirac. sancti Hugonis abbatis Cluniacensis : *Redit ergo peregrinus ille spem gerens veniæ, si Hugonem posset invenire S. Petri asecretem.* Paulus Diaconus, l. IV Chr. Cas. c. 68 : *Postquam asecretis efficitur, logothetam illum — imperii statuit.* Adde Anastasium in Vit. pp. p. 53, 214 ; Hincmar. Remens., epist. 3, c. 16 ; Vitam sancti Georgii Amastreni, c. 5. n. 18 ; Baron. an. 811, n. 32. Habebant etiam reges nostri suos *asecretis*, ut constat ex Epist. Joannis VIII. pp. 87, et diplomate Roberti regis an. 1029, in Probat. Histor. Monmorentiacæ, p. 16. Qui vero inter patinos secretarios primus erat, πρωτασηκρῆτις dicitur Nicetæ Paphlagoni in Vita sancti Ignatii patriarch. Cp., Choniatæ in Andr. l. II, n. 7 ; et Pachymeri, l. II, c. 13 ; l. V, c. 19 ; πρώτιστος τῶν βασιλικῶν γραμματέων Nicephoro in Breviario p. 172 1 edit. ; πρῶτος τῶν βασιλικῶν ὑπογραφέων Ignatio Diacono in Vita sancti Nicephori patriarch. Cp. n. 59 ; *protosecretarius* Anastasio in Collectan. p. 254 ; denique Corippus, l. I *asecretam* sic describit :

Hinc secreta sacræ tractans Demetrius aulæ,

Cornelii Tollii notæ.

(*hh*) *Τὸν σιλέντιον ὁ βασιλεὺς αὐτὸς ξυνετάξατο λόγον.* Tangit eamdem rem Nicetas l. VII : Καὶ ὁ βασιλεὺς τοιγαροῦν οὗτος εὐγλωττίαν εὐτυχικὴν, καὶ λόγου ἔμφυτον χάριν πεπλουτηκὼς, οὐ λαμυρῶς ἐπίστελλε μόνον, ἀλλὰ καὶ κατηχητηρίους ὥδινε λόγους, οὓς φασι σιλέντια, καὶ εἰς κοινὴν ἀνέπτυσσεν ἀκοήν· *Hic quidem imperator natura fecundus et suavis et sermonis affluentia ornatus, non elegantes tantum epistolas scribebat, sed et religionis institutiones parturiebat, ac publice declamabat.* Agunt de voce σιλεντίου Curopalates et Meursius in Glossario. Alii interpretantur *sermonem de jejunio*, ut hoc Zonaræ loco in Leone philosopho : Ὡς μὴ δυνηθῆναι διαλεχθῆναι τῇ συγκλήτῳ περὶ νηστείας τὴν συνήθη διάλεξιν, ἣ καλεῖται σιλέντιον· *Ut non potuerit solemnem dissertatiunculam in senatu de jejunio habere, quæ dicitur silentium.*

ΒΙΒΛΙΟΝ Ζ.

LIBER VII.

α'. Τὰ μὲν οὖν ἄχρι καὶ δεῦρο εἰς ἤπειρον ἑκατέραν βασιλεῖ Μανουὴλ εἴργαστο, τοιάδε τινὰ ἐγένετο. Ἐξῆς δέ μοι γεγράψεται ὅσα ἐπὶ Ἀσίας (74) στρατευσαμένῳ τούτῳ ξυνέπεσε. Κλιτζιεσθλὰν γάρ, οὗ πολὺν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐποιησάμεθα λόγον, χρήματα, ὥσπερ ἔφην, μεγάλα πρὸς βασιλέως κεκομισμένος δυνάμεώς τε ἐπὶ πλεῖστον ἦκε καὶ τῶν τῇδε δυναστῶν ἄλλους τε τὰς ἀρχὰς ἀφελόμενος αὐτὸς ἔσχε καὶ δὴ καὶ Σανισᾶν, ὃς ἀδελφὸς μὲν αὐτῷ ἦν καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν ἔφυ σπερμάτων, Γάγγρας δὲ καὶ Ἀγκύρας πόλεων ἀμφοῖν ἦρχε Γαλατικῶν, βιασάμενος τὰς μὲν ὑφ' ἑαυτὸν ἐποιήσατο, τῷ δὲ, ἐπειδὴ μὴ κατακτεῖναι ἐδυνήθη, ἀνάγκην ἐπῆγε ξένῳ καὶ ἐπηλύτῃ ἔθνη ἀνθρώπων περιιέναι πάντα. Ταύτῃ καὶ βασιλεῖ μὲν οὐδέ τινα πόλεων ἀπεδίδου, ὧν ἂν περιεγεγονὼς τύχοι· οὐδέ τι τῶν ἄλλων, ἅπερ αὐτῷ διομολογησάμενος ἔφθη, ἐπιτελὴς ποιεῖν ἤθελε. Μεγαλοφροσύνῃ δὲ ἐς πάντας ἐχρῆτο ἀνθρώπους καὶ τὴν ὁρμὴν οὐδαμῇ καθεκτὸς ἦν. Ἃ βασιλεὺς ἐννοῶν ἐχαλέπαινε μὲν καὶ τὰ πρότερα καὶ ἐν δεινῷ τὸ πρᾶγμα ἐποιεῖτο, πρὸς δὲ τῶν ἑσπερίων ἀνθελκόμενος πραγμάτων πρὸς τούτοις καὶ τὰ ἐξ Ἀσίας ἀνακινεῖν ἧκιστα ἤθελεν. Ἐπεὶ δὲ οὐδεὶς οὐδαμόθεν ἐξ ἑσπέρας αὐτῷ πόλεμος ἀνεφαίνετο τοῦ λοιποῦ ἅτε πάντας ἤδη κατωρθωκότι, στράτευμα ἀγείρας ἱκανὸν τῇδε διαβαίνειν διενοεῖτο. Κλιτζιεσθλὰν δὲ, ἐπειδὴ τούτων ἤκουσε, πρέσβεις ἐς βασιλέα πέμψας ἄλλα τέ οἱ τῶν κατὰ γνώμην ἐπιτελῆ ποιεῖν ὡμολόγει καὶ Ῥωμαίων δυνάμεις ἐπὶ κατασχέσει πόλεων ὧν ἂν βασιλεὺς αἱροῖτο αὐτίκα ἐπὶ Ἀσίαν σταλῆναι ἠξίου· πάνυ γὰρ τοῦ ἐπὶ τούτῳ συλλήψεσθαι σφίσι καὶ αὐτόν. Ταῦτα βασιλεὺς ἀποδεξάμενος Ἀλέξιον τὸν Πετραλοφᾶν στρατεύματι ἅμα ἐς ἑξακισχιλίους ἀριθμουμένῳ ἔπεμψε, χρήματά οἱ προσεπιδούς, ἅπερ αὐτῷ εἰς πόλεμον τόνδε ἀποχρήσειν ᾤετο. Ἀλέξιος μὲν οὖν ἐπὶ τοιούτοις εἰς τὴν Ἀσίαν ἐστέλλετο· Κλιτζιεσθλὰν δὲ, ἐπειδὴ τὸν Ῥωμαίων στρατὸν [P. 171] προσιέναι ἤκουσεν, εἰς πόλεις ἐκπέμπων, ἃς ἔτι ἀχειρώτους αὐτῷ ξυνέβαινεν εἶναι, δέος τὸ ἐκ τῆς βασιλέως ὑπέτεινε σφίσι στρατιᾶς. Αἱ δὲ πρὸς ἀμφοτέρας οὐχ οἷαί τε οὖσαι δυνάμεις ἀντισχεῖν οὔτι ἐκούσιαι αὐτῷ προσεχώρουν. Ὁ δὲ ἐπειδὴ καὶ αὐτῶν ἐγκρατὴς γένοιτο, οὐδεμιᾶς λοιπὸν Ῥωμαίοις ἐπιχωρεῖν ἤθελεν. Ἐφ' οἷς ἠγανάκτει μὲν

1. Ea fere sunt quæ hactenus utraque in continente Manuel imperator gessit : deinceps ea expediam, quæ in Asia bellum gerenti evenere. Clitziesthlan, de quo multa in superioribus memoravimus, magnis ut dixi ab imperatore acceptis pecuniis ditior potentiorque factus, vicinos dynastas principatibus suis exuit eorumque terras occupavit : sed et Gangra Aneyraque, Galatiæ oppido utroque, Sanisane fratre consanguineo, qui iis imperitabat, per vim expulso, potitus est : eique cum necem inferre non potuisset, peregrini et advenæ instar terras omnes exteras circumeundi necessitatem imposuit. Itaque nullam earum quas ceperat civitatum imperatori reddidit : **292** neque quidquam præstitit rerum quas ipse jurejurando erat pollicitus. Arrogantia præterea ac ferocitate quadam in quosque hominum utebatur, nec ullo modo poterat animi impetus continere. Quæ ubi principi comperta sunt, tum priora illius facinora, tum insolentiam ægre tulit : sed Occidentalibus negotiis impeditus commovere insuper Asiam verebatur. At postquam nullum in Occidente amplius sibi superesse bellum vidit, rebus utpote ibi feliciter confectis, conscripto idoneo exercitu transire in Asiam constituit. Quibus intellectis Clitziesthlan per legatos quæcunque imperaret omnia facturum se principi respondit. Ad hæc copias Romanas, ut quas vellet civitates occuparet, in Asiam mitti postulavit : se laboris istius participem sociumque fore pollicitus. Iis acceptis conditionibus Alexium Petralœpham cum sex millium exercitu imperator eo mittit, datis pecuniis quas ad bellum istud conficiendum sufficere existimabat. Hoc quidem apparatu in Asiam venit Alexius. Clitziesthlan autem, ut adventare Romanorum exercitum percepit, missis ad civitates, quas nondum ipse occuparat, nuntiis, pavorem iis ex imperatoris exercitu incutere intendit. Sed cum eæ ad utramque vim sustinendam minus essent idoneæ, illius imperio invitæ se subdidere. Oppidis igitur istis potitus nullum horum amplius tradere Romanis **293** voluit. Unde ira accensus imperator extemplo apparare bellum statuit. Sed cum, variis distentus negotiis, id peragere non posset (quippe jam ver præterierat bellis gerendis maxime ido-

Du Cangii notæ.

(74) *Ἐπὶ Ἀσίας.* Bellum Iconiense commemorare aggreditur Cinnamus, in quo cruentam adeo passus est cladem Manuel accisis totius imperii viribus, ut nusquam deinceps solitam mentis hilaritatem, qua singulariter præminebat, exhibuerit, nec corporis sospitate, qua plurimum pollebat, usque in supremum vitæ diem fruitus sit. Illud multis narrant Nicetas, l. vi, n. 1 et sequenti ; et Tyrius, sub an. 1174, quo et commissum prælium testatur l. xxi, c. 12. Affigerunt etiam Robertus de Monte et Nicolaus Trivetus, an. 1179 ; Vincentius Belvac. l. xxxi Spec. Hist. c. 150 ; Chronicon Reichersperg. p. 273 ; et Ægidius de Roya, an. 1176.

neum, quo tempore tum alia Romanis commoda procurare tum etiam urbes ubicunque vellet instaurare poterat : præterea etiam Amasia, Orientis urbs, ad eum accessit, quæ bello necdum palam flagrante ultro se dedere Romanis parata videbatur), eas igitur ob causas talia instituit. Michaelem Gabram, virum ut sæpius a me dictum est sebasti dignitate auctum reique militaris peritissimum, in Paphlagoniam mittit et cum præsentibus aliisque istis in regionibus contrahendis copiis, tum etiam cum iis, quæ ex Trapezunte et Œneo, civitatibus Ponticis, accersendæ erant, ad Amasiam iter intendere jubet. Interea et hæc accidere. Joanni Contacuzeno, cujus crebra a me facta in superioribus libris mentio, filius erat Manuel, forma conspicuus et robore corporis nulli æqualium secundus. Hunc rebus ut aiunt, nefandis ut plurimum intentum monuit primo imperator ab iisque illius avertere animum studuit. Sed cum obstinatius cœptis insisteret, ultra hæc non passus princeps, in carcerem eum conjecit. At dum in custodiam abducitur, quod ab iis qui magistratu funguntur haud raro fieri videmus (facere enim ea plurimum solent per quæ gratiam principis se consecuturos putant) invito imperatore oculis adolescentem privant. **294** Quod ubi ille audivit, indignatus quidem obtestatusque est inscio se id factum esse. Dolorem tamen ex eo conceptum casu tulit, cum suppeteret nihil, unde facinoris auctores plecteret.

A βασιλεὺς καὶ αὐτίκα ἐπὶ μάχην καθίστασθαι δυνοῖτο· τῶν πραγμάτων δὲ αὐτῷ μηδαμῇ συγχωρούντων (ὃ τε γὰρ τοῦ ἦρος ἐξῆκεν ἤδη καιρὸς πολεμίοις μάλιστα προσήκων ὧν πράγμασι, καθ' ὃν ἄλλα τε τῶν συμφόρων Ῥωμαίοις διοικήσασθαι αὐτὸς ᾤετο καὶ δὴ καὶ πόλεις ὅτι δήποτε αὐτῷ βουλομένῳ ἦν ἀνεγείρειν· πρὸς δὲ καὶ Ἀμάσεια, πόλις ἐφ', τότε δὴ αὐτῷ προσεχώρει, ἣν οὕπω μάχης εἰς τὸ ἐμφανὲς ἐκραγείσης σὺν εὐπετείᾳ μάλιστα Ῥωμαίους λήψεσθαι εἰκὸς ἦν), τούτων δὴ ἕνεκα κατὰ τάδε ἐποίει. Μιχαὴλ μὲν ᾧ ἐπίκλησις Γαβρᾶς ἦν, ἀνδρα, ὡς μοι πολλάκις ἐῤῥήθη, ἔς τε τὸ τῶν σεβαστῶν ἀξίωμα ἥκοντα καὶ πολεμίων ἱκανῶς ἔμπειρον ἔργων, ἐπὶ τὴν Παφλαγόνων ἐξίστειλε, στρατευμα δὲ μὲν αὐτίκα ἐπαγόμενον, ὃ δὲ καὶ ἐκ τῶν τῇδε χωρίων ἀθροίσοντα, ὅσοι τε ἀμφὶ Τραπεζοῦντι καὶ Οἰναίῳ πόλεσιν ὤκηνται Ποντικαῖς, καὶ τούτους δὲ μεταπεμψάμενον, ἐκέλευεν οὕτω ἐς Ἀμάσειαν παρελθεῖν. Ἐν δὲ τούτῳ τοιάδε τινὰ ξυνέπεσεν. Ἰωάννῃ τῷ Καντακουζηνῷ, οὗ πολλάκις ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐπεμνήσθημεν λόγοις, παῖς ἦν Μανουήλ, ἰδεῖν τε ἀγαθὸς καὶ ῥώμῃ σώματος οὐδενὸς τῶν ἡλικιωτῶν ἧσσων γενόμενος. Τοῦτῳ δὴ βασιλεὺς ἔργους, ὡς ἐλέγετο, ἀπειρημένοις ὡς ἐπίπαν ἐγχειροῦντι τὰ μὲν πρῶτα παραινέσεις προσῆγε, τῶν πηλίκων δὴ ἀποστῆναι πειρώμενος. Ἐπεὶ δὲ ἀπρὶξ ἐκεῖνός τοῦ τολμήματος εἶχετο, οὐκ ἀνασχόμενος βασιλεὺς τότε δὴ καὶ εἰς φρουρὰν αὐτὸν ἔδωκεν. Ὅπερ δὲ τοῖς ἐν ἀρχαῖς εἴθισται (πράττουσι γὰρ ὡς τὰ πολλὰ δι' ἐς τὴν εἱρκτὴν παρελθόντα βασιλέως οὔτε ἐκουσίου B ὧν ἐθνοιαν αὐτοῖς ἐπισπᾶσθαι τὴν βασιλέως γένοιτο), τὰς ὄψεις ἀφαιροῦνται τὸν μείρακα. Ὧν ἐπειδὴ βασιλεὺς ἤκουσεν, ἐδυσχέρανε μὲν καὶ ὠμωνυτό γε μὴ ἂν αὐτοῦ ξυνειδότος τὸ τοιόνδε πρὸς ἐκείνου εἰργάσθαι, ἤνεγκε δὲ ὅμως τὸ ἄλγημα· οὐ γὰρ εἶχεν ὅπως σὺν τῷ δικαίῳ τοὺς δράσαντας ἀμυνεῖται.

2. Michael igitur, uti dictum est, Amasiam missus, trajecto Damalis freto ad Melangia, recta itinere contendit. Indo ex Bithynia et Rhyndaco vicinis regionibus idoneo contracto exercitu ad campos Dorylæi ire pergit, ut ibi constituta Romanorum præsidia et castella per pacis adhuc inducias necessario commeatu muniret et sultani inimicis adderet animos, ac postremo Dorylæum instauraret. Dorylæum istud, una quondam ex maximis et celeberrimis Asiæ urbibus fuit. Mollis enim tractum istum aura perflat, campique circumjacent plani admodum et incredibilem quamdam pulchritudinem præferentes : tam pingues autem et fecundi, ut herbas pastui optimas uberemque segetem producant. Ad hæc fluvius regionem perfluit et aspectu jucundus et suavis gustu. Tanta vero innatat in eo piscium multitudo, ut quantumvis magna copia ab incolis capiantur, largissime tamen suppetant. Hic olim a Melisseno isto, qui Cæsaris dignitate insignis fuit, exstructæ fuere domus splendidæ, vicique erant hominum frequentia celebres : ut et thermæ nativæ, et porticus et lava-

C β'. Ἀλλ' ὅπερ ἐλέγομεν, Μιχαὴλ μὲν ἐπὶ Ἀμάσειαν ἔπεμψεν· ὁ δὲ, τὸν Δαμάλεως πορθμὸν διαβάς, εὐθὺ Μελαγγείων ἐχώρει. Ἔνθα ἔκ τε Βιθυνίας καὶ τοῦ Ῥυνδακοῦ χωρίων στράτευμα ἀγείρας ἱκανὸν ἐξῆει ἐπὶ τὰ Δορυλαίου πεδία, τὰ ἐκεῖσε Ῥωμαίων φρούρια εἰρήνης κατεχούσης ὅτι τῶν ἐπιτηδείων ἐμπλησόμενος καὶ τοῖς τῷ σουλτὰν δυσμεναίνουσι θάρσος ὅτι μᾶλλον ἐμποιήσων, πρὸς δὲ καὶ Δορύλαιον ἀνοικοδομήσων. Τὸ δὲ Δορύλαιον τοῦτο ἦν μὲν ὅτε πόλις ἦν μεγάλη τε εἴπερ τις τῶν ἐν Ἀσίᾳ [P. 172] καὶ λόγου ἀξία πολλοῦ. Αὔρα τε γὰρ τὸν χῶρον ἁπαλὴ καταπνεῖ, καὶ πεδία παρ' αὐτὴν τέτατα λειότητός τε ἐπὶ πλεῖστον ἥκοντα καὶ ἀμήχανόν τι προφαίνοντα κάλλος, οὕτω μέντοι λιπαρὰ καὶ οὕτως εὔγεω, ὡς τήν τε πόαν δαψιλῆ μάλιστα ἐκβλύειν D καὶ ἄβρὸν παρέχεσθαι ἄσταχυν. Ποταμὸς δὲ διὰ τοῦ τῇδε τὸ νᾶμα πέμπει καὶ ἰδέσθαι καλὸς καὶ γεύσασθαι ἡδύς. Πλῆθος ἰχθύων τοσοῦτον δὲ ἐννήχεται τούτῳ, ὅσον εἰς δαψίλειαν τοῖς τῇδε ἁλιευόμενον ἐλλιπὲς οὐδαμῇ γίνεσθαι. Ἐνταῦθα Μελισσηνῶν ποτε Καίσαρι (75) οἰκίαι τε ἐξῳκοδόμηνται λαμπραὶ καὶ κῶμαι πολυάνθρωποι ἦσαν θερμά τε αὐτόματα καὶ

Du Cangii notæ.

(75) *Μελισσηνῶν ποτε Καίσαρι.* Nicephorum Melissenum Cæsarem intelligit, qui ab exercitu circa Damalin eodem ferme tempore quo in urbe Alexius Comnenus imperator dictus est. Vide stemma Comnen.

στοαὶ καὶ πλυνοὶ, καὶ ὅσα ἀνθρώποις ἡδονὴν φέρει, A ταῦτα δὴ ὁ χῶρος ἅφθονα παρεῖχεν. Ἀλλὰ Πέρσαι, ὁπηνίκα ἡ κατὰ Ῥωμαίων ἥκμαζεν ἐκδρομὴ, τήν τε πόλιν εἰς ἔδαφος βεβλημένην ἀνθρώπων ἔρημον παντάπασιν ἐπεποίηντο καὶ τὰ τῇδε πάντα μέχρι καὶ ἐπὶ λεπτὸν τῆς πάλαι σεμνότητος ἠφάνισαν ἴχνος. Ἡ μὲν δὴ πόλις τοιάδε τις ἦν. Τότε δὲ Πέρσαι ἀμφὶ δισχιλίους περὶ ταύτην νομάδες ὡς ἔθος ἐσκήνουν· οὓς δὴ ἐκεῖθεν ἀπαναστήσας βασιλεὺς χάρακά τε τῆς πόλεως οὐ μακρὰν ἄποθεν περιεβαλὼν τὰ πρὸς τειχοδομίαν ἐξηρτύετο. Καὶ ἡ μὲν κατὰ τάχος ἠγείρετο, σχήματος μὲν πολλῷ τοῦ πρότερον ἔνδον ὑποχεχωρηκυῖα, τοῦ δὲ εἰς ἄκραν αὐτῇ ἀνεστηκότος τὰ πρότερον γηλόφου ὀλίγῳ δὴ ἀποτέρω καὶ ἀπὸ ταὐτοῦ πάντοθεν τοῦ διαστήματος τὸν περίβολον στρέφουσα. Βασιλεὺς δὲ ξὺν ὀλίγοις ἑκάστης ἡμέρας ἐξιὼν λόχοις τε ἐξ ἀφανοῦς καὶ κατὰ πρόσωπον συμβολαῖς πολλοὺς Περσῶν ἔκτεινε καὶ τῶν παρὰ σφίσιν ἐπιφανῶν. Οὐ γὰρ ἐνέλιπον συχνοὶ ἐκ τῶν ἀνωτάτω συῤῥέοντες ἐφ' ᾧ τὴν οἰκοδομίαν οὕτω κωλύειν. Τότε δὴ καὶ Σανισάν, οὗπερ ἤδη ἐμνήσθην, χρόνοις τισὶ πρότερον βασιλεὺς αὐτῷ προσπεφευγότα ἐπὶ τὰς ἀνωτάτω Ἰκονίου χρήμασιν ἐφοδιάσας ἔπεμψε χώρας. Εἵπετο δέ οἱ καὶ στράτευμα ὁδοῦ τῆς ἐπὶ Παφλαγονίαν ἡγησομένῳ. Ἀλλ' οὔπω ἐπὶ πλεῖστον προῆλθε, καὶ Περσῶν δυνάμεις ἐλλοχήσασαι Ῥωμαίων τε τῶν σὺν αὐτῷ πολλοὺς ἔκτειναν καὶ λαφύρων ἐπλήσαντο ἱκανῶν. Σανισὰν δὲ μόγις ἐκεῖθεν διαδρὰς πεφοβημένος ἐπὶ βασιλέα ἦλθεν. Οὕτως ἐς τὸ κακοτυχὲς ἀεὶ τῷ ἀνθρώπῳ τὰ πράγματα ἀπεκρίνετο. Τὰ μὲν δὴ ἐπὶ Δορυλαίου τῇδε ἐφέρετο. Μιχαὴλ δὲ ὁ Γαβρᾶς σὺν τῷ στρατεύματι ἐς Ἀμάσειαν ἦλθε, παρακαλούμενός τε πρὸς τῶν τὴν πόλιν ἐχόντων αὐτίκα δὴ ἐπὶ ταύτην παριέναι, ἐπειδὴ καὶ δύναμις παρὰ Κλιτζιεσθλὰν ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἀφιγμένη οὐ μακρὰν ἄποθεν τῆς πόλεως ἐσκήνου, οὐδαμῇ ἐθάῤῥει τὴν εἴσοδον. Ὑποψία γὰρ πολλῇ εἰς τοὺς ἔνδον ἐχρῆτο [P. 173] μὴ προδοσίαν δήπου κατ' αὐτοῦ μεμελετηκότες εἶησαν. Οἱ δὲ καὶ ὁμήρους τούτου δὴ ἕνεκα παρ' αὐτὸν ἔπεμψαν τήν τε ἀκρόπολιν Ῥωμαίοις κατ' ἐξουσίαν ἔδοσαν. Ἀλλὰ ὀῤῥωδία τις καθάπαξ παραλαβοῦσα τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ σκήψεις ἄλλοτε ἄλλας ἀναχωρεῖν ἐποίει, ἕως οἱ ἐπὶ τῆς πόλεως, ἐννοησάμενοι μὴ ταῖς μακραῖς Ῥωμαίων ἀναβολαῖς παρὰ Κλιτζιεσθλὰν τῆς πόλεως ἁλοῦσης ἐς ἀπέχθειαν αἰῶνα τὸν πάντα δεσπότῃ ἐσομένῳ καθίσταιντο, τοῦ παρὰ σφίσιν ἄρχοντος οὐδὲν ξυνειδότος τοῖς εἰρημένοις ταύτην παρέδοσαν. Ἤδη δὲ καὶ Μιχαὴλ ἅρας ἐκεῖθεν ἐπὶ γῆν τὴν Ῥωμαίων ἦλθεν, οὔτε τῶν ἐπὶ τῆς ἀκροπόλεως, ὡς μοι ἐῤῥήθη, Ῥωμαίων, οὔτε του τῶν ἄλλων λόγον πεποιημένος οὐδένα. Καὶ τὰ μὲν Ἀμασείας πόλεως ἐν τῷδε ἐταλεύτα· βασιλεὺς δὲ ἀμφὶ Δορυλαίῳ ἔτι πονούμενος, ἐπειδὴ ταῦτα ἐπύθετο, Θωμᾶν τὸν ἀκτομίαν παρὰ Κλιτζιεσθλὰν πέμψας Ἀμάσειαν ἐνέκειτο ἅπασιν ὅρκων τέ οἱ παῤῥησιν ἐπεκάλει καὶ εἴ γε μὴ τοῦ ἐς Ῥωμαίους τοιάδε ὑβρίζειν ἀπόσχοιτο, οὐκ εἰς μακρὰν τάχα τῆς δίκης ἐκδίκου πειράσασθαι ἠπείλει. Ὅστις μέντοι Θωμᾶς οὗτος ἦν αὐτίκα δηλώσω.

era : quæque alia hominibus voluptati **295** esse solent, regio hæc affatim suppeditat. Sed enim Persæ quo tempore Romanorum fines maxime incursabant, urbem solo æquatam incolis nudarunt prorsus, et circumjecta omnia ita vastarunt, ut nullum ferme pristini splendoris vestigium reliquerint. In eo igitur statu erat tunc hæcce civitas. Persæ autem hac ipsa tempestate ad duo millia cum pascuis, uti solent, tabernacula habebant : quibus hinc expulsis imperator valloque non procul ab urbe circumducto se ad murorum ædificationem comparat. Condi igitur summa celeritate civitas cœpit, forma ab ea quæ prius fuerat multum intus absimili, a colle vero, quem olim pro arce habuerat, paululum remotius et pari undique intervallo circumductis mœnibus. Princeps autem cum paucis exibat singulis diebus, et partim clandestinis insidiis partim aperto marte multos Persarum illustriores cecidit. Neque enim desinebant a superioribus continuo locis irrumpere, quo structuram urbis impedirent. Tum quoque Sanisanem, cujus supra memini, qui aliquot ante annis ad imperatorem profugerat, in eas regiones, quæ supra Iconium adjacent, datis pecuniis misit. Comes erat exercitus in Paphlagoniam iturus, cui ille ductor foret. Sed haud multum confecerat itineris, cum Persarum copiæ ex insidiis coortæ multos Romanorum interficiunt, et præda multiplici potiuntur. Ipse Sanisan vix vitato periculo ad imperatorem trepidus venit : adeo adversantem sibi **296** fortunam habuit, quoties rem aggrederetur. Dum hæc ad Dorylæum peraguntur, Michael Gabras cum exercitu Amasiam venit, invitatusque ab oppidanis, ut statim civitatem ingrederetur, nequaquam id ausus est, quod et copiæ a Clitziesthlane eam ipsam in rem missæ haud procul ab urbe castra locassent : maxime enim verebatur ne oppidani proditionem molirentur. Sed illi et obsides ea propter ad ipsum misere et arcem insuper Romanorum potestati tradidere. At is nescio quo pavore correptus ad varios subinde recurrebat prætextus, donec oppidani veriti ne, dum Romani in dies differunt, urbe a Clitziesthlane capta, futuri domini offensam in æternum incurrerent, inscio præfecto suo, eam tradiderunt. Jam etiam Michael motis inde castris in fines Romanos redierat, nulla neque Romanorum qui in arce erant, neque alius cujusquam ratione habita. Interea dum ista ad Amasiam geruntur, imperator adhuc circa Dorylæum occupatus, ut hæc rescivit, Thoma eunucho ad Clitziesthlanem misso, ut Amasia sibi restitueretur institit et perfidiam ipsi exprobravit, additis minis, ni ejusmodi Romanos injuriis afficere absisteret, brevi justitiam vindicem expertorum. Quis autem fuerit Thomas iste, commemorabo. Lesbo quidem insula oriundus erat, **297** familia prorsus obscura : eumque nullo laudabili vitæ instituto instructus esset, Byzantium profectus secandæ venæ artem exercuit, atque inde facere quæstum cœpit. Sed nihil est in rerum natura, quod ubi cunctanti

fortunæ non possit inservire. Thomas enim quamvis ad ultimum et sordidissimum illiberalis artificii genus descendisset, ex ea tamen arte magnus, si quis alius, in palatio fuit, ingentibusque brevi comparatis pecuniis aliquot post annis cum iis in Palæstinam se recepit. Sed cum nihil ipsi ex voto ibi succederet, iterum ad imperatorem rediit : veniamque primo consecutus, illius offensam rursum incurrit, eoque ipso in carcerem palatii, qui Elephantinus vocari solet, conjectus vitam in eo exegit. Sed de his postea. Tum vero ad sultanum uti diximus missus, cum nihil rerum quarum causa venerat conficere iste voluisset, rebus infectis ad imperatorem reversus, parum abfuit quin a Persis itinera insidentibus interficeretur.

A Λέσβου μὲν ὥρμητο νήσου, οἰκίας δὲ ἀφανοῦς γεγονὼς, ἐπειδὴ μηδὲν ὅ τι τῶν λόγου ἀξίων ἐπιτήδευμα αὐτῷ ἦν, ἐς Βυζάντιον ἰόντι ἔργον ἐπιμελὲς ἐγεγόνει φλέβας ἀνθρώπων τέμνοντι ἐντεῦθεν ἑαυτῷ τὸ ζῆν περιποιεῖσθαι. Ἀλλ' ἔοικε τῶν ἁπάντων εἶναι μηδὲν ὃ βουλομένῃ τῇ τύχῃ ὑπηρετεῖν ἥκιστα δύναιτο. Θωμᾶς γὰρ, καίτοι ἐς τοῦσχατον βαναυσίας ἥκων, ἐκ τούτου δὴ τοῦ τεχνίου μέγας ἐν βασιλείοις εἴπερ τις ἀνθρώπων ἐγένετο, χρήματά τε μεγάλα ἐν βραχεῖ περιβεβλημένος χρόνου τινὸς ὕστερον ἐς Παλαιστίνην ξὺν αὐτοῖς ἅπασιν ᾤχετο. Μὴ κατὰ γνώμην δὲ αὐτῷ τῶν τῇδε ξυμπιπτόντων αὖθις ἐπὶ βασιλέα παραγίνεται, πλειό τε αὐτοῦ τετυχηκὼς δύσνους εἰσαῦθις ἠλέγχετο, ἐς τὴν ἐν Φαλατίῳ τε φρουρὰν ἀχθείς, ἣν Ἐλεφαντίνην (76) ἔθος παλαιὸν ἐστιν, ἐνταῦθα τὸν βίον ξυνεμετρήσατο. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον. Τότε δὲ ἐπὶ τὸν σουλτὰν, ὥσπερ ἐλέγομεν παραγεγονὼς, ἐπεὶ μηδὲν ὧν ἕνεκα ἦλθεν ἐπιτελὴς ἐκεῖνος ποιεῖν ἤθελεν, ἄπρακτος ἐς βασιλέα πάλινοστεῖ, ὅτε δὴ μικροῦ καὶ ἀπεκτονέναι τοῦτον ἐδέησαν Πέρσαι οἱ ἀνὰ τὴν ὁδὸν ἐνεδρεύοντες ἦσαν.

3. Cæterum imperator intra quadragesimum diem urbe instaurata, cum eam fossa cinxisset multisque ibi ad habitandum Romanis sedes dedisset, valido insuper relicto præsidio, inde profectus castra ad Rhyndacum locat, atque paulisper ibi moratus discessit. Cumque paucos admodum sequi signa videret (plerique enim ordines inscio ipso domum redierant, etsi non semel, **298** ut aiunt, vetuisset, ne quis castris excederet), Michaelem quemdam natione Barbarum, antea Isach vocatum, inter domesticos ministros primas tenentem, ad sumendum de iis qui ordines deseruerant supplicium, misit : ipse cum pancis per Lampes campos iter faciens, oppidum quoddam ad Mæandri fontes exstructum, cui Sublæum nomen est, vetustate collapsum instaurat. Ibi imperator alio prorsus quam quo solebat modo, cum hostibus prælium inire cœpit. Ignis enim aut aquæ effusæ instar, nullo sibi resistente, accendebatur et ferebatur. Dum hæc a principe agebantur, Michael, cujus modo memini, ut qui Romanis jampridem infensus erat, capta irati imperatoris occasione, obvios quosque, nulla habita prius quæstione, supinos ad terram prosternit ferroque oculis immerso excæcatos miseros sicut erant relinquit, quorsum hæc paterentur ignaros prorsus : licet etiam rei militari non dedissent operam, sed rustici essent aut mercatores aliudque id genus hominum. Atque ita in alios etiam grassabatur, quos pariter membris fœde mutilabat. Sed imperator, qui jam oppido communito reversus erat Byzantium cognitis istis eum revocavit, nec multum abfuit quin iisdem propemodum, quibus alios affecisse diximus, eum multaverit pœnis. Verum ea lege, ut talia deinceps in Romanos non auderet, crimen quidem illi remisit : sed **299** justitia divina haud multo post ulta tot scelera eum vita exemit, liberosque illius variis subjecit calamitatibus. Eodem quoque tempore Gabram etiam in judicium vocavit princeps, lataque

B γ'. Βασιλεὺς δὲ, ἡμερῶν οὔπω τεττεράκοντα τὴν πόλιν ἀνεγείρας, ἐπειδὴ τάφρον τε αὐτῇ περιήλασε καὶ Ῥωμαίων ὡς πλείστους ἐνταῦθα ᾠκίσατο, φρουρὰν ἀποχρῶσαν τῇδε καταλιπὼν ὀπίσω ἐχώρει, τοῖς ἀμφὶ τῷ Ῥυνδακῷ αὐλισάμενος χωρίοις· ἐπ' ὀλίγον τε διαναπαύσας τὸ στράτευμα ἐκεῖθεν ἀπῆρε. Κομιδῇ δὲ ὀλίγους αὐτῷ συνεπομένους ὁρῶν (τὰ γὰρ πλείω τῶν ταγμάτων ἀπῆσαν οἴκοι, μηδὲν εἰς γνῶσιν ἥκον αὐτῷ, καίτοι, ὥσπερ ἐλέγετο, πολλὰ περὶ τοῦ μηδένα τέως τοῦ στρατοπέδου ἀποχωρεῖν παρεγγυησαμένῳ [P. 174] πρότερον), Μιχαὴλ μέν τινα Βάρβαρον γένος (ἀμέλει καὶ Ἰσὰχ ὄνομα ἦν αὐτῷ πρότερον ἦν) τῶν ἐπὶ ἑστίας δὲ αὐτῷ διυπηρετουμένων τὰ πρῶτα, ἐφ' ᾧ τινας στρατιωτῶν τῶν ἐκ τῆς λειποταξίας ἐς τὸ σῶμα ζημιώσαι ἔπεμψεν. C Ὁ δὲ ξὺν ὀλίγοις τὰς ἐπὶ Λάμπης διελθὼν πεδιάδας, φρούριόν τι περὶ πρώτας που τοῦ Μαιάνδρου ἱδρυμένον ἐκβολὰς (Σούβλαιον ὄνομα αὐτῷ) χρόνῳ πτωκὸς ἀνεγείρει. Ἐντεῦθεν οὐκέτι δὴ τρόπον ὃν εἰώθει πολεμίοις ξυμπλέκεσθαι βασιλεὺς ἤρξατο, ἀλλὰ πῦρ οἷον ἢ ὕδωρ ἀνυποστάτως ὤργα καὶ ἐφέρετο. Βασιλεὺς μὲν οὖν ἐν τούτοις ἦν· Μιχαὴλ δὲ, οὗπερ ἤδη ἐμνήσθην, ὡσεὶ ἐκ πλείονος ἤδη κατὰ Ῥωμαίων ἐτύγχανε μεμηνὼς, ἔρμαιον τὴν βασιλέως τότε δὴ πεποιημένος ὀργὴν, τῶν παρατυγχανόντων αὐτῷ ἕκαστον, οὐδὲν πολυπραγμονήσας πρότερον, ὑπτιόν τε κατὰ γῆν ἔτεινε καὶ κατ' ὀφθαλμοῖν τὸν σίδηρον βάπτων αὐτὸν μὲν αὐτοῦ εἶα δείλαιον, οὐδὲ ὅτου ἕνεκα πάσχει συνιέντα, οὐδὲ στρατείας ἔστιν οὗ μεταλαχόντα, ἀλλὰ ἀγροῖκον ἢ ἐμπορίαις ξυμβάλλοντα ἤ τινα ἄλλων ἀνθρώπων. Ὁ δὲ ἐπ' ἄλλους ἐχώρει καὶ σώμασιν ἀνθρώπων ἐλωβᾶτο πολλοῖς, ἕως τῶν πραττομένων αἰσθόμενος βασιλεὺς (ἤδη γὰρ τὰ ἀμφὶ τῷ φρουρίῳ διαθέμενος εὖ ἐπὶ Βυζάντιον ἀνεκομίζετο) τῆς ὁρμῆς αὐτὸν ἔπαυσε· παρ' ὀλίγον μέντοι ἐγένετο ταῖς τοιαῖσδε καὶ αὐτὸς ἐκδεδόσθαι ποιναῖς, ὥσπερ ἐλέγετο. Ἀλλὰ βασιλεὺς μὲν μὴ ταὐτὰ καὶ πάλιν Ῥωμαίοις τολμηθῇ δια-

Du Cangii notæ.

(76) Ἐλεφαντίνην. De hoc carcere diximus ad Alexiadem.

νοηθεὶς ἀφῆκε τούτῳ τὸ ἔγκλημα, ἡ δίκη δὲ οὐκ εἰς μακρὰν τοῦτον μετῆει ἐξ ἀνθρώπων πεποιημένη δυστυχήμασί τε τοὺς ἐξ ἐκείνου περιέβαλε. Τότε δὲ καὶ Γαβρᾶν βασιλεὺς ἐπὶ δίκην καλέσας, ἐπειδήπερ ἐκράτει (ἐψήφιστο γὰρ οἷα δὴ ποιναῖς ταῖς κατὰ γνώμην αὐτῷ χρήσαιτο) σιδήροις τὼ πόδε περισφίγξας ἐπί τινα τῶν ἐν παλατίῳ φρουρῶν ἄχρι τινὸς ἔθετο, μετὰ δὲ ἀνεκαλέσατό τε καὶ τῆς προτέρας αὖθις ἐτίμα. Κλιτζιεσθλὰν δὲ, ἐπειδὴ τὴν βασιλέως ὀργὴν ἔγνω (τὰ γὰρ ἀμφὶ Δορυλαίῳ ξυμπεπτωκότα μεγάλα τῆς αὐτοῦ καθίκετο ψυχῆς) τῶν τινα γράδρα παρ' αὐτοῦ δεδυνημένων Γαβρᾶν ἐπίκλησιν ἐς Βυζάντιον ἐκπέμψας ἐδεῖτο βασιλέως φρούρια τῶν αὐτοῦ ἀντιλαβόντα ἅπερ ἂν αὐτῷ δόξῃ παύσασθαι δὴ τοῦ πρὸς αὐτὸν χόλου. Ἀλλὰ βασιλεὺς τοὺς λόγους οὐκ ἀποδεξάμενος αὐτὸν μὲν ἀπεπέμψατο, δυνάμεις δὲ ἔκ τε Σερβίων καὶ Οὔννων μετεπέμπετο πολλὰς καὶ τὰ πρὸς τὸν πόλεμον ἐπιμελέστερον ἐξηρτύετο. Ὥστε μὴν ἵπποι τε καὶ ἀνθρώποις οὐδαμῇ τὰ ἐς τὸ ζῆν ἐπιλείψοι, καὶ βοῶν ἀμύθητόν τι πλῆθος ἐκ τῶν κατὰ Θρᾴκην ἠλαύνετο χωρίων ἅμαξαί τε ὑπὲρ τὰς τρισχιλίους. Ὁ μὲν οὖν ἦρι φανέντι ἐπὶ Ἀσίαν διέβη καὶ τὰς δυνάμεις ἐπὶ Ῥυνδακοῦ κατὰ τὸ ἔθος ἤθροιζεν. [P. 17δ] Οὖννοι δὲ ξύμμαχοι καὶ Σέρβιοι, οἱ Ῥωμαίοις κατήκοοι τυγχάνουσιν ὄντες, οὐκ ἐν δέοντι ἀφικόμενοι θέρους ὥρᾳ στρατεύειν ἐπολίσαν, ὑφ' οὗ δὴ μάλιστα τὰ πράγματα ἔφθαρτο. Σκοπιμώτατον γὰρ εἴπερ τι ἔργοις πολέμων ὁ χρόνος ἐστίν. Οὕτω δὴ βασιλεὺς διὰ Λαοδικείας τε καὶ τῶν Μαιάνδρῳ προσοίκων τὴν πορείαν ἔθετο, γνώμην ἔχων ἐς τὴν Ἰκονίου πανστρατὶ καταστήσεσθαι πολιορκίαν. Ἐπεὶ δὲ καὶ νέα αὐτῷ προσεχώρει Καισάρεια, Ἀνδρόνικον ἀδελφιδοῦν αὐτῷ τὸν Βατατζὴν ἅμα στρατεύματι διὰ τῶν Παφλαγονίας χωρίων ἐπ' αὐτὴν ἰέναι ἔπεμψεν. Οὕτω μέντοι Βυζαντίου ἐξιὼν καὶ στόλον νεῶν πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ἐπὶ Αἰγύπτου (77) ἔστειλεν, ἅτε δὴ πανστρατὶ ἐπὶ τὸν Κλιτζιεσθλὰν πόλεμον ἰών. Ἐντεῦθέν τε στρατευμάτων ὑποσπανίζων τῇ κατ' Αἴγυπτον ἀποχρησόντων....

sententia (decretum enim fuerat ut poenas quas ille vellet pateretur) vinctum compedibus in quodam ex palatii carceribus aliquandiu tenuit : postea eum exemit inde et dignitati pristinæ restituit. Clitziesthlanes interea, ubi adventum imperatoris rescivit (quæ enim apud Dory'æum acciderant graviter ejus pungebant animum), unum ex suis maxime illustribus Gabram cognomine misit Byzantium, precatusque est principem, uti receptis quæcunque vellet oppidis conceptam adversus se indignationem deponeret. Sed imperator repudiata legatione ipsum dimisit, accitisque e Servia et Hungaria ingentibus copiis bellum majori cura apparavit : et ne quid aut equis aut hominibus ad victum deesset, bonum ex Thracia innumerabilem multitudinem et plaustra plus quam ter mille adduci jussit. Hoc apparatu vere primo trajecit in Asiam et, ut solebat, copias ad Rhyndacum collegit. Sed auxiliares Hungari, Serviique Romanis obnoxii, haud tempestive advenientes, extraxere in æstatem bellum : ex quo res maxime labefactari contigit. Si quid enim aliud, tempus certe in bellis attendendum est. Itaque imperator per Laodiceam et terras Mæandro adjacentes 300 iter fecit eo animo, ut totis viribus Iconii obsidionem aggrederetur. Cum vero ad eum defecisset Neocæsarea, Andronicum Batatzem ex sorore nepotem cum exercitu per Paphlagoniam proficisci eo jussit. At priusquam Byzantio excederet, navium centum et quinquaginta classem misit in Ægyptum, utpote qui cum universis copiis Clitziesthlan aggredi statuisset. Hinc, cum non tantæ copiæ essent quæ ad Ægypti expeditionem sufficerent.....

Du Cangii notæ.

(77) Ἐπὶ Αἰγύπτου. Consulendus Tyrius, l. XXI, c. 26 et sequent.

INDICES ALIQUOT

GENEALOGICI

AD HISTORIÆ COMNENICÆ PLENIOREM NOTITIAM.

Stemmata ipsa fusiora damus in Familiis Orientalibus.

STEMMA DUCARUM.

N. DUCAS, Pantherius forte, cujus meminit Zonaras.

Andronicus Ducas floruit sub Michaele Theophili F. C. A. 841.

Andronicus Ducas missus a Leone Philosopho imp. contra Arabes. — N. Ducas.

Constantinus Ducas tyrannidem affectans cæsus est in hippodromo, Constantino Porph. imperante. Uxor N. Gregoræ Iberitzæ magistri F. — Michael Ducas cæsus cum Constantino patruele.

Gregoras Ducas cæsus cum patre. — Stephanus Ducas post patris eadem eunuchus factus. — Nicolaus Ducas periit in conflictu contra Bulgaros, Porphyrogenito imperante.

Andronicus Ducas Patricius, cognomento Lydius, Bardæ rebellionem amplexus C. A. 976 paulo post moritur. De Andronici pareute non omnino constat.

Constantinus Ducas imperium adeptus A. 1059 25 Nov. obiit mense Maio A. 1067. Uxor, Eudocia Constantini Dalasseni F. — Christophorus Ducas. — Bardas Ducas cogn. Mongus, magnus bello dux sub Basilio imp. — Joannes Ducas, Constantini imp. frater, a quo Cæsar dictus est. Uxor, Maria, nobilis Bulgara.

Michael Ducas cogn. Parapinacius imperator. Uxor, Maria Iberorum regis F. — Andronicus Ducas. — Constantinus Ducas. Porphyrogenitus. — Anna Ducæna. Theodora Ducæna. — Zoe Ducæna Adriani Comneni uxor. — Andronicus Ducas proedrus Diogenem Romanum imp. dolo cepit et excæcavit. Ux. Samuelis Bulgariæ regis ex Trojanno F. neptis. — Constantinus Ducas proedrus et protostrator.

Constantinus Ducas Porphyrogenneta, cui pacta primum in uxorem Helena Roberti Guiscardi F., deinde Anna Comnena Alexii imp. F. — Michael Ducas protostrator. — Joannes Ducas magnus dux. — Irene Ducæna Alexii imp. uxor. — Anna Ducæna Georgii Palæologi uxor. — Theodora Ducæna monacha.

STEMMATIS COMNENICI INDEX PRIMUS.



STEMMATIS COMNENICI INDEX ALTER.



FAMILIÆ BRYENNIANÆ INDEX GENEALOGICUS.

NICEPHORUS BRYENNIUS nobilis Adrianopolitanus, ethnarcha, Cappadociæ præfectus, An. 1057. imperator acclamatus a militibus.

N. Bryennius curopalata. Scythas pluries debellavit. uxorem duxit Annam, curopalatissam vulgo nuncupatam.

Nicephorus Bryennius Bulgariæ et Dyrrhachii dux, magister et proedrus, dum imperium ambit, capitur et oculis privatur An. 1078.

Joannes Bryennius magister, curopalata et magnus domesticus a fratre dictus, a Varangis occisus.

Nicephorus Bryennius Patricius, captus in eodem quo parens prælio, oculis perinde privatur.

N. Bryennius, cui uxor datur a patre N. Tarchaniotæ soror.

Nicephorus Bryennius Cæsar et panhypersebastus ab Alexio renuntiatus, ejusdem Alexii filiam Annam uxorem duxit.

N. Bryennia nupsit Mariano Maurocatacaloni.

Alexius, Comnenus propter maternam originem dictus, magnus dux, seu classis præfectus An. 1154. uxor, N. Abasgiæ principis F.

Andronicus Comnenus Thessalonicæ præfectus, dum imperium ambit, excæcatur ab Isaacio Angelo imp. C. An. 1189.

N. Comnenus perinde ac pater luminibus orbatur.

De ceteris Bryenniis fusius agimus in stemmate Comnenico, in Annæ Cæsariæ, Alexii imp. F. Elogio.

STEMMA

TURCICORUM SULTANORUM.



STEMMA

SULTANORUM ICONIENSIUM.

SALGEUCUS, de quo in stemmate Sultanorum Turcicorum.

Michael. — **N. Michaelis frater.**

Tegrubecus Turcorum Sultanus. — **Cutlumus, Et Maciuo Ptolomæus. v. not. ad Bryenn. p. 106.**

Solyman Nicææ Sultanus, Antiochiam intercipit. A Tageoldulo Damasci Sultano interficitur. An. 1085. — **Masour.** — **N. N. N. filii tres.**

Cliziesthlan Solymanni filius primogenitus, Nicææ primum, deinde Lycaoniæ, Cappadociæ seu Iconii Sultanus.

Solymannus junior Nicææ Sultanus, quo regnante Nicæam Galli expugnant. ux. N. filia Tzachæ.

Dalimannus Solymanni frater Orderico p. 797.

Melas uxor Rogerii principis Antiocheni.

N. filia nupta Tzachæ Smyrnæ, etc toparchæ. Anna p. 251.

Tzacha Smyrnæ dom. Ann. p. 321.

Cliziesthlan II, Sultanus Iconiensis, cogn. Saisan, a fratre Masuto interficitur. v. Annam.

Masutus cæso fratre Sultanus factus Joanni et Manueli imp. bellum infert.

Marciban duello a Boemundo superatur. — **Orderic.** — **N. alter filius.**

Cliziesthlan III, Sultanus Iconiensis, fratrum toparchiis, cæsis filiis, potitur. Manuelem imp. delet A. 1176. Moritur 70 major. huic uxor Christiana.

Sanisan Gangræ et Ancyræ dominus.

N. filia nupta Jacupazani Amasiæ, Ancyræ, et Cappadociæ toparchæ.

N. filia nupta Daduai domino Cæsareæ et Sebasteæ.

Camero nupta Joanni Comneno Andronici imp. filio. v. stemma Comnen.

Caichosroes, Acropolitæ Jathatines, Lycaoniæ et Pamphyliæ Sultanus Fredericum I imp. delet A. 1190. Iconio pulsus a Rucratino fratre CP. venit, post hæc restitutus a Theodoro Lascari imp. in prælio occiditur C. A. 1210.

Masut Sultanus Amaseæ, Doryiæi et regionum Ponti.

Coppatinus Sultanus Melitenes, quo exstincto, Rucratinus frater Melitenem occupat.

Rucratinus Sultanus Aminsi, Caichosroe fratre in ordinem redacto, Iconiensem principatum invadit. C. A. 1200. Moritur C. A. 1204.

Melec. Cutepez. incertum uter horum, nisi unus idemque sit, quod reor, patri successerit. Mortuum Sultanum Iconiensem A. 1219 tradunt Jacobus de Vitriaco et Vincentius Belvac. Saladini filiam in uxorem habuisse testantur alii.

N. N. filii duo ex Caliphæ sorore nati.

Gaiazadinus, Pachymeri Japhatinus, Acropolitæ Jathatinus, a patre moriente Iconiensi donatur principatu. Tartari illo imperante Asiam invadunt, Sultanum ipsum delent, fugantque A. 1142, 1143. Moritur Attaliæ A. 1245.

Raconadius patri succedit, cum Tartaris fœdus init.

Azadinus, Gregoræ Azatines, cum ad Græcos profugisset, ab iis detentus, Turcorum ope elabitur, moxque moritur.

Aladinus ex regina Georgiæ natus.

Melecus una cum parente e Thracia elapsus, eoque exstincto, Iconium adeptus a rebellantibus Turcis occiditur, post illius cædem enatæ complures in Asia tyrannides, quarum altera Othomannicæ initium et originem dedit.

DESCRIPTIO

URBIS CONSTANTINOPOLEOS

Ex Christophori de Bondelmontibus, Florentini, opere ms., quod de insulis Archipelagi inscripsit, et ad cardinalem Jordanum de civitate Rhodi Romam misit, anno Christi 1422, proinde ante expugnatam a Turcis urbem. Exstat illud in bibliotheca regis Christianissimi, cod. 1214 (*).

—

Devenio ad læsam Constantinopolim urbem, et quamvis insula non sit, postquam huc pervenimus, de ea pauca pertractabimus, ut ad indicium lugentium (1) perveniatur. Est igitur a Constantino dicta (2), quæ juncta cum Byzantio eam maxime ampliavit. Post autem sæculis labentibus imperatores ecclesiis (3) eam ornavere, et præsertim Justinianus, qui leges condidit et *Sanctam Sophiam* ædificavit cum *palatio* et *prodromo* (4). Remanet ergo triangulata (5), et 18 est in circuitu milliarium. Primo igitur de *Angulo S. Demetrii* (6) usque ad angulum *Vlachernæ* 6 milliaria, quo in spatio A centum et decem eriguntur turres. Abhinc igitur usque ad *Criseam portam* (8), quinque milliaria cum muro et antemurali (9) munitissimo, et vallo aquarum surgentium (10), et turres in muro altiori 96. Dehinc usque iterum *Sanctum Demetrium* milliaria 7 et turres 188, in quibus mœnibus est campus ab extra, et olim portus *Ulanga* (11), ubi Græci (12) 50000, ut dicitur, Francorum pane calcine frumentato dolose ex invidia vel timore occiderunt, quorum ossa innumerabilia usque in hodiernum diem perhibent testimonium. Et propinqua huic *Condoscali* (13), vel *Arsena* (14) restat. Et ultra fuit

Du Cangii notæ.

(*) Titulus libri sic concipitur: *Incipit liber insularum Archipelagi editus per presbyterum Christophorum de Bondelmontibus de Florentia, quem misit de civitate Rhodi Romam domino Jordano cardinali, anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo secundo.* Ex hoc libro pleraque hausit quæ habet de insulis Archipelagi Thomas Porcacchus Aretinus, etsi auctoris nomen ignotum sibi fuisse scribat, ut testatur in operis, quod De insulis orbis inscripsit, proœmio.

(1) *Indicium lugentium.* Sic in ms.: forte, *judicium legentium.*

(2) *A Constantino dicta.* Senator: *Pacatiano et Hilariano cos. civitas quæ prius Byzantium dicta est, nunc mutato nomine a Constantino Constantinopolis dicta.* Paulus Orosius, l. VII, cap. 28. *De Constantino: Urbem nomine suo Romanorum regum, vel primus, vel solus instituit.* Eutropius, l. X: *Primusque urbem nominis sui ad tantum fastigium evehere molitus est, ut Romæ æmulam faceret.* Vide Alypium Antioch. in Geogr. c. 32, et scriptores Byzantinos.

(3) *Ecclesiis.* Vide Fulcher. Carnot. l. I, Hist. Hier. c. 4; Guillel. Tyr. l. XX, c. 26, Benjaminum, Albericum, et alios a nobis laudatos in not. ad Villhard. n. 66.

(4) *Prodromo.* An *hippodromo*, vel templo aliquo, quod in D. Joanni τοῦ Προδρόμου nomen erexerit Justinianus, aut de novo instauraverit, cujusmodi fuit illud quod in hebdomo exstitit, de quo Procopius, l. I de Ædif. c. 28.

(5) *Triangulata.* Willel. Tyr. l. II, c. 7 de Cpoli: *Formam habens trianguli trium inæqualium laterum*, etc. Vide Geogr. Nubiens. p. 235. Monstrelletum vol. 3, p. 59. Itinerar. D. *de Breves*, Theuetum, etc.

(6) *Angulo S. Demetrii.* Vide notas ad Alexiadem, p. 361.

(7) *Angulus Vlachernæ.* De Blachernarum ædisque Deiparæ ejusdem appellationis situ passim scriptores Byzantini, præsertim Gyllius l. I, c. 16, et l. IV, c. 5. Nos etiam quædam ad Villhard. n. 85.

(8) *Criseam portam.* Quæ Χρυσῆ πόρτη scriptoribus Byzantinis, de qua multa diximus ad eumdem Villhard. n. 129.

(9) *Antemurali.* Vide notata ad Villhard. n. 89 et ad Alexiadem, p. 54.

(10) *Aquarum surgentium.* Scaturientium. Porcacchus: *E questa parte ha un muro doppio, cioè muro e antemurale, et col fosso pien d'acqua, che risorge, e rende il luogo fortissimo.*

(11) *Ulanga.* Locus ubi olim exstitit domus Andronici tyranni. Nicetas in Man. l. IV, n. 2: Καὶ παρὰ δόξαν Ἀνδρόνικος εἰς τὸν οἰκεῖον οἶκον παρελθὼν ὃς τοῦ Βλάγγα ἐπικέκληται. Meminit vero portus ad Blancam Pachymeres, l. V, c. 10: Τὸ παρὰ τὸν Βλάγγα κοντόσκαλον ἀνοικοδομεῖν ἤθελεν. Adde Ducam. c. 39, p. 159.

(12) *Ubi Græci.* Eadem habet Porcacchus. Revero narrat Nicetas in Man. l. I, n. 5. Adde Petr. Cluniac. l. VI, Epist. 16.

(13) *Condoscali.* Contoscalium; nihil aliud est quam parva scala; κοντόν enim Græcis *parvum* sonat. Contoscalium igitur πώριον fuit supra mare Propontidis, cujus situm discimus ex porta quæ etiamnum hodie a Neorio, cui adhæret, nomen sumpsit, et porta Contoscalii dicitur. Etenim ipsa porta, ut ait Leunclavius in Pand. n. 200, velut intra sinum quemdam abscedit versus urbem, et ab altera parte proximum sibi portum habet pro triremibus in mare se porrigentem, et muro circumdatum. Contoscalii meminit Pachymeres, l. V, c. 10; Cantacuzenus, l. IV, c. 11; Phranzes, l. III, c. 11, et Codinus in Orig. p. 54 editionis regiæ.

(14) *Arsena.* Sanutus, l. II, part. IV, c. 12, ait *Arsenam vulgariter vocari locum ubi conservatur navigium.* Sansovinus in Venetia, l. VIII, dictam vult quasi *arcem senatus.* Sed an vere, alii judicent. *Arsenalem* Cpolitanum exstruxit Theophilus imp. Michaelis filius, uti docet inscriptio, quam habet Theuetus, l. XIX Cosmogr., c. 5, et ex eo Gruterus, p. 169, 3.

supra mœnia amplissimum *Justiniani palatium* (15), cum ecclesia *Enea* (16) dicta, nobilissima, mosaicorumque ædificiorum, atque cum pavimento mirî ingenii contexto. Ibique in alto et supra mare erat *Speculum* (17) immensurabilis magnitudinis, circumspectum a longe nimis, et omnia ejus ædificia marmorea in mare videntur prosternata, prope *portulam imperatoris* (18) dicti. Etiam *de immenso palatio* (19) usque ad *Sanctam Sophiam*, erat per milliare via columnarum (20) binarum, per quam dominus accedebat, ubi octingentorum clericorum (21) per circuitum domus erant; et de totius insulæ Trinacriæ, ut dicitur, fructum capiebant. Nunc autem sola testudo (22) ecclesiæ remanet in ea, quia omnia disrupta sunt et ad nihilum devenerunt, a qua usque ad pavimentum 144 brachiorum (23), et a pavimento usque planum fundamenti, quia toto una *cisterna* optimæ aquæ ampliatur brachiorum 17. Insuper per ecclesiam sunt de angulo ad angulum 120 brachia, quia desuper rotunda, A et in plano quadrangulata recedit. Quisne poterit enumerare ornamenta marmorum atque porphyrorum, cum mosaicis liniamentis, quia et a quo latere incipere vellem evanesco. Extra igitur ecclesiam ad meridiem in platea *columna* (24) septingentorum cubitorum alta videtur, cujus in capite Justinianus æreus equester habetur, et pomum cum læva aureum tenens, ad occidentem cum dextera minatur. Et juxta hanc sex *columnæ marmoreæ* erectæ magnæ videntur seriatim. Ultra vero has ad meridiem *hippodromus* (25) descenditur, quod Latine equi cursus appellatur. In hoc autem spatio nobiles coram justrabant (26) populo, et duella atque torniamenta parabantur, 690 etiam magnitudine brach. et 154 ampliatur. Et supra columnas ædificatum est, in B quibus *cisterna* (27) amplissima optimæ aquæ totum supra dictum continet spatium. In capite vero *hippodromi* 24 erant altissimæ columnæ (28), ubi imperator (29) cum principibus residebat. Ab una autem parte et altera *hippodromi* sedilia gradatim in lon-

Du Cangii notæ.

(15) *Justiniani palatium.* De quo nos fuse ad Villhard. n. 85.

(16) *Ecclesia Enea.* Ædes τῶν ἐννέα ταγμάτων, *novem ordinum angelorum*, de qua Scylitzes, p. 808; Zonaras, p. 214; Cantacuzen, l. III, c. 88. Ab hac æde porta urbis vicina Ἀσωμάτων dicta eidem Cantacuzeno, l. I, c. 53.

(17) *Speculum.* Turris forte *ad speculandum hostes de longe* conferta seu porticus, πενταπύργιον palatium, antea *Magnaura* appellatum, ut auctor est Scylitzes p. 513, de quo passim scriptores Byzantini. Exstitit porro *Pentapygium* haud procul a Justiniani palatio, ad caput freti Syceni. Vix enim putem Bondelmontium hocce vocabulo indicasse publicum balneum, cui Κάτοπτρον nomen fuit, a Constantino ædificatum, de quo Codinus, in Orig. C

(18) *Portula imperatoris* Eadem forte, quæ vicina fuit ædi Deiparæ Ὁδηγητρίας, et inde μικρὰ πύλη τῆς Ὁδηγητρίας dicitur Ducæ, c. 11, et 39, qui eam diserte statuit inter acropolim et magnum palatium. Aut potius ea porta, quæ βασιλικὴ nuncupatur ab eodem Duca c. 38, p. 155 et 166, et Pachymere, l. XII, c. 15; l. XIII, c. 8; maritima nempe, per quam imperator ex palatio ad mare navem ingressurus descendebat. Describitur illa a Tyrio l. XX, c. 25. Adde Annam, p. 443.

(19) *Immenso palatio. Magnum palatium* intelligit, quod *Constantinianum* appellat Tyrius. Vide notas ad Villhard. 123 et ad Annam, p. 66.

(20) *Via mille columnarum.* Forum intelligitur quod *Augustæum* vocabant, et columnis cingebatur. Procopius, l. I. de Ædif. Just.: Ἔστι δὲ ἡ ἀγορὰ πρὸ τῶν βασιλείων περίστυλος, Αὐγουσταῖον καλοῦσι τὴν ἀγορὰν οἱ Βυζάντιοι. Alibi e regione senatus Augustæum statuit in 4 regione, vetus orbis Descriptio. Denique vicinum fuisse Magnæ ecclesiæ colligitur ex incendio, quo conflagravit in seditione Victoriatorum, apud Chronicum Alexandr. p. 778, et Cedrenum, p. 369. Sed et Nicetas in Alex. Man. F. n. 6 et Codinus De offic. Aulæ CP. c. XVII, n. 10, tradunt vestibula Magnæ ecclesiæ in Augustæo exstitisse: unde προαύλιον τοῦ μεγάλου ναοῦ dicitur Zonaræ p. 52, dum Justinianeam statuam describit, quam in vestibulo Magnæ ecclesiæ exstitisse constat, atque adeo in ipso Augustæo, unde Cedrenus, p. 347, Augustæonis nomen ipsi statuæ tribuit. Porro Augustæum a Constantino M. exstructum scribunt Hesychius Milesius et Chronicon Alexandrinum. Portis vero forum ipsum clausum fuisse, Nicetas loco citato, et Codinus in Orig. CP. commemorant. Scripsit Georgius Pachymeres ἔκφρασιν τοῦ Αὐγουσταίωνος, quæ exstat in bibliotheca Regia. V. Gyll. in CP. l. II, c. 17. D

(21) 800 *clericorum.* Vide leg. 3 c. De sacros. Eccl. novell. III, c. 1, § 1; et nov. XVI, ubi de numero clericorum Majoris ecclesiæ sub Justiniano.

(22) *Nunc autem sola testudo.* Angerius Busbequius in Itin. Cp. de æde Sophiana: *Est ea sane moles magnifica et digna quæ spectetur, maximo cum fornice sive hemisphærio in medio, quod a solo impluvio lumen habet. Sunt qui fuisse multo majus, multisque appendicibus late se extendisse, easque jampridem recisas omnes, et adyta sola, quodque fuit in templo medium remansisse asserant.* Similia habet ex Græculorum relatione D. *de Breves* in Itin.; sed hæc mera esse eorum figmenta norunt, qui Byzantinam historiam vel leviter attigere.

(23) *Usque ad pavimentum.* Vide Evagrium l. IV, c. 29, et Gyllium in CP. l. II, c. 3 et 4.

(24) *Columna.* Describitur Justinianea ista columna et statua a Procopio, l. I De Ædif. Justin.; Nicephoro Gregora l. VII, p. 193, 194; Zonara p. 52; Cedreno, p. 734; Suida in Justiniano; Codino in Orig. CP., Manuele Chrysolora p. 121; Gulielmo de Baldenzeel in Hodœpor, ad terram sanctam p. 103, etc.; illius etiam meminit Nicephorus Callist. in Prœmio p. 16. Tzetzes, etc.; ut vero a Turcis, non modo statua, sed et columna eversa fuerit, narrat Gyllius in CP. l. II, c. 17.

(25) *Hippodromus.* Hippodromum Cpolitanum a Severo inchoatum absolvit Constantinus M. uti scribunt Zosimus l. I, Hesychius Milesius, Cedrenus p. 252, Glycas, Codinus in Orig. et alii passim. Describitur a Gyllio, l. II, c. 11; et a Theueto, l. XIX Cosmogr., c. 3.

(26) *Justrabant.* Ex Italico *giostrare*, Gallis *jouter*.

(27) *Cisterna optimæ aquæ.* Nam cum area hippodromi inæqualis esset, et versus Sphendonem declivis, Constantinus M., ut locum planum redderet, in loco declivi cisternam ædificavit, columnis variis sustentatam. Ita Codinus in Orig. CP.

(28) *24 erant altissimæ columnæ.* Quæ describuntur a Gyllio, l. II, c. 13.

(29) *Ubi imperator.* Quoties ludos Circenses spectabat imperator, in tribunali sedebat, quod Chronico Alexandr. p. 60, 762 et 787, κάθισμα τοῦ

gitudine ipsius erant marmorea, ubi populus se lendo omnem ludum comprehendebat. Per medium denique dicti cursus in longitudine humilis est murus. Et primo versus *Sophiam* est ecclesia (30), cum muro magnifico et innumerabilium fenestrarum ornatu, ubi dominæ et juvenculæ cum matronis suos prospiciebant dilectos, ubi in principio dicti muri summus *balneus* (31) erigebatur, in quo vulnerati ponebantur. Deinde *Agulia* (32) ex uno lapide in quatuor æneis taxillis in altum erecta cernitur cubitorum 24 et in pede ejus versus sic sonat :

Difficilis quondam dominis parere serenis,
Jussus et exstinctis palmam portare tyrannis,
Omnia Theodosio cedunt sobolique perenni,
Ter denis sic victus ego domitusque diebus
Judice sub Proclo superas elatus ad auras.

Ultra hunc lapidem *tres æneos serpentes* (33) in unum videmus oribus apertis, a quibus, ut dicitur, aqua, vinum et lac ab eis exibat diebus justrantium (34). Ultra in altero ex multis lapidibus *Agulia* (35) confecta 58 cubitorum erigitur. Ultra denique in fine humilis muri hujus (36) quatuor humiles columnæ marmoreæ videntur erectæ, in quibus imperatrix præeminebat ad festum. Fecit Theodosius (37) omnia ista, et alia multa per urbem laudanda. Reperiuntur insuper hodie infinitæ columnæ, quarum quidem quinque videntur marmoreæ, et 60 cubitorum pro qualibet elevatur in altum, et primo *columna Justiniani* (38) dicta; secunda *crucis* (39), quo in loco quatuor erectæ porphyriæ videntur. In quibus quidem equi quatuor æneï aurati (40) positi erant, et Veneti illos Venetiis apud Sanctum detulere Marcum, columnis remanentibus. Tertiaque (41) quarta columnarum quasi in medio *polis* (42) sunt positæ, in quibus circumcirca acta imperatorum sculpta cognoscuntur. In *ecclesia* vero *Sanctorum Apostolorum* (43) quinta cum *angelo* æneo (44) et *Constantino* genu flexo columna est, et ecclesia jam derupta, et amplissima omnia sepulcra imperatorum (45) porphyrea videntur magnifica, una cum *Constantini* immenso (46), et ibi

Du Cangii notæ.

ἱππικοῦ, et κάθισμα βασιλικόν et δεσποτικόν appellatur. Procopius, l. I De bello Pers., κάθηται δὲ εἰς τὸν βασίλειον θρόνον, ὅθεν ὁ βασιλεὺς εἰώθει τόν τε ἱππικὸν καὶ γυμνικὸν θεᾶσθαι ἀγῶνα. Mox tribunal istud porticui Venetorum proximum fuisse innuit : Ἐπειδὴ περὶ τὴν Βενέτειον ἐγεγόνει στοὰν, ἣ τοῦ βασιλέως θρόνου ἐν δεξιᾷ ἐστιν. Illud de novo instauravit Justinianus A. 1. Marcellinus comes : *Anno regiæ urbis conditæ* 198, *regium vestibulum*, *priscumque in eo solium*, *ob aspicienda probandaque in circo certamina structum*, *victor Justinianus princeps eminentius clariusque quam antea fuerat*, *et utramque senatorum ex more spectantium porticum solita magnanimitate redintegravit*. Sic autem istud Justiniani solium describitur a Corippo l. II, *De laudib. Justin.* :

Utque salutato tetigit subsellia vulgo,
Auratum scandens solium, sedemque paternam,
Constructam plumis, pulchrisque tapetibus altam,
Aspexit lætus populos, etc.

ad illud aditus patebat per portam, quam Chronicon Alexandr. p. 784 Μονόπορτον vocat. Vide Lambecium ad Codinum, p. 147.

(30) *Ecclesia*. Quæ ista fuerit, haud constat. Tres porro S. Sophiæ adjunctas ædes sacras memorant scriptores, Deiparæ a Verina Augusta exstructæ, Theodori a Sphoratio, et Irenes, de qua nos infra. V. Justinianum Nov. III, c. 3; porro Sophiani templi muris proximum fuisse ait hippodromum Benjaminus Tudelensis, ut et cæteri scriptores Byzantini.

(31) *Summus balneus*. Zeuxippus, balneum publicum, quod adjunctum hippodromo fuisse scribit Suidas in Severo; palatio, Sozomenus, l. III, c. 8, de Zeuxippo passim scriptores.

(32) *Agulia*. Ex Italico *Aguglia*, Obeliscus CP. de quo fuse egimus ad p. 493 Alexiad.

(33) *Tres æneos serpentes*. Vide Thenetum loco citato et Busbequium in Itin. CP. p. 41 edit. Plantin.

(34) *Diebus justrantium*, l. e. in quibus fiebant equestres ludi.

(35) *Ex multis lapidibus Agulia*. Colossus structilis obelisco excelsior, in medio hippodromo, ex lapidibus quadratis factus, qui describitur a Gyllio l. II, c. 12.

(36) *Quatuor humiles columnæ*. Locus inde, ubi illæ erant, Τετραχίων dictus Theophani A. 5 Phocæ, Chr. 607. *Quatuor columnæ*, Anastasio in Hist. Eccl. p. 87, et Diacono, l. XVII Hist. Misc. p. 527.

(37) *Theodosius*. Atqui neuter Theodosius in hippodromo quidquam exstruxisse aut confecisse legitur, si bene memini.

(38) *Columna Justiniani*. Quæ exstitit in Augustæo.

(39) *Secunda crucis*. An ea quæ exstitit juxta ædem 40 Martyrum, a Phoca A. 7 erecta, cui Heraclius imp. crucem imposuit? *Columnæ crucis* meminit Ducas, c. 39, p. 162, 163. Hodie *columna cremata* appellatur, quod incendiis tota deformata sit, inquit Bulialdus. Codinus in Orig. Cp. p. 25, 27, 36, aliquot columnas enumerat, quibus cruces superimpositæ erant. V. not. ad p. 52 Alexiad.

(40) *Equi quatuor æneï aurati*. Gyllius l. II, c. 13 : *Antequam Galli et Veneti cepissent Cpolim*, *exstabant in hippodromo cum alii permulti equi lapidei et ærei*, *tum quatuor inaurati mira arte elaborati*, *quales hodie exstant supra vestibulum ædis Marcianæ Veneticæ*, *quos deportatos aiunt ex Cpoli*.

(41) *Tertiaque*. Vide Iter CP. Augerii Busbequii p. 41, edit. Plantini, et notas ad Villhard. 163.

(42) *In medio polis*. Πόλεως, *urbis*. Ita enim CP. vocabant Græci istius ævi : unde hodierna urbis appellatio *Stambol* pro στὰν πόλιν, seu εἰς τὴν πόλιν, quod qui in urbem proficiscebantur, cum rogarentur quo irent, responderent στὰν πόλιν, *in urbem*.

(43) *Ecclesia SS. Apostolorum*. De hac æde egimus ad Villhard. n. 138. De ea etiam multis Gyllius, l. IV, c. 2.

(44) *Quinta cum angelo æneo*. Vide Codinum in Orig. p. 16.

(45) *Sepulcra imperatorum*. Vide notas ad Villhard. p. 138.

(46) *Constantini in tenso*. Auctor est Eusebius, l. IV De vita Constantini, ipsum Constantinum in æde Apostolorum sepulcrum sibi exstruxisse medium inter duodecim apostolorum monumenta, ὡς ἂν καὶ μετὰ τελευτὴν ἀξιῶτο τῶν ἐνταυθοῖ μελλουσῶν ἐπὶ τιμῇ τῶν Ἀποστόλων συντελεῖσθαι εὐχῶν. Id ipsum tradunt Socrates, l. I c. ult.; Sozomenus l. II, c. ult.; Procop., Chronic. Alexand.; Theophanes; Alexand. Monach. De Inventione S. Crucis, Zonaras et alii qui in templo sepultum a Constantio filio narrant. Addunt Euseb. Socrates, Alexander Monach. et auctor Vitæ Constantini M. et Helenæ matris apud Gretser. l. III De cruce, p. 1721, depositum Constantini corpus ἐν λάρνακι χρυσέᾳ, seu locello aureo, Nicomediæ, ubi

columna ubi Christus (47) ligatus et flagellatus est. In monasterio *Pantocratoris* (48) est lapis ubi Joseph (49) revolvit Christum in syndone. In monasterio *S. Joannis de Petra* (50) sunt vestimenta Christi (51), et arundo (52) cum spongia (53) et lancea (54) in unum conservata. Sunt denique per urbem innumerabiles ecclesiæ atque cisternæ miræ magnitudinis et industriæ fabricatæ et in ruina positæ. Vinea pro qualibet in ea trium vel quatuor vegetum (55) vini crescit. *Cisterna S. Joannis de Petra* (56), *cisterna Pantepopti* (57), *cisterna Pantocratora*, *cisterna* (58) *Apostolorum*, *cisterna Mahumeti* (59), in qua ita subtili artificio sunt ordinatæ columnæ, quod est incredibile ad narrandum, et aliæ multæ sicut *Sancta Sophia* (60), quæ est principalior aliis, et Justinus [Justinianus] in 15

Du Cangii notæ.

exstinctus est, CP. detulisse milites, posteaque a Constantio in ædem SS. Apostolorum illatum, et in monumento porphyretico depositum una cum matris Helenæ corpore. Cedrenus : Καὶ ἀπετέθη ἐν. λάρνακι πορφυρᾷ, ἤτοι Ῥωμαΐῳ, αὐτός τε καὶ ἡ μήτηρ Ἑλένη. Ita etiam Nicephorus Callist. l. VIII, c. 55 et auctor Hist. Miscellæ l. XI. Scribit Gyllius in CPoli l. IV, c. 2 sua ætate, secundum viam latam, quæ tendit per dorsum promontorii ab æde Sophiæ ad portam Adrianopolitanam, prope locum ubi fuit templum Apostolorum, exstitisse solium ex porphyretico marmore factum, sed vacuum, et carens operculo, longum 10 pedes, altum 5 pedes et semissem, quod Græci et Turci dicebant esse magni Constantini. At Zonaras non in ipso Apostolorum templo exstitisse illud sepulcrum narrat, sed ἐν ἰδιαζούσῃ μέν ποι στοᾷ, ἣν ἐπὶ τῇ ταφῇ τοῦ πατρὸς αὐτὸς (Constantius) ᾠκοδόμησεν. Inde in ædem Acacii Constantini corpus transtulerat Macedonius patriarcha, qui eo facto Constantii indignationem incurrens, dignitate privatus est. Sed non multo post in pristinum locum relatum est, uti narrat idem Zonaras. Verum cujusvis materiæ fuerit istud Constantini sepulcrum, id constat fuisse variis ornamentis aureis circumpositis insigne, quæ a foribus ablata esse Alexio Angelo imperante narrat Nicetas in Vita Alexii l. I, n. 8. Ad illud procedere solitum imperatorem die D. Constantino festo, qui est 21 Maii, scribit Codinus, De offic. aulæ Cp. c. 15. Meminit etiam Constantinianei monumenti Manuel Chrysoloras, in Epist. ad Joann. imp. p. 121.

(47) *Columna ubi Christus.* Tradit Martinus Crusius, in Notis ad Malaxum, exstitisse sua ætate in ecclesia patriarchali, quam τοῦ παμμακαρίστου fuisse ait, columnam ad quam Christus flagellatus dicitur ; ædis vero τῆς παμμακαρίστου mentio est apud Cantacuzenum, l. III, c. 80 ; Pachymer. l. X, c. 9, Ducas c. 22, Malaxam, Histor. Politicam, etc. De hacce columna agunt pluribus Gretserus, tom. I De Cruce, l. I, c. 96 ; et Ferrandus, l. I Disquisit. reliq. c. 2, p. 76 et seq.

(48) *Pantocratoris.* De hac æde vide Notas ad Cinnami l. I.

(49) *Lapis ubi Joseph.* Ut in ædem Pantocratoris Epheso translatus sit, narrant Nicetas in Man. l. VII, n. 7 ; et Cinnamus, l. VI.

(50) *S. Joannis de Petra.* V. Notas ad Alexiadem, p. 54.

(51) *Vestimenta Christi.* V. Ferrandum, Disquisit. Reliq. l. I, c. 2.

(52) *Arundo.* V. Tyrium, l. XX, c. 25 ; et Ducam, c. 41, p. 172.

(53) *Spongia.* Illata in urbem anno 4. Heraclii, 14 Sept. Ind. 3. Chron. Alexandr. p. 880. Vide W. T. Tyrium, l. XX, c. 25 ; Ducam, c. 41, p. 172, 40, 3 ; Histor. Franc. p. 343.

(54) *Lancea.* Qua latus Domini aperuit Longinus, Hierosolymis allata in urbem, et in Magna ecclesia reposita 28 Octob. A. 4 Heraclii. Chron. Alexandr. p. 882. V. Not. ad Alexiadis p. 242 et 328.

(55) *Vegetum.* Italis *veggia*, est modius vini.

(56) *Cisterna S. Joannis de Petra.* A Manuele imperatore exstructa, ut auctor est Cinnamus, l. VI.

(57) *Cisterna Pantepopti.* De hac cisterna silent scriptores, ædis vero τοῦ παντεπόπτου mentio non semel occurrit. Ab Anna Ducæna, Alexii imperatoris matre, exstructum hocce monasterium scribunt Zonaras et Glycas, et cum a rerum administratione sese abdicasset, in illud secessisse, ibique reliquum vitæ exegisse. Neque tantum virorum fuit, sed et feminarum : in illud relegatos Theodosium patriarcham CP. Alexio Manuelis filio imperante, et Lapardam quemdam, qui sub Andronico tyrannidem invaserat, scribit Nicetas in Alexio n. 8 et in Andron. l. I, n. 1, qui illud procul a Sophiana æde dissitum fuisse ait. Idem in Murtzuphlo n. 2 in colle ædificatum tradit. Meminit monasterii τοῦ Σωτῆρος παντεπόπτου CPoli Pachymeres, l. IV, c. 28 ; et Bessarion in opuscul. De process. Spirit. sancti ad Alexium Lascarim Philanthrop.

(58) *Cisterna Apostolorum.* Scribit Gyllius, l. IV, c. 2 ædis Apostolorum nulla restare hodie vestigia, ac ne fundamentorum quidem, *nisi fundamenta quædam cisternæ, quæ aquam suppeditabat ædi apostolicæ, in cujus quidem cisternæ solo sunt officinæ et tabernæ ephippiorum circiter ducentæ.* Eadem forte cum *Arcadiana* quam in 11 regione statuit vetus urbis Descriptio, ubi etiam exstitit ædes Apostolorum.

(59) *Cisterna Mahumeti.* Quis iste Mahumetes fuerit, haud facile est divinare, ut et qua in urbis regione cisterna ista exstiterit : etsi probabile est alia fortasse appellatione donatam. Nam quam plurimas in urbe cisternas recensent scriptores Byzantini, Arcadianam, Asparis, Basilicam, Bomi, Frigidam, Basilicæ Illi, Magnaurræ, Maximam, Mocesiam, Modestiacam, Philoxenon, Phocæ, Pulcheriæ seu Aetii, Theodosiacam, Palatii, et aliquot alias.

(60) *Sancta Sophia.* Præstat hoc loco perstringere quæ Græci aliquot et Latini scriptores de Sophianæ ædis elegantia passim habent. Procopius l. I, De ædif. Justin. c. 1 : Θέαμα τοίνυν ἐκκλησία κεκαλλιστευμένον γεγένηται, τοῖς μὲν ὁρῶσιν ὑπερφυὲς, τοῖς δὲ ἀκούουσι παντελῶς ἄπιστον. Ἐπῆρται μὲν γὰρ εἰς ὕψος οὐράνιον ὅσον, καὶ ὥσπερ τῶν ἄλλων οἰκοδομημάτων ἀποσκλεύνουσα ἐπινένευκεν, ἐπικειμένη τῇ ἄλλῃ πόλει, κοσμοῦσα μὲν αὐτὴν, ὅτι αὐτῆς ἐστιν, ὡραΐζομένη δὲ, ὅτι αὐτῆς οὔσα καὶ ἐπεμβαίνουσα τοσοῦτον ἀνέχει, ὥστε δὴ ἐνθένδε ἡ πόλις ἐκ περιωπῆς ἀποσκοπεῖται. Alibi : Ὀπηνίκα δέ τις εὐξόμενος ἐς αὐτὸ ἴοι, ξυνίησι μὲν εὐθὺς ὡς οὐκ ἀνθρωπείᾳ δυνάμει ἡ τέχνη, ἀλλὰ Θεοῦ ῥοπῇ τὸ ἔργον τοῦτο ἀποτετόρνευται. Ὁ νοῦς δέ οἱ πρὸς τὸν Θεὸν ἐπαιρόμενος ἀεροβατεῖ, οὐ μακράν που ἡγούμενος αὐτὸν εἶναι, ἀλλ' ἐμφιλοχωρεῖν μάλιστα οἷς αὐτὸς εἵλετο. Καὶ τοῦτο οὐ τὴν πρώτην μόνον ἰδόντι ξυμβαίνει, ἀλλὰ διηνεκὴς ἑκάστῳ ταὐτὸ τοῦτο δοκεῖ, ὥσπερ ἐνταῦθα τῆς ὄψεως ἀεὶ ἀρχομένης. Τούτου κόρον οὐδὲς τοῦ θεάματος ἔλαβε πώποτε, ἀλλὰ παρόντες μὲν τῷ ἱερῷ ἄνθρωποι τοῖ ; ὁρωμένοις γεγήθασιν, ἀπόντες δὲ τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ διαλόγοις ἀποσεμνύνονται. Michael Psellus in Monodia : Τὸν περικαλλῆ ναὸν, τὸν ἀσύγκριτον οἶκον, ὃν ᾠκοδόμησεν ἡ Σοφία ἐπὶ τῷ ἑαυτῆς ὀνόματι, καὶ οὐ ὑπήρεισε τοὺς ἑπτὰ στύλους ἐκείνους. Nicephorus Call. in Vito

annis (61) illud explicavit opus. *Sanctus Georgius de Mangana* (62), *Sancta Herini* (63), *Sanctus Lazarus* (64), *Chiramas* (65), *Enea* (66), *Petrus et Paulus* (67), *Sancti* 40 *Martyrum* (68), et sua ci-

Du Cangii notæ.

cæmio : Τὸ ἀπερινόητον καὶ ἀμήχανον ἔργον, τὸ ἄῤῥητον κάλλος, τὴν εἰκόνα τῆς ἀϊδίου αὐλῆς, τὸ κοινὸν ἀνθρώποις, εἰπω δ' ὅτι καὶ ἀγγέλων, ἐντρύφημα καὶ ὡραῖσμα, τὸ τῆς τοῦ Θεοῦ λόγου Σοφίας θεῖον ὄντως λέγω ἀνάκτορον. Cantacuzenus, l. IV, c. 4 : Ὁ γάρ τοι τῆς Σοφίας, κάλλει τε καὶ μεγέθει τοὺς ἁπανταχοῦ νικῶν, καὶ ὥσπερ τι κοινὸν ἄγαλμα τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ὤν, καὶ δεῖγμα τῆς μεγαλουργίας καὶ τῆς περὶ τὰ καλὰ φιλοτιμίας, etc. Ducas, c. XX : Ὁ ἐπὶ τῷ ὀνόματι τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου Σοφίας ἀνοικοδομηθεὶς ναὸς, καὶ τέμενος τῆς ἁγίας Τριάδος ὀνομαζόμενος, καὶ Μεγάλη ἐκκλησία, καὶ νέα Σιὼν, σημερὸν βωμὸς βαρβάρων. καὶ οἶκος τοῦ Μωαμὲθ ἐπεκλήθη κα γέγονεν. Manuel Chrysoloras, p. 122 : Ἀλλὰ ναὸς ἐκεῖνος, ᾧ καλῶς ποιῶν ἐκεῖνος τοὔνομα τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας ἐπεφήμισε (ἔστι γὰρ ὄντως οὐκ ἀνθρωπίνης σοφίας ἔργον). τίνα ἰδόντα ἐάσει ἕτερα τοῦ λοιποῦ λέγειν, ἢ θαυμάζειν, ἢ ἑτέρων τοῦ λοιποῦ μεμνῆσθαι, etc. Historia Politica, p. 12 : Πῶς κατεδέξατο ἡ ἐπ' ὀνόματι τοῦ Θεοῦ Λόγου κτισθεῖσα ἁγία Σοφία, ὁ ἐπίγειος οὐρανὸς, ἡ νέα Σιὼν, ἣν ἔκτισεν ὁ Κύριος καὶ οὐκ ἄνθρωπος, τὸ καύχημα πάσης τῆς οἰκουμένης, τὸ ἄγαλμα τῶν ἐκκλησιῶν, ἡ ὑπερέχουσα πάντων τῶν τῆς γῆς κτισμάτων. Hæc Græci scriptores ; at ex Latinis, Corippus, l. II De laudibus Justini :

Ilicet angelici pergens in limina templi
Imposuit pia thura focis.

Idem, l. IV, De templo Sophiano a Sophia Justini conjuge instaurato :

Jam Salomoniaci sileat descriptio templi,
Cedant cunctorum miracula nota locorum,
Inclyta præclarum duo sunt imitantia cœlum
Consilio fundata Dei, venerabile templum,
Et Sophianarum splendentia tecta novarum.
Principis est hæc aula Dei, etc.

Regino A. 459 de Justiniano : *Exstruxit quoque CP. templum, quod Græco vocabulo* Ἁγίαν Σοφίαν *nominavit : cujus opus adeo cuncta ædificia excellit, ut in totis terrarum spatiis huic simile non possit inveniri.* Similia habet Uspergensis. Guilielmus et Baldenzeel in Hodœpor. : *Credo quod sub cœlo, postquam mundus creatus est, non fuit tale ædificium completum, quod huic poterit in nobilitate et magnitudine cæteris poribus comparari.*

(61) *In* 15 *annis.* In eodem errore versantur Codinus in Orig. CP. et Michael Glycas, et ex iis D. *De Breves* in Itin. Orient., qui scribunt templum Sophianum annis 17 confectum fuisse. Sed hæc mera sunt figmenta Græculorum sequioris ævi ; quippe intra annos 5 et menses 11 absolutum a Justiniano constat. Cum enim conflagrasset Magna ecclesia, seu ædes S. Sophiæ a Constantino M. seu, ut aliis placet, Constantio filio, ædificata, et a Theodosio juniore instaurata, in seditione Victoriatorum, quæ accidit an. Justiniani 5, Chr. 532. ind. 10 post cons. Lampadii et Orestis, 15 mensis Januarii, hanc idem imperator composita civitate, et punitis seditionis auctoribus, cœpit eode n anno de novo instaurare. Ita Chronicon Alexandr. p. 726 et Marcellinus comes. Cedrenus, p. 371 diem cœpti operis 23 Februarii adnotat. Sed error est in anno mundi, quem 6008 fuisse ait, seu potius librarii, qui ἐν τῇ ϛη', pro ϛμ', facili lapsu scripsêre. Proinde annus mundi juxta Græcos fuit 6040, ut recte Zonaras tradit. Sed in indictione, quam 15 cucurrisse hoc anno uterque volunt, perinde mendum est manifestum, cum certum sit *Decimam* reponi debuisse. Id evidenter patet ex verbis ejusdem Cedreni, tradentis a die quo conflagraverat M. ecclesia, ad Encæniorum diem ecclesiæ Justinianeæ, elapsos annos 5 menses 11 dies 10. Atqui conflagravit M. ecclesia 15 Ianuarii a. Chr. 532, hoc est, primo seditionis die, quæ in quintum usque protracta est, a quo ad dedicationem quæ facta est 26 Decembris a. Chr. 537 post consulatum Belisarii secundum, indict. 15, a Justiniani 11, intersunt tot anni et menses, quot a Cedreno computantur. Encænia enim S. Sophiæ hoc die celebrata fuisse tradit Marcellinus comes : *Ecclesia major CP. ab imperatore Justiniano singulariter in mundo constructa dedicatur die* VI *Kal. Januarias.* At cum a. Justiniani 32 trullæ seu hemisphærii pars occidentalis terræ motu decidisset, unaque et sacram mensam et ciborium et ambonem contrivisset ; Justinianus, iis reædificatis, ecclesiam rursum dedicari jussit hoc anno, uti pluribus tradunt Chronicon Alexandrin., Theophanes, Cedrenus, Hermannus Contractus, et alii ; a quo ad annum cœptæ totius ecclesiæ exædificationis intersunt anni 22, ex quibus colligitur Græcorum, si ad secunda Encænia respexerint, ne sic quidem constare calculum.

(62) *S. Georgius de Mangana.* De hac æde diximus ad Villhard. n. 178 et in Tract. Hist. de capite S. Joan. Bapt. c. 8, n. 11. Adde Alexiadem, p. 80.

(63) *Sancta Herini.* Tria potissimum CP. Irenes nomine fuisse templa comperio. Primum quod Constantinus M. juxta ædem Sophianam exstruxit, de quo Socrates, l. I, c. 16 ; l. II, c. 6 ; Cedrenus pag. 282 ; Paul. Diac. l. XI ; Niceph. Call. l. IX, c. 4, etc. Hanc ædem Codinus *Irenem antiquam* appellatam fuisse ait, ut et vetus urbis Descriptio. Nominis rationem tradit auctor vitæ Pauli patriar. CP. apud Photium : Χειροτονεῖται ὁ Παῦλος ἐπίσκοπος ἐν τῇ τῆς Ἁγίας Εἰρήνης ἐκκλησίᾳ, ἣν ὁ χρόνος ἀντιδιαστέλλων τῆς νέας δέδωκε καλεῖσθαι παλαιάν. Cum conflagrasset in seditione Victoriatorum, ut est in Chronico Alex. et apud Zonaram, Cedrenum, etc., multo ampliorem exstruxit Justinianus Rev. III, c. 3. Hodie intra septum regium includit et parvam Sophiam appellari auctor est Gyllius in CP. l. III. c. 2. Altera ædes D. Irenæ in 7 regione exstitit, ut est in veteri urbis Descript. Hanc Marcianus imp. condiderat, uti discere est ex Niceta in Manuele, l. III, n. 7, seu, ut volunt Synaxaria, ad 8 Januarii, S. Xenophon, qui eodem Marciano imperante vixit. Tertia denique ædes D. Irenæ sacra ea est, quam Justinianus ad ostium sinus Cerativi ædificasse auctor est Procopius l. I De ædif. Just., quam Theophanes dedicatam fuisse ait a. 25 Justin. Exstitit præterea in Sycis ædes D. Irenæ, de qua Niceph. Call. l. VIII, c. 6. Porro priorum ædem hic innui existimo.

(64) *S. Lazarus.* Monasterium S. Lazari condidit Leo Philosophus, monachis eunuchis in eo institutis ; ubi corpora etiam S. Lazari et S. Mariæ Magdalenæ ex Cypro et Bithynia allata deposuit, ut auctor est Leo Grammaticus, p. 480 et 481, et ex eo Codinus, in Origin. p. 65. Haud procul a palatio Constantinianeo illud statuit idem Codinus, p. 40 et 41 ; Pachymeres vero ms. l. IX, c. 16 juxta urbis muros : Μετὰ δὲ τῆς κατὰ τὴν μονὴν τοῦ ἁγίου Λαζάρου πυλίδος ἀνοιχθείσης.

(65) *Chimaras.* Nihil succurrit de hacce æde.

(66) *Enea.* De qua diximus supra.

(67) *Petrus et Paulus.* Vide notata ad p. 482 Alexiad.

(68) 40 *Martyrum.* De hac æde fuse egimus ad p. 52 Alexiad.

sterna amplissima optimæ aquæ, in qua, ut dicitur, nullum invenire finem, *Anastasis* (69), *Periuleptos* (70), *Sanctus Joannes de Studio* (71), *Sanctus Andreas* (72), *Vlacherna*, etc., in qua tanta copia ubique ædificata remanent ipsarum ecclesiarum, et una pulchrior altera, quod longum esset enarrare.

Du Cangii notæ.

(69) *Anastasis.* Habuere Novatiani hæretici 7 ecclesias CP. quarum præcipua fuit in ea urbis parte, quæ *Pelargi* dicebatur, quam episcopi Constantinopolitani jussu Ariani funditus diruerunt. Novatiani vero ejus rudera Sycas transferentes, aliam ibi exstruxerunt, et mortuo postmodum Constantio, a Juliano facultatem impetrarunt reædificandi ecclesiam in eodem loco, ubi steterat, eique Anastasiæ nomen imposuerunt. Ita Socrates l. II, c. 30; Sozomenus, l. IV, c. 19; et Nicephorus, l. IX, c. 42; l. X, c5. . Unde idem Socrates, l. VII, c. 39; et Paulus Diac. l. XIV Hist. Misc. ecclesiam istam ad Pelargum, *Novatianorum* vocant. Alia vero hic innuitur Anastasis, seu Anastasiæ nomine donata ædes, illa nempe quæ ex parvulo oratorio in magnum postea templum ab imperatoribus Byzantinis erecta est. Ejus condendæ occasionem narrant Socrates, l. V, c. 7; Sozomenus, l. VII, c. 5; et Nicephorus, l. XII, c. 7. Quippe aiunt occupatis CP. ecclesiis ab Arianis, quibus tunc præerat Demophilus patriarcha, Arianæ itidem factionis, Gregorium Nazianzenum CP. Catholicorum conventum in domo quadam privata egisse, quam ea tempestate Catholici in oratorium mutarunt, cui Anastasiæ, seu Sanctæ Anastasiæ nomen inditum. Marcellinus comes: *Gregorius Nazianzenus, facundissimus Christi sacerdos, et Hieronymi nostri præceptor, ecclesia nostra apud Byzantium capta ab Arianis, plebem catholicam in beatæ Anastasiæ oratorio catholica allocutione quotidie continuit.* Eadem habent Theophanes, p. 56, et Cedrenus, p. 315: ipseque Gregorius orat. de somnio Anastasiæ, et alia habita in concilio CP. sub finem. Nominis rationem varie ab auctoribus tradi comperio. Sozomenus et Nicephorus locis citatis Anastasiam dictam scribunt, quod in ea quodammodo Gregorii concionibus catholica fides, Arianorum perfidia intermorua et collapsa, revixerit, ἐνθάδε ἀνέστη καὶ ἀνεθίω διὰ Γρηγορίου λόγων. Aliam præterea attexunt appellationis istius causam iidem scriptores, congregata nimirum ad concionem plebe, gravidam mulierem e sublimi porticu delapsam eo in loco exspirasse, moxque fusis ab astantibus ad Deum precibus revixisse: Ὡς ἐπὶ παραδόξῳ τε θεόθεν συμβάντι, ταύτην ἔλαχε τὴν προσηγορίαν ἐξ ἐκείνου ὁ τόπος. Καὶ περὶ μὲν τούτου τοιοῦτος εἰσέτι νῦν φέρεται λόγος; verba sunt Sozomeni. Utramque nominis rationem attigit etiam Cedrenus: Διασῶς λέγεται ἡ ἐπωνυμία τοῦ τῆς Ἁγίας Ἀναστασίας ναοῦ· Ἀνάστασις μὲν διὰ τὸ τῆς ὀρθοδοξίας λόγον ἐν ταύτῃ ἀναστῆναι, Ἀναστασίαν δὲ, διὰ τὸ συμβὰν εἰς αὐτὴν θαυματούργημα, etc.; ex quibus patet non Anastasiam duntaxat dictam hanc ædem, sed et *Anastasim*, ut appellatur a Bondelmontio. Permansit eo statu oratorium Anastasiæ, ædes nempe parvula, ad tempora Leonis Magni, quo imperante S. Marcianus presbyter et œconomus eam in augustiorem formam propriis sumptibus exstruxit. Cedrenus: Μικροῦ δὲ ὄντος τοῦ εὐκτηρίου, ὕστερον ἐπὶ τοῦ ὁσίου Μαρκιανοῦ ἀνοικοδομηθῆναι, καθὼς ὁρᾶται. Synaxaria ad 8 Januarii, de S. Marciano: Ἐδείματο δὲ καὶ τὸν τῆς Ἁγίας Ἀναστασίας τὸν ἐν τοῖς δομνίνου ἐμβόλοις, ὃν καὶ ἀπὸ τοῦ μεγάλου διέσωσεν ἐμπρησμοῦ, etc. Iis consentit Codinus, in Origin. p. 46 edit. reg. Ut vero ædem Anastasiæ ab incendio servaverit S. Marcianus, narrant Theodorus Lector Ecl. I, p. 182, et Theophanes p. 97. At Socrates, l. V, c. 7, non a Marciano, sed ab imperatoribus ipsis exstructam refert: Ὅτινι ὕστερον οἱ βασιλεῖς μέγιστον οἶκον εὐκτήριον προσανάψαντες Ἀναστασίαν ὠνόμασαν. Sed et Sozomenus, l. VII, c. 5, amplitudine et elegantia, necnon et crebris miraculis perinsignem fuisse testatur: Μετὰ δὲ ταῦτα περιφανεῖς τῶν ἐν τῇ πόλει νεὼς γέγονεν, καὶ ἔστιν οὐ μόνον οἰκοδομημάτων κάλλει τε καὶ μεγέθει, ἀλλὰ καὶ ἐνεργῶν θεοφανείων ὀφελείαις. Quin etiam tradit Photius codice 59 in pseudosynodo in suburbio Chalcedonis contra S. Joannem Chrysost. coacta, objectum fuisse eidem Joanni, ὅτι τὰ μάρμαρα τῆς Ἁγίας Ἀναστασίας, ἃ ὁ Νεκτάριος εἰς μαρμάρωσιν τῆς ἐκκλησίας ἐναπέθετο, οὗτος διέπρασε. Ex quibus colligitur jam ante Leonis tempora structuræ elegantia conspicuam exstitisse. Utcunque sit, tum demum eo imperante Sirmio Cpolim translatas divæ Anastasiæ reliquias, et in ædem eidem sacram, quæ exstabat in domnini porticibus illatas tradunt Theodorus Lector, Ecl. II, p. 191, Theoph. p. 93, Cedrenus p. 347, et Nicephor. l. XIV, c. 10: Ἐπὶ Γενναδίου πατριάρχου, ἠνέχθη ἀπὸ τοῦ Σιρμίου τὸ λειψανὸν τῆς ἁγίας Ἀναστασίας, καὶ κατετέθη ἐν τῷ μαρτυρίῳ αὐτῆς, τῷ ὄντι ἐν τοῖς δομνίνου ἐμβόλοις. Verum an divæ Anastasiæ martyri primum sacra fuerit, antequam illius eo inferrentur reliquiæ, addubitari potest, etsi Sanctæ Anastasiæ ædem ante ea tempora appellent Marcellinus Comes, Theophanes, et Cedrenus in Valentiniano: nam *Sanctæ* appellatio indita videtur, quod in sacrum templum immutata fuerit, aut quod ὀρθοδοξίαν a S. Gregorio inductam et resuscitatam ita indigitare voluerint Byzantini. Cum igitur primum Ἀνάστασις et Ἀναστασία simpliciter diceretur, addito etiam interdum ἁγίας epitheto, factum postea ut in resurrectionis Christi honorem dicatam primitus crederent, qua appellatione indigitabatur Hierosolymitanum templum. Id colligo ex Constantino Porphyrogenneta in Basilio, c. 54, scribente imperatorem hunc, ἐν τοῖς δομνίνου λεγομένοις ἐμβόλοις τὸν εἰς ὄνομα τῆς θείας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν Ἀναστάσεως, καὶ Ἀναστασίας τῆς μάρτυρος περικαλλῆ ναὸν exornasse, illiusque testudinem ex lignea lapidea fecisse. Eadem verba habet Scylitzes. Ex prædictis conficitur Anastasianam ædem in ea urbis regione exstitisse, ubi erant porticus Domnini, e regione publici balnei Dagistæi nuncupati, ut ait Cedrenus, p. 592 in regione septima, ut est in veteri urbis Descriptione. Porro ædes illa divæ Anastasiæ martyri, quam Φαρμακολυτρίαν vocant, quæque martyrium passa est Valeriano imperante, sacra fuit. Illius corpus etiamnum Constantinopoli asservari in ecclesia patriarchali Græcorum auctor est R. P. Paciffeus in Itinerario CP. p. 38. Hujus festum aiunt Græci 29. Latini 28 Octobris. Vide Menolog. Sirleti 12 Octob. et Baron. ad 25 Decemb.

(70) *Periuleptos.* Vide notas ad Alexiadis p. 70.

(71) *S. Joannes de Studio.* Vide tractat. De capite S. Joannis Bapt. c. 7, n. 9; et Gyll. l. IV, n. 9.

(72) *S. Andreas.* Hanc ædem exstruxit Arcadii, Theodosii junioris sonor, a qua Arcadiæ dicta, ut est in Chronico Alexandr. p. 711. Exstitit illa juxta templum Sancti Mocii, cumque fere collapsa esset, hanc refecit Basilius Macedo, ut tradunt Constantinus in Basilio c. 54 et Scylitzes p. 587. Renovavit iterum Theodora Michaelis Palæologi imp. e sorore Eulogia neptis, ut est apud Gregoram, l. V et VI, p. 119 et 128, qui monasterium feminarum fuisse ait.

Sunt enim per civitatem pauci habitatores et inimici Latinorum, qui nunquam secretam pacem cum iis obtinebunt, et si promittant, non observabunt. Fuit enim hæc urbs pulcherrima valde, et aula sapientiæ et honestatis, nunc vero ad ignorantiam, et duritiam vetustæ opinionis perventi peccato gulæ adhæserunt, et in tantum delati [*f.* delicati] propter copiam piscium (73) et carnium, quod pars quarta ipsius ad morbum inciderunt lepræ, et doctrinam Joannis Chrysostomi, Damasceni, et aliorum sanctorum Patrum dimisere. Ad trionem [septemtrionem], per unum milliare, *Pera* (74), Januensium pulcherrima civitas est, et per sinum ab urbe separatur. Sunt etenim ab isto loco usque ad mare Pontum, seu Euxinum, 18 milliaria, ad trionem ore tenuissimus, cum periculo intrantium hodie navium, cum quibus postquam de urbe narravimus, ad Ægeum mare ad insulam *Stalimini* revertemur.

Du Cangii notæ.

(73) *Propter copiam piscium.* Busbequius: *E media CP. jucundissimus est in mare, albentemque perpetuis nivibus Olympum Asiæ prospectus. Mare piscibus omni ex parte refertissimum, modo demittentibus se ex Mæotide Pontoque per Bosporum et Propontidem in mare Ægeum Mediterraneumque, modo ex illo subeuntibus in ipsum Pontum, sicuti natura fert piscium, tantis agminibus, tamque densis, ut interdum etiam manibus capiantur. Itaque frequentissima est scombrorum, pelamydum, capitonum, syodontum, xiphiarum iis locis piscatio, in qua se præcipue exercent Græci, magis quam Turcæ: tametsi nec isti positos in mensa pisces aspernantur,* etc.

(74) *Pera.* De Pera copiose egimus in Historia Gallo-Byzantina, lib. v, n. 32; et in not. ad Villhard. n. 83.

ANNO DOMINI MCLXXX.

MANUELIS COMNENI

IMPERATORIS

NOVELLÆ CONSTITUTIONES.

I.

AUREA BULLA DE IMMUNITATE CLERICORUM (1).

Balsamon, seu ejus scholiasta, ad synodum Nicænam secundam, capite quarto: Ὁ ἀείμνηστος ἐν βασιλεῦσι κύριος Μανουὴλ ὁ Κομνηνὸς διὰ χρυσοβούλλου, ἀπολυθέντος κατὰ τὸν Φεβρουάριον μῆνα τῆς ζ' ἰνδ. τοῦ ϛχ' (2) ἔτους, ἐφιλοτιμήσατο πᾶσι τοῖς ὁπουδήποτε τῶν χωρῶν τῆς Ῥωμανίας προσκαθημένοις ἱερεῦσι καὶ δημοσιακοῖς τελεσταῖς οὖσι μὴ μόνον ἐξουσείαν παρῆς δημοσιακῆς ὑπηρεσίας, ἀλλὰ καὶ ἀτέλειαν τοῦ ζευγολογίου. Μετὰ δέ τινα καιρὸν ἀπεχαρίσατο τούτοις μετὰ δοχῆς ἀτέλειαν. Τὴν δὲ τοιαύτην φιλοτιμίαν τῆς ἐξουσείας τῶν δημοσιακῶν ὑπηρεσιῶν ἀπεχαρίσατο καὶ τοῖς ἐν πᾶσι προσωπικοῖς ἐκκλησιαστικοῖς καὶ μοναστηριακοῖς κτήμασι προσκαθημένοις ἱερεῦσι· πλὴν τῶν μὲν δημοσιακῶν ἱερέων τὴν ποσότητα δι' ἀπογραφῆς ἐστενοχώρησε διὰ τὴν δοχὴν τῶν συμπαθηθέντων τελεσμάτων αὐτῶν ὥστε εἰς τὸ ἑξῆς μὴ αὐξάνεσθαι ταῦτα, τοὺς δὲ λοιποὺς προσωπικοὺς ἱερεῖς οὐκ ἠὐδόκησεν ἀπογραφῆναι πάντως διὰ τὸ μηδὲ ὀφείλειν γίνεσθαι χάριν τούτων δοχὴν οἱανδήτινα. Adduntur hæc: Ἐπεὶ δὲ μετά τινας χρόνους, ἱερέων τινῶν δημοσιακῶν ὑπερβαινόντων τὴν ποσότητα τῶν, ὡς εἴρηται, γεγονυιῶν ἀπογραφῶν ἐλκομένων εἰς ἀπόδοσιν πλωΐμων καὶ λοιπῶν δημοσιακῶν ὑπηρεσιῶν, ὑπεμνήσθη ὁ κραταιὸς καὶ ἅγιος ἡμῶν βασιλεὺς παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου κυροῦ Λουκᾶ, καὶ συνεζητήθη κατὰ τ.ρ. τάξιν βασιλικὴν, εἰ βοηθοῦνται καὶ οἱ τοιοῦτοι δημοσιακοὶ ἱερεῖς ἀπὸ τοῦ ῥηθέντος χρυσοβούλλου εἰς τὸ ἐξουσεύεσθαι τέως ἀπὸ τῶν δημοσιακῶν ὑπηρεσιῶν. Διεγνώσθη συνοδικῶς, ἔχειν τοὺς τοιούτους ἱερεῖς τέως τὴν ἐξουσείαν ἀπὸ τῶν ὑπηρεσιῶν. Εἶπε γὰρ ἡ ἁγία σύνοδος, ὅτι καὶ ἀπὸ τοῦ προοιμίου, ἀλλὰ μὴν καὶ ἀπὸ τοῦ ἐξουσεύεσθαι πάντας τοὺς προσωπικοὺς ἱερεῖς μηδὲ ἀπογραφομένους, παρίσταται ἐναργῶς τὴν βασιλικὴν εὐεργεσίαν πρὸς πάντας ὑφαπλωθῆναι τοὺς ἱερεῖς. Ἄδικον δ' ἔφασαν καὶ τῆς βασιλικῆς εὐεργεσίας ἀλλότριον, τούτους μὲν τῷ δημοσίῳ μηδὲν συνεισφέροντας ἐξουσιεύεσθαι διὰ τὴν τιμὴν τῆς ἱερωσύνης, ἐκείνους δὲ τελεστὰς ὄντας τοῦ δημοσίου ἐπηρεάζεσθαι καὶ τὴν ἐκ τῆς ἱερωσύνης μὴ ἔχειν περίθαλψιν, ἀλλὰ κατὰ τοὺς λαϊκοὺς εὐθύνεσθαι. Καὶ ἀνάγνωθι τὸ κατὰ τὸν Ἰούλιον μῆνα τῆς α' ἰνδ. τοῦ ϛχ' [ος'] ἔτους γεγονὸς χάριν τούτου συνοδικὸν σημείωμα.

(1) Anno 1144.

(2) Lege ϛχνβ'. Vide Zachariam a Lingenthal, pag. 432.

II.

AUREA BULLA DE INSTRUMENTIS MONASTERIORUM (3).

Balsamon ad synod. Nicænam II, c. 12 : [Χρυσόβουλλον] τὸ..... κατὰ τὸν Ἰούλιον μῆνα τῆς θ' ἰνδ. τοῦ ,ςχνδ' ἔτους γεγονὸς, καὶ διοριζόμενον, μὴ βλάπτεσθαι τὰ μοναστήρια ἐκ τοῦ ἴσως χωλεύειν κατά τι τὰ προσόντα τούτοις δικαιώματα.

III.

AUREA BULLA VENETIS CONCESSA (4).

Et aliquis firmioribus quidem urbium munimen volens apponere, secundas turres excogitavit, et custodibus custodes et muris muros apposuit, et adversariorum assultibus opposuit fortitudinem; verum etiam auri cumulum gravem propter hoc deponere non renuit, et firmitatem [1] perfectioni tempus terere longius, aliaque plura ad urbis augmentum firmitatemque atque circumtuitionem [2-3]. Nos vero, et Imperialem cum Deo circumcincti principatum, et potestatem et virtutem habentes pecuniarumque thesauros, ubi videtur et opus evocat, largius nonne donabimus amicis et servis et fidelibus et gratis, sermoneque sermonem affirmabimus, et manum dabimus ministrare stylo ad hujus firmitatem, et vallum vallo superponemus, ut olim possessum eis munimen supermuniamus atque firmemus? Et ubi hoc Imperialis mentis et voluntatis, non igitur eis ostia obserabimus, nec auditus occludemus, sed illariusque hos resplciemus et peticionem explebimus. Quid michi sermonis vult prolixitas? Veneticis [4] factus est quidem et ab Imperatoribus [5], memorabili avo Imperii mei, chrisobylus sermo, donans eis diversa dona; subsecutus vero fuerat rursus hunc et alter ab Imperatoribus, ter beato dilectissimo domino et patre Imperii michi, eadem donans et apponens, quod tunc petiverunt in rediffication em amboque [6] certe ad Imperium eorum servitutis atque fidelitatis et ad Romaniam convente ab eis servare pure dilectionis et affectus. Necessarium ergo, ambosque eis ut habebant ipsis dictionibus presente Imperii nostri sermone nunc renovare, que velut urbem intersitam summitatibus presentis videlicet chrisobuli sermone omnino colligemus et circummuniamus. Habet vero chrysobylus sermo memorabilis Imperatoris domini, domini et patris Imperi michi [7], sic :

Solet multociens antiquior fides atque beniv'entia posteriorem malivolentiam contegere ac delere, victis dominis et amicis memoria prioris subjectorum et amicorum bonitatis; velut nunc quoque in Venetias contigit. Reminiscens enim Imperium meum antique eorum benivolentie et fidei, quam erga semper memorabilem Imperatorem et dilectissimum patrem ejus [8] ostenderunt, obicientes se periculis toto animo pro Romania, et cum strenuitate indubitanter certantes contra inimicos qui tunc exercitum eduxerant contra eam, que paulo ante ab eis male gesta sunt, non reputavit, et conversionem eorum accepit, et nutum eis ostendit ilarem, et accedentes in ulnas suas suscepit, et consequenter quidem indulgentia [9] nos dignos habuit, ut nequaquam jam lesioni cujusvis subicerentur quantumlibet super quibus Imperium meum et Romaniam offenderunt (ex demoniaca sicut videtur violentia), sed perpetuo indulgen iam haberent Imperii mei, que per presens chrysobullion donata est sicut promittentibus rursusque toto animo pro Romania pugnare et omni sub Imperio meo Christianico ordine, simul autem et propria quedam servitia per scriptum et jusjurandum convenientes [10] servire Imperio meo et Romanie, velut facta ab apocrisiariis eorum symphonia latius de his tractat. Quoniam vero quesiverunt ante factum sibi chrysobullion beati domini et patris Imperii mei recorrigi rursus et dari sibi, velut qui jam exciderint ex ipso propter culpas que contingerant, exaudivit omnes Imperium meum, et inmutate jussit hoc tamen scribi ponique hic, habens sic :

« Et quid unquam sit eorum, que sunt commutatio [11] pure amicitie ac fidei? Quid vero amicis et ministris, periculis se obicere pro amicis et dominis elligentibus, reddet quis equi [12] ponderis, et maxime quando spontanee pro his in contamina [13] in his que contra hostes sunt preliis hi venerint? Nostre quidem studium voluntatis magnam hanc rem ponens, nichil ad dignam invenit remunerationem. Red. it vero, quanta dat temporis [14], et que amicis et ministris sunt placentia. Sunt autem, que retribuuntur fidei et pure servitutis premia, nostra quidem studiosa voluntate et spontaneo animo minora ac pauciora, non ignobilia vero quedam, nec amicis et servis indigna. Sed quid michi præmium vult? Eo, que fidelium Veneticorum sunt, nullus omnium ignoravit; et quo [15] modo venerunt constructis multiferis navibus ad Epidamnum, quod Dyrrachium vocamus nos;

Variæ lectiones.

[1] Lege : *firmitatis.* [2-3] Adde : *largiri.* [4] Lib. albus : *Venetia.* [5] Hic et paulo inferius *Imperatore* legerim. [6] Lege : *amborum.* [7] Junge cum verbo *dilectionis.* [8] Lib. albus : *Ut.* [9] i. e. Joannis Comneni. [10] Scil. imperii mei. Intelligitur Alexius Comnenus. [11] Lib. albus : *indulgentiam.* [12] Scribend m erat : *convenientibus.* [13] Hoc verbum transponendum est, sic : Et quid unquam sit commutatio (ἀποτίθη) eorum, quæ, etc. [14] Lib. albus : *equis.* [15] An : *certamina* vel *conamina?* [16] An : *tempus?* [17] Lib. albus : *aue*

(3) Anno 1146.

(4) Hanc Latine ex Libro albo et Libris pactorum integram ediderunt Tafel et Thomas Urk. z. ält. Handels- u. Staatsgesch. d. Rep. Venedig. To. I (Wien 1856), p. 113. — 124.

et quomodo viros navi pugnantes innumeros in auxilium nobis presentaverunt; quomodoque [18] *proprio stollo scelesti stolum* [19] *vi superaruni* [20], *perdentes cum ipsis viris; et quod nunc quoque nobis auxiliantes perseverant; et alia, que a thalattocopis i. e. in mari laborantibus viris acta sunt, et que correcta noverunt omnes, etsi nos non dicamus? Unde et in remuneratione hujusmodi ipsorum serviliorum bene voluit Imperium meum per presens chrisobullion sermonem accipere eos annue in tempore roge sollempnium librar.* [21] *XX, et ut distribuantur hec in proprias ecclesias secundum ipsorum velle. Honoravit autem et nobilem Ducem eorum venerabilissima protosebasti dignitate cum roga etiam sua plenissima. Non in persona vero ipsius determinavit honorem; sed indesinentem esse atque perpetuum et per successiones usque* [22] *secundum diem* [23] *fuerint Ducibus transmitti definitivis in urbe. Honoravit et Patriarcham eorum hypertimon, i. e. superhonorabilem, cum roga librarum viginti. Et hunc vero honorem per successionem in eos, qui deinceps fuerint, Patriarchas transmisit, ut hic quoque sit indesinens atque perpetuus, et non tantum persona* [24] *ejus Constituit vero Imperium meum et sanctissimam ecclesiam sancti apostoli et evangeliste Marci, qui est in Venetia, ab uno quoque in magna civitate et omni Romanie tenentium ergasteria Amalphynorum* [25] *omnium, qui sunt sub potestate ejus quidem patricatus* [26], *accipere per unum quemque annum numismata tria. Ad hoc donat eis et ergasteria que sunt in embolo Peramatis cum solariis suis, que habent introitum et exitum in totum* [27], *quod procedit ab Ebraica usque ad Vigl'on, quoque habitantur et que non habitantur, et in quibus Venetici permanent et Greci sicut ergasteriis; et maritimas III scalas, que in predicto spacio terminantur. Donat autem et sancto Akindino mankipium i. e. pistrinum* [28], *quod est in ipsius ecclesie latere, quod pertinet ad domum Petrii, et habet pensionem Byzantinorum XX. Similiter dat et ecclesiam sancti apostoli Andree, que est in Dyrrachio cum ibidem existentibus Imperialibus pensionalibus preter in is repositam aphesin, que debet dari ad chelandia* [29]. *Concessit autem eis et negociari in omnes partes Romanie species universas, videlicet circa magnam Laodiciam* [30], *Antiochiam et Mamistam, Adatiam, Tarson, Attalian, Strovilom, Chion, Theologon, Phocian, Dyrrachion, Aulonem, Coryphus, Bondicam, Methonem, Coronem, Nauplion, Corinthion, Tebas, Athenas, Eurippon, Demetrida, Thessalonicam, Chyrisopolin, Peritheorion, Abydon, Redeston, Adrianopolin, Apron, Erracliam, Seli-*

δ'. Εἴ τις μέντοι τῶν φονέων, τῇ ἁγιωτάτῃ Μεγάλῃ προσφυγὼν Ἐκκλησίᾳ, καὶ τῇ ἀειφυγίᾳ κατακριθεὶς ἢ δέσμιος εἶναι καὶ ἐν φυλακῇ ἐγκεκλεῖσθαι παρ' ὅλην αὐτοῦ τὴν ζωήν, εὑρεθῇ ἄνετος ἐμπεριπατῶν ἔνθα τὸν φόνον εἰργάσατο, δέσμιος παρὰ τοῦ κατὰ χώραν πράκτορος ἀποσταλήσεται εἰς τὴν βασιλείαν μου· καὶ ὅσα δὲ τότε παρευρεθῶσιν αὐτῷ πράγματα, εἰς κέρδος ἔσται τῷ πράκτορι καὶ τῷ τὸν φονέα καταμηνύσαντι ἐπίσης παρ' αὐτῶν μεριζόμενα. Μελήσει δὲ πάντως καὶ τοῖς ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ Μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ τῶν τοιούτων διαιτηταῖς μετὰ τῆς προσηκούσης κανονικῆς αὐστηρίας τὰ φονικὰ κολάζειν ἐγκλήματα, καὶ μὴ τοὺς χρόνους ὡς ἔτυχε συντέμνειν, καὶ μηδὲ ἐφ' οἷς οὐ χρὴ εἰκὸν τοῦ εἰκότος φιλανθρωπεύεσθαι. Ἴσα μέντοι τῷ παρόντος διατάγματος τῆς βασιλείας μου, ὑποτεθέντα παρὰ τῶν προϊσταμένων τῶν δικαστηρίων, ἀποσταλέντα ταῖς κατὰ χώραν Ἐκκλησίαις ἀποτεθήσεται· ὥστε πάντας εἰδῆσιν ἔχειν τῶν διωρισμένων, ὡς ἂν ποιῶσι κατὰ τὴν τούτων περίληψιν.

5. Quod si consulto factæ cædis auctor, sponte sua tonsuram expetat: non temere monachorum in ordinem admittentur, sed magna cum accuratione et exploratione temporis sufficientis secundum sanctiones canonicas examinatus. Et quidem in monasterio vel invitus per universum vitæ suæ tempus manere cogetur, nec indulgentiam inde rursus exeundi unquam impetrabit. Ipsum vero monasterium prorsus erit in alia provincia, non in eo solo, quod interfecti sanguinem male quasi diducto rictu oris excepit.

ε'. Εἴπερ μέντοι ὁ τὸν μεμελετημένον φόνον ἐργασάμενος ἑκουσίως ἕλοιτο τὴν ἀπόκαρσιν, οὐκ ἀδοκιμάστως τοῖς μοναχοῖς ἐγκαταλεγήσεται, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τῆς ἀκριβείας καὶ ἐξετάσεως, τὸν ἀρκοῦντα χρόνον κατὰ τὰς κανονικὰς διατάξεις βασανιζόμενος. Τῷ μέντοι μοναστηρίῳ καὶ ἄκων προσμένειν ἀναγκασθήσεται παρ' ὅλον τὸν τῆς ζωῆς αὐτοῦ χρόνον, μηδέποτε τούτου ἐξέρχεσθαι συγχωρούμενος. Πάντως δὲ τὸ μοναστήριον ἐν ἑτέρᾳ ἔσται ἐπαρχίᾳ, καὶ οὐκ ἐν ἐκείνῃ τῇ γῇ, ἡ τὸ τοῦ θανόντος σῖμα χανοῦσα κακῶς ὑπεδέξατο.

Dat. mense Aprili, indictione XIV, manu regia,

Τὸ· Μηνὶ Ἀπριλίῳ ἰνδ. ιδ' τῆς βασιλικῆς ἁγίας

χειρός· ἡ διὰ κηροῦ συνήθης σφραγὶς· καὶ τὸ διὰ τοῦ λογοθέτου τοῦ δρόμου τοῦ ἁγιωθεοδωρίτου Μιχαήλ. Εἶχε καὶ ἔξωθεν ἐν τῇ προπτύξει τῶν κολλῶν ταῦτα· Ἀπελύθη μηνὶ Ἰουλίῳ ἰνδ. ιδ' ἔτει ,ςχοδ'. Τὸ κατ' ἔτος μόνον τοῦ σεκρέτου τοῦ μεγάλου δρουγγαρίου, καὶ τὸ κατεστρώθη ἐν τοῖς δυσὶ μεγάλοις λογαριαστατικοῖς σεκρέτοις κατὰ μῆνα Αὔγουστον ἰνδ. ιδ'. A appositis domni logothetæ et sancti Michaelis sigillis. Extrinsecus super ligatura legebatur : Datum mense Julio, ind. IV, anno 6674, in ædibus annonarii secretarii, magni drungarii, et in archivis secretis, mense Augusti, ind. XIV.

XV.

DE MATRIMONIO SEPTIMO COGNATIONIS GRADU CONTRACTO (28).

VII. *Πρόσταγμα βασιλικὸν, διαλῦον καὶ ἀνατρέπον τὸ προβὰν ἑβδόμου ἐξ αἵματος βαθμοῦ συνοικέσιον, κωλῦον δὲ γενέσθαι μὴ γεγονός.* B

Edictum imperatorium, quod dissolvit ac rescindit contractum septimi ex cognatione gradus matrimonium, et si factum non sit, fieri prohibet.

Τῆς τῶν θείων καὶ ἱερῶν κανόνων καὶ νῦν φροντίζοντες συντηρήσεως ὅ τε ἁγιώτατός μου δεσπότης καὶ οἰκουμενικὸς πατριάρχης καὶ ἡ τῶν τοῦ Χριστοῦ ἀρχιερέων ὁμήγυρις, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐν ταῖς συνοδικαῖς περὶ κοινῶν ὑποθέσεων πράξεσι διατηροῦντες συνήθειαν, ἀνενεγκεῖν καὶ πρὸς τὴν ἡμῶν εὐσεβῆ βασιλείαν τὰ παρ' αὐτῶν διαγνωσθέντα καὶ ὁροδοτηθέντα καλῶς ἐβουλεύσαντο, ἐφ' οἷς συνοδικὴ πραϋτέθη συζήτησις, εἰ χρὴ τοὺς ἐκ τοῦ ἑβδόμου βαθμοῦ ἐξ αἵματος, τὴν τῆς συγγενείας μὲν εἰδότας ἐγγύτητα, περιέργως δὲ ὅμως μὴ πρὸς ἐρώτησιν τῆς Ἐκκλησίας τὸ γενησόμενον ἄγοντας, καὶ οὕτω γαμικὸν συναστῶντας συνάλλαγμα, μένειν μὲν ἀδιασπάστους, ἐπιτιμίοις δὲ καθυπάγεσθαι· εἴτε μὴν ἀπ' ἀλλήλων τοὺς οὕτω κακουργοῦντας διίστασθαι. Καὶ γοῦν τὸν ἐκτεθέντα περὶ τούτου τόμον τῷ ἡμετέρῳ κράτει προκεκομίκασι, τὸ ἐπιστημοναρχικὸν τῆς ἡμῶν βασιλείας παραφυλαττόμενοι δίκαιον, καὶ παθέσθαι καὶ ταύτης προῆρετίσαντο, εἰ καὶ κατὰ γνώμην αὐτῆς τὰ κυρωθέντα συμβαίνοι. Τῶν γὰρ ἀναγκαιοτάτων εἶναι τοῦτο διενοήσαντο κάλλιστά τε καὶ εὐλογώτατα. Οὗτοι μὲν γὰρ τὴν ἐκ τοῦ τοιούτου βαθμοῦ ἐν γάμῳ συζυγίαν πάντῃ διεκωλύσαντο, καὶ μηδὲ τὴν ἀρχὴν προβαίνειν ἐθεσμοθέτησαν, οὐ μόνον κἂν πρὸς ἐρώτησιν ἔλθῃ τῆς Ἐκκλησίας, ἀλλὰ καὶ πρὸ τῆς ἐρωτήσεως εἰς ἔργον ἀποδᾶσαν αὐθις διαιρεῖσθαι καὶ διατέμνεσθαι ἅτε καὶ φύσει καὶ θείῳ νόμῳ προσπταίουσαν· δίχα μέντοι τῶν μέχρι τότε φθασάντων ἐκτελεσθῆναι γάμων ἐκ τοῦ τοιούτου βαθμοῦ. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τοὺς τολμήσαντας παρὰ τὴν συνοδικὴν ταύτην κύρωσιν διαπράξασθαι μετὰ τῆς διασπάσεως καὶ ἀφορισμῷ καθυπάγεσθαι, καὶ τοὺς ἐκείνοις δὲ συναινέσαντας τῆς κανονικῆς πειρᾶσθαι δριμύτητος· ἀλλὰ καὶ τοὺς ἱερολογήσαντας καθαιρέσει καθυποβάλλεσθαι. Ἐπεὶ δὲ πολλὰ πολλάκις προβαίνουσι συναλλάγματα μετὰ τῶν ἐκ βασιλέων γένους καὶ τῶν ἄλλων εὐγενεστάτων καὶ περιδόξων ἐν ἀξιώμασι, καὶ τῶν ἐξ ἀλλοδαπῶν C D

Tam sanctissimus dominus meus et universalis patriarcha, quam Christi pontificum conventus, etiam modo de divinorum sacrorumque canonum observatione solliciti, receptamque usu in actibus synodicis de communibus causis consuetudinem retinentes, ad religiosam quoque majestatem nostram referre decreverunt, quæ essent ab se statuta, recteque definita de iis quæ in disceptationem synodicam vocata fuerant; an scilicet li qui septimo se gradu sanguinis contingunt, propinquitatem cognationis haud ignorantes, et curiose tamen Ecclesiam de futuro contractu non consulentes, atque ita in matrimonium coeuntes, indirempti quidem manere, sed pœnis subjici debeant : an potius talis facinoris reos, divelli ab se invicem oporteat. Et quidem expositum de hac quæstione scriptum potestati nostræ obtulerunt, jus majestati nostræ debitum, ceu principi gubernationis gnaro, integrum servantes; et ipsam quoque censuerunt interrogandam, an ejus etiam judicio, quæ decreta essent, probarentur. Hoc enim imprimis esse necessarium perspexerunt, idque rectissime, ac justa sane de causa. Prorsus autem ipsi matrimonialem ex hoc gradu conjunctionem prohibuerunt, ac plane non permittendam sanciverunt. Neque solum si res ad Ecclesiæ consultationem referatur, sed etiam ante hanc interrogationem in opus deductam copulationem dirimendam ac rescindendam; veluti quæ et in naturam, et legem divinam impingat. Exceptis tamen iis nuptiis, quæ ante id tempus ex hoc gradu contractæ fuissent. Nec in modo, verum etiam si qui præter hanc sanctionem synodicam agere ausi fuerint, cum divortio segregationis quoque pœna mulctandos. Itidem et eos qui eis assensi fuerint, severitatem canonicam experiri debere. Præterea sacerdotes ab officio removendos, qui nuptias precibus sacris initiaverint. Et quoniam multa sæpe numero matrimonia contrahuntur cum personis imperatorii generis, aliisque nobilissimis.

(28) Anno 1166.

et dignitate conspicuis, itidemque cum personis exterarum regionum, quibus reges et principes præsunt, in hanc reginam urbium venientibus, quæ sine potestatis nostræ jussu omnino perfici non solent : æquissimum erat, majestatem quoque nostram certiorem reddi de iis, quæ de hac necessaria quæstione sancita per synodum essent, ne fortasse per oblivionem illicitus aliquis hujusmodi contractus sacrisque canonibus et legum edictis haud respondens, accidat idque hac ipsa in urbe, quæ et cæteris omnibus ob imperii mitram ac diadema præsidet, et legibus in universum regitur, quasique commune quoddam exemplum rectæ legum observationis universis est proposita.

A χωρῶν, ὧν ῥῆγες καὶ πρίγκιπες ἄρχουσι, μεταγομένων προσώπων ἐπὶ τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων, ἅπερ οὐκ ἄνευ τῆς τοῦ ἡμετέρου κράτους κελεύσεως συντελεῖσθαι πάντως πεφύκασιν, ἐν εἰδήσει γενέσθαι καὶ τὴν ἡμῶν βασιλείαν τῶν συνοδικῶς κυρωθέντων περὶ τοῦ τοιούτου ἀναγκαίου ζητήματος ἦν δικαιότατον, ἵνα μὴ κατὰ λήθην ἴσως ἄθεσμόν τι τοιοῦτον συμβαίη συνάλλαγμα, καὶ τοῖς ἱεροῖς κανόσι καὶ τοῖς νομικοῖς ἀνακόλουθον διατάγμασιν, ἐν πόλει καὶ ταῦτα ταύτῃ, πασῶν μὲν προκαθημένῃ τῷ τῆς αὐτῆς αὐτοκρατορίας στέμματί τε καὶ διαδήματι, νόμοις δὲ κατὰ πᾶν διεξαγομένῃ καὶ εἰς κοινὸν προκειμένῃ τῆς εὐνομίας πᾶσιν ὑπόδειγμα.

Enimvero nostra quoque majestas synodicum hoc de re quæsita responsum, vel verius loquendo determinationem, veluti sacris canonibus sane quam convenienter, et apostolicis expositam legibus, suo decreto comprobat, et in posterum vigere, ratamque manere citra mutationem aliquam in perpetuum statuit; eamdem in quæstionis propositæ solutione sententiam cum sanctissimo domino meo et universali patriarcha cumque sacra et divina synodo amplectens. Quippe si matrimonia quædam ob affinitatem legibus prohibentur, decori scilicet causa, et ne nomina confundantur : multo magis hic istuc libere faciendum, ubi fœditas ipsa cum nominum conturbatione concurrit, atque etiam cognati sanguinis absurdissima commistio et confusio. Cur iis, obsecro, qui cæteroquin e propinquo ac sanguinis ratione juncti sibi sunt, alia sit opus commistione et copulatione? Nimirum illis concilianda est colligatio, nuptiarumque conjunctio, quibus originarius sanguinis ortus multipliciter scissus ac divisus, jam longius esse remotus agnoscitur, ad octavum deductus gradum, ideoque distantiam suam magis adaugens. Sic ergo pia majestas nostra synodali de dicta quæstione decreto assentiens, præsentem hanc sanctionem æquissimam promulgavit, quæ et in sacro scrinio majoris illius Ecclesiæ Dei recondi collocarique debet, et omnibus archivis publicis innotescere, ac robur inviolabile ad omnem temporis infinitatem retinere.

B Γοιγάρτοι καὶ ἡ βασιλεία ἡμῶν τὴν συνοδικὴν ταύτην ἐπὶ τῷ ζητηθέντι ἀπόκρισιν, εἴτ' ἀληθῆς εἰπεῖν ὁροθέτησιν, ὡς ἑπομένως τοῖς θείοις κανόσι καὶ τοῖς ἀποστολικοῖς ἐκτεθεῖσαν νόμοις, ἐπῄνεσε, καὶ κρατεῖν εἰς τὸ ἐξῆς καὶ ἀμετατρέπτως ἔχειν εἰς τὸ διηνεκὲς διορίζεται, τῆς αὐτῆς κοινωνοῦσα γνώμης ἐπὶ τῇ λύσει τοῦ προκειμένου ζητήματος τῷ τε ἁγιωτάτῳ μου δεσπότῃ καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ καὶ τῇ ἱερᾷ καὶ θείᾳ συνόδῳ. Εἰ γὰρ ἐπὶ τῶν ἐξ ἀγχιστείας συναλλαγμάτων ἐστὶν, ἃ τοῖς νόμοις κωλύονται τῆς εὐπρεπείας χάριν καὶ τοῦ μὴ συγχέεσθαι τὰ ὀνόματα, πολλῷ μᾶλλον τοῦτ' ἐν ἐνταῦθα παῤῥησιάσαιτο, ἔνθα καὶ τὸ ἀπρεπὲς μετὰ τῆς τῶν ὀνομάτων συγχύσεως, ἀλλὰ δὴ καὶ ἡ τοῦ συγγενοῦς αἵματος ἀλογωτάτη σύγκρασις καὶ ἀνάχυσις. Ἵνα τί καὶ δεήσει τοῖς ἐγγυτέρω καὶ καθ' αἷμα συνηγμένοις ἐπιμιξίας ἑτέρας καὶ συνενώσεως ; Ἐκείνοις γὰρ πάντως χρῆναι τὸν σύνδεσμον καὶ τὴν τῶν γάμων συνάφειαν πραγματεύσασθαι, οἷς καὶ ἡ πηγαία τοῦ αἵματος πρόοδος πολλαχῶς μερισθεῖσα καὶ διαιρεθεῖσα ποῤῥωτέρα διεστηκυῖα γνωρίζεται, εἰς ὄγδοον βαθμὸν περιστᾶσα, κἀκεῖθεν μᾶλλον αὖθις τὴν αὐτῆς ἀπόστασιν προσεπαύξουσα. Οὕτω ἡ προσθεμένη τῇ συνοδικῇ περὶ τοῦ ῥηθέντος ζητήματος ἐπικρίσει ἡ εὐσεβὴς ἡμῶν βασιλεία, τὸ παρὸν ἐννομώτατον ἀπολέλυκε θέσπισμα, ὀφεῖλον τῷ τε ἱερῷ χαρτοφυλακείῳ τῆς τοῦ Θεοῦ Μεγάλης Ἐκκλησίας ἐναποτεθῆναι, καὶ πᾶσι τοῖς δημοσιακοῖς ἀρχείοις ἐπιγνωσθῆναι, καὶ ἔχειν εἰς τὸ ἀπέραντον τὸ ἰσχυρόν τε καὶ ἀναλλοίωτον.

C

D

Dat. mense Aprili, indictione 14, rubris litteris sacri imperatoris nostri. Item aderat usitatum sigillum cereum. Et illud, per logothetam dromi, Michaelem Hagiotheodoritum. Item illud, Depositum in duobus magnis illis secretis, mense Maio.

Τό· Μηνὶ Ἀπριλίῳ ἐπινεμήσεως ιδ', δι' ἐρυθρῶν γραμμάτων τοῦ βασιλέως ἡμῶν τοῦ ἁγίου. Καὶ ἡ διὰ κηροῦ συνήθης σφραγίς. Τό · Διὰ τοῦ λογοθέτου τοῦ δρόμου τοῦ ἁγιοθεοδωρίτου Μιχαήλ· καὶ τό · Κατετέθη ἐν τοῖς δυσὶ μεγάλοις σεκρέτοις κατὰ μῆνα Μάϊον.

XVI.

EDICTUM DE CONTROVERSIA, QUATENUS PATER MAJOR CHRISTO SIT (29).

Μανουὴλ ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ πιστὸς βασιλεὺς ὁ Πορφυρογέννητος, Ῥωμαίων αὐτοκράτωρ εὐσεβέστατος, σεβαστός, αὔγουστος, Ἰσαυρικὸς, Κιλικικὸς, [Ἀρμενικὸς], Δαλματικὸς, Οὐγγρικὸς, Βοσέντικὸς, Χροβατικὸς, Λαζικὸς, Ἰβηρικὸς, Βουλγαρικὸς, Σερβικὸς, Ζηχικὸς, Ἀζαρικὸς, Γοτθικὸς, θεοκυβέρνητος κληρονόμος τοῦ στέμματος τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου καὶ ψυχῇ νεμόμενος πάντα τὰ τούτου δίκαια ὡς τινων ἀποστατησάντων τοῦ κράτους ἡμῶν, τοῖς τοῦ φιλοχρίστου ἡμῶν παντὸς λαοῦ, τῆς τε θεοφυλάκτου ἡμῶν βασιλίδος πόλεως, ἔτι δὲ καὶ πᾶσι τοῖς τῶν ὑπὸ τὴν τῆς ἡμετέρας βασιλείας ἐξουσίαν χωρῶν, ἠπειρωτικῶν τε καὶ θαλασσίων, οἰκήτορσιν.

A Manuel in Christo Deo fidelis rex Porphyrogenitus, Romanorum imperator, piissimus, semper Sebastus, Augustus, Isauricus, Cilicicus, Armeniacus, Dalmaticus, Ungaricus, Bosthnicus, Chrovaticus, Lazicus, Ibericus, Bulgaricus, Servicus, Zecchicus, Chazaricus, Gothicus, a Deo directus, hæres coronæ magni Constantini, animo gestans cuncta hujus jura quanquam nonnulli a nostro imperio defecerunt; universo nostro philochristo populo regiæ nostræ a Deo custoditæ urbis, cuntisque imperio nostro subjectis terrestrium maritimarumque regionum incolis.

Εἰ μακαρίζει Πέτρον Χριστὸς τὸν ἐν ἀποστόλοις κορυφαιότατον, ἐπεὶ προφθάνει πάντας τῷ διαπύρῳ τῆς ἀγαπήσεως, καὶ τοῦτον εἶναι τὸν Χριστὸν διατείνεται τὸν τοῦ Θεοῦ ζῶντος Υἱὸν, ἅτε παρὰ τοῦ Πατρὸς ἀποκαλυφθεὶς τὸ κατ' ἐκεῖνον μυστήριον, τί δήποτ' ἂν ἕτερον εἴη μακαριστότερον καὶ τῷ Κυρίῳ εὐαρεστότερον τοῦ τῆς εὐσεβείας ὀρθοδοξαστικῶς τὴν ἀποστολικὴν Ἐκκλησίαν ἀντέχεσθαι καὶ μὴ παρὰ τῶν τοῦ ᾅδου πυλῶν κατισχύσασθαι; ὅστινας δὴ τὰς πύλας ταύτας ὑπολητέον τοὺς μὴ παράκλην ταύτης πύλην εἰσιόντας δι' αὐτοῦ Χριστοῦ τῆς ἀσφαλίστου θύρας, ἐπεὶ καὶ πᾶσι τοῖς ἐρχομένοις ἄνετος πρόκειται. Ἐπὶ ταύτην τὴν πρὸς Θεὸν εἰλικρινεστάτην εὐσέβειαν ὡς ἐπὶ πέτραν ἀῤῥαγεστάτην ἡ θεόθεν ἡμῖν βασιλεία τὸν ἑαυτῆς θεμέλιον προσεδράζουσα καὶ ταύτῃ προσεποικοδομεῖσθαι τὸ ὑπήκοον ἅπαν σπουδάζουσα, μυρίαν ὅτι τὴν περὶ τούτου φροντίδα διηνεκῶς ἐπιδείκνυται. Οἴδαμεν γὰρ ἀκριβῶς ὡς, εἰ καὶ βασιλεύειν τῶν ἐπὶ τῆς γῆς θεὸς ἑκάστων ἐπηυδόκησεν, ἀλλ' οὖν ἐκεῖθεν βασιλευόμεθα· καὶ ὥσπερ παρὰ τῶν ὑπὸ χεῖρα λαμβάνειν πίστιν ἀνεπιμώμητον τῶν ἐξ ἀνάγκης εἶναι τιθέμεθα, οὕτω καὶ προεισφέρειν θεῷ τῷ βασιλεύειν ἡμᾶς προορίσαντι τὴν ἀπαράκλητον πίστιν παρὰ τοῦ δικαίου προσαπαιτούμεθα, καὶ δεῖν εἶναι Σολομῶντι πείθεσθαι λογιζόμεθα τῶν πραγμάτων [ἑκάστῳ] τὸν πρόσφορον καιρὸν ἀφορίζοντι. Ἐντεῦθεν καὶ ποτὲ μὲν τοῦ εἰρηνικοῦ Χριστοῦ πλὴν ἀλλ' ἐπικαιρότατα λέγοντος, « Οὐκ ἦλθον ἐπὶ τὴν γῆν εἰρήνην βαλεῖν, ἀλλὰ μάχαιραν, » οὐδὲ ἡ γαληνότης ἡμῶν εἰρηνεύειν ἀνείχετο οὐδ' ἐν ἀταράχῳ μένειν, ὁπότε παρεμβολὴ διαφωνούντων τοῖς περὶ Θεοῦ θεσμοῖς ἀναφαίνεται, ἀλλὰ καὶ τὴν μάχαιραν αἴρειν τοῦ πνεύματος, τὴν διαιροῦσαν τὸ χεῖρον ἀπὸ τοῦ κρείττονος, τὰ θεῖα προβεβλημένη νοήματα, καὶ δι' αὐτῶν διχοτομοῦσα πᾶν ὅσον τῆς

B Si beatum prædicat Petrum Christus apostolorum summum apicem, propterea quod et omnes præcessit fervore amoris, et ipsum testatus fuit esse Christum, Dei viventis Filium; utpote a Deo Patre mysterium de illo edoctus: quidnam aliud beatius erit Dominoque gratius, quam orthodoxam religionem ab apostolica Ecclesia retineri, atque ab inferorum portis non vinci: quas quidem portas reputare licet illos homines, qui non ingrediuntur in ejus aulam per Christum, qui est janua nunquam clausa, imo cunctis adeuntibus semper patens. Super ac adversus Deum purissima religione, veluti immobili petra, dominatio nostra divinitus nobis concessa fundamentum suum statuens, ibidemque constituere subditos nostros universos studens, plurimam hujus rei curam perpetuo præ se fert. Probe enim novimus, quod etiamsi terrarum imperium Deus nobis annuit, attamen ipse nostri regnator est: et quemadmodum necessarium putamus fidem sinceram a subditis nostris impetrare; sic exhibere Deo, qui nobis regnum largitus est, inconcussam fidem jure cogimur: credendumque Salomoni putamus, qui unicuique rei tempus idoneum assignat. Hinc etiam pacificus Christus aliquando opportunissime dixit: *Non veni pacem mittere in terram, sed gladium* [1]. Neque nostra tranquillitas pacem potest retinere et quiescere, cum exercitum adversantium Dei legibus cernimus; sed spiritus gladium corripimus, qui vitium a rectitudine separat: divinaque verba præ nobis gerimus, quibus omne ab Ecclesia spurium dogma secernimus. Aliquando autem cum eodem Christo idoneo vicissim tempore pacem suam donat, pacemque omnes conservare jubet, et pacificos dicit esse beatos, convertimus in vaginam gladium rationalem, qui jam contradicentium corda transverberavit, et

[1] Matth. x, 34.

(29) Anno 1166.

lusanas raciocinationes palam revelavit, inimicitiæ maceriam destruxit, et contradictionis medium parietem removit : et cum canticorum sponsa dicimus : ordinate amorem inter eos qui hactenus rixati sunt.

Ἐκκλησίας ἐχφυλον νόημα· ποτὲ δὲ μετὰ τοῦ αὐτοῦ Χριστοῦ, τοῦ κατὰ καιρὸν αὖθις τὴν οἰκείαν εἰρήνην βραβεύοντος καὶ εἰρηνεύειν ἐν ἑαυτοῖς καὶ πᾶσι κελεύοντος καὶ τὰ τῶν εἰρηνοποιῶν μακαρίζοντος, ἀποστρέφει μὲν τὴν λογικὴν ῥομφαίαν εἰς τὰ ὀπίσω, ἤδη τὰς τῶν ἀντιλεγόντων διελθοῦσαν καρδίας, καὶ τοὺς οὐκ ἀνεπισφαλεῖς λογισμοὺς εἰς μέσον ἀναχαλύψασαν, τὸν δὲ τῆς ἔχθρας φραγμὸν καθαιρεῖ καὶ τὸ τῆς ἀντιλογίας καταστρέφει μεσότοιχον, καὶ μετὰ τῆς ἁγματιζούσης τάξεως, φησὶν, ἀγάπην ἐπὶ τοῖς μέχρι νῦν ἀντερίζουσιν.

1. Id etiam in his quæ nuper acciderunt, pia majestas mea factitavit. Controversia enim nata est de scripta in sacro Evangelio locutione veri Dei et Servatoris nostri Jesu Christi, quam apud discipulos effatus est in Passionis nocte dicens, ad Patrem se vadere, tanquam ea re discipuli lætari deberent, cum diceret : *Ad Patrem vado, quia Pater meus major me est* [1]. Quæstio autem in eo versabatur, quomodo quove sensu major loquente Christo Pater credendus sit. Jamvero Mosaicæ illius virgæ instar, dubitatio hæc parum abfuit quin Ecclesiæ Dei mare bifariam divideret, in quod piscatores hominum rete sermonis demittentes, partem quisque gentium comprehenderunt : ita ut dextra lævaque stare murus videretur altercantium inter se de dictionis hujus interpretatione.

α'. Οὕτω δὴ καὶ νῦν ἐπὶ τοῖς παρεμπεσοῦσιν ἡ εὐσεβὴς ἡμῶν βασιλεία προσιδεῖν ἤρξατο. Ἐζητεῖτο μὲν γὰρ περὶ τῆς ἐν τῷ ἱερογράφῳ Εὐαγγελίῳ φωνῆς τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἣν τοῖς μαθηταῖς προσφθέγξατο κατὰ τὴν τοῦ Πάθους νύκτα λέγων πρὸς τὸν Πατέρα πορεύεσθαι, ὡς ὀφείλειν διὰ τοῦτο χαίρειν μᾶλλον αὐτούς, ὅτι φησὶ, *Πορεύομαι πρὸς τὸν Πατέρα, ὅτι ὁ Πατήρ μου μείζων μού ἐστιν*· ἡ δὲ ζήτησις, ὅπως ἢ κατὰ τίνα τὴν διασάφησιν μείζων τοῦ λέγοντος Χριστοῦ ὁ Πατὴρ ἐκλαμβάνεται. Ἐνταῦθα κατὰ τὴν Μωσαϊκὴν ἐκείνην ῥάβδον τοῦτο τὸ πρόβλημα μικροῦ δεῖν διχῇ διατέμνειν ἔμελλε Θεοῦ τῆς Ἐκκλησίας τὴν θάλασσαν, πρὸς ἣν οἱ ζωγρηταὶ τῶν ἀνθρώπων ἁλιεῖς τὰ δίκτυα τοῦ λόγου χαλάσαντες τὴν ἐθνικὴν μερίδα συμπαρελέξαντο· ὡς καὶ ἐδόκει ἵστασθαι τεῖχος ἐκ δεξιῶν καὶ τεῖχος ἐξ εὐωνύμων, ὡς ἀλλήλοις πάντων ἀντιλεγόντων περὶ τῆς τοῦ ῥητοῦ ἐξηγήσεως.

2. Nonnulli enim quibusdam Scripturæ locis abutentes, in eo tantummodo quod Pater auctor est sempiternæ et cœlestis generationis unigeniti Filii Dei, interpretationem hujus dictionis circumscribebant : neque hanc dictionem de Christo quatenus incarnatus est, sinebant intelligi : tanquam si nova quædam conjunctio naturarum Christi præter ecclesiasticam traditionem procuderetur; idemque existimaretur, personæ unitatem spectare, atque inconfusam crasim unitarum in Christo inconvertibiliter naturarum : atque hinc nos periclitari, ne Monophysitarum blasphemias renovaremus. Nonnulli vero existimabant, secundum solam exinanitionis demissionisque rationem dictum esse majorem filio patrem, ita ut Unigeniti personæ, secundum ejus divinam naturam prorsus congrueret id effatum. Is enim se ipsum, qui absque carne erat, exinanivit, castumque uterum Deiparæ subiit; quin tamen paternum sinum desereret : totus indivisus a Genitore. Alii in persona communis hominum naturæ id dictum a Domino statuebant : ita ut prope phantasticum Christi cum carne in terra incolatum efficerent. Alii ad carnem quoque locutionem hanc Domini referebant; sed per mentalem præcisionem, qua carnem cogitabant extraneam veluti assumenti ipsam divinitati ; ceu fere hypostasis carnis nostrum uniuscujusque, cum qua nulla est divinitatis conjunctio; carni enim servitus et ignorantia ascribitur, cum mentis simplici phantasia rem visibilem a cogitata distinguimus, ut ait sapiens Damascenus. Nam certe

β'. Οἱ μὲν γάρ τισι τῶν γραφικῶν ἀποχρώμενοι χρήσεων μόνῳ τῷ αἰτίῳ τῆς ἀχρόνου καὶ ἀνωτάτω γεννήσεως τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τὴν ἐξήγησιν ταυτησὶ τῆς φωνῆς περιέγραφον, καὶ συγχωρεῖν οὐκ ἤθελον καὶ ὡς σαρκοφόρου τοῦ Κυρίου κατὰ τὴν κάτω γέννησιν χρηματίσαντος τὴν ῥῆσιν ταύτην λογίζεσθαι· ὡς ἐντεῦθεν καινήν τινα τὴν ἕνωσιν τῶν τοῦ Χριστοῦ φύσεων καὶ μὴ κατὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν παράδοσιν ἀναφαίνεσθαι, καὶ ταύτὸν εἶναι νομίζεσθαι ὑποστάσεώς τε τὸ ἐναίσιον περιαθρεῖν καὶ τὴν ἀσύγχυτον κρᾶσιν τῶν ἐν Χριστῷ ἡνωμένων ἀτρέπτως φύσεων, καὶ διὰ ταῦτα κινδυνεύειν τὰς τῶν Μονοφυσιτῶν δυσφημίας οἷον ἀνακαινίζεσθαι. Ἦσαν δὲ οἱ κατὰ μόνον τὸν τῆς κενώσεως εἶδος συγκαταβάσεως τρόπον εἰρῆσθαι μείζονα τοῦ Υἱοῦ τὸν Πατέρα διενοοῦντο, ὡς τῇ τοῦ Μονογενοῦς ὑποστάσει κατὰ τὴν θείαν αὐτοῦ φύσιν πάντως προσάπτεσθαι τὸ λεγόμενον· οὗτος γὰρ ἑαυτὸν κεκένωκεν ἄσαρκος ὤν, καὶ τὴν ἀγνὴν ὑπέδυ μήτραν τῆς Θεομήτορος, τῶν μέντοι πατρικῶν οὐκ ἀπέστη κόλπων, ὅλος ὢν ἀχώριστος τοῦ Γεννήτορος. Οἱ δὲ προσώπῳ τῆς κοινῆς τῶν ἀνθρώπων φύσεως τοῦτο ῥηθῆναι παρὰ τοῦ Κυρίου ἐτίθεντο, ὥστε μονονουχὶ φαντασιώδη τὴν οἰκονομίαν τῆς μετὰ σαρκὸς ἀναστροφῆς αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς εἰκονίζεσθαι. Ἔνιοι δὲ καὶ τῆς σαρκὸς μὲν τοῦ Κυρίου τὴν τοιαύτην φωνὴν περιέγραφον, πλὴν ἀλλ' ὁπότε κατὰ ψιλὴν ἀποδιαίρεσιν σὰρξ αὕτη νοεῖται, ξένη τῆς προσλαβομένης ταύτην θεότητος, ὥσπερ τυχὸν ἡ τῆς ἡμῶν ἑκάστου σαρκὸς ὑπόστασις, πρὸς ἣν οὐδαμῶς οὐδεμία τῆς θεότητος ἕνωσις· ὃν δὴ τρό-

[1] *Joan.* XIV, 28.

πον [καὶ] ἡ δουλεία καὶ ἡ ἄγνοια ταύτῃ προσάπτεται, ἡνίκα ψιλαῖς τοῦ νοῦ φαντασίαις τὸ ὁρώμενον ἐκ τοῦ νοουμένου διέλωμεν κατὰ τὸν Δαμασκόθεν σοφόν· κατὰ γὰρ τὴν τῆς ὑποστάσεως ταυτότητα καὶ τὴν ἀδιάσπαστον ἕνωσιν οὔτε δούλη οὔτε ἄγνοοῦσα λεχθήσεται· καὶ οὕτω καὶ πρὸς αὐτοὺς διαφωνοῦντες οὗτοι ἐδείκνυντο. A secundum personæ unitatem inseparabilemque conjunctionem, neque servitutem memorare licet neque inscitiam. Atque ita hi inter se dissidebant.

γ'. Οἱ δὲ ἑτέρωθεν αὐτοῖς ἀντικαθιστάμενοι ἦδεσαν μὲν καί τινας τῶν πνευματοφόρων τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας Πατέρων καὶ διδασκάλων τὴν τοῦ Κυρίου ταύτην φωνὴν ἑρμηνεύσαντας καὶ κατὰ τὸ αἴτιον τῆς ἀκαταλήπτου πρώτης γεννήσεως· ἀλλ' οὖν ὁπότε κατὰ τῶν ἐρεσχελούντων κατ' οὐσίαν διαφέρειν τοῦ Υἱοῦ τὸν Πατέρα τὰς ἀντιῤῥήσεις πεποίηντο τῇ τοῦ μείζονος φωνῇ κατὰ πάντα χρωμένων καὶ ὑπόβασιν ἐν ἀμφοτέροις κατὰ τὴν φύσιν εἰσαγόντων καὶ ἑτερότητα, οὐ μὴν δὲ κατὰ τοῦτο καὶ μόνον ἐκλαμβάνεσθαι τὴν τοιαύτην φωνὴν προσεπάγοντας. Ἡνίκα γὰρ οὐ πρὸς τοιούτους ἦσαν αἱ ἀντιθέσεις καὶ τὰ παλαίσματα, περὶ δὲ τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας καὶ τῶν φυσικῶν ἰδιοτήτων καὶ διαφορῶν ἐδογμάτιζον, ἑκάστῃ τῶν φύσεων τὰς προσφόρους ῥήσεις ἀπένεμον, τὰς μὲν ὑψηλοτάτας καὶ ὑπερκειμένας τῇ τοῦ Χριστοῦ θεότητι ὡς καὶ Θεοῦ τελείου ὄντος προσαφορίζοντες, τὰς δὲ ταπεινοτέρας καὶ ὑποβεβηκυίας τῇ ἐν τῷ αὐτῷ Χριστῷ ἀνθρωπότητι ὡς καὶ ἀνθρώπῳ γεγονότι τελείῳ προσεφαρμόζοντες· οἷς καὶ τὸ ἡμέτερον ὡμοφρόνει κράτος, ταῖς τῶν ἁγίων τῆς Ἐκκλησίας φωστήρων διδασκαλίαις ἑπόμενον. B 3. Contrarii autem his, noverant quidem a nonnullis inspiratis Ecclesiæ Dei Patribus dictum id Domini explicatum fuisse quatenus Pater auctor est incomprehensibilis primæ nativitatis: verumtamen ita aiebant cum respondendum esset iis qui nugabantur differre a Filio Patrem substantialiter, ac vocabulo *major* quaquaversus abutebantur, et minorem in utroque statu gradum naturæ confingebant ac diversitatem. Nec hujus locutionis sensum tantummodo ad dictam rationem trahebant. Si quando enim contra ejusmodi adversarios non dissererent ac depugnarent, sed de incarnati Verbi statu, et naturalibus proprietatibus differentiisque doctrinam traderent: tunc suas cuique naturæ locutiones attribuebant; sublimiores quidem et eminentes ad Christi divinitatem, utpote Dei perfecti, convertebant; humiliores autem et submissas Christi humanitati, utpote hominis item perfecti, accommodabant. Atque ad horum sententiam nostra quoque majestas accedebat, sanctorum Ecclesiæ luminarium doctrinam consectans.

δ'. Οὕτω δὴ μετὰ τοιούτων ἀντιθέσεων ἀμφιγνωμονοῦντες ἀλλήλοις καὶ ἀντιλέγοντες ἀνεφαίνοντο. Ἀλλ' ἡ παρὰ τῆς ἄνωθεν δεξιᾶς καὶ δεδομένη καὶ διεξαγομένη βασιλεία ἡμῶν οὐχ ὑπερεῖδεν οὕτω τὸν νέον τοῦ Θεοῦ καὶ περιούσιον Ἰσραὴλ τῷ τῆς Αἰγυπτιακῆς κακίας ἄρχοντι πολεμούμενον, οὐδὲ τὴν ἐξ ἐθνῶν μετῃρμένην εὐκληματοῦσαν ἄμπελον ταῖς τῶν ἀπαδόντων λόγων παρεισφθοραῖς χαλαζουμένην οἷον καὶ συντριβήσεσθαι μέλλουσαν, ὡς καὶ τῷ φυτουργῷ θρηνηθῆναι διὰ τὸ ἀκαλλές τε καὶ ἄκαρπον. Κἂν καὶ μυρίαις ὅσαις ταῖς ἀνθολκαῖς τῶν κοσμικῶν φροντίδων διεμεμέριστο, καὶ τοῖς ἐκ τοῦ καλάμου θηρίοις, ἀλλὰ δὴ καὶ τοῖς πελαγίοις κήτεσιν ἀντιμαχεῖν ἠναγκάζετο ἐκ θαλάσσης ἅμα καὶ γῆς προσεγχανοῦσι κατὰ ταὐτόν, ἐφ' ᾧ τὸ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς περικαλλέστατον σῶμα διασπαράξασθαι· ὅμως τὰ μὲν ἐν δευτέρῳ τίθεται, τῆς δὲ τῶν διεστώτων τῆς Ἐκκλησίας μερῶν οὐκ ὀλίγη γίνεται φροντὶς προσενώσεως, καὶ τοῦ τὴν ὀρθόδοξον περὶ τοῦ ζητουμένου ἔννοιαν ἀνακαλυφθῆναι μεγίστην ὅτι δείκνυσι τὴν προμήθειαν· εἶναι γὰρ τὴν ἐπὶ τούτοις εἰρήνην ἀπαρχὴν καὶ τῆς τοῦ ἡμετέρου κράτους εἰρηναίας [ἐν] ἅπασι καταστάσεως μετ' εὐελπίστου γνώμης πεπίστευκε. C 4. Hic erat ergo contradicentium invicem dissidentiumque status. Sed a Deo data directaque majestas nostra novum Dei pretiosum Israelem haud neglexit ab Ægyptiacæ malitiæ principe sic divexatum; neque vitem ex ethnicis translatam et jam frondentem, ab absurdarum doctrinarum corruptelis, veluti grandine, verberari perfringique sivit, ita ut vinitori deformitas ejus atque sterilitas deflenda foret. Et quanquam nos innumeris mundanarum curarum fluctibus ferisque palustribus premimur, itemque marinis monstris resistere cogimur, quæ mari simul terraque inhiant ut pulcherrimum Romani imperii corpus dilacerent; attamen, his posthabitis, ad dissidentium Ecclesiæ membrorum revocandam concordiam toti incumbimus: et de orthodoxo controversi dicti patefaciendo sensu maximam gerimus sollicitudinem. Quippe harum rerum concordiam valde confidimus principium fore etiam pacifici dominationis nostræ status. D

ε'. Τοιγάρτοι καὶ τὸν ἁγιώτατον καὶ οἰκουμενικὸν πατριάρχην, μετὰ τῶν ἑτέρων ἁγιωτάτων πατριαρχῶν, τοῦ τε τῆς Θεουπόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας καὶ τοῦ τῆς ἁγίας Σιὼν τῆς πόλεως Ἱερουσαλήμ, συγκαλεσαμένη, καὶ τὴν ἐνδημοῦσαν τηνικαῦτα τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων θείαν καὶ ἱερὰν τῶν τοῦ Χριστοῦ ἀρχιερέων σύνοδον, συναθροίσασά τε τὰς χρήσεις τῶν τὴν τοιαύτην ἐξηγησαμένων φωνὴν θεοφό- 5. Convocatis igitur sanctissimo atque œcumenico patriarcha, aliisque sanctissimis patriarchis, nempe urbis Dei magnæ Antiochiæ, et sanctæ Sionis urbis Jerusalem; nec non ex incolentibus per id tempus regiam metropolim episcopis, divina et sacra Christi episcoporum synodo congregata; auctoritates deiferorum Patrum, qui dictum illud interpretati fuerant, in medium proferri curavimus, diligentique

scrutinio perpendi. Atque hæ quidem rationis igne exploratæ, instar auri obrizi deprehensæ sunt, nihilque subæratum habentes, secus ac nonnullis antea videbatur. Contradicentium autem argumenta dissidentiaque dicta refutata sunt; unicoque omnium capiti Christo corpus Ecclesiæ schismati jam obnoxium apte connexum est et accommodatum; et qui ex eodem regenerationis adoptionisve fonte prodierant, fraterna concordia sententiaque coaluerunt. Hinc definitum fuit, quemadmodum hoc Domini dictum, secundum veterum sacrarum synodorum religiosissima placita, intelligendum sit. Decretum quippe fuit, ut dictum hoc et secundum diversas alias intelligeretur ac prædicaretur a sanctis Patribus editas interpretationes; et simul secundum etiam humanam Christi, creatam, circumscriptam passibilemque naturam, in qua idem Christus passus est, et secundum reliquas hujus naturæ proprietates; ita ut hinc et vera Domini humanitas, id est incarnatio, salva sit, et naturarum in unica persona distinctio cum impermistis proprietatibus retineatur. In isto autem religiosissimo tomo nostra quoque majestas manu propria purpureis litteris scripsit ad verbum sic :

A ρων Πατέρων, εἰς μεσον προτεθῆναι ᾠκονομήσατο καὶ μετ' ἀκριβοῦς βασανισθῆναι κατεξετάσεως. Καὶ γοῦν αἱ μὲν δοκιμασθεῖσαι τῷ τοῦ λόγου πυρὶ ὡς ὅδρυζον χρυσίον εὑρέθησαν, μηδὲν ὑπόχαλκον ἐφελκόμεναι [δ] πρότερόν τισιν ἐνομίζετο · αἱ δὲ τῶν μέχρι τότε ἀντιλεγόντων ἐνστάσεις καὶ ἀσύμφωνοι φωναὶ διαλύονται, τῇ δὲ μιᾷ κεφαλῇ τῶν πάντων Χριστῷ τὸ διασπασθῆναι κινδυνεῦον σῶμα τῆς Ἐκκλησίας συναρμολογεῖται καὶ συμβιβάζεται, καὶ οἱ ἐκ τῆς αὐτῆς κολυμβήθρας υἱοθετηθέντες ἀδελφοὶ ὁμοφωνοῦντες καὶ ὁμογνώμονες γίνονται. Ἐντεῦθεν καὶ ὁρογραφεῖται τὰ περὶ τῆς τοιαύτης τοῦ Κυρίου φωνῆς, ὅπως ἀκολούθως [τοῖς] ἀνέκαθεν τῶν ἱερῶν συνόδων εὐσεβάστοις δόγμασιν ὀφεῖλει παραλαμβάνεσθαι. Κεκύρωται γὰρ κατὰ τὰς διαφόB ρους μὲν ἑτέρας, παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων δὲ καὶ δοθείσας ἐξηγήσεις, νοεῖσθαι ταύτην καὶ λέγεσθαι· οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ κατ' αὐτὴν ἐν τῷ Χριστῷ ἀνθρωπίνην κτιστὴν καὶ περιγραπτὴν φύσιν, καθ' ἣν ὁ αὐτὸς Χριστὸς πάσχειν τότε πεφυκυῖαν καὶ πέπονθε, καὶ τὰς λοιπὰς τῆς τοιαύτης φύσεως ἰδιότητας · ὡς ἐντεῦθεν καὶ τὴν ἀληθῆ τοῦ Κυρίου ἀνθρώπησιν εἶτουν σάρκωσιν σώζεσθαι, καὶ τὸ τῶν φύσεων ἄφυρτον ἐν τῇ τοῦ Χριστοῦ μιᾷ ὑποστάσει συντηρεῖσθαι ἀσυγχύτους τὰς ἰδιότητας. Ἐν δὲ τῷ τοιούτῳ εὐσεβογράφῳ τόμῳ καὶ ἡ βασιλεία ἡμῶν οἰκειογράφοις ἐρυθροῖς ὑπεσημήνατο γράμμασιν, οὕτω πρὸς ἕπος διαλαμβάνουσα ·

6. « Sequor sententias sanctissimorum patriarcharum sacræque et divinæ synodi, aioque ipsam Domini carnem, vi conjunctionis exaltatam supraque omnem honorem collocatam (ita ut hoc eximio nexu deificata sit) immutabiliter, invariabiliter, C inconfuse, inconvertibiliter, hypostaticæ conjunctionis gratia, inseparabilem indivisibilemque manentem, simul cum assumente ipsam Deo Verbo, pari honore coli et adorari, unica adoratione, regioque et divino in solio ad Patris dexteram residere; utpote quæ gloriosas divinitatis dotes adepta est, salvis naturarum proprietatibus. » Atque ita Dominus Jesus Christus, etiam post incarnationem, de indivisibili Trinitate unus, cum sua autem indivisibili una persona duplex, et ex inconfusis naturis compositus, Ecclesiam discordia dividi et contradictione mergi periclitantem, ad unitatem duxit seu reduxit; et tanquam Dei hominumque mediator, cunctos in se ipso reconciliavit.

ς'. « Στοιχῶ ταῖς γνώμαις τῶν ἁγίων πατριαρχῶν καὶ τῆς θείας καὶ ἱερᾶς συνόδου, καὶ λέγω ὅτι σὰρξ τοῦ Κυρίου ἐξ αὐτῆς ἑνώσεως ὑπερυψωθεῖσα καὶ ἀνωτάτω πάσης τιμῆς ὑπερκειμένη, ὡς ἐξ ἄκρας ἑνώσεως [ὁμόθεος] γενομένη, ἀναλλοιώτως, ἀμεταβλήτως, ἀσυγχύτως καὶ ἀτρέπτως, διὰ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν, καὶ ἀχώριστος καὶ ἀδιάσπαστος μένουσα τῷ προσλαβομένῳ αὐτὴν θείῳ λόγῳ, ἰσοκλεῶς αὐτῷ τιμᾶται καὶ προσκυνεῖται μιᾷ προσκυνήσει, καὶ τοῖς βασιλικοῖς καὶ θείοις ἐγκαθίδρυται θώκοις ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρὸς ὡς τὰ τῆς θειότητος αὐχήματα καταπλουτήσασα, σωζομένων καὶ ἰδιοτήτων τῶν φύσεων. « Καὶ [οὕτως] ὁ τῆς ἀδιαιρέτου Τριάδος καὶ μετὰ τὴν σάρκωσιν εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, ἐν τῇ ἀδιαιρέτῳ αὐτοῦ μιᾷ ὑποστάσει διπλοῦς τε καὶ σύνθετος ἐν ἀσυγχύτοις ταῖς φύσεσι, τὴν ἐξ ἀσυμφωνίας διαιρεθῆναι καὶ τῷ τῆς ἀντιλογίας ὕδατι καταβυθισθῆναι κινδυνεύουσαν Ἐκκλησίαν εἰς ἓν συνήγαγε καὶ ἀνήγαγε · καὶ ὡς Θεοῦ D καὶ ἀνθρώπων μεσίτης καὶ νῦν ἐν ἑαυτῷ τοὺς πάντας κατήλλαξεν.

7. Quoniam vero malitiæ pater in clandestinis insidiis residens, atque a tentando hominum genere nunquam desistens, consueta impudentia sua nunc etiam impetum fecit, et juxta vias scandala posuit; denuo is qui Ecclesiæ terram stabili fundamento constituerat, ad hanc e cœlo respexit : et synodica quæstio de supradictis dogmatibus instaurata est : novumque scriptum ab iis qui suspecti erant, editum fuit; propterea quod juberentur de sua conscientia Ecclesiam certiorem facere : cui scripto *singuli manu propria* subscripserunt, anathemati *subjicientes eos qui* contraria sentirent propositis *jam a majestate nostra* sententiis, nec non a san-

ξ'. Ἐπεὶ δὲ ὁ τῆς κακίας πατὴρ ἐν ἀποκρύφῳ τῆς ἐνέδρας καθήμενος, καὶ τοῦ τῶν ἀνθρώπων τῷ γένει ἐπιβουλεύειν οὐκ ἀπεχόμενος, μετὰ τῆς συνήθους καὶ αὖθις ἀναιδείας προσέβαλε καὶ ἐχόμενα τρίβων ἔθετο σκάνδαλα, πάλιν ὁ θεμελιῶν τὴν τῆς Ἐκκλησίας γῆν ἐπὶ τὴν ἀσφάλειαν αὐτῆς ἐξ οὐρανοῦ πρὸς ταύτην ἐπέβλεψε · καὶ συνοδικὴ πάλιν ἐπὶ τοῖς λεγομένοις γίνεται κατεξέτασις, καὶ γράμματα πάλιν ἐκτίθεται παρὰ τῶν ἐν ὑποψίᾳ [μὲν] γεγονότων, πληροφορῆσαι δὲ τὴν Ἐκκλησίαν ἀπαιτηθέντων περὶ τῆς ἑαυτῶν συνειδήσεως · ἐν ᾧ καὶ ἕκαστος [τούτων] οἰκειογείρως ὑπέγραφεν, ἀναθέματι καθυποβάλλων τοὺς ἐναντία φρονήσαντας τοῖς

προεκτεθείσαις τῆς ἡμῶν βασιλείας γνώμαις καὶ τῶν ἁγιωτάτων πατριαρχῶν καὶ τῆς ἱερᾶς καὶ θείας συνόδου, ἀφ' οὗ τὸ κῦρος ἐδέξαντο, καὶ οὕτω διὰ βίου φρονήσοντας. Πρὸς δὲ τούτοις καὶ τοὺς τῇ κενώσει μόνῃ τὴν τοιαύτην φωνὴν προσαρμόζοντας ἢ τῇ κατὰ ψιλὴν ἐπίνοιαν διαιρέσει, ὅπότε [ἡ] τοῦ Κυρίου σὰρξ ὡς μηδὲ τῇ θεότητι ἑνωθεῖσα καθ' ἑαυτὴν νοεῖται καὶ κρίνεται (καθ' ὃν τρόπον καὶ δούλη καὶ ἀγνοοῦσα λέγεται), οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοὺς [λέγοντας] τὴν τοιαύτην φωνὴν παρὰ τοῦ Κυρίου ῥηθῆναι τὸ τῆς κοινῆς φύσεως τῶν ἀνθρώπων ὑποδυομένου πρόσωπον, ὥσπερ καὶ ἐγκαταλειφθῆναι παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐπὶ σταυροῦ κρεμάμενος ἀνεκέκραγεν· ὅπερ οἱ θεῖοι Πατέρες προσώπῳ τῆς κοινῆς τῶν ἀνθρώπων φύσεως λεχθὲν ἐκλαμβάνονται (ἐκείνης γὰρ πάντως ἡ ἐγκατάλειψις, ἣ ταῖς ἁμαρτίαις ὑπόδικος γέγονεν· οὐ [γὰρ δὴ] Χριστοῦ αὐτοῦ, ὃς [ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν οὐδὲ] εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ), καὶ τοὺς τοιούτους οὖν [ἅπαντας] ὑποδίκους ἔθεντο τῇ καταδίκῃ τοῦ ἀναθέματος. Ἐπὶ δὲ τῷ τοιούτῳ γράμματι καὶ συνοδικὸν γράμμα προέβη, τὰ συναχθέντα διαγράφον ἀριδηλότατα.

A etissimis patriarchis, sacraque et divina synodo, ex quo sanctionem hæ accepissent; seque ita in posterum credituros confirmarunt. Præterea illos qui ad unam exinanitionem hoc dictum referunt, vel ad simplicem intellectualem præcisionem, qua Domini caro, tanquam ne unita quidem divinitati, ipsa per se cogitatur et reputatur; secundum quam rationem serva quoque et inscia dicitur: insuper et eos qui dicunt hanc locutionem a Domino fuisse prolatam quatenus communis naturæ hominum personam gerebat; ita ut etiam se derelinqui a Patre in cruce fixus exclamaverit; quam exclamationem divi Patres in persona communis hominum naturæ factam intelligunt: hæc enim reapse derelicta fuit, quæ peccatis se obnoxiam fecerat; B non autem Christus, qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus: hos quoque, inquam, omnes sententia anathematis perculerunt. Super hujusmodi autem scripto conditum est synodicum decretum, quod omnia constituta perspicuo ordine continet.

8. Καὶ νῦν ἰδοὺ κατὰ τὴν ἐν Ἄσματι νύμφην ἡ τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησία προφαίνουσα τὴν πνευματικὴν αὐτῆς ἀγαλλίασιν, *Ὁ χειμὼν*, φησὶ, *παρῆλθε* δι' οὗ ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν ἀπεψύγετο, *ὁ ὑετὸς ἀπῆλθεν*, αἱ ῥαγδαιόταται τῶν ἀντιθέων ἐπιφοραὶ διελύθησαν, *τὰ ἄνθη* τῆς ἀληθείας ὤφθη *ἐν τῇ γῇ*. Τὴν γὰρ τοῦ Νυμφίου φωνὴν ἠκουτίσθη, ὅτι ἡ φωνὴ αὐτοῦ ἡδεῖα· ἡ γὰρ τοῦ Κυρίου φωνὴ, περὶ ἧς ἡ ζήτησις ἦν, τοῖς ὀρθοῖς τῶν τῆς ἀληθείας κηρύκων κρατυνθεῖσα λόγοις ἀπεδόθη τοῖς αὐτῆς τροφίμοις μετὰ τῆς εὐσεβείας κηρύττεσθαι· καὶ ἰδοὺ νῦν αἱ νεφέλαι παρῆλθον ἀπὸ τῆς τηλαυγήσεως τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς τὸ σκότος τῆς ἀγνοίας λύσαντος καὶ σκεδάσαντος· καὶ τὸ τοῦ σκανδάλου αἴτιον διελύθη καὶ τῶν ἡμετέρων τρίβων μετήρθη, καὶ οἱ πόδες ἡμῶν ἐν εὐρυχώρῳ τῆς ἀληθείας ἑστήκασιν, καὶ ὁ τὴν πτέρναν τηρῶν τῆς καρδίας ὄφις καταπεπάτηται· καὶ μία γέγονεν Ἐκκλησία κοινῶς δοξολογοῦσα τὸν Κύριον.

8. Et nunc ecce, instar sponsæ Canticorum, Christi Ecclesia spiritalem suam præ se ferens pulchritudinem, *Hiems*, inquit, *transiit*, qua charitas multorum refrixerat; *imber abiit*, violenti scilicet controversiarum impetus; *flores* veritatis *in terra apparuerunt* [1]. Vocem quippe Sponsi inaudiit, quæ sane dulcis est. Etenim Domini vox, de qua lis fuerat, rectis veritatis præconibus roborata, tradita C est alumnis suis ut cum sana pietate prædicetur. Et ecce jam nubes transierunt ob veri luminis splendorem, quo ignorantiæ tenebræ solvuntur ac dissipantur. Scandalorum lapides e viis nostris ejecti sunt; pedes nostri in latitudine veritatis consistunt; et qui cordis calcaneum observat serpens calcatus fuit; unaque facta est collaudantium Dominum Ecclesia.

9. Διὸ δὴ καὶ ἡ βασιλεία ἡμῶν καὶ νῦν ἐπικυροῦσα τὰ παρὰ τῶν ἁγιωτάτων πατριαρχῶν καὶ τῆς συνειλεγμένης θείας καὶ ἱερᾶς ταύτης συνόδου ὁροθετηθέντα, καὶ βεβαιότατα διαμένειν ἐθέλουσα, τὸ παρὸν εὐσεβὲς ἐκτίθεται ἴδικτον, δι' οὗ καὶ πᾶσι D τοῖς ὑπὸ τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐπικράτειαν ταύτης ἔχεσθαι τῆς ὁρθοδόξου γνώμης παρακελεύεται. Εἰ δέ τις ἐναντιοφρονῶν αὐτοῖς φωραθήσεται καὶ τὴν παροῦσαν ἡμῶν [εὐσεβῆ] γραφὴν παραλογιζόμενος, εἰ μὲν ἐπίσκοπός ἐστιν ἢ κληρικὸς ἢ μοναχὸς, τὸν τοιοῦτον θεσπίζομεν τῷ τῆς καθαιρέσεως ἐπιτιμίῳ καθυποβάλλεσθαι· εἰ δὲ τῶν ἐν ἀξιώμασι καὶ τῶν ἐντελεστέρων τελεῖ, δημεύσει τε ὑποκεῖσθαι, καὶ τῇ ἀφαιρέσει τοῦ ἀξιώματος· εἰ δὲ τῆς τῶν ἰδιωτῶν μερίδος καθέστηκεν, ὑπερορίαν τῆσδε τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων καὶ πάσης ἁπλῶς κατακρίνεσθαι πόλεως, καὶ ἐπὶ πᾶσι [τούτοις] τῇ αὐστηρότητι τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων ὑπάγεσθαι.

9. Quamobrem nostra quoque majestas et nunc sanciens ea quæ a sanctissimis patriarchis congregataque dia et sacratissima synodo definita fuerunt, eademque firmissima manere volens, hoc pium proposuit edictum. Unde et cunctis qui Romano parent imperio, ut hanc retineant sacram fidem mandamus. Si quis autem contrarium sentire deinceps deprehendetur et hanc nostram piam scripturam violare, si quidem episcopus fuerit, aut clericus, aut consecratus monachus, hunc mandamus depositionis judicio esse subjiciendum. Sin autem e majoribus dignitatibus quispiam, honorem ei bonaque erepta volumus. Sin denique privatus homo fuerit, exsilio ex urbe non solum regia, verum omni prorsus multetur: et præterea severitatem sacrorum divinorumque canonum experiatur.

Μηνὶ Ἀπριλίῳ ἰνδικτιῶνος ιδ' τοῦ, ϛχοδ' ἔτους.

Mense Aprili, indictione 14, anno 6674.

[1] Cant. II, 11.

XVII.

AUREA BULLA CONFIRMANS CONVENTIONEM CUM GENUENSIBUS (30).

Quandoquidem venerabilissimus Archiepiscopus civitatis Janue et sapientissimi Consules et universum Commune ejusdem civitatis mittentes ad Imperium meum sapientem nuncium eorum Amicum de Murta dederunt ei potestatem tractare et conventare cum Imperio meo de quibus voluerint : ille autem ad Imperium meum perveniens et de his negociis sufficienter tractans hanc convencionem hic ostensam fecit, et sacramento eam confirmavit, que et sicut habentur de verbo in verbum :

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti amen. Ego Amicus de Murta, civis Janue, legatus ab Archiepiscopo civitatis Janue et a Consulibus et ab omni Communi civitatis Janue, accipiens potestatem et injunctum ab eis ut, quicquid juravero et convenero vice Janue cum sanctissimo et excellentissimo Imperatore Romeon Porfirogenito Domino Hemanuele Comino, firmum et ratum erit hoc ab eis : hanc presentem convencionem facio et juro ex voluntate Archiepiscopi et Consulum et tocius Communis civitatis Janue ad sanctissimum Dominum Imperatorem Porfirogenitum Dominum Hemanuelem Cominom et ad omnes heredes et successores Imperii ejus et Romaniam sicut significabitur.

Quum (31) *ab hodie et in antea usque in sempiternum donec mundus steterit non erunt Januenses contra Imperium ejus vel contra ejus heredes et successores vel contra Romaniam vel contra aliquam terram ipsius Imperii, quam nunc habet vel quam in antea Domino adjuvante acquisierit, neque per consilium neque per pecuniam neque per stolum idem* (32) *per navalem exercitum neque ullo aliquo modo, neque Januenses hoc facient neque aliqua conjungentur justa vel injusta occasione alicui homini coronato vel non coronato, qui sit vel qui erit, christiano vel pagano, viro vel mulieris* (33), *qui mori vel vivere possit : sicut de capitulo coronati tractatum est in curia Domini Imperatoris, et intellectum et interpretatum est mihi et a me confirmatum ad honorem et proficuum ejus Imperii et Romaniae, sicut et ego debeo hoc interpretari Januensibus ut et in antea sic istud capitulum intelligatur et observetur.*

Et numquam facient Januenses dampnum alicujus terre Imperatoris et persone ejus vel heredum et successorum ejus. Neque facient diminucionem imperii sui vel honori (34) *ejus neque inquirent hanc per se vel aliter, sed maxime si aliquid tale intellexerint in terra Janue, debeant hoc disturbare. Et si ab aliquibus fuerit assultus factus vel obsessio contra aliquam terrum Imperatoris, Januenses qui in terris illis fuerint inventi, bona fide sine dolo et fraude debent illas deffendere et custodire ad honorem domini Imperatoris et heredum ipsius. Si vero aliquis alicujus inimici ex parte aliqua aliquando pervenerit Christiani vel Saraceni sive pagani versus aliquas partes Imperatoris usque ad numerum centum galearum vel plus, universi Januenses qui tunc inventi fuerint in terris Romanie, debent intrare in galeris domini Imperatoris cum consuetis soldis curie domini Imperatoris quos consuevit dare Latinis, et ire contra supradictum stolum cum galeris Grecorum, et non revertentur, donec illud servicium compleatur et Grecorum galere revertantur vel in Constantinopolim vel in aliam terram domini Imperatoris. Verumtamen quando predicti Januenses debent moveri, habebunt licentiam relinquendi in custodia navium et rerum suarum homines XX quos maluerint vel elegerint. In propriis vero galeris ibunt Januenses quot armare poterint. Si vero Januenses in aliqua terra domini Imperatoris neque unam galeram armare poterint, omnes in eam intrabunt et complebitur numerus galere ex alia gente sufficienter.*

Quandocunque vero dominus Imperator voluerit Januam mittere pecuniam vel res vel homines ejus, galeras sive naves, contra quemcumque miserit ea Christianum sive paganum coronatum vel non coronatum, ut ex debito debeant Januenses honorifice eam (35) *recipere, et deffendere in terra sua et custodire secundum voluntatem hominum domini Imperatoris, qui cum eis erunt, omnem pecuniam et res missas, homines, galeras et naves, quanta et qualia erunt, ab omni homine coronato et non coronato : debentes et hic intelligere capitulum de coronato sicut superius interpretatum est, ad servicium et honorem domini Imperatoris et Romanie.*

Et non impedient umquam Januenses dominum Imperatorem et heredes vel successores ejus ad acquirendas terras aliquas, preter jus quod habent in terra Surie sive ex bello sive ex emptione seu aliquo alio modo. Si vero et in his ex parte domini Imperatoris custodietur Januensibus justitia eorum, neque in his debent impedire dominum Imperatorem facere in his quicquid voluerit.

De offensionibus vero quas forsasse Januenses fecerint in terris domini Imperatoris Grecis vel aliis gentibus que non sint Januenses, debent judicari in curia domini Imperatoris, sicut Venetici et cetere Latine gentes. Si vero contigerit Januenses aliquos depredari aliquando vel aliter ledere aliquam terram domini Imperatoris vel homines ejus, dabitur super hoc noticiam (36) *Janue civitati ab Imperatore sive per litteras sive per nuncium, et dabunt operam sine*

(30) Anno 1170. — Edidit ex archivo Genuensi Sauli della colonia dei Genov. in Galata II p. 188.
(31) Malim : *Quod.*
(32) *Imo legendum : id est.*
(33) Legerim : *mulieri.*
(34) Lege : *honoris.*
(35) Malim : *ea.*
(36) Lege : *noticia.*

dolo et fraude invenire eos et facere ex eis justiciam et vindictam ad honorem domini Imperatoris spectantem. Si forte isti malefactores inventi non fuerint, similiter fiat vindicta in bonis eorum.

Hanc conventionem et que in ea scripta sunt capitula omnia debent habitatores tocius civitatis Janue a majore usque ad minorem observare domino Imperatori Romeon Porfirogenito domino Hemanueli Comnino et omnibus heredibus et successoribus ejus et Romanie, donec mundus steterit. Et omnes futuri Consules Janue aliter fieri non debent consules, nisi prius juraverint cum consilio et consensu archiepiscopi et nobilium et communis tocius Janue sacramentum factum in hac conventione, quatenus observetur ista conventio rata et inconcussa. Neque unquam Januenses dimittent hanc conventionem vel facient contra eam, neque pro ecclesiastica excommunicatione neque pro precepto alicujus hominis coronati vel non coronati, quemadmodum dominus Imperator et heredes ejus et successores Imperii sui debent observare semper, que ab Imperio suo per presens crisobolum [logon] promissa sunt civitati Janue, que sic habentur.

« Propter (37) enim gratiam et bonam voluntatem quam habet dominus sanctissimus Imperator Romeon ad habitatores civitatis Janue, et propter servicium et fidem quam manifestant complere ad Imperium ejus et Romaniam in sempiternum et semper, promittit Imperium dare civitati Janue embolum et scalam et ecclesiam ultra Constantinopolim in loco qui dicitur Orcu in loco bono et placabili. Et dare civitati Janue et communi propter solempnias singulis annis perperos D et pallia duo, et archiepiscopo Janue perperos LX et pallium unum. Et dabuntur modo simul civitati et communi Janue solemptias (38) annorum XXVI propter expensas que eis imminent. Et ut debeant commercium dare sic : videlicet in Constantinopolim de centum quatuor, in aliis vero terris Romanie sicut ceteri Latini dant commercium. Custodientur vero Januenses et res eorum integre in omnibus terris domini Imperatoris. Si vero lesio aliqua eis ab aliquo illata vel facta fuerit, invenient justiciam ab Imperio ejus secundum quod decens est. Sed et statim quod reclamationem fecerint contra aliquem Grecum vel aliam gentem coram Imperatore, invenient justiciam in curia Imperii sui. Habebunt vero potestatem naves Januensium negociari in omnibus terris ubicumque voluerint, preter in Ruziam et in Matica, nisi forte ab ejus Imperio specialiter hoc fuerit eis concessum. Si autem Januenses res suas in Constantinopolim introduxerint, easque vendere non voterint, fiet de rebus eorum sicut consuetudo est fieri in aliis Latinis qui dant commercium. Et si aliqua navis Januensium, a quacumque parte venerit, naufragium passa fuerit in Romaniam et contigerit de rebus ejus auferri eis ab aliquo, fiat preceptum Imperii ejus vindicandi et recuperandi res amissas. Adhuc et istud preceptum est quum si contigerit Januenses offendere aliquem modo aliquo, non debent judicari ab aliqua alia gente nisi a curia domini Imperatoris presidente, judicante videlicet aliquo de consanguineis Grecis Imperatoris vel de hominibus ipsius. Neque tenebitur in captione faciens injuriam ante judicium si dederit [fidejussorem : si vero fidejussorem non dederit, tenebitur quidem in custodia, extraetur tamen et judicabitur donec judicium manifestum et finis judicii fuerit in ipso. Preterea expletis quinque annis mittetur camerarius domini Imperatoris ad vindictam faciendam Januensibus, si ipsi per damnacionem domino Imperatori fecerint. »

Ista omnia in presenti carta significata conventio ego prenominatus nuncius civitatis Janue Amicus de Murta et juro sine fraude et malo ingenio, ex precepto et voluntate archiepiscopi, consulum et tocius civitatis communis civitatis Janue communis (39) confirmari et observari ab eis et jurari et firma et stabilia custodire in sempiternum et semper.

Quandoquidem presentem sinphoniam et conventionem prenominatus nuncius fecit et sacramento hanc confirmavit, ecce et Imperium meum per presens crisobolum [logon] ejus, quum, si universitas Januensium, videlicet archiepiscopus consules et multitudo tocius communis, hanc convencionem recipientes secundum consuetudinem eam complebunt et per scriptum fecerint et juraverint quod secundum prescriptas ejus distinctiones et capitula observabunt eam incorruptam et immobilem usque in sempiternum et semper ad honorem Imperii nostri et Romanie, firma observabuntur ab Imperio nostro que ab eo promissa sunt Januensibus, que superius sunt significata, donec videlicet firmiter et indissolubiliter observabuntur que ab eis conventata sunt Imperio meo et Romanie. Presente grisoboliologo Imperii mei firmiter et stabiliter perseverare debente, facto mense octubris presentis terciae indictionis anno [VI] M[DC]LXXVIII (40), in quo et nostrum clementissimum et a deo concessum signavit imperium vel potestas.

Subscriptio proprie manus Imperatoris : Manuel in Christo deo fideliter Imperator Porfirogenitus et aftocrator Romeon o Cominos.

(37) Sequitur tenor chrysobulli anterioris, videlicet ejus quod a. 1155 datum est. Cf. supra Nov. VIII.

(38) Forte *solempniae*.

(39) Hic corruptelam inesse patet.

(40) Apud Sauli l. l. est : M. . . . . LXXVIII. Silvestre de Sacy in *Mém. de l'Instit. Cl. d'Hist.* III p. 103 legisse videtur VIMDCXCVIII, eumque numerum in 6688 mutandum esse putat. Sed datum fuit hoc chrysobullum indictione 3, quæ quidem incidit inter a. 1155 (cf. not. 37) et legationem Grimaldi a. 1174 susceptam (cf. Sauli l. c. p. 188), ut annus a. o. c. 6688 indicari debuerit. Z. A L.

XVIII.

DE EPISCOPIS CONSTANTINOPOLI VERSANTIBUS (41).

Ut autem episcopi illi qui citra rationabilem causam ultra annum secundum novellam 123, aut ultra semestre tempus secundum canonem 160 concilii primi et secundi in æde Sanctorum Apostolorum coacti, Constantinopoli hærent, deponantur : [id vero] abrogatum est per jussionem celeberrimi imperatoris domni Manuelis Comneni, quæ edita est mense Septembri, indictione VII, *et hæc constituit in hæc verba:*

Ubi igitur imperatoria mea majestas hæc expendit, ad præsentem dispositionem etiam invita descendere coacta est : ac sancit per præsentem hanc jussionem, ne sacerrimi episcopi citra inevitabile aliquod impedimentum et evidenter rationabilem causam, longiore tempore, quam a piis legibus divinisque canonibus præfinitum est, in magna urbe commorentur : aut alioqui vel inviti ab illa ejicientur. Verum ipsorum in magnam urbem introitus secundum veterem ex canonibus et legibus ortam fieri debet consuetudinem.

Τὸ δὲ καθαιρεῖσθαι τοὺς ἐπέκεινα χρόνου κατὰ τὴν τοιαύτην ῥητ' νεαρὰν, (42) ἢ ἐπέκεινα ἓξ μήνου κατὰ τὸν ις' κανόνα τῆς ἐν τῷ ναῷ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων συστάσης α' καὶ β' συνόδου διατρίβοντας ἐπισκόπους εἰς Κωνσταντινούπολιν χωρὶς εὐλόγου αἰτίας, ἀνῃρέθη διὰ προστάξεως τοῦ δοσιλόγου βασιλέως κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Κομνηνοῦ, ἀπολυθείσης κατὰ μῆνα Σεπτέμβριον ἰνδ. ζ', καὶ διοριζομένης ταῦτα ῥητῶς.

Ταῦτα τοίνυν ἀναλογισαμένη ἡ βασιλεία μου πρὸς τὴν παροῦσαν ἐλθεῖν οἰκονομίαν ἠναγκάσθη καὶ ἄκουσα καὶ θεσπίζει διὰ τοῦ παρόντος αὐτῆς προστάγματος μὴ πλείονα τοῦ παρά τε τῶν φιλευσεβῶν νόμων καὶ τῶν θείων κανόνων ὑφαπλωθέντος καιροῦ τοῖς ἱερωτάτοις ἀρχιερεῦσιν ἐνδιατρίβειν δίχα τινὸς ἀπαραιτήτου ἐμποδισμοῦ ἐν τῇ μεγαλοπόλει καὶ προφανοῦς εὐλόγου προφάσεως, ἢ μὴν καὶ ἄκοντες τῆς μεγαλοπόλεως ἐκβληθήσονται. Ἡ (43) μέντοιγε ἐν τῇ μεγαλοπόλει εἰσέλευσις αὐτῶν ὀφείλει γίνεσθαι κατὰ τὴν ἐκπαλαι κανονικῶς καὶ νομίμως κρατήσασαν συνήθειαν.

XIX.

DE TOMO SISINNII PATRIARCHÆ (44).

De tomo Sisinnii, qui est de nuptiis duorum fratrum cum duabus consobrinis : publicata mense Junio, indictione VIII.

Ut utraque recte serventur et colantur, imperialium et pontificiarum jussionum majestas, legumque et canonum subtilitas; nec scriptum illud omnino est abrogandum, nec rursus permittendum ut ratum sit. Sed media quadam, et regia, ut aiunt, via est incedendum : et utrumque est conservandum, nempe et reverentia, quæ debetur antistiti, qui illum tomum conscripsit ; et imperatoribus, qui illius decisionis meminerunt, et videndum, ne quid, quod a legibus canonibusque discrepet, suadeatur ; quod hæc induxit decisio. Oportet enim contractum ea decisione introductum, jam quidem etiam ante interrogationem perfectum non dissolvi, sed eos, qui sic matrimonio conjuncti sunt, pœnis impositis gravari, judicio et examinatione illius loci antistitis, et conservari conjugium. Quod si prius sciscitatum accesserint, non concedere sine convenientibus pœnis et mandatis, propter eam, quæ superius dicta est, reverentiam. Nec libere, ac secure, nullaque [ad eos retardandos] allata causa sciscitantibus permittere, sed cum mandato ; vel ipsos potius ab Ecclesia, dictæ decisionis, et eorum

Περὶ τόμου τοῦ Σισιννίου, τοῦ περὶ γάμου δυοῖν ἀδελφοῖν μετὰ δυοῖν ἐξαδέλφαιν, ἀπολυθεῖσα κατὰ μῆνα Ἰούνιον, ἐπινεμήσεως η'.

Ὡς ἂν οὖν καὶ ἀμφότερα καλῶς περιφυλαχθῶσι καὶ σεβασθῶσιν, ἥ τε μεγαλειότης τῶν βασιλικῶν τε καὶ ἀρχιερατικῶν διαταγμάτων καὶ ἡ τῶν νόμων καὶ ἡ τῶν κανόνων ἀκρίβεια, μήτε παντελῶς δοτέον τῷ τόμῳ τούτῳ τὴν λύσιν, μήτε πάντη ἐπιτρεπτέον αὐτῷ καὶ αὖθις τὸ ἐνεργόν· ἀλλὰ τὴν μέσον βαδιστέον (ὅ φασι) καὶ βασιλικὴν, καὶ ἄμφω συντηρητέον, τό τε περὶ τὸν τομογράφον ἐκεῖνον ἀρχιερέα σέβας καὶ τοὺς ἐπιμνησθέντας τοῦ τόμου αὐτοῦ βασιλεῖς, καὶ τὸ μηδένα τοῖς νόμοις ἀπᾴδον καὶ τοῖς κανόσι προφέρεσθαι, ὅπερ ὁ τοιοῦτος τόμος εἰσήνεγκε. Χρὴ γὰρ τὸ ἀπὸ τοῦ τοιούτου τόμου εἰσενηνεγμένον συνάλλαγμα, ἤδη μὴν συτελεσθὲν καὶ πρὸ ἐρωτήσεως, μὴ διασπᾶσθαι, ἐπιτιμίοις δὲ τοὺς οὕτως εἰς γάμον ἁρμοσθέντας βαρύνεσθαι, κατὰ τὴν κρίσιν καὶ δοκιμασίαν τοῦ κατὰ τόπον ἀρχιερέως, καὶ συντηρεῖσθαι τούτοις τὸ συνοικέσιον· φθάσαν δὲ πεσεῖν εἰς ἐρώτησιν, μὴ ἐνδίδοσθαι χωρὶς τῶν ἀνηκόντων ἐπιτιμίων καὶ ἐντολῶν, δι' ὃ σέβας ἄνωθεν εἴρηται, μηδὲ ἀδεῶς καὶ ἀνυποστόλως καὶ ἀναιτίως τοῖς ἐρωτήσασιν ἐπιτρέπεσθαι, ἀλλὰ μετὰ ἐντολῆς, μᾶλλον δὲ καὶ ἀνάμνησιν τοῦ ῥηθέντος τόμου παρὰ τῆς

(41) Anno 1174. — Hujus Novellæ pars, quam infra damus, servata est in Bals. comm. ad Phot. VIII, 2. Qui locus cum commentario ad Photii Nomocanonem sive ab ipso Balsamone sive a recentiori scholiasta post mortem Manuelis (τοῦ δοσιλόγου βασιλέως) adjectus sit, virisimile est, hocce πρόσταγμα imperatoris tum, cum commentarium ipsum conscriberet Balsamon, nondum promulgatum fuisse, et proinde ind. VII, qua editum esse dicitur, in finem imperii Manuelis incidere, id est an. 1174 convenire videtur. Z. a L.

(42) Scil. Nov. Justiniani 123, c. 9.

(43) Hæc verba ἡ μέντοιγε, ktl. Balsamonis scholiastæve sint, an Novellæ nostræ partem faciant, dubitare est. Z. a L.

(44) Tomus P. Sisinnii de impedimento matrimonii ob affinitatem sexti gradus a. 997 promulgatus, ad quem imperator respicit, editus est in tomo CXIX *Patrologiæ* nostræ, col. 727.

Ἐκκλησίας λαμβάνειν αὐτοὺς καὶ τῶν ἐν αὐτῷ διατεταμένων. Καὶ εἰ μὲν τὸ θέσπισμα τιμᾷν προαιρούμενοι καὶ τὰ ἐν αὐτῷ διειλημμένα φυλάττειν ἀπαρασάλευτα βούλοιντο, ἐπαινετέοι πάντως εἰσίν· εἰ δὲ τὸ παρ' αὐτοῦ κεκωλυμένον διαπράττεσθαι προαιροῖντο, ἐχχωρηθήσονται μὲν τοῦτο ποιεῖν, πλὴν ὅμως τοῖς προσήκουσιν ἐπιτιμίοις καθυπαγόμενοι.

A quæ in illa decernuntur, commemorationem accipere. Et si decretum quidem honorare volentes, quæque in eo comprehensa sunt velint inconcussa servare, sunt omnino laudandi; sin autem quod ab eo vetitum est velint agere, hoc eis facere permittetur, convenientibus tamen eis prius pœnis impositis.

XX.

NOVELLA DE POSSESSIONIBUS MONASTERIORUM (45).

Laudatur a Bals. ad c. 12 syn. Nic. II his verbis: Ἀπελύθη κατὰ τὸν Ἰούνιον μῆνα τῆς θ' ἰνδ. Τοῦ ,ςχπδ' ἔτους πρόσταγμα βασιλικὸν, ἀνατρέπον σχεδὸν τὸ τοιοῦτον εὐσεβέστατον καὶ εὐεργετικώτατον χρυσόβουλλον (46), κἀπὶ οἰᾷ τοῦτο πάντα τὰ μοναστηρικὰ ἀκίνητα ὑπὸ τῶν ἀναγραφέων ἠρπάζοντο.

(46) Spectant hæc ad Nov. II supra.

ANNO DOMINI MCLXXXIII.

ALEXII COMNENI II

IMPERATORIS

NOVELLA CONSTITUTIO.

NE MONASTERIORUM IMMOBILIA DESCRIBANTUR.

Ἡ βασιλεία μου, τῆς ἐκ τῶν ὑμετέρων εὐχῶν συνάρσεως χρῄζουσα καὶ ἐν πᾶσι κατ' ἴχνος βαίνειν τοῦ ἐν μακαρίᾳ τῇ λήξει βασιλέως αὐθέντου καὶ πατρὸς αὐτῆς θέλουσα, καὶ τὸ περὶ τοὺς ἀνατεθειμένους ὑμᾶς τῷ Θεῷ εὐεργετικὸν ἐκείνου μιμεῖσθαι προῄρηται· ταύτῃ τοι καὶ διὰ μιᾶς ταύτης τῆς ἐφ' ὑμῖν ἀγαθοποιΐας καὶ τῷ βασιλεύσαντι ταύτην Θεῷ χαρίζεται, καὶ τῇ τοῦ αὐθέντου καὶ πατρὸς τῆς βασιλείας μου ἁγίᾳ ψυχῇ, καὶ τῷ ἡμετέρῳ δὲ κράτει τῆς εἰς τὸ ἀγαθὸν προκοπῆς ὑποβάθρα καὶ θεμέλιος τίθεται.

B Imperium meum ex vestris precibus auxilio indigens, et vestigiis domini et patris sui bonæ memoriæ volens insistere, illius quoque in eos qui sunt Deo dedicati, beneficentiam imitari constituit. Ideo per hanc unam in vos beneficentiam et Deo, qui ipsum imperatorem fecit, gratificatur et imperatoris ac patris nostri sanctæ animæ: et nostræ potentiæ profectus in bonum basim ac fundamentum ponit.

α'. Καὶ ἐπικλινὴς τῇ ὑμῶν γενομένῃ αἰτήσει, τὸ ἐνεργὸν ἔχειν καὶ ἀπαρασάλευτον καὶ ἀμετακίνητον τοὺς ἐπ' εὐεργεσίᾳ τῶν καθ' ὑμᾶς μονῶν ἀπολυθέντας τρεῖς χρυσοβούλλους λόγους παρὰ τῆς ἁγίας ἐκείνου βασιλείας διορίζεται, καὶ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἀμετακινήτως μένειν δυνάμεως ἐφ' ἧς κατὰ τὴν ἀρχὴν ἐξετέθησαν· καὶ τὰ ἀκολούθως δὲ τούτοις προβάντα τῆς παραδόσεως πρακτικὰ τὸ ἀσφαλὲς ἐπιφέρεσθαι, κἂν μετὰ διετίαν γεγόνασι, κἂν ἴσως τινὰ τούτων τῆς προσφόροις σεκρέτοις καταστρωθῆναι οὐκ ἔφθασαν· τῶν εἰς ἑρμηνείαν ἢ ἀνατροπὴν τῆς τῶν χρυσοβούλλων δυνάμεως· μερικὴν ἢ καθόλου ἀπολυθέντων παντοίων προσταγμάτων τῶν καὶ ἐν τῇ ὑπομνήσει ὑμῶν δηλουμένων, κἂν ὅπως ἅρα καὶ ἀπελύθη-

C 1. Et vestræ petitioni se inclinans, ut vim suam habeant, sintque stabiles, firmæ ac immobiles, quæ de vestris monasteriorum beneficiis, aureæ tres bullæ emissæ sunt a sancta illius majestate, decernit: et ut in eodem robore immobiliter permaneant, in quo a principio expositæ sunt, et quæ iis consequenter processerunt traditionis acta, securitatem referant, etiamsi post biennium facta fuerint: licet fortasse quædam eorum in convenientibus secretis prius positæ non fuere: iis, quæ ad interpretationem vel subversionem virium bullarum aurearum particularem vel generalem editæ sunt; jussionibus, quæ in vestra suggestione declarantur, quomodocunque emissæ fuerint, per hoc responsum

(1) Anno 1181.

inutilibus invalidisque redditis, et perinde ac si ne essent quidem omnino, reputatis.

2. Cessabit autem et quæ huc usque vestris monasteriorum immobilibus in Thracia et Macedonia sitis, insultavit practorici et catepanici usus exactio, stuppæque et axungiæ redemptio et exactio: tanquam per hanc præsentem resolutionem excisæ et radicitus exstirpatæ, et eo redactæ, ut nec sint, nec nominentur : prætoribus, et exactoribus, et catepanis, et iis, qui stuppæ et axungiæ redemptionem vel exactionem exercent; iisque qui illis ministrant, sic ejusmodi immobilia prætercurrere debentibus, perinde ac si ne in suis quidem omnino regionibus sita essent : utpote quæ non sint a fisco omnino requirenda in omnibus, quæ hoc modo decreta sunt ipsi, ab initio hodierni diei repetiti diurni, et deinceps in omne ac perpetuum tempus, suscepta sine contradictione; nec habeantur pro descriptis in publicis actis. Licet autem non descripta sint in actis, sed alio quo modo agnita, et sic recepta.

3. Si quis autem præterea, quæ constituta sunt his aureis bullis, et præsenti solutione mei imperii, fuerit ausus aliquid exsequi in quibusvis possessionibus immobilibus vestrorum monasterorium, præterquam quod læsæ majestatis tenebitur reus (sicut his aureis bullis definitum est), ab eminentissimo quoque temporis illius mystico illatum cuipiam vestrarum possessionum damnum sarcire compelletur. Monasteriis quoque omnibus vicissim curæ erit, tam iis quæ sunt intra urbem, quam quæ extra, sub terminis iis aureis bullis comprehensis imperatoris bonæ memoriæ inclyti domini et patris imperii mei, ea peragere, quæ in vestra suggestione declarata sunt : nisi velint tali excusatione privari, eo quod semel ea neglexerint.

ὑμῶν διεδήλωται, εἰ μὴ βούλονται τῆς τοιαύτης ἐξουσσείας διαπεσεῖν ἐκ τοῦ ἅπαξ τούτων καταλῆσαι.

σαν, τὸ ἄπρακτον καὶ ἀνίσχυρον ἀποφερομένων διὰ τῆς παρούσης λύσεως, καὶ ὥσπερ εἰ μηδὲ ὅλως γεγόνασι λογιζομένων.

β'. Ἀρτήσει δὲ καὶ ἡ μέχρι τοῦ νῦν ἐπεισκωμάσασα τοῖς ὑπὸ τὰς καθ' ὑμᾶς μονὰς ἀκινήτοις, τοῖς κατὰ τὸ θέμα Θράκης καὶ Μακεδονίας διακειμένοις, ἀπαίτησις τῆς τε πρακτορικῆς καὶ κατεπανικῆς γύρας καὶ χρείας, καὶ ἡ στυπίου καὶ ἀξουγγίου ἐξώνησις ἡ ἀπαίτησις, ὡς διὰ τῆς παρούσης λύσεως ἐκκοπτόμεναι καὶ ῥιζοτομούμεναι καὶ εἰς τὸ ἀνύπαρκτον καὶ ἀνονόμαστον ἀποκαθιστάμεναι· τῶν πραιτόρων καὶ πρακτόρων καὶ κατεπάνων, καὶ τῶν τὴν ἐξώνησιν ἢ ἀπαίτησιν τοῦ στυπίου καὶ τοῦ ἀξουγγίου κατὰ καιροὺς ποιουμένων, καὶ τῶν ἐξυπηρετούντων αὐτοῖς οὕτω παρατρέχειν τὰ τοιαῦτα ἀκίνητα ὀφειλόντων, ὡς εἰ μηδὲ ὅλως ἐν τοῖς ὑπ' αὐτοὺς θέμασι ταῦτα διέκειντο, ἅτε καὶ αὐτῶν ἀκαταζητήτων μελλόντων διατηρεῖσθαι ἀπὸ τοῦ δημοσίου ἐπὶ πᾶσι τοῖς τοιουτοτρόπως ἐπιγνωσθεῖσιν αὐτῷ ἀπ' ἀρχῆς τῆς σήμερον ἀπαιτουμένης ἐγχρονίας καὶ εἰς τοὺς ἑξῆς ἅπαντας καὶ διηνεκεῖς χρόνους δεχομένοις ἀναντιῤῥήτως, καὶ ὡς μηδὲ ἐν δημοσιακοῖς πρακτικοῖς καταγραφῆναι λογιζομένοις· κἂν μὴ κατεγράφησαν δὲ ἐν πρακτικοῖς, ἄλλως δέ πως ἐπεγνώσθησαν, δεχομένοις καὶ οὕτω.

γ'. Τοῦ κατατολμήσαντος ἑτερόν τι παρὰ τὰ διωρισμένα τοῖς τοιαύτοις χρυσοβούλλοις καὶ τῇ παρούσῃ λύσει τῆς βασιλείας μου ἐπὶ ταῖς ὑπὸ τὰς καθ' ὑμᾶς μονὰς παντοίαις ἀκινήτοις κτήσεσι διαπράξασθαι, σὺν τῷ καὶ καθοσιώσει ὑποπίπτειν (καθὼς διὰ τῶν τοιούτων χρυσοβούλλων διωρίσθη) καὶ παρὰ τοῦ κατὰ τὴν ἡμέραν μεγαλεπιφανεστάτου μυστικοῦ καταναγκαζομένου εἰς τὸ τὴν ἐπενεχθεῖσάν τινι τῶν ὑφ' ὑμᾶς κτήσεων βλάβην ἀποθεραπεύειν αὐτῇ. Μελήσει μέντοι καὶ τῷ μέρει τῶν μονῶν πασῶν, τῶν τε ἐντὸς τῆς μεγαλοπόλεως καὶ ἐκτὸς, ὑπὸ τοὺς ἐμπεριειλημμένους· μέντοι ὅρους τοῖς τοιούτοις χρυσοβούλλοις διακειμένων, τοῦ ἐν τοῖς μνημοσύνοις τοῦ ἐν βασιλεῦσιν ἀοιδίμου αὐθέντου καὶ πατρὸς τῆς βασιλείας μου ἐκτελεῖν ὅσα ἐν τῇ ὑπομνήμα

ANNO DOMINI MCLXXXIII.

ANDRONICUS COMNENUS.

NOTITIA.

Andronicus Comnenus imperatoris Alexii Comneni primi sive Senioris nepos fuit, filius autem Isaacii Comneni Sebastocratoris. Claruit anno 1180, vel circiter. De cujus eximia eruditione, singulari eloquentia atque exquisita sacræ Scripturæ notitia, testimonium perhibet eximium Nicetas Choniates, cujusmodi illud est, quod pag. 149 editionis Græco-Latinæ Parisiensis, his exstat verbis: Καὶ ταῦτα λέγων καὶ γράφων Ἀνδρόνικος μεθ' οἵας οὐκ εἴποι τις ἂν πειθανάγκης καὶ λαμπρότητος; (ἦν γὰρ εἰ καί τις ἄλλος, γραμμάτων ἔμπειρος, καὶ ἀνὰ στόμα φέρων ἀεὶ τοῦ πνευματοφόρου

Παύλου τὰ ἐπιστόλια) εἶχε πάντας τῇ αὐτοῦ γνώμῃ προστιθεμένους. Hoc est, *Hæc Andronicus incredibili persuadendi studio et artificio orationis loquens ac scribens* (*erat enim litterarum, ut quilibet alius, peritus, et Spiritu sancto afflati oratoris Pauli Epistolas semper in ore habebat*), *omnes in suam sententiam pertraxit.* Hucusque Nicetas Choniates. Scripsit autem *Dialogum contra Judæos*, qui ms. exstat in Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi, Codice ms. theologico Græco 255, ut habet Petrus Lambecius libro v Commentariorum hujus Bibliothecæ, pag. 169, his verbis : « Codex 255 manuscriptus theologicus Græcus est chartaceus antiquus, et optimæ notæ in folio, constans foliis 138, qui olim ad Joannem Sambucum pertinuit. Illo continetur *Imperatoris Andronici Comneni*, qui imp. Alexium Comnenum II sive Juniorem, anno 1183, nefarie occidit, et anno 1185 a seditiosa plebe Constantinopolitana vicissim occisus est, *Dialogus contra Judæos*, cujus titulus et principium :

Ἡ δογματικὴ τῶνδε τῶν λόγων χάρις,
Τὴν Ἑβραϊκὴν ἐξελέγχουσα πλάνην,
Τὰς εὐσεβεῖς δείκνυσι τοῖς πιστοῖς τρίβους.
Ἔγραψα δὲ αὐτὴν Ἀνδρόνικος ἐκ πόδου,
Ἀδελφόπαις ἄνακτος, Αὐσόνων γένους
Κομνηνοφυοῦς, ἐκ σεβαστοκράτορος
Εἰς γῆν προαχθεὶς, καὶ γλυκὺ βλέψας φάος.

Docilis venustaque libelli gratia,
Verpûm retundit efficax insaniam.
Piasque rite credulis monstrat vias.
Huic Andronicus auctor est, sacer studii
Frater potentis Ausonum late soli
Proimperator, quem satu Comnenides
Eduxit orbi, et solis almo lumini.

Ἐπειδήπερ πολλοὶ τὴν τῶν παρανόμων Ἰουδαίων ἐπεχείρησαν παραστῆσαι δυσσέβειαν, καὶ ὅπως μὲν ὁ φιλάνθρωπος Δεσπότης καὶ κηδεμὼν, οὐ διὰ σημείων μόνον, ἢ Προφητῶν, ἀλλὰ δι ἀμφοτέρων ἅμα πολυμερῶς, καὶ πολυτροπῶς τὴν σωτηρίαν τούτων πραγματευόμενος, etc. Ubi notandum est codicem hunc tractatus istius, secundum Joannis Sambuci opinionem, esse idiographum, sive propria ipsius Andronici manu exaratum qui jam a Petro Stevartio Leodiensi, sed Latine tantum interprete Joanne Livineio, editus est in tomo singulari *Lectionibus Antiquis* Henrici Canisii addito, Ingolstadii typis Ederianis anno 1616, in-4. Cui Livineio cardinalis Sirletus, vir doctissimus, ms. suum codicem Græcum commodaverat. Hinc autem manifeste liquet, quantum fallatur supra memoratus Joannes Livinejus, qui in Præfatione suæ versionis Latinæ *Dialogi Andronici contra Judæos*, illum anno Christi 1327 esse compositum asserit. » Quem secutus fueram in *Supplemento* meo *Bellarmini*, ad annum 1320, p. 593. Sed hunc Dialogum Andronico Comneno imperatori II seu Juniori adscribens, qui anno 1327 imperium assecutus est. Minime quoque audiendus est, cardinalis Sirletus, qui ut Joannes Livinejus ibidem refert, perperam credidit auctorem illum *Dialogi*, non esse ipsum *Andronicum Comnenum*, sed eo tantum jubente opus istud ab Euthymio Zigabeno fuisse compositum. Quod enim ipse Andronicus *Dialogum* istum proprio marte composuerit, luculenter apparet ex carminibus supra exhibitis, qui ei tituli loco præfixi sunt : sicut et ex Niceteæ Choniatæ testimonio allato, de Andronici ejusdem eximia eruditione, singulari eloquentia, et exquisita sacræ Scripturæ notitia. Exstat quoque Græce ms. in Bibliotheca Serenissimi Bavariæ Ducis, codice 128, ut patet ex ejus catalogo, ad calcem tomi II *Apparatus sacri* Antonii Possevini. Andronicum Camaterum auctorem habere videntur : *Dialogus adversus Latinos de processione Spiritus sancti*, et *Disputatio imperatoris cum doctore Armeniorum Petro, De duabus in Christo naturis, et aliis capitibus.* Sed non *Opusculum contra Joannem Veccum patriarcham Constantinopolitanum*, quæ mss. asservantur in eadem Bavarica Bibliotheca, codice 120, teste eodem Possevino, in Catalogo istius Bibliothecæ, pag. 62. Denique notandum est in supra memorata *Dialogi* editione Latina Livineii et Stevartii, *Dialogum* illum esse divisum in 64 capita, nullum autem in codice hoc manuscripto Cæsareo, istius divisionis exstare vestigium. Hæc de eo Lambecius libro v Commentariorum Bibliothecæ Cæsaræe Vindobonensis, p. 169 et 170, et in Catalogo scriptorum hujus tomi, pag. 303 et 365. Henricus Wharton in Supplemento *Historiæ litterariæ* Guillelmi Cavi, ubi pag. 24, hunc Andronicum Constantinopolitanum refert ad annum 1327 cum Livineio. Omnia autem hæc Opuscula ascribit Andronico Camatero Constantinopolitanæ urbis præfecto Guillelmus Cavus in *Historia rei litterariæ*, parte I, ad annum 1156, pag. 676 ; et parte II *Historiæ litterariæ* ad annum 1183, pag. 397, 398, quæ vix conciliari possunt cum iis quæ scribit ejus continuator Warthon ad annum 1327, pag. 24.

ANDRONICI COMNENI

IMPERATORIS

DIALOGUS CONTRA JUDÆOS.

CAPITA DISPUTATIONIS CONTRA JUDÆOS.

I. *De Deo trino et uno, quam intellectu difficilis.*
II. *Animantia etiam Deum agnoscunt.*
III. *Deus Pater genuit.*
IV. *Moyses Trinitatem agnovit.*
V. *Dei significatio.*
VI. *Christum a Patre genitum, ex prophetis ostenditur.*
VII. *E Psalmis idem ostenditur.*
VIII. *Generatio divina mente comprehendi non potest, et quomodo fiat.*
IX. *De Spiritu sancto ejusdem cum Patre naturæ.*
X. *Similitudines S. Trinitatem exhibentes.*
XI. *De divina Providentia.*
XII. *Cur Deus arcana fidei homini initio celaverit.*
XIII. *Judaicæ gentis a Deo defectio.*
XIV. *Comparatio Synagogæ et gentilium.*
XV. *Filii et res Abrahami cum Deo collatæ.*
XVI. *Cur in monte Abraham sacrificare filium jubetur.*
XVII. *Isaac immolandus Christi typus crucifixi.*
XVIII. *Aries cum cornibus inter vepres, quid significet.*
XIX. *Comparatio Jacobi et Esau.*
XX. *Jacobi res cum Christo collatæ.*
XXI. *Scala Jacobi typus B. Virginis, et reliqua illius gesta.*
XXII. *Duæ Jacobi uxores quid designent.*
XXIII. *De Josepho allegoria Christo tributa.*
XXIV. *Camelus in Scriptura odium designat.*
XXV. *Invidia fera crudelior est.*
XXVI. *Josephus in Ægypto ad summos evectus honores.*
XXVII. *Calumniæ vis quanta.*
XXVIII. *Moysis historia mystice explicata.*
XXIX. *De Incarnatione, seu cur Dei Filius homo factus.*
XXX. *Cur Christus homo simul et Deus.*
XXXI. *Cur ex Virgine nasci Christus voluit.*
XXXII. *Gens duplex gentilis et Hebræa.*
XXXIII. *Isaiæ vaticinium cap.* II, *de Christo egregie explicatum.*
XXXIV. *Aliorum prophetarum oracula de Christo.*
XXXV. *De Christo Deo et homine.*
XXXVI. *Alter Isaiæ capitis* VII *de Messia locus expositus.*
XXXVII. *Deum hominem fieri voluisse et de stirpe Davidis.*
XXXVIII. *Mariam ortam e stirpe Davidis, ex genealogia Judæorum.*
XXXIX. *Danielis prophetia de Christi adventu.*
XL. *Calamitates Judæis ob perfidiam irrogatæ.*
XLI. *Christo mors illata, peccatorum maximum.*
XLII. *De Antichristi adventu.*
XLIII. *De imaginum cultu.*
XLIV. *Exempla duo perfidiæ Judæorum.*
XLV. *De Christianorum baptismo, et ejus cum circumcisione comparatio.*
XLVI. *Quibus olim nominibus baptismus designatus.*
XLVII. *Eliæ cum Christo comparatio.*
XLVIII. *Legis Christi cum Moyse comparatio.*
XLIX. *Prophetiæ de Judaicæ legis abrogatione.*
L. *De evangelica lege vaticinia.*
LI. *Caput Isaiæ primum eleganter in Judæos inquietur et explicatur.*
LII. *De gentium conversione et Judæorum pervicacia prophetiæ.*
LIII. *Vaticinia de Christi nativitate.*
LIV. *De abjecta plebe Judaica prophetiæ, et gentium vocatione.*
LV. *Prophetiæ de Christi morte et resurrectione.*
LVI. *Psalmus secundus exponitur.*
LVII. *Psalmus* XXI *de Christi passione eleganter explicatur.*
LVIII. *De Sabbato Judæorum et Dominica Christianorum.*
LIX. *Panis propositio typus corporis Dominici.*
LX. *De Christi a mortuis resurrectione.*
LXI. *De inferorum spolatione, et mortuorum resurrectione.*
LXII. *Christus mortuus corruptionem effugit.*
LXIII. *Christum post resurrectionem edisse et in cœlum ascendisse.*
LXIV. *De secundo Christi adventu in judicium.*

ANDRONICI COMNENI

IMPERATORIS

DIALOGUS CONTRA JUDÆOS

CHRISTIANI ET JUDÆI.

(1) Quoniam multi scelestorum Judæorum impietatem ostendere sunt aggressi, quemadmodum clemens Dominus ac curator non per ostensa sola, atque prophetas, sed per utraque simul « multifariam multisque modis[1] » salutem iis molitus, ex acerba servitute Pharaonia ereptos, prodigiose per mare Rubrum trajecerit, et Pharaonem per invia ire audentem obruerit[2]; promissæque terræ insultantium satrapas dejecerit; afflictos autem, et in Ægypto luto, lateribus atque paleis enectos erexerit, per deserta traduxerit, vestesque ille, qui nubibus cœlum operit, intactas conservarit; angelicum panem, et avium carnes panis ille cœlestis depluerit; rupem in aquæ fontem, is qui aquis terram firmavit, miraculose commutarit[3]: tum autem, quod primum atque maximum est, non erubuerit eorum se Deum, ille humanæ naturæ opifex et architectus, vocare. Et ne Dei mei exsequendis singulis miraculis satietatem convivis creem, mensa e quotidianis Ecclesiæ ferculis instructa : agendus mihi quoque ad metam equus est (2), et novi tanquam cibi atque missus, jucundiores quidem certe apponendi. Nam velut cibus corporalis, quem assidue in os ingeras, demum insuavis gulæ traditur, quamlibet vel lectissimum dicas; ad eumdem modum, et qui animo intelligentia prædito, atque immateriato ex divinis oraculis paratur, is nimirum aliis longe gratior cognoscitur, qui arduarum rerum quam expeditissimam comprehensionem præstat. Atque equidem hinc jam ordior.

Ego vero, o fidelis ac sacer Christi grex (sic etenim vos, populum peculiarem, gentem sanctam, filios simul et cœlestis vitæ promissique regni hæredes[4], vos sic appello, majorum voces et prophetica oracula imitatus), scriptionem detrectabam (nam verum fatebor) partim qui scriptores amplecterer et magni facerem; partim qui inscitiæ meæ conscius mihi timerem, ne, cujus ingenium a bonis litteris esset in dies abjunctius, nihil quod ad gloriam proficeret, præstarem. Nequit enim omnino exsucca terra et inarata frequentes spicas educare. Verum non in hac illustri modo ac regia urbe (3), sed etiam (4) Orestiade, et in Thessalia sum nactus sciolos quosdam legisconsultos, qui Judaicam reli-

[1] Hebr. I, 5. [2] Exod. XIV, 21 et seqq.; XV, 1 et seqq. [3] Exod. XVI, 4 et seqq.; XVII, 5, 6; Hebr. XI, 16.
[4] Exod. XIX, 6 I Petr. II, 9.

(1) In codice Cæsareo, quem Lambecius indicavit, hæc leguntur Græca quæ conveniunt cum Latinis : Ἐπειδήπερ πολλοὶ τὴν τῶν παρανόμων Ἰουδαίων ἐπεχείρησαν παραστῆσαι δυσσέβειαν καὶ ὅπως μὲν ὁ φιλάνθρωπος δεσπότης καὶ κηδεμὼν οὐ διὰ σημείων μόνον ἢ προφητῶν, ἀλλὰ καὶ δι' ἀμφοτέρων ἅμα πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως τὴν σωτηρίαν τούτων πραγματευόμενος, ἀπήλλαξε μὲν αὐτοὺς πικρᾶς δουλείας Φαραωνίτιδος · καὶ δι' Ἐρυθρᾶς παραδόξως διεπεραίωσε · τὸν δὲ Φαραὼ κατατολμήσαντα τῆς ἀβάτου καταπατήντικε · καὶ καθεῖλε μὲν δυνάστας τῶν τῆς γῆς τῆς ἐπαγγελίας κατορχουμένων· ἀνύψωσε δὲ ταπεινοὺς οὓς ὁ πηλὸς καὶ ἡ πλινθεία καὶ τὸ ἄχυρον ἐν Αἰγύπτῳ κατεδαπάνησε · διήγαγέ τε αὐτοὺς ἐν ἐρήμῳ · καὶ συμπλατύνεσθαι τὰς ἐσθῆτας ὁ νεφέλαις περιβάλλων τὸ στερέωμα κατεσκέδασεν · ἄρτον δ' ἀγγέλων καὶ σάρκας ὀρνίθων ὁ οὐράνιος ἄρτος ὁμβρῆσαι πεποίηκε · πέτραν δὲ πηγὴν ὕδατος, ὁ τὴν γῆν τοῖς ὕδασι θεμελιώσας τετερατούργηκε · τὸ πρῶτον δὲ καὶ μεῖζον αὐτοῦ ἀνεπαισχύντως ὁ τῆς ἀνθρωπίνης Δημιουργὸς ὠνόμασε φύσεως · καὶ ἵνα μὴ καθ' ἕκαστον τῶν τεραστίων τοῦ Θεοῦ μου διεξερχόμενος κόρον ἐμποιήσω τοῖς δαιτυμόσιν ἐκ τῶν τῆς ἐκκλησίας καθημέραν προτιθεμένων ἑτοιμάζων τὴν τράπεζαν· ἄγε δὲ καὶ ἡμεῖς ἐπὶ τὴν νύσσαν τὸν πῶλον ἀγάγωμεν· καὶ καινοτέρας τροφῆς · ἡδυτέρας δὲ μᾶλλον παραθῶμεν ἐδέσματα, κ. τ. λ. Et paulo post : ὡς δ' ἐνέτυχον οὐ μόνον ἐν τσυτηῖ τῇ περιφήμῳ καὶ βασιλίδι τῶν πόλεων, ἀλλὰ καὶ ἐν Ὀρεστιάδι καὶ Θετταλίᾳ σοφισταῖς καὶ νομοθέσι (sic) τοῖς τῶν Ἰουδαίων αὐτοποιουμένοις θρησκείας, κ. τ. λ. Post proœmium vero sic incipit dialogus :

Πρὸς Ἰουδαίους.

Τίνος ἕνεκεν οἱ τοῦ Μωσαϊκοῦ νόμου ζῆλον, ἀλλ' οὐ κατ' ἐπίγνωσιν ἔχοντες πρός με τὴν σήμερον ἐληλύθατε;

Οἱ Ἰουδαῖοι.

Ζηλωτὴν ὄντα σε μαθόντες τῶν τοῦ Χριστοῦ, τῶν δὲ Μωσέως κατολιγωροῦντα, αὐτήκοοι γεγονέναι τῶν λεγομένων παραγενώμεθα.

Postrema verba sunt p. 66 a tergo : ἀλλ' εἰς παραλόγους καὶ ἀλλοκότους ἐπιθυμίας ἐξεκλίνην. Sed utrum opus perfectum sit, an vero post hæc verba desiderentur aliqua, ignoro. Habuerat et Sirletus Cod. Græcum, ut supra fuit indicatum. Basn.

(2) Imitatio est proverbii apud Nazianz. in Basilium Magnum et in Natalem, et in sanctum Pascha : Κεντεῖ τὸν πῶλον περὶ τὴν νύσσαν.

(3) Quæ Constantinopolis, et nova Roma in Oriente dicta, antea Byzantium. Can.

(4) Ab Oreste sic appellata, atque ab Adriano instaurata. Adrianopolis Macedoniæ ingens oppidum, Zonaræ, Nicetæ et Constantino Manasse. Can.

gionem propugnarent, non illi quidem vera divini Spiritus luce et instinctu; sed qui pingue, ut sic dixerim, et obumbratum sacrarum Litterarum studium agitarent, nec suspicere, proni inque terram defixi, possent. Eos, inquam, cum offendissem, qui audirent quidem quæ oportet, sed effutirent quæ non oportet, non ita docente eos lege (apage), sed qui legem capere nequirent; (scilicet quasi luminum princeps sol,) cum hic progreditur, et aliis prælucet, tum cæcutientibus æque radios non immittit; itidem sane et legis difficultas iis, qui ingenio sunt purgato, evidens ac perspicua est; torpidis nubila atque turbida. Nam legis, uti Moses appellat, velamen [8], non in scriptione, sed hominum mente, hodieque manet. Eam cum imperitiam advertissem, ut egregius quidam senex, oblitus senectutis, ad luctam cum adolescentibus ineundam prosilit; ita equidem, timiditatis quoque amolitus notam, dedi operam ut utrorumque interrogationes ac responsiones monumentis mandarem : potest enim animus magnus, Dei studium profitens, etiam quæ supra vires sunt tentare. Itaque nuda in primis interrogationum ac responsionum verba proponantur.

CHRISTIANUS. Quid est, quod vos, qui Mosaicæ legis zelum habetis, sed non secundum scientiam, ad me hodie convenistis?

JUDÆI. Nos enimvero, intellecto, Christianarum te æmulum rerum, Mosaica contemnere, coram, quæ diceremur, audituri venimus.

CHRIST. Dei quidem præcepta, ejusque pro nobis mortalibus salutarem incarnationem tueri et professus sum, et profiteor, et ad extremum usque spiritum profitebor. Cæterum Mosaicam legem, quæ est velut umbra et figura nostræ salutis atque instaurationis, adeo non contemno, ut etiam colam et amplectar.

JUD. At si Mosaicam legem amplecteris, neque ea tibi sententia labiis modo expressa ac formata falso excidit, quamobrem nos, qui eam propugnamus, violatores legis ducitis?

CHRIST. Si quidem frugis gratia quæstiones movetis, ac satagitis, qui iniquiores partes æquioribus submittatis, expediet, opinor, principis rerum sapientiæ in commune rationes inquirere, spem certissimam in justitiæ atque ipsius veritatis stabili trutina collocantes. Sin contendendi causa dicendique ostentatione colloquium urgetis, sic habete, Ecclesia nostrate censi, haud se consuetudine ea venditant [9]. Siquidem nostræ professionis ait quispiam (5) : qui in disputatione stabilire sententiam suam pugnat, quamlibet vera dicat, diaboli morbo laborat.

JUD. Hoc tibi etiam atque etiam confirmamus, ita nos Deus Israel gloriosus amet; nos nequaquam rixæ ac contendendi studio huc venisse, sed qui veritatem illustrem, ejusque demonstrationem instar viæ regiæ tritam cuperemus, per quam deducti ad lucem cœlestis vitæ hæredes fieremus.

CHRIST. Meus amor Jesus in Evangelio ait : « Ego sum lux, et veritas, et vita [7]. » Hæc si animus est vere bona adipisci, accumbite et aurem præbete.

Duorum, Judæi, a nobis Christianis criminum postulati, utrum jubetis vobis ad judicium proponi? Legisne violationem cum nece prophetarum atque insectatione? an lucis repudium, ac non solum non receptum eum qui prædicabatur, sed injuste a vobis interemptum quoque? etsi majores vestri eo mactando negabant sibi « licere interficere quemquam. »

JUD. Quoniam alterum est caput Legis et Prophetarum, propera veritatem hunc ob oculos constituere. Nam si hoc demonstrabis, in utroque reos nos dedemus; tantum hæc probatio non petatur ex vestris, sed ex nostris prophetis.

CHRIST. Quod si ex propheticis prædictionibus fidem faciam, ecquid vos errasse fatebimini?

JUD. Maxime. Prius tamen scrupulum unum ex animis nostris (rogamus) eximе : Qui a vobis Christianis tres dii honorentur et noscantur? cum id lex Mosaica non permittat; quin et liquido clamet : « Ego sum qui sum [8]. » Ac rursum : « Non adorabis Deum alienum; ego enim sum Dominus Deus tuus, zelotes [9]? »

CAPUT I.

De Deo uno et trino.

CHRIST. Hac doctrina, o Judæi (6), totum theologiæ arcanum absolvitur. Sed enimvero Ecclesiæ nostræ doctores, tum lingua, tum mente horrere nos docent, si quando de Deo aliquid effari audemus. Nam etsi cunctorum, quæ sub cœlo cresa, augustissimum homo est; at nimium quam impar est divinæ luci contemplandæ. Scilicet terrena cara, in humumque devexa, quæ pro materiæ studio mundi se negotiis miscet, et assidue iis quæ deorsum sunt, consuescit ac delectatur, ægre in sublimium curam incumbit : atque ut inter Hebræos et Ægyptios nubes tanquam murus intercedebat, ita nimirum corporea hæc caligo inter Deum ac nos media interstat. Eam ob rem, opinor, etiam David, unus e majoribus Christi, homini præcinuit : « Posuit tenebras latibulum suum [10]. » Stuporem hinc nostrum declarans, ob quem pauci vix, vel parum superiora suspiciunt. Et quinam illi? Quibus non corpora maceratione tantum jejunioque purgata, sed ipsæ adeo mentes sic comparatæ sunt, ut cum divina semper voluntate conjunctæ sint. Ita enim censeo, divina eos luce affici vicissim, qui id quod in ipsis est divinum (rationem dico atque mentem) Dei studio permiscent, effigie ad primigenium exemplar se levante.

[8] II Cor. III, 13; Exod. XXXIV, 33. [9] I Cor. XI, 16. [10] Psal. XVII, 12. [7] Joan. XIV, 6. [8] Exod. III, 14. [9] Exod. XX, 5.

(5) Nazianz. orat. 2 De theolog.

(6) Pessima tamen hæc methodus, quæ a Trinitate incipit; quippe cum Trinitas difficilius probari *possit, et in Messia* versatur totus controversiarum cardo, hunc venisse, Judæis ante omnia probandum. Inde ad cætera Christianæ religionis dogmata facilius progredimur. BASN.

Nam quod Deum noverit quisquam, aut nosse, a quoquam testimonium tulerit, hactenus novit, ut alio non aque illustrato lucidior appareret, quippe alteri præstare perfectum quiddam creditum est, non reipsa, sed alienarum comparatione virium. Enimvero Enos « Primus (7) cœpit invocare nomen Domini [11]; » quod ejus studium æquales « Dei notitiam » dixere. Et merito. Qui enim possis, quem ignoras in vota tua vocare? Enoch, qui translatus fuerat, incertum an Deum præscierit. Noe, acceptissimus Deo, sospitæ peritia arcæ donatur [12]. Abraham ille magnus ex fide justificatus, peregrinam jugulat hostiam, in typum Dei propter nos interficiendi [13]. At non Deum ut Deum conspexit, sed tanquam hominem epulis accepit, laudatusque fuit quod eum quantum perceperat coluisset. Jacob scalam et ascendentes per eam et descendentes angelos tuetur, lapidem erectum in titulum oleo perfudit mystice, fortasse qui nostra causa unctum lapidem notaret; et loco cuipiam a *Visione Dei* nomen indit, ad honorem ipsius Visi, cum Deo velut cum homine colluctatur [14] (quæcunque tandem Dei cum hominibus lucta est. An humanæ forsitan virtutis cum divina contentio?) luctæ in corpore monumenta fert, quæ genitalem victam naturam designarent, nominis commutationem pietatis præmium capit, pro Jacobo Israel nuncupatus [15], augusta sane et illustri nomenclatura. Cæterum Dei naturam, aut conspectum cepisse, nec ipse ille, nec supra eum quisquam hodieque ausus est jactare.

Eliam aura quædam lenis, et ignea quadriga in cœlum subducit, majorem homine justum significans [16]. Manue, qui apparentis obtutum Dei non ferret : « Dixit ad uxorem suam : Morte moriemur, quia vidimus Dominum [17]. » Neque enim divinam solum naturam capere humanitas non potest, sed nec splendorem ipsum. Isaias [18] et Ezechiel [19] magnarum rerum spectatores : Ille enim Sabaoth in majestatis divinæ solio videt, stipantibus eum, et collaudantibus ac tegentibus Seraphinis, qui senas alas haberent; ubi et ipse pruna lustratus, ad prophetandum mittitur. Hic vero et Dei vehiculum Cherubinos describit, et superstans ei solium, hocque superiorem æthram, et qui in ipsa repræsentaretur, tum et voces quasdam, et impetus, ac functiones. Atque ista omnia, seu fuerint apparitio quædam diurna, aspectabilis sanctis, seu visum nocturnum minime fallax, seu effigiatio in animo, quæ futura ceu præsentia repræsentat, seu aliud arcanum prophetiæ genus, quod solus prophetarum Deus novit. Salomon (verba Scripturæ), cui dedit Deus « sapientiam et prudentiam multam nimis, et latitudinem cordis, quasi arenam quæ est in littore maris : Et præcedebat sapientia Salomonis sapientiam omnium Orientalium et Ægyptiorum, et erat sapientior cunctis hominibus [20]; » quo altius profunda penetrat, eo hæsitat magis, finemque sapientiæ statuit, conari invenire, quantum effugerit.

David, « vir secundum cor Dei [21], » interdum judicia Dei « abyssum multam [22] » nominat. Alibi ait, « Mirabilis facta est scientia tua ex seipsa [23] (8). » Moses, vatum ille vertex, qui et Deo charus, præque omnibus sua tempestate celebris, post quadraginta dierum piacula ac lustrationem, caliginem, tonitrua, atque tubas, vix posteriora intueri Dei potuit : sive ea molitiones et opificia Dei censeas, seu incarnationem Verbi atque Filii ejus dicas, ob mortalium salutem postremis temporibus ineffabili modo procurandam. Cæterum neque hi, neque his par quisquam, Dei substantiam et essentiam apprehendit, ut scriptum est [24], neque Dei naturam perspexit aut exposuit; sed omnes exinde usque huc, « ex parte cognoscunt, et ex parte prophetant [25]. » Omnes vero, inquam, illis spiritu pares. Ac quid Deum ab aliquo hominum visum dicam? qui nec de rebus quidem conditis explorate queant disserere. Scilicet magni Davidis hæc sententia est : « Quoniam tunc videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum [26]. » Tunc : quando? Cum ex hoc tabernaculo excessero, atque a crassa vitiositate expeditus, liquidissima luce illustratus fuero. Vides ingenuum vatem? Atque hæc inibi. Alio loco : « Incerta, inquit, et occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi [27]. » Nam profecto Dei opificium esse cœlos, cum perspecte nunc cognitum vati; tum vero exactius tenebit, cum et eorum vim ac naturam, sed et causam, ob quam ab opifice Deo instituti, accurate perspiciet. Tum enim non pellis instar extensos [28], sed veram naturæ ejus notitiam consequetur. Quod si tanti viri de rebus creatis tantillum quiddam in hoc tabernaculo agitantes sunt assecuti, quid jam mei instar quispiam, plenus scelerum maculis, cogitare aut effari ausit?

Dicam tamen vobis, quæ certo et absque controversia prophetarum esse credimus. Expeditam porro faciat orationem a prophetis prædicata Trinitas, verus atque unius naturæ Deus. Credo in Patrem, ac Filium, et Spiritum sanctum, unius naturæ, et indivisam Trinitatem; non ut tres deos, sed unam deitatem in tribus personis agnoscendam : sine principio, sine fine, æternum Patrem, naturæ omnis aspectabilis, atque intelligentis architectum. Genitum ex Patre Filium, quasi lumen de lumine, Deum verum ex Deo vero. Genitum non factum, immortalem, consubstantialem, semper cum Patre degentem, throni et operum consortem, com-

[11] Gen. IV, 26. [12] Gen. VI-IX. [13] Gen. XXII, 13. [14] Gen. XXVIII, 12, 18. [15] Gen. XXXII, 28. [16] IV Reg. II, 11. [17] Judic. XIII, 22. [18] Isa. VI, 1, 2, 6. [19] Ezech. X, 1 et seqq. [20] III Reg. IV, 29-31. [21] Act. XIII, 21. [22] Psal. XXXV, 7. [23] Psal. XXXVIII, 6. [24] Exod. XXXIII, 23. [25] I Cor. XIII, 9. [26] Psal. VIII, 4. [27] Psal. L, 8. [28] Psal. CIII, 3.

(7) Scilicet posterorum Adami, cum Cainii ab unius Dei Opt. Max. religione descivissent.

(8) Ex Nazianz. orat. altera de theol. pag. 733 Bibl.

perennem et infinitum. Credo Spiritum sanctum, non genitum sed procedentem ex Patre, consubstantialem, coæternum, et immensum ; cum Patre et Filio una adorandum et collaudandum.

Ac de principii experte Deo, et Patre (9), non solum vos, atque omne hominum genus in sententiam ibit, sed ipsa etiam natura, ac naturæ magistra lex. Quo enim modo aut exstitisset hæc rerum universitas, aut constaret, nisi omnia Deus et produxisset, et tueretur? Neque enim qui citharam pulcherrime instructam, et undiquaque aptissimam cernit aut citharœdum audit, aliud cogitatione versabit, quam citharæ auctorem, ac citharœdum ; ad eumque, etsi nondum oculis conspectum, mente avolabit.

CAPUT II.

Animantia agnoscunt etiam Deum.

Sed quid autem mortales, et universum hoc omne recenseo? quando ipsæ etiam terrestres feræ opificem agnoscunt, et ejus perpetuo indigent adminiculo, ita enim et de hoc scribit David : « Catuli leonum rugientes, ut rapiant et quærant a Deo escam sibi [29]. » Et idem alibi : « Qui dat jumentis escam ipsorum ; et pullis corvorum invocantibus eum [30]. » Quid igitur de Deo et Patre hæc sufficiunt? An ingenio estis etiam bardis bestiis bardiore?

CAPUT III.

Deus Pater genuit.

Jud. Nihil hic ambigimus, sed genueritne Deus, dubitamus.

Christ. Utinam, Judæi, hujus vestri scrupuli causa, hodie in vivis esset Moyses. Vix enim, opinor, vel ille vobis silentium imponeret.

Jud. Ubi vero ejus constat Mosen meminisse?

Christ. Circumcidite modo, inquam, cor, id est, immodicum hoc supercilium ex animis vestris deponite ; nec Mosen solum invenietis, sed alios etiam multos prophetas, non tantum meminisse, sed palam adeo clamare. Nam, in Dei opificio, ait Moses : « Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram [31]. » Et post pauca : « Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est [32]. » Et in linguarum dissidio, ait Deus : « Venite, descendamus, et confundamus ibi linguam eorum [33]. » Quærendum igitur est, quocum a se creato consilium conferebat.

Jud. Cum angelis opinamur.

Christ. Amens ea et plane absurda est opinatio. Quis enim figulus cum fictili vase sermonem confert? Quis faber, ne longum faciam, cum ferro de eo procudendo et apparando colloquitur? et sunt tamen magis conjuncta, et naturæ nostræ affinia, quæ nos fabricamur, utpote ex eodem luto, iisdemque elementis constituta. Cœlestia autem cuncta, et quæ supra cœlos sunt, quamvis natura nobis præstent, propiusque a Deo absint ; longius tamen adhuc etiam ipsa distant a Deo, ejusque perfecta comprehensione, quam corpus hoc nostrum compositum, humile, atque humi dejectum a cœlestibus illis superetur. Quare dubium non est, quin cum socio opificii, Filio nempe suo, hunc (ut ita dicam) architectonicum de creatione sermonem contulerit Deus Pater.

Jud. Deum quidem verum creaturarum quas condidit ope ac consilio non indigere, damus et confitemur, seu intelligentem, seu sensilem naturam dicas. Deo esse Filium, generationemve illi convenire, Moses ad nos haud prodidit ; sed : « Ego sum Dominus Deus tuus [34]. » Et : « Videte quod ego sim solus, et non sit alius Deus, præter me [35]. » Et, « Noli adorare Deum alienum [36]. »

Christ. Dixi vobis, Judæi, ægre vel Mosen vobis, si vivus esset, silentium impositurum. Nam cum exsecrabilis sit, qui alium, quam Mosis Deum prædicat ; tum demum id, quod sermocinamini, locum haberet, si dissimilis naturæ Filium promulgarem. Nunc cum ejusdem naturæ cum Deo et Patre Filium dicam, quæ dissensio? Ipsum enim Mosis Deum confitemur, Patrem geniti Filii ; et rursum ejusdem naturæ Filium cum Patre genitore. Nam, etsi Moses dicit : « Dominus Deus noster, Deus unus est [37], » non hypostases, sed naturam iis verbis significavit ; unam etenim Patris et Filii naturam consentimus.

Jud. Belle Patris de fabrica consultatio comprobat nobis Filii cum eo naturæ consensionem. Sed expedi, oramus, quamobrem a Mose luculentius de eo non accepimus.

Christ. Nemo scientiarum perfectus magister pueros docere aggressus, summa quæque disciplinarum primis rudimentis atque studiis proponit ; sed facto ab elementorum doctrina initio, paulatim eos ad perfectionem subducit. Atque id non præceptoris vitio, sed discipulorum imperitia fit, qui cum adeo sint rudes, ad majora capienda gradum facere non possunt.

CAPUT IV.

Moyses agnoscit Trinitatem.

Ad eumdem modum par est, et sapientissimum Mosen habuisse perspectam SS. Trinitatem atque Unitatem ; sed vobis, quos tum ob deorum frequentiam, tum propter idolothyta, et carnes, habebat prorsus rebelles, perfectam religionem non aperuit ; neque vero prorsus reticuit, sed tum quomodocunque ad Dei notitiam erigere est conatus. Majores quippe vestros in pietate infantes videns divinus Moses, velut nutrix optima, iis tanquam lac quoddam Dei notitiæ propinavit ; solidam omnem do-

[29] Psal. CIII, 21. [30] Psal. CXLVI, 7. [31] Gen. I, 26. [32] Gen. III, 22. [33] Gen. XI, 7. [34] Exod. XX, 2. [35] Deut. XXXII 37. [36] Exod. XXXIV, 14. [37] Deut. VI, 4.

(9) *Ex Nazianz. orat.* altera, de theolog.

« trinam post se vatibus reliquit. Atque id non in consultatione tantum, sed etiam in imagine, aliisque fecit. Nam Deum ad imaginem suam hominem finxisse indicavit [38]; at quæ ea foret imago, auditoribus quærendum reliquit. Quod enim (10) studio paraveris, id tenaci ac perpetuo monimento in animo circumfers; quod leviter, id facile, ut quæsitum erat, effluit. Itaque Moses quæstionem ad vos, dissolutionem ad vates rejecit [39]. Nam si cognito etiam Deo, ab eoque infinitis acceptis beneficiis, et Mose ad Deum aliquantisper a vobis digresso, ut Dei voluntatem in divinitus exaratis scriptis exhiberet, alteri deo gratiam retulistis, et immortalis Dei « gloriam mutastis in similitudinem vituli comedentis fenum [40]; » in quantum deorum multiplicatorum præcipitium majores vestri non irruissent, si a Mose Deum trium hypostaseon didicissent?

JUD. Non jam ad majorum nostrorum offensas intelligendas adsumus. Sed ecquid, ut dicebas, Deus in tribus personis comprehenditur? Itaque hic nobis veritatem commonstra, et qualis propheta Deum genitum significet.

CHRIST. Constabilitum vobis est, Judæi, neminem unquam sanctorum vatum, Dei hypostasin aut essentiam imaginatione comprehendisse. Igitur certo sic habete, non solum vim ac naturam, sed nec nomen proferre (tantos vates) posse, Dei essentiam, non actionem tantum significans : uti etiam illud, « Manus tuæ fecerunt me et plasmaverunt me [41]; » David usurpavit, non quasi manus haberet Deus (est enim Numen incorporeum et sine figura), sed Dei opificium notans. Et rursus : « Oculi Domini super justos, et aures ejus in preces eorum ; vultus autem Domini super facientes mala [42]; » illis beneficentiam, his vindicem Dei potestatem innuens. Ita sane et in nominibus (Dei) non divinam naturam, sed functionem, occultamque operandi efficaciam ex ipsis nominibus exprimere sancti conantur. Nam illa *Dominus Adonai*, et *Sabaoth*, *omnipotens* et *Salvator*, actionem, non naturam signi ficant.

CAPUT V.

Dei significatio.

Jam vero quid sanctorum voces consector, cum ipse etiam Deus eadem dicens inveniatur? Parenti namque vestro Abrahamo in Mesopotamia conspectus inquit : « Ego sum Deus tuus (10*) : ambula coram me, et esto perfectus [43]. » Vocabulum autem Θεός, id est Deus, non naturam, sed ejus functionem denotare, palam est omnibus : deducitur quippe a Θέω, hoc est, *curro*, aut a θῶ, quod est, *molior* et *architector* : est enim omnium architectus et molitionis universi auctor. Architectari autem functionem, non naturam designare, nulli dubium est.

Rursum Moses, qui ad negotium quoddam populi erat legatus, cum quæreret, si ex se peterent quis se misisset, quid responderet, hoc a Deo audit ; « Qui est [44]! » Quæ vox non naturam repræsentat, sed statum ac permansionem. Quare etiam vates, non puras putas SS. Trinitatis apparitiones, sed pro suo quisque captu conscripserunt. Necesse est igitur (11) Dei notitiæ studiosos in sacram omnem Scripturam, velut speculum inspicere, et aliam ex alio notionem ad unum aliquod veritatis 'anquam simulacrum corrogare. Id enim nos Deus et per Mosen docuit, ei primo ascensu tabulas a se exaratas tradens [45], altero non item. Sed quid ei jubet? « Præcide tibi duas tabulas lapideas instar priorum, et scribam super eas verba, quæ habuerunt tabulæ quas fregisti [46]. » Iidem et Israelitas ex Ægypto educens, Deus ipsemet eos multipliciter crassis prodigiis ductabat. Quid enim crassius, quam noctu igni, interdiu nube viam præire? Quid item crassius, quam mare dirimere, et rupem velut fontem ubertim aqua scaturientem monstrare? Sed cum adhuc cæcutirent majores vestri, et auribus obsurdescerent, tum vero involucris per vates placita sua denuntiare Deus; ut intelligentes qua vos dignitate dejeceritis, laboriosiori quadam via, recuperare antiquam nobilitatem studeretis. Atque idem et in primigenio parente animadvertendum venit. Hic namque priusquam jussum violasset, non omnium modo terrestrium naturarum a Deo datus est rex, sed etiam vates, cunctis et volucribus et bestiis nomina imponens. At post lapsum, posteri non solum regno exciderunt, sed etiam vulgo res creatas deos arbitrati sunt, ut ait Salomon : « Vani autem sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei; et de his quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum, qui est; neque operibus attendentes, agnoverunt quis esset artifex : sed aut ignem, aut spiritum, aut citatum aerem, aut gyrum stellarum, aut nimiam aquam, aut solem et lunam, rectores orbis terrarum deos putaverunt. Quorum si specie delectati deos putaverunt, sciant, quanto his dominator eorum speciosior est. Speciei enim generator hæc omnia constituit. Aut si virtutem et opera eorum mirati sunt, intelligant ab illis, quoniam qui hæc fecit fortior est illis : a magnitudine enim speciei et creaturæ cognoscibiliter poterit Creator horum videri [47].» Videte, ut post peccatum Deus non coram cum hominibus, ut cum Adamo, collocutus sit, sed eos ex operum pulchritudine ad sui notitiam erigi permiserit. Quod si eos merito *vanos* Salomon appellavit, quanto magis vaniores vos appellaret, si hodie superesset. Nam illi fortasse habent, quo venia digni sint. Quid ita? quod Dei notitiam vesti-

[38] Gen. I, 27. [39] Exod. XXXII, 6. [40] Psal. CV, 29. [41] Psal. CXVIII, 73. [42] Psal. XXXIII, 16, 17 [43] Gen. XVII, 1. [44] Exod. III, 14. [45] Exod. XXXI, 18. [46] Exod. XXXIV, 1. [47] Sap. XIII, 1 seqq.

(10) Nazianz. *De moderatione*, et orat. altera de theol.

(10*) Ita habent LXX. pro. *Dominus omnipotens*.
(11) Nazianz. in Natalem 227, 26.

gantes, ad ignorationem compulsi sunt. Vos, in tanta vatum corona et scriptorum multitudine, adeo non vestigatis, ut etiam quæ scripta sunt adulteretis.

Jud. Per Mosen! qui mare Rubrum dextra divisit, vera omnia narras. Quamobrem dum hic apud te adsumus, Scripturam evolvamus. Tu, quod ante dicebamus, nobis commonstra, quis nostrorum vatum generationem Dei, genitumve Deum usurpet. Id enim magis animos nostros in stuporem atque dubitationem rapit.

CAPUT VI.

Ex prophetis ostenditur Christum a Patre genitum.

Christ. Audite porro Salomonis verba. Quod si quid melius scitis, docete sane. Neque enim verecundor propter Deum hominem Jesum meum discipuli personam induere : « Dominus possedit (12) me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret a principio. Ab æterno ordinata sum, et ex antiquis, antequam terra fieret. Nondum erant abyssi, et ego jam concepta eram : necdum fontes aquarum eruperant : necdum montes gravi mole constiterant; ante omnes colles ego parturiebar [48]. » Hic « *Creavit* » (quod ponitur a LXX) non moliendi, sed gignendi vim habere, intelligendum est. Solemne est enim sacræ Scripturæ, vicina pro vicinis usurpare, ut cum de Mose ait : « Adultum puerum tradidit filiæ Pharaonis, quem illa fecit sibi filium [49]. » Atqui non fecit, sed nuncupavit sibi filium. Item David : « Facti sumus in opprobrium vicinis nostris [50], » pro, Fuimus. Jam vero ante cœlum et terram, Moses nullam aliam rem creatam exstitisse, revelavit : « Principio, inquiens, creavit Deus cœlum et terram [51]. » Quod si quid antiquius exstitisset, id dubio procul prius tractaturus fuisset. Etsi sunt, qui intelligentes substantias prius conditas existiment, veluti altera quædam lumina, et Deo magis conjunctas. At terret me Dei ad Job sermo, dicens : « Cum astra conderentur, laudabant me magna voce omnes angeli mei [52]. » Astra enim omnino die quarto constituta sunt. Igitur si de astrorum creatione eum angeli collaudabant, multo magis de cœlo, terra, aqua et luce. Sed hanc insanam multorum existimationem perspicue frangens Salomon, paulo post addit : « Ante omnes colles gignit me [53], ac paulatim quæ scriberet illustrans subjicit : « Quando æthera firmabat sursum et librabat fontes aquarum; quando circumdabat mari terminum suum, et legem ponebat aquis, ne transirent fines suos; quando appendebat fundamenta terræ, cum eo eram cuncta componens [54]. » Videte, ut sensim socium Patri opificem Filium declaret. Quid enim aliud est, « Cum eo eram cuncta componens, » quam una architectans, atque ordine componens, et molienti Patri molitionis consors?

Jud. Cur autem si de Filio nos docturus erat, non dixit, Aptator, sed « Aptatrix? » Ita ex LXX versione dicendum pro illo : « Cum eo eram cuncta componens. »

Christ. Jam dixi. Vates de Deo, non quantum est, dixerunt, sed quantum cogitando assequeretur, scripserunt. Quo enim modo comprehendatur, quod comprehendi non potest? Nam cum arenas maris, et stillas pluviæ, stellarumque multitudinem nequeat quis numerare, scilicet Deum principii atque finis expertem comprehendet? Itaque alius Dei sapientiam Filium vocavit; alius mentem, alius lucis simulacrum; alius expressam quamdam formam; alius vires; alius Filium; omnes unum et eumdem. Sin autem secus prophetarum voces accipitis, vereor ne splendidam SS. Trinitatis lucem refugientes, in profundum plurium deorum vos præcipitetis.

Igitur denuo audite Salomonem palam vociferantem : « Omnibus mobilibus mobilior est sapientia; attingit autem ubique propter suam munditiam. Vapor est enim virtutis Dei, et emanatio quædam est claritatis omnipotentis Dei sincera : et ideo nihil inquinatum in eam incurrit. Candor est enim lucis æternæ, et speculum sine macula Dei majestatis, et imago bonitatis illius [55]. » Sed omissis, quæ apud Sapientem sunt, imaginem solam persequar. Sunt, putatis, in cœlo pictores ac colores?

Jud. Minime.

Christ. Et quæ est porro hæc Dei bonitatis imago? nec solum imago simpliciter, sed per omnia similis? Aut ergo imaginem concedite, aut mecum unius naturæ et substantiæ cum Patre Filium fatemini.

Jud. Fatemur; sed, amabo, idem nobis ex alio propheta edissere.

Christ. Isaiæ verba sunt : « Parvulus natus est nobis, et filius datus est nobis, et factus est principatus super humerum ejus; et vocabitur nomen ejus magni consilii Angelus, admirabilis, consiliarius [56]. » Videtis Patris consiliarium? Videtis magni consilii Angelum? Est enim Filius ἄγγελος, ut qui a Patre arcani ab omni æternitate occulti abdita ad homines pertulerit ac promulgarit. Consiliarius est, qui a Patre audierit : « Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram [57]. » Et rursum : « Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est. Nunc ergo ne forte mittat manum suam, et sumat etiam de ligno vitæ, et comedat, et vivat in æternum [58], » eum paradiso exigamus. Et iterum : « Venite, descendamus, et confundamus ibi linguam eorum [59]. »

[48] Prov. VIII, 22 et seqq. [49] Exod. II, 9, 10. [50] Psal. LXXVIII, 4. [51] Gen. I, 1. [52] Job XXXVIII, 7 sec. LXX. [53] Prov. VIII, 25 sec. LXX. [54] ibid. XXVIII, 30. [55] Sap. VII, 24 seqq. [56] Isa. IX, 6. [57] Gen. I, 26. [58] Gen. III, 22. [59] Gen. XI, 7.

(12) LXX, ἔκτισε, *creavit*, pro ἐκτήσατο. Vide S. Hier. hic, et in c. XVI Isa., etc., et notas ad LXX.

Cæterum, Deum esse eum Consiliarium (13), non Angelum, ipse dubium dissolvit : non enim dixit : Erit ei nomen Angelus, sed « vocabitur, » id est, qui Deus est, is, quod jam olim consilium cepit, Angelus vocabitur. Quin ne quis id de vi quadam incorporea dictum fingeret, Deum nominat, paulatimque quod obscurum erat in lucem proferens, ait : « Fortis, Potens, Princeps pacis, Pater futuri sæculi [60]. »

CAPUT VII.

Ex Psalmis idem ostenditur.

Davidis quoque hæc sententia est : « Ante solem permanet nomen ejus [61]. »

Jud. Iniquum nobis videtur eam sententiam referri ad Christum. Dicimus quippe septuagesimum primum psalmum de suo filio Davidem cecinisse. Quare omitte hoc testimonio abuti et ad alium transi prophetam.

Christ. Deum immortalem ! Verum Vatis atque Regis Deum, testor ; absit, ut me ad aliam disputationem conferam, nisi psalmo omni pervoluto, sententiæ ejus confirmationem certissimam dabo ! Nobis quidem dubium non est, quin hæc : « Deus, judicium tuum Regi da, et justitiam tuam filio Regis : judicare populum tuum in justitia et pauperes tuos in judicio. Suscipiant montes pacem populo, et colles justitiam. Judicabit pauperes populi, et salvos faciet filios pauperum, et humiliabit calumniatorem [62] ; » hæc, inquam, omnia ad Christum quin spectent, nobis dubium non est ; quæ vos detorquetis et pervertitis, rati de Salomone dici ; nec, dum veritatem læditis, vos lædere arbitramini ; est enim, quisquis læditur, ad defensionem promptus. Atque ego vobis nihil super his respondebo, sed ipse psalmi auctor David, cujus semini promissus Christus, lyra Spiritus sancti, vobis os obturans, sic porro psalmum pertexens scribit : « Et permanebit cum Sole [63]. » Num Salomon igitur tandiu duravit, quandiu Sol ? et quomodo ? qui nec patrem annis regni superavit. Et Davidis alio psalmo hæc sunt verba : « Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni ; si autem in potentatibus octoginta anni, et amplius eorum labor et dolor [64]. » Quare potest etiam plures annos vivi. Videtis, ut David filium ab hoc nostro psalmo removeat ? Nam si Salomonis vita ad octoginta annos non pervenit (14), qui tandem, et quandiu sol, et præ luna durabit ? Neque vero id obiter dixit, sed addidit : « In generationem et generationem ; » Salomon autem mediis temporibus ab orbe condito natus est : « Descendet sicut pluvia in vellus, et sicut stillicidia stillantia super terram [65]. » Ille non solum ex adulterio, sed etiam per cædem susceptus est. Quod Deus flagitium per Nathan arguit, ac palam fecit. Neque equidem hæc animo insultandi Dei-hominis majoribus, sed reprimendæ contumaciæ vestræ causa, a me proferuntur. « Orietur in diebus ejus justitia, et abundantia pacis, donec auferatur luna [66]. » Ille non modo, ut hominem par est, dilapsus est ; sed eo regnante cædes non paucæ, et captivitates, quales nunquam ante, consecutæ sunt. « Et dominabitur a mari usque ad mare ; et a flumine Euphrate usque ad terminos orbis terrarum. Coram illo procident Æthiopes [67]. » Ille solius paterni regni sceptra moderatus est ; id quod sciunt omnes, qui Judaici imperii meminerunt. « Et inimici ejus terram lingent [68]. » Illius hostes adeo pulverem non linxerunt, ut etiam Jeroboam, ejus servus, regnum ab eo avertens, illud sibi usurparit et occuparit. « Reges Tharsis et insulæ munera offerent : reges Arabum et Saba dona adducent [69]. » Aut reges, si placet, qui sint, edite, et dona profertote (quanquam etiam diu multumque agendo, actum agetis) ; aut quod sequitur : « Et adorabunt eum omnes reges terræ [70], » commentum amens arguet : « Omnes gentes servient ei [71]. » Illi adeo non servierunt, ut postquam vetita legibus in Deum admisit, ac diis fana excitavit, Adad Idumæus, et Rakon Damasci regulus ab eo defecerint : tantumque abest ut eum gentes coluerint, ut de paterno suo regno adhuc superstes a Deo audierit, ruptum revulsumque ejus regnum, servo, non filio donandum [72]. De quo igitur psalmodus psalmum edidit ? quæ enim diximus Salomonem plane repellunt.

Jud. Quod in Salomonem scripta non sint, probe jam et explorate tenemus ; in quem alium, nescimus.

Christ. Utrique, si videtur, Davidem percontemur.

Jud. Davidem, tot annos jam mortuum hodie respondere ?

Christ. Respondebit sane, mihi credite, si studiose quæramus. Cedo David, quis hic est, de quo dixisti : « Et permanebit cum sole et ante lunam [73]. » Et illud : « Ante solem permanet nomen ejus [74], » cæteraque quæ eo psalmo cecinisti ? Quis Dominus Israelitarum Deus prædicandus ? « Benedictus enim Dominus Deus Israel : et benedictum nomen majestatis ejus in æternum, et replebitur majestate ejus omnis terra, fiat, fiat [75]. »

Quid igitur ? Hæc sufficiunt, an et plura addemus ? Audite dicentem Isaiam : « Quis ex vobis

[60] Isa. IX, 6. [61] Psal. LXXI, 17. [62] Psal. LXXI, 1 seqq. [63] ibid. 5. [64] Psal. LXXXIX, 10. [65] Psal. LXXI 6. [66] ibid. 7, 8. [67] ibid. 8. [68] ibid. 9. [69] ibid. 10 [70] ibid. 11. [71] ibid. [72] II Reg. II, 1. seqq. [73] Psal. LXXI, 5. [74] ibid. 17. [75] ibid. 18.

(13) Nazianz. in Natalem et S. Pascha.

(14) Imo Josephus non octogenarium, sed nonagenarium mortuum Salomonem ostendit l. VIII *Antiq.* c. 3.

timens Dominum, audiet vocem servi sui [76]? » Et Sapientia : « Cum meum Filium non audierint, ego quoque eos non exaudiam, dicit Dominus omnipotens [77]. » Et Osee, ex persona Dei : « Ex Ægypto vocavi filium meum [78]. » Et David, « Dixit Dominus Domino meo [79]. » De hoc igitur quid censetis? Quis alius Dominus Domino dixit? aut cui alteri Domino, quam Dominus Deus Pater, Domino, id est, ejusdem naturæ Deo et Filio? Nemo enim alius Deo et Patri dexter assidet, quam ejusdem naturæ Deus et Filius. Quod verissimum esse, accipite ex Davide, sic paulo post scribente : « Ex utero ante Luciferum genui te [80]. » Cur enim non « ex utero » solum, aut « ante Luciferum » dixit? Ut unius naturæ cum Patre Filium ostenderet. Nam quod « ex utero » ait, nihil aliud, quam natura viribusque parem, atque cognatum palam innuit. Qui namque possit aliud ex utero gigni, quam gignenti cognatum et consentiens? Quod « ante Luciferum, » compererem, expertem æque principii, et ævi auctorem Filium designat.

Jud. Deum immortalem! ita nos obruisti, ut quæ dixisti, facile satis sint, nec vel minimum sit, quod contra dicamus. Sed religio est nobis, vel cogitare Deum genitum. Gignere enim perpessionem notat; Deum vero omnes uno ore vates impatibilem et incorruptum prædicant.

Christ. Jam vos Scripturas jussi scrutari; nec quod in littera est crassum atque pingue, intueri; sed dubia vatum et obscura dicta tanquam manu capere, omnaque ad Deum referre. Itaque legite, ut intelligatis : quod si intelligere non vultis, ne legite quidem; ne, quæ legitis absurde intelligentes, damnemini. De hoc enim propheta prædixit; neque enim ego dico, aliquem unquam sanctorum vatum ad divinæ naturæ comprehensionem penetrasse. Et quisnam igitur Dei æternam generationem affari, dicendoque consequi ausit, aut possit? Nam ubi nec tempus, nec ævum intervenit, non spectator adfuit, non præsto est interpres, qui potest veritas in aspectum lucemque proferri?

CAPUT VIII.

Generatio divina mente comprehendi nequit, et quomodo fiat.

Sin illi Salomonis parebitis monito : « A magnitudine speciei et creaturæ cognoscibiliter poterit creator horum videri [81]; » facile et hanc summam difficultatem ex rebus conditis, et probe assequemini. Nam si in hac condita et sensili natura ortum citra perpessionem damus, multo magis conditor Filius absque fluxu ac perpessione a Patre genitus est; quemadmodum a mente sermo, aut a sole lumen. Hominum amator Deus et Dominus, quæ terrenis nostris atque infirmis ingeniis comprehendi posse præsciit, singula detexit : quæ non possent, ea subjectis sub sensum exemplis quibusdam ostendit. Atque huic nostræ sententiæ testimonium dicit Salomon : « Quod si virtutem et opera creaturarum mirati sunt, ut deos putaverint, intelligant ab illis, quoniam qui hæc fecit, fortior est illis [82]. » Itaque si et vos ex iis quæ creata sunt, atque his sub sensum subjectis rebus manuducti, Dei generationem absque perpessione admittitis, planeque confitemini; quam bella hæc vestra est confessio? Sin adhuc antiquum obtinetis, phy! fœdam vestram arrogantiam, qua ex aliis in alias quæstiones ac defensiones revolvemur! Unde putatis, lux gignitur, quæ omnem cis cœlum orbem pervadit?

Jud. Ex sole.

Christ. Et aliquane inter solem atque lucem perpessio interest, cum a sole lux emanat?

Jud. Minime.

Christ. Quid vero radius, unde creditis, oritur?

Jud. E sole itidem per lucem.

Christ. Radii porro ab sole effluentiam citra perpessionem fieri confitemini?

Jud. Sane ita rem habere confitemur.

Christ. Quoniam sic habere confitemini, addatur et alterum exemplum hoc. Mens cogitationem gignit, qua genita per articulatam vocem sensa palam facit. Est autem impatibilis et mens, et cogitatio, et vox; quantumvis actus aer vox efficitur: vox animi scita in lucem profert. Atque id verissimum esse, explorate judicium facite ex mute; hic namque et mentem et cogitationem, et vocem habet; sed cum per articulatam non possit (neque enim habet audiendi sensum impatibilem), industria imitatione quadam atque gestu scita prodit.

Jud. Grates Deo Opt. Max. nihil jam ambiginus, neque de Deo, et Patre, neque de ejusdem natæ Filio, hæc enim belle planeque demonstrasti. Itaque et de Spiritu sancto dissere, sodes, etsi propheta eum increatum, atque ejusdem natæ indicet.

CAPUT IX.

De Spiritu sancto ejusdem cum Patre naturæ.

Christ. Etsi ante omnes id et perspexit et scivit Moses; hic tamen ad confirmationem ultimo loco servetur; ut quemadmodum vatum princeps est, ita disputationem claudat. Isaiæ, in persona Christi hæc sunt verba : « Spiritus Domini super me : ad annuntiandum mansuetis misit me, ut mederer contritis corde, et prædicarem captivis indulgentiam, et clausis apertionem [83]. » Et Job dicit : « Spiritus Domini fecit me, et spiraculum omnipotentis vivificavit me [84]. » Ecquid autem vobis de hoc Spiritu videtur? Cujusnam Spiritus vis inopibus læta nuntiat, mente fractis medetur, a diabolo mancipatos

[76] Isa. L, 10. [77] Prov. I. 28. Aliter habetur in Vulg. etc. [78] Osee II, 1. [79] Psal. CIX, 1. [80] Ibid. 3. [81] Sap. XIII, 5. [82] Ibid. 4. [83] Psal. LXI, 1. [84] Job XXXIII, 4.

in antiquam felicitatem restituit; *cæcis*, id est, quibus mens caligat, animi oculos illustrans, Deum quoad ejus fieri potest, spectandum præbet? Quæ vis spiritualis omnes cœlorum copias constabilivit, ut ait David : « Verbo Domini cœli firmati sunt, et Spiritu oris ejus omnis virtus eorum [86]? » Quis ille est Spiritus, qui Dei notitiam docet homines, atque ad perfectionem adminiculatur? Agite, dicite.

Jud. Ne nos, obtestamur, vaticinarum vocum interpretationem posce; sed tute potius ad nos explica. Nam si a nostris vatum dicta certo exponerentur, quæstiones plane nec ingressi quidem essemus.

Christ. Joel scriptum reliquit : « Et erit post hæc : effundam Spiritum meum super omnem carnem : et prophetabunt filii vestri, et filiæ vestræ : senes vestri somnia somniabunt, et juvenes vestri, visiones videbunt. Sed et super servos meos et ancillas in diebus illis effundam Spiritum meum. Et dabo prodigia in cœlo sursum, et signa in terra deorsum, sanguinem, et ignem, et vaporem fumi : sol convertetur in tenebras, et luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus et manifestus. Et erit; omnis quicunque invocaverit nomen Domini, salvus erit [87]. » Et Isaias : « Ipsi ad iracundiam provocaverunt, et afflixerunt Spiritum sanctum, et conversus est eis in inimicum [88]. » Et Zacharias ex persona Christi : Increpet Dominus in te, Satan : sed in spiritu meo [89], » etc. Idemque rursus : : « Effundam super domum David, et super habitatores Jerusalem, spiritum gratiæ et precum [90]. » Et David : « Emittes Spiritum tuum et creabuntur, et renovabit faciem terræ [91]. » Et iterum : « Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam [92]. » Et in Numeris : « Irruente in se Spiritu Dei, ait Balaam [93]. »

CAPUT X.

Similitudines sanctam Trinitatem exhibentes.

Atque sic porro pariter, si placet, vatum voces attexam, unius naturæ Trinitatis vim designantes. Sane et Israelitarum ex Ægypto exitus [94], qui tridui iter progressi, Deo operari peterent, ea, inquam, res Trinitatem innuere mihi videtur. Et tres virgæ, quas patriarcha Jacob [95], detracta parte corticis in aquam conjiciebat, ovibus Laban adaquandis : quemadmodum et nunc Salvator noster Jesus, oves ratione præditas, id est, homines sacro baptismate illustratos, servavit, ut per Ezechielem Deus ait : « Ecce ego ipse requiram oves meas, et visitabo eas; et scient quia ego Dominus Deus eorum [96]. » Quin et Ninivitæ trium dierum atque noctium jejunio salutem consecuti sunt [97]. Quæ res non frustra erat, sed effigies quædam rerum futurarum. Nam adoranda SS. Trinitate omni hominum generi salus quæritur. Elias aqua tertium in struem effusa, ignem cœlo devocavit, et hostiam consumpsit [98]. Daniel ter quotidie domus suæ foribus apertis comprecatus, postulata accepit [99]. Atque hæc vero, nequaquam temere erant, sed quæ gesta sanctæ Trinitatis arcanum notarent.

Nihilominus si crassiora vaticinia, utpote crassiores, requiritis, agite sane, et crassiora tractemus. Itaque Jobi hæc sunt verba : « Vivit Deus, qui abstulit judicium meum; et Omnipotens qui ad amaritudinem adduxit animam meam : quia donec superest habitus in me, et Spiritus Dei [1], » qui fecit me. Abraham parens vester tres angelos epulis accepit, quibus Domini ex æquo nomen unum tribuit, dicens : « Domine, si inveni gratiam coram te, » et quæ sequuntur [2]. Deum vero quod Abrahamus exceperit, et non angelos, evidens est non solum ex risus Saræ præsensione; sed ipse adeo Deus ei post epulas confirmat, se ejus esse Deum : « Revertens veniam ad te tempore isto, et habebit filium Sara uxor tua [3]. » Et eductum foras sic est allocutus : « Suspice cœlum, et numera stellas, si potes. Et dixit ei : Sic erit semen tuum. Credidit Abraham Deo, et reputatum est illi ad justitiam. Dixitque ad eum : Ego Dominus, qui eduxi te de Ur Chaldæorum [4]. » En vobis SS. Trinitatem. Primum, inquit, « Ego sum Deus tuus : » et ex Sara dabo tibi filium, cui benedicturus sum. « Revertens veniam ad te tempore isto, et habebit filium Sara uxor tua. »

Deinde eo foras educto, et cum stellarum numerum consequi non posset, numerosa posteritate ei condicta, addit : « Credidit Abraham Deo [5]. » Ac tertio : « Ego Dominus, qui eduxi te de Ur Chaldæorum [6], » ut per triadem hanc, triplicem in divinitate personam doceremini. Videte rursum tres personas in una natura, velut unam, disserentes. Etenim Abrahamus, cum sanctam Trinitatem comitaretur, id ab ea dictum accepit; « Clamor Sodomorum et Gomorrhæ multiplicatus est, et peccatum eorum aggravatum est nimis. Descendam et videbo, utrum clamorem qui venit ad me, opere compleverint; an non est ita, ut sciam [7]. » Jam et Mosi imperantis Dei hæc sententia est : « Ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob [8]. » Nec dixit : Ego sum Deus Abraham, Isaac, Jacob : sed addit « et » copulam, ne et Filius, et Spiritus sanctus indesignati essent; sed velut copula Abrahamum, Isaacum, Jacobum, tres homines ostendit, ita et Deitatis triplex usurpatio tres personas declarat. « Ego sum Deus Abraham, » hoc est, Pater, « et Deus Isaac, » id est, Filius ex eo genitus, « et Deus Jacob » scilicet ter sanctus

[86] Psal. XXXII, 6. [87] Joel. I, 28 seqq. [88] Isa. LXIII, 10. [89] Zach. II, 2; [4], 6. [90] Zach. XII, 10. [91] Psal. CIII, 30. [92] Psal. CXLII, 10. [93] Num. XXIV, 2. [94] Exod. III, 18. [95] Gen. XXX, 37. [96] Ezech. XXXIV, 11 et 30. [97] Jona III, 5. [98] III Reg. XVIII, 34 et 38. [99] Dan. VI, 10. [1] Job. XXVII, 2, 3; XXXIII, 4. [2] Gen. XVIII, 3. [3] ibid. 10. [4] Gen. XV, 5. [5] ibid. 6. [6] ibid. 7. [7] Gen. XVIII, 20, 21. [8] Exod. III, 6.

vivificus Spiritus, ex Patre manans (14), et in Filio conquiescens. Cœlestes autem copiæ Cherubinorum Seraphinorumque irremissa voce, prodente Isaia, clamant : « Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus exercituum, » ter ingeminando « Sanctus, » tres personas ; semel « Dominus exercituum, » unam Deitatem notantes. Est enim vere unus Dominus, et una Deitas Patris, et Filii, et Spiritus sancti.

Jud. Per Deum rerum omnium architectum, veræ hæ vatum voces sunt, eoque fine ab iis proditæ ; patres vero nostri, frustra in nuda occupati littera errarunt.

Christ. Ades vero Moses, refer de Spiritu sancto, quid in Numeris tecum locutus sit Deus : « Congrega mihi septuaginta viros de senibus Israel, quos tu nosti, quod senes populi sint ac magistri : et duces eos ad ostium tabernaculi fœderis, faciesque ibi stare tecum, ut descendam et loquar tibi ; et auferam de Spiritu tuo, tradamque eis, ut sustentent tecum onus populi, et non tu solus graveris. Et congregavit Moses septuaginta viros de senibus Israel, quos stare fecit circa tabernaculum. Descenditque Dominus per nubem, et locutus est ad eum, auferens de Spiritu qui erat in Mose, et dans septuaginta viris. Cumque requievisset in eis Spiritus, prophetaverunt, nec ultra cessaverunt. Remanserant autem in castris duo viri, quorum unus vocabatur Eldad, et alter Medad, super quos requievit Spiritus ; nam et ipsi descripti fuerant, et non exierant ad tabernaculum. Cumque prophetarent in castris, cucurrit puer et nuntiavit Mosi, dicens : Eldad et Medad prophetant in castris. Statim Josue filius Nun, minister Mosi, et electus e pluribus, ait : Domine mi, Moses, prohibe eos. At ille : Quid, inquit, æmularis pro me? quis tribuat, ut omnis populus prophetet, et det eis Dominus Spiritum suum [10] ? » Pudeat eos, qui Spiritum hunc alterius naturæ, quam Dominum censent. Nam si id in hominibus, ne dicam de singulis animalibus, impossibile est, multo magis in Deo. Quid agimus? creditis? Utinam oculorum mentis vestræ lippitudinem elueretis aqua veritatis, unigenamque Dei Filium videretis salutis humanæ causa cœlo degressum, de Spiritu sancto ex Maria Virgine incarnatum, et hominem factum, ac pro nobis sub Pontio Pilato crucifixum, passum, et sepultum, tertiaque die, secundum Scripturas, suscitatum, in cœlum reversum, Patri dextrum assidentem, et magnifice olim judicandis vivis atque mortuis redituruum, imperio nunquam finiendo.

Jud. At si Mosis Deum in terra incarnatum, et hominem factum de Davidis progenie, atque Virgine prædicatis, quo pacto nos, Judæos, seu Synagogam rejecit, quam per Mosen atque legem sibi vindicavit ; maxime quorum e stirpe hominem factum corpus suum assumpsisse perhibetis? Nam si servando hominum generi homo factus est, multo magis nos, quam alios admitti oportebat, quorum ab gente Dei notitia per parentem nostrum Abrahamum prodierit ; ac tum fortasse exteros quoque, si volebat, pro humanitate sua asciscere. Hoc enim nos vel in primis inducit, ne hunc esse illum Mosis Deum fateamur.

Christ. Sciendum vero est, Dei dona esse immutabilia ; nam cum simplex sit, simplicia quoque sua beneficia locare solet. Atque id verum esse, ex insensibilibus rebus conjecturam facere, et perspicere est. Nam et cœlo perennem mobilitatem, et soli splendorem, ac lunæ, ne singula persequar, et sole lumen haud sane obnoxius, largitus est ; eaque tot jam ætates immota durant. Primigenio autem parenti ejusque posteris munus, arbitrii libertatem dedit. Hujus gratia Abelis donis propitius, Cain despexit, pro utriusque ingenio [11]. Atque ex eo hactenus, ne satietatem dicendo afferam (satietas enim orationis inimica est auribus), « malos male, et bonos benigne accipit, ut cujusque actiones et facta merentur. Id quod per virum Dei, qui Heli filiorum scelera exprobrabat, his verbis testatur : « Quicunque glorificaverit me, glorificabo eum : qui autem contemnunt me, erunt ignobiles [12]. »

CAPUT XI.

De divina Providentia.

Quid igitur? commune hoc humanitatis donum propter vos Judæos tollendum erat, nec bonis præmia tribuenda, nec malis supplicia irroganda?

Jud. Minime.

Christ. Quod si id adeo absurdum censetis, vel sane judicatis, quæ alia opifici Deo adhibenda erat, nec adhibita est procuratio? An non apud Abrahamum epulari, qui nullius egeret, sustinet? An non deinceps per Isaac, et Jacob, ac duodecim patriarchas, unigeniti Filii incarnationem vatis intexit ; uti tum in Genesi et Exodo, tanquam ænigmate, clamat Moses? Tum autem qui vis crassiores sciret, crassiores etiam solutiones prophetæ adhibuit. Quid enim his Jeremiæ verbis clarius? « Hic est Deus noster, et non æstimabitur alius adversus eum. Hic adinvenit omnem viam disciplinæ, et tradidit illam Jacob puero suo, et Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est, et cum hominibus conversatus est [13]. » Aut illis Isaiæ quid aptius? « Ecce Virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel [14] ; » quasi dicas : Nobiscum Deus, et quæ reliqua sunt clariora vatum præconia. Demum ipse quoque orbis Servator : « Non sum missus, inquit, nisi ad perditas oves domus Israel [15]. » Proditus vero, et se-

[10] Isa. VI, 3. [10] Num. XI, 6-29. [11] Gen. IV, 4. [12] I Reg. VIII, 30. [13] Baruch III, 37, 38. [14] Isa. VII, 14. [15] Matth. XV, 24.

(14) De processione Spiritus sancti loquitur auctor iste, ut Græcus.

pultus, atque suscitatus, tum discipulis gentium quoque eruditionem mandavit, dicens : « Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti [16]. » Id quod et Salomonis sapientia prædixit : « Quia vocavi, et renuistis : despexistis omne consilium meum, et increpationes meas neglexistis; ego quoque in interitu vestro ridebo, et subsannabo, cum vobis id, quod timebatis, advenerit [17]. » Itaque varie Deus saluti vestræ procurandæ studuit; eoque nomine, quod renueritis, gentes vos damnabunt; quod ipsæ, Judæorum adjumentis, quæ Deus olim per Mosen, qua in Genesi, qua in Exodo, ut diximus, obscure proposuit, ac post etiam dilucidioribus vatum oraculis acceptis, justitiæ lumen admiserunt : vos, quorum causa hæc omnia conscripta sunt, quibusque vates suum sanguinem fuderunt, vos, inquam, rejecto sole, tenebras pro perenni luce elegistis; quibus tamen illuminandis ipse quoque demum unigenitus Dei Filius et lux æternæ lucis, suum quoque sanguinem fudit.

JUD. Si vere nobis ostendes, Mosen, tum in Genesi, tum in Exodo de his locutum, et tecum sentiemus, et credemus.

CHRIST. Si crassiores prophetarum prædictiones, aperte Dei Filium prædicantes, vestri majores non audierunt; scilicet, Mosaica vobis scripta, quæ non palam, sed obscure omnia produnt, vobis facient fidem.

CAPUT XII.

Cur Deus arcana fidei homines initio celaverit.

JUD. Et cur autem non planius aperuit?

CHRIST. Erat tum intempestivum, ut dicebam, id prodere. Nam si de Cherubinis atque Seraphinis, atque omni cœlesti satellitio propheta nihil prodidit, quas res apud se explorate cognitas haberet, sed ex aspectabilibus, sub sensumque subjectis erigere nos primum ad Dei notitiam voluit; quanto magis de perenni, et temporis experte Trinitate, aut Filii incarnatione? quæ et tot vatum judiciis patefacta, et porro exhibita ac perfecta, hactenus a vobis negatur. Sed nimirum quæcunque, ut aiebam, obscurius dixit, duabus his de causis fecit : tum ut divina se notitia plenum ostenderet; tum ut qui post se eodem spiritu essent affecti, ex ænigmatis ad divinum splendorem erigerentur. Itaque infructuosum sit ea vos docere.

JUD. Imo vero rogamus, dissere nobis ea, quæ sunt ex Mose desumpta. Nam et principem a Deo vatem Mosen accepimus, et is ex Ægypto eductos in Dei notitiam induxit.

CHRIST. Igitur a primo Dei amante homine, id est, Abrahamo, ordiamur. Ei duo erant nati, unus ex ancilla, alter ex libera. Nam cæteri sine nomine sunt, atque a felicitate alieni. Horum Isaac duplicem gessit figuram : unam ordine nascendi; electum ex gentibus populum, Christo adhæsurum referebat; modo autem nascendi, et immolatione, Christi Domini nativitatem et mortem figurabat; Ismael contra typum expressit Judaicæ gentis : atque id verum esse, audi Deum Osee mandantem : « Sume tibi uxorem fornicationum, et fac tibi filios fornicationum : quia fornicans fornicabitur universitas Judæorum a Domino [18], quamobrem non uxor mea, et ego non vir ejus [19]. » Quibus verbis sacerdotium quoque abrogandum innuebat. Cum enim meretricata esset (Synagoga), multata est regno et sacerdotio post Christi adventum, qui princeps verus est atque rector.

CAPUT XIII.

Judaicæ gentis a Deo defectio.

Igitur si non est iis sacerdotium, ut certe non est, evidens est eos meretricari. Nam quorum illegitimæ sunt nuptiæ, ii adulterium committunt. Quod si jam omnes fornicantur, atque ex adulterio nascuntur, omnes spurii sunt. « De scorto autem natus, ait Mosis lex, non ingredietur Ecclesiam Domini [20]. »

Operæ pretium est autem quærere, cur a Deo fœdus circumcisionis pactum sit in Ismaele, et non in Isaac? Ego affirmo causam fuisse, quod circumcisio erat desitura : atque id verum esse, ex his Dei ad Abrahamum verbis apparet : « Tu ergo custodies pactum meum et semen tuum post te in generationibus suis [21]. » Et iterum : « Omne masculinum in generationibus vestris circumcidetur [22]. » De Isaac autem non ita Deus paciscitur; sed : « Constituam pactum meum illi in fœdus sempiternum [23]. » Observate, ut Ismaeli, qui Synagogam referre putatur, quippe primigenius, firmaturum se fœdus duratura ejus posteritate repromittat : cum Isaac vero, qui novum populum repræsentat, sempiternum iniit fœdus. « Ancilla concepisse se videns, despexit dominam suam [24]; » Synagoga scilicet, accepta lege, ac bysso purpuraque, regno, inquam, ac simul pontificatu ornata, heram contempsit suam, manum contra Dei omnipotentis majestatem et dextram sustulit; ejusque vultum omnino effugere conabatur, dum « occidere prophetas, et lapidare ad se missos moliebatur [25]. »

CAPUT XIV.

Comparatio Synagogæ et gentium.

Præpotens autem Deus exsiliis (ut quæ prime sponte fugisset) Synagogam male multans, tandem velut ancillam durius habitam, propitius per prophetas jussit ad heram suam, id est, Hierosolymam reverti [26], et ejus se manui submittere; adorare videlicet in Bethleem natum, et Servatorem Deum Christum confiteri. Cumque reversa Synagoga non modo non confiteretur, sed etiam Isaac, seu recens

[16] Matth. xxviii, 19. [17] Prov. i, 24, 25. [18] Osee i, 2. [19] Osee ii, 2. [20] Deut. xxiii, 2. [21] Gen. xvii, 9. [22] ibid. 12. [23] ibid. 19. [24] Gen. xvi, 4. [25] Matth. xxiii, 37. [26] Gen. xvi, 9.

natum Christum illuderet, eum post chlamyde amiciret, et contextam e spinis coronam capiti imponeret; tum vero audivit Christum ad Patrem suum clamantem : « Ejice ancillam, id est Synagogam, de domo mea, ne mihi thus adoleat; neque enim ancillæ filius erit hæres cum filio liberæ [37]; » nam æque Judæi atque gentes paratum regnum possidebunt; quorum illi Christum, ceu facinorosum in crucem egerunt; gentes vero cum facinorosis crucifixum conspicatæ, Deum confessæ sunt.

CAPUT XV.

Filii et res Abrahami cum Deo collatæ.

Atque ea quidem in typo Synagogæ, id est, Ismaele sunt peracta [38]; hæc autem in Isaac, novi populi figura, primum quia ex sterili effeta, et grandæva natus. Nam quia ex Virgine nasci homini non est concessum] (quod Deus privilegium sibi ut ingens quiddam, et arcanorum atque admirabilium maxime admirabile et arcanum consecravit), oportebat aliquem typum atque umbram hujus veritatis ex effeta nasci Abrahamo. Quin et verba etiam similia sunt, quæ de Christi nativitate dicebantur, et quæ de Isaac præcedebant. Igitur illic Deus : « Quare risit Sara ? nunquid Deo quidquam est difficile [39] ? » Hic Gabriel Virgini : « Quia non erit impossibile apud Deum omne verbum [40]. » Illic : « Revertens veniam ad te tempore isto; et habebit filium Sara, uxor tua [41]. » Hic : « Spiritus sanctus superveniet in te; et virtus Altissimi obumbrabit tibi [42]. » Notate sane, ut post digressum, sanctæque Trinitatis hospitium, Isaaci conceptus sit consecutus. Quo edito, non jam Abraham a Deo audivit, quod de Ismaele firmandum secum fœdus duratura ejus posteritate; sed patrem se multarum gentium effectum iri, ingenti sobolis incremento auctum, fœdus autem cum Isaaco æternum paciscendum [43]. » Videtis Synagogæ abrogationem, ac novi populi perpetuitatem. Sed jam ad Abrahami quoque immolationem oculos referamus, et Isaacum videamus Dominici supplicii exemplum gerentem. Nam ut Abrahamus Dei studio natum condonavit, ita et Deus pro summa sua humanitate atque benevolentia pro nobis charissimum Filium ad necem obtulit. Illic Abrahamo jubet Deus : « Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis (15), Isaac [44]. » Neque enim temere illum amabas : sed qui amore dignus erat, abs te quoque amabatur. Hic opificem meum Christum, ipse assumpti Deus, atque idem secundum divinitatem ejus Pater, contestatur charissimum suum esse Filium : « Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui [45]. » Non delector, inquit, Filii nece, sed quantumvis comperennem, ac natu æqualem, mihique charissimum, corpore propter hominum salutem mactari volens patior. Illud vero dignum quæstione est, cur Abrahamo sæpe hostili operato, locum ei Deus non ostendit; in Isaaci immolatione præcepit : « Vade in terram visionis, super unum montium, quem monstravero tibi [46]. » Illum ipsum, opinor, locum ei Dominus ostendit, in quo meus Dominus crucifigendus erat. Nam Palæstinum solum prope Hierosolymorum fines adjacet.

CAPUT XVI.

Cur in monte sacrificare Abraham filium jubetur.

Mane surgens Abrahamus, asinum sternit. Asinum quidem Abrahamus, Judas autem Judæorum collegium concivit : adhibitisque duobus pueris, duobus seu populis, seu regibus, Pilato et Herode (pueros enim sacræ Litteræ imperitos vocare solent) et Isaaco filio, profectus, tertio post die ad locum, quem ei dixerat Deus, pervenit. Nam quia non erat moriturus Isaac itinere faciendo, post triduum resurrectionem significavit. Sublatis oculis, Abraham locum procul animadvertens; et meus Jesus supplicium suum ab omni æternitate dedicavit; famulis jubet, ut ibi cum asino præstolentur, dum ipse et puer illo eant. Itidem et suis discipulis meus Salvator atque Deus ait : « Ecce venit hora, et jam venit, ut dispergaminí unusquisque in propria; et me solum relinquatis : et non sum solus, quia Pater mecum est [47]. » Sed tanquam prophetæ, illic Abraham : « Postquam adoraverimus, revertemur ad vos [48]. » Hic animorum perspector : « Postquam resurrexero, præcedam vos in Galilæam [49]. » Atque ita quidem Servator. Abraham vero sacrificalibus lignis Isaac filio suo impositis; erat enim dulcis Jesus suam crucem portaturus; ipse ignem ferebat manu; conjuncta enim humanitati divinitas ibat; gladium vero putabat : « Quia unus militum lancea latus ejus aperuit [50]. » Et pergebant duo simul; ambæ naturæ in una Christi persona; manebatque divinitas corporis effectrix, immota penitus, et sine affectu; quemadmodum et Abraham, Isaaci pareas; Isaac vero parenti suggerebat : « Ecce ignis et ligna : ubi est victima holocausti [51] ? » Servator, itidem passionis tempore : « Pater mi, inquit, si possibile est, transeat a me calix iste; Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma [52]. »

CAPUT XVII.

Isaac immolandus Christi crucifixi typus est.

Progressi autem ambo; id est, Deus homo Jesus, in locum pervenerunt, scilicet Golgotha. Atque ibi

[37] Gen. xxi, 20. [38] Gen. xviii, 11. [39] Gen. xviii. 13. [40] Luc. i, 37. [41] Gen. xviii, 10. [42] Luc. i, 35. [43] Gen. xvii, 5 seqq. [44] Gen. xxii, 8. [45] Matth. iii, 17. [46] Gen. xxii, 2. [47] Joan. xvi, 32. [48] Gen. xxii, 5. [49] Matth. xxvi, 32; Marc. xiv, 2[8]. [50] Joan. xix, 34. [51] Gen. xxii, 7. [52] Matth. xxvi, 39.

(15) LXX ἠγάπησας, ad quod forsan alludit in seqq.

Abraham exstruxit aram; uti et hic *lithostrotos*, tribunalis locus lapide præstructus fuerat; impositisque lignis; sic enim et in Calvaria crux est defixa; Isaac filium suum constringens, id est, Christus ad tegendam divinitatem corpore amictus; lignis in ara superponit; eo quod in ligno, o miraculum! suspenditur ille, qui Adamum lapsum per lignum erat restituturus, et qui in arca lignea Noe tutatus fuerat. Deinde ferro manum admovet, ad filium suum immolandum: nam his omnibus patrandis Abraham inaspectabilis Patris de unigenito Filio decretum atque voluntatem ostendit: « Et ecce angelus Domini de cœlo clamavit dicens; Abraham, Abraham. Qui respondit: Adsum [43]. » Hic angelus e cœlo cum Abraham sermocinatur; in Dominico supplicio, magni consilii Angelus, Deum et Patrem inclamavit: « Eli, Eli, lamma sabactani? hoc est; Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me [44]? » Et Angelus ad Abraham: « Non extendas manum tuam super puerum, neque facias illi quidquam; nunc cognovi, quod times Deum [45]. » Ait vero: « Nunc cognovi, » pro illo, demonstrasti jam mihi: non enim ignarus erat Dominus: « Et non pepercisti unigenito filio tuo propter me. » Igitur Abraham mactando filio suam erga Deum observantiam ostendit: ille vero Antiquus dierum [46] Deus erga homines amorem suum probavit immolando unigenito Filio.

CAPUT XVIII.

Aries cum cornibus inter vepres quid significet.

Tum Abrahamus erectis oculis pone conspexit arietem. Aries hic verbi assumptum intelligatur. Nam de eo sic prodit Isaias: « Sicut ovis ad occisionem ducetur [47]. » Hærentem cornibus, id est, cruci affixum, in frutice Sabec, quod est remissio: apud Hebræos enim Sabec *remissionem* notat: aggressusque Abraham, id est, unigenitus Dei Filius, comprehensum arietem, id est, assumptum corpus in holocaustum obtulit; supplicio, puta, objecit, pro filio, Adamo scilicet lapso. Atque ista vera esse, audite cum Abrahamo colloquentem Deum: « Per memetipsum juravi, dicit Dominus: quia fecisti hanc rem, et non pepercisti filio tuo unigenito propter me: benedicam tibi, et multiplicabo semen tuum [48]. » Et post pauca: « Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ [49]. » Quorum verborum hæc est sententia: Ex tui filii posteritate, scilicet Isaac, qui mei Filii est typus, meus natura mihi conjunctus Filius prodibit, per quem omnes orbis terrarum gentes sospitabuntur. Abrahamum vero œconomiæ arcanum habuisse perspectum, quemadmodum ex sua olim stirpe per Isaac et Jacob Dei Filius incarnandus esset, evidens est ex eo quod sui generis uxores asciverint. Nam ipse accepta sua consanguinea [50], Isaacum quoque accipere permisit [51], parique modo Isaacus Jacobum [52]; sed Rebeccam misso servo conjugem petiit [53]; ita enim et Deus per Mosen Synagogam instauravit. Jacobum, qui Christi exemplum ferebat, ad suos gentiles Isaac privatim dimisit, duas inde uxores duriter et laboriose ut sibi duceret. Itidem et Pater ab omni æternitate unigenam suum Filium ad creaturam suam, id est homines, dimisit, ut inde carnem assumens, per supplicium, et Dominica miracula duas Ecclesias velut nuptum acciperet.

CAPUT XIX.

Comparatio Jacobi et Esau.

Quod ita se habere, audite Dei ad Rebeccam responsum: « Duæ gentes sunt in utero tuo et duo populi ex ventre tuo dividentur, » scilicet Judæorum unus, alter exterorum; « populusque populum superabit, et major serviet minori [54]. » Qui se natu majorem jactat, alteri post nato serviet; id est, Judaica gens Ecclesiæ ex gentibus collectæ serviet. Atque id et Dei angelus (16) his ad Heli pontificem verbis confirmat: Te tuamque patriam domum sic exscindam: « Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui juxta cor meum et animam meam faciet. » Sane qui omnia ex ingenio animoque Dei facit, is ex Deo est, et iterum Angelus: « Et ambulabit coram Christo meo cunctis diebus, » id est, usque ad consummationem, atque itidem: « Futurum est autem, ut quicunque remanserit in domo tua, » internecionem, aut captivitatem effugiendo; « veniat ut oretur pro eo, et offerat nummum argenteum, dicatque: Dimitte me obsecro ad unam partem sacerdotalem, ut comedam buccellam panis [55]. » Quod angeli ad sacerdotem ænigma ejusmodi est: Inopem, Judææ solo multatum, venturum ad Ecclesiam ex gentibus constitutam, nummum argenteum petitum: et viro illustris ac pontificii generis dicet: Non ambio mihi sacerdotium, neque regnum desidero, sed ut in aliquod sacerdotium rejiciar, et non ut ministrem, velut prius, sed ut panem minimum lucrer. Idemque David præsagiens ait: « Elegi abjectus esse in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum [56]. » Dei domum vates Ecclesiam ex gentibus notat; impiorum tabernacula Judæorum fana. Vere enim Judæum nomen in extera Ecclesia abjectum et infame, nudum, exsul, regno omni et sacerdotio exutum. Atque hæc sic habere, ex iis quæ post dicentur, constabit.

[43] Gen. XXII, 11. [44] Matth. XXVII, 46. [45] Gen. XXII, 12. [46] Dan. VII, 9. [47] Isa. LIII, 7. [48] Gen. XXII, 16. [49] ibid. 18. [50] Gen. XXIV, 4. [51] Gen. XXV, 20. [52] Gen. XXVIII, 2. [53] Gen. XXIX, 21 sqq. [54] Gen. XXV, 23. [55] 1 Reg. II, 35, 36. [56] Psal. LXXXIII, 11.

(16) In Hebræo, ut et in Græco, ad verbum est, *vir Dei*, id est divinus vates, quomodo vertit et Chaldæus.

Ac prioris quidem populi figura est Esau; posterioris Jacob. Neque enimvero propter exemplum ad naturæ quoque excidium fas est grassari : « Postquam tempus pariendi advenerat (nam superiora iterum tractemus) qui prior egressus est, rufus erat, et totus in morem pellis hispidus : vocatumque est nomen ejus Esau [57]. » Irarum et immanitatis plenus Esau vultus est : tales enim et Israelitæ sunt : itaque et sui generis vates interfecerunt, et demum in ipsum etiam Christum admiserunt. « Protinus alter egrediens, plantam fratris tenebat manu, et idcirco appellavit eum Jacob [58], » ea re significans, et se eo potiturum, et servum ac ministrum habiturum; nam calces laboris præcipuum sunt, et ministerii judices. Erat autem Jacob lævis : quod humanæ mansuetudinis signum est; talisque est fide recens instructus populus, mitis, ac sine ira. Venustas enim corporis argumentum habet pulchritudinis internæ, et quæ mente teneatur. Eratque Esau venandi peritus : nam Israelitæ cruore et bruticidiis gaudent; Jacob quietus ædium habitator [59] : tales sunt etiam in fide novi, comes, experies iræ, et solam pietatem docti amare. Sed Isaac diligebat quidem Esau, non ut virum bonum, et voluntatis Dei conscium, sed venandi studiosum. Idque ita esse ut intelligeretur, causam quoque sacræ Litteræ adjiciunt, « eo quod de venationibus illius vesceretur : et Rebecca diligebat Jacob [60]. » Ubi est enim non mendax promissum, et verus amor consequitur. Esau vero non ut virum bonum a patre amatum, nulli dubium est; qui panis pauxillo, et confecto ex lente edulio, ætatis prærogativam addixerit. Atque ita sane et Synagoga propter exilem regnandi voluptatem adoptione excidit; Jacobo matris opera, ingenii facilitate, patris felicitatem adepto. Ac quemadmodum Rebecca Jacobum, ita et mei Christi incruenta victima novum populum Deo et Patri conciliavit et placavit. Sed quoniam rejectus a Deo est Esau, et nos adeo hactenus de eo sermocinati, deinceps quæ ad Jacob solum spectant prosequamur. Etsi illud prius operæ pretium est dispicere, cur Esau paterni boni ominis causa, ingenti obito labore, difficilem se præbens pater graviter ejulantem benedixerit. Hoc facto, opinor, Isaac scelestissimam Synagogam docet, nisi ad Deum hominem Jesum, quem in crucem egit, reversa, eum regenerationis lavacro, perinde ac Esau patrem lacrymis, propitiet, cœleste regnum consequi non posse. Sed rursum ad vaticinium sermonem referamus. « Igitur egressus Jacob de Bersabee pergebat Haran. Cumque venisset ad quemdam locum, et vellet in eo requiescere post solis occubitum [61]. » Jacobo solis, qui mente teneatur, signis divinitus erudiendo, sensilem condi solem oportebat, ut quam subiturus quoque erat in domifico supplicio caliginem præsagiret.

CAPUT XX.

Jacobi res cum Christo celatæ.

« Tulit de lapidibus qui jacebant, et supponens capiti suo [62]. » Lapidem Jacob sumpsit, quoniam exterarum gentium populus per augustum illum et « angularem lapidem, » id est, Christum, ad Deum confluxurus erat. Igitur hic quoque auguste lapidem ad caput adhibuit « Dormivit in eodem loco [63]. » Nam etsi corpore dormiebat Jacob; at Israelis mens sollicitabatur : « Viditque in somnis scalam stantem super terram, et cacumen illius tangens cœlum [64]. »

CAPUT XX.

Scala Jacob typus B. Virginis, et reliqua Jacobi gesta.

Scalam hic mihi Virginem intellige, per quam in cœlum e terra surrigimur. « Angelos quoque Dei ascendentes et descendentes per eam, et Dominum innixum scalæ [65]. » Primum ad eam descendit Gabriel, Dominum nuntiaturus eodem faustissimo nuntio conceptum iri, ex eaque jamjam Deum hominem proditurum. Deinde et ministri, ac salutis nostræ custodes. Servator enim meus in Evangelio confirmat : « Videbitis cœlum apertum, et angelos Dei ascendentes et descendentes supra Filium hominis [66]. » Ascendentes ad eum, qui Deus cum esset, homo etiam factus, inaspectabili Patri dexter assidens : descendentes ad homines, procurandæ eorum salutis causa. Id enim et Paulus, mei Christi os, testatus est, cujus de angelis hæc sunt verba : « Nonne omnes sunt administratorii spiritus in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capient salutis [67]? » Sed ad vaticinium revertamur.

Atque ille eum sic est allocutus : « Ego sum Dominus Deus Abraham patris tui, et Deus Isaac [68]. » Ego. Quis? Scalæ imminens. Ne metue, scilicet ab Esau fratre tuo. Itidem et Servator suos discipulos monebat : « Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere [69]. » Quod eo pertinebat, ut terrorem iis eximeret, qui in se spem haberent; quomodo et beatus David felicem clamat [70], qui in eo spem ponit. « Terram, in qua dormis tibi dabo, et semini tuo. » Ejus stirpem, non solum ex eo prognatos, sed exteros quoque Deus appellat. Nam ut Esau, qui filius Isaac erat, in Synagogæ felicitate numerum nullum tenuit, quod virtutis et Dei notitiæ iter non insisteret; ita qui per Dei notitiam et virtutem, etiamsi ex gentibus sint, Christo se adjungunt, filii Israelis erunt. Siquidem Israelis notatio est, « mens Deum videns. » Itaque qui mentem habent purgatam, ad divinum splendorem suscipiendum, merito Israelis filii et sunt, et nominantur. Atque hanc nostram sententiam reliqua sacræ Scripturæ facile confirmabunt :

[57] Gen. xxv, 25. [58] Gen. v, 26. [59] ibid. 27. [60] Gen. xxv, 28. [61] Gen. xxviii, 10, 11. [62] ibid. [63] Gen. xxviii, 11. [64] ibid. 12. [65] ibid. 13. [66] Joan. i, 51. [67] Hebr. ii, 14. [68] Gen. xxviii, 13. [69] *Matth. x, 28.* [70] *Psal.* xxx, 9.

« Eritque semen tuum quasi pulvis terræ; dilataberis ad Occidentem et Orientem, et Septentrionem, et Meridiem [71]. » Videte ut quaternas mundi partes sacræ Litteræ complectantur? cum Judæa quotum aliquod, et minimum terræ segmentum sit. Itaque id magis illustrans vates, addit : « Benedicentur in te, et in semine tuo, cunctæ tribus terræ [72]. » Id est, ab exorto Jesu Christo Deo. Sin id evertere conamini, nulla inter vos et gentes felicitas et communio erit, sed discidium atque dissensio. Nam hactenus apud omnes gentes contempti, et invisi estis. « Et ero custos tuus, quocunque perrexeris. » Quare certus hanc ab æterno œconomiam in tua stirpe complendam, iter omne tuum securus decurre. « Et reducam te in terram hanc, » id est, in antiquam Adami nobilitatem restituam. « Nec dimittam nisi complevero universa, quæ dixi [73]. » Non deficiet, inquit, tuam stirpem felicitas, quin ex ea, id est, ex Virgine, corporis quasi miscellam assumpsero.

Quod si quis id pressius intelligere vult, Jacob ipsum percontetur. Cedo, beate Israel, quænam ea sunt, quæ benignus Sabaoth Dominus facturum se promittit? « Non auferetur sceptrum de Juda, et dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est, et ipse erit exspectatio gentium [74]. » Audivistis prophetæ vocem nostris verbis consentanea loquentem? Illud enim quod constitutum est, conceptum ante sæcula arcanum significat. « Cumque evigilasset Jacob de somno, » id est, scientiam omnem eorum, quæ Deus dixisset, memoria complexus : « Ait : Vere Dominus est in loco isto, et ego nesciebam [75]. » Et intelligentiam subobscure innuit, et comprehendendi impotentiam fatetur; pavensque : « Quam terribilis est, inquit, locus iste [76]! » Vere tu quidem, beatissime Israel. Valde enim terribilis est Dei ad mortales descensus. « Non est hic aliud, » scilicet e scala, id est, ex Virgine Maria, corporatum, « nisi domus Dei, » quæ est, inseparabilis unio, « et hæc porta cœli [77]. » Hæc, scala, Virgo simul et Deipara, cœli porta est. Nam per eam descendet ceu in vellus pluvia, unigenitus Dei Filius. Hæc qui viderat, atque explorate tenebat, nostis quemadmodum mane surgens Jacob, et lapidem ei, quem conspexerat, inunxerit, et votum nuncuparit : si hoc suum iter Dominus scalæ innixus fortunasset, eum sibi Deum fore; et hoc saxum, quod figuram contineret impolluti ejus corporis, Dei domum. Quin et decimas ei daturum : qua re Synagogam instruebat, quæ omnium domi natorum decimas penderet; et spiritualem ac novum populum significabat, qui totius ætatis suæ atque vitæ decimas consecraret. Itaque a Deo itineris compos, atque ad Laban incolumis perductus. « Vidit (nam Mosis iterum verba tractemus) puteum in agro, » id est, in corpore fontem immortalis vitæ. « Duos quoque greges ovium accubantes juxta eum [78], » Judæorum et exterarum gentium populum. Ita enim eos meus Christus appellat : « Ego sum pastor bonus, et cognosco oves meas, et cognoscunt me meæ. Sicut novit me Pater, et ego agnosco Patrem; et animam meam pono pro ovibus meis [79]. » Notate diligenter. Nam ex eo puteo adaquabantur, quemadmodum Christus in Evangelio ait : « Si quis sitit, veniat ad me, et bibat [80]. » Oves illic brutæ, hic rationales. « Et os ejus grandi lapide claudebatur. » Is lapis monumenti Servatoris Christi saxum designat. Eodem omnes greges cogebant, scilicet prophetæ et apostoli; avolutoque saxo oves adaquabant, id est, explicandis sacris Litteris populum cœlesti musto rigabant. Rursumque saxum ad os putei advolvebant. Saxum hoc putei, quod saxum est monumenti immortalis vitæ, congregati duo pontifices Annas et Caiphas cum custodia, ad os monumenti advolverunt. Et Jacob duos pastores allocutus. Illic sane Jacob duos pastores, hic Salvator noster atque Deus, velut alter Jacob, duos pontifices. En, inquit, diei multum adhuc est; longum pœnitendi spatium; nec tempus est cogendi pecoris, tempus illud secundi mei adventus, quo oves ab hædis separem. Adaquate oves, Dei notitiam per actus pœnitentiæ docete, et pastum ite; hoc est, in æterna tabernacula concedite. Ad quem illi, Non possumus, inquiunt. Idem responsum et pontifices ovium pastori dederunt. Non possumus, qui Deum interfecimus, ad frugem et pœnitentiam redire; nisi coactis omnibus gregibus, gentium scilicet, amoveatur saxum ab ore putei, sacræ Scripturæ tanquam tegumentum a lege amolitum sit; et ita adaquemus greges. Nam, auctore Isaia : « Cum plenitudo gentium intraverit, tunc omnis Israel salvabitur [81]. »

Adhuc eo cum illis colloquente, id est, Judæorum Synagogam commodum castigante : « Et ecce Rachel veniebat cum ovibus patris sui [82]; » scilicet gentium Ecclesia. Hic conspicatus Jacob, Christus, gentium Ecclesiam, Laban suæ matris germani filiam, id est, ex Synagogæ germano ascitam. Nam in novam Ecclesiam cooptantur partim ex genere Esau, alii ex Ismael, partim nati ex Nachor, partim ex Lot, itemque ex filiis Ceturæ; qui Synagogæ germani sunt, quippe omnes Abraham stirpe editi. Et egressus Jacob, id est, Dominus noster Jesus Christus ex mortuis excitatus, avoluto saxo ab ore putei, id est, a foribus monumenti, ac quod est in lege pingue, et intricatum amolitus, suæ matris, Synagogæ, ut jam diximus, germani oves adaquavit, immortalitatis vitæque fluento; ut in Evangelio ait : « Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum : sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam [83]. » Atque hæc quidem meus amor Jesus. Jacob vero Rachelem deosculatus est; itidem et novam Ecclesiam Dei Unigenitus complexus est.

[71] Gen. XXXVIII, 14. [72] ibid. [73] ibid. 15. [74] Gen. XLIX, 10. [75] Gen. XXVIII, 16. [76] ibid 17. [77] ibid. [78] Gen. XXIX, 2. [79] Joan. X, 14, 15. [80] Joan. VII, 37. [81] Isa. LIX, 20; Rom. XI, 25. [82] Gen. IX, 9. [83] Joan. IV, 14.

CAPUT XXII.

Duæ Jacobi uxores, quid significent.

Sed ne recensendis singulis prolixus videar, et rem ad exitum perducam : Jacob bis septem annorum servitio duas conjuges duxit, priorem Liam, alteram Rachelem ; quarum illa Synagogam, hæc Christi Ecclesiam repræsentabat. Sciendum est autem, priorem studio et amore posterioris a Jacob acceptam fuisse. Nam Rachel cum formosa esset, a Jacob amabatur, ut a Christo gentium Ecclesia. Idque verum esse, ipsæ sacræ Litteræ testimonium dicunt : « Lia vero lippis erat oculis, » æque ac Synagoga impotens ad spectandum divinum splendorem : « Rachel decora facie, et venusto aspectu [84]. » Ut gentium Ecclesia, Dei agnitione et virtute locupletata. Et rursum : « Servivit ergo Jacob pro Rachel septem annis, et videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine [85]. » Et paulo post : « Amorem sequentis priori prætulit [86]. » Ita et Christus gentium Ecclesiam plus quam Synagogam amavit. Nam et hanc sibi desponderat, sed per sequestrum Mosen, quemadmodum et Jacob Liam amore Rachelis ; cum gentium Ecclesia Christus, ut Jacob cum Rachele, os junxit : quemadmodum per vatem Deus in hanc sententiam aperuit : « Et non docebit ultra vir proximum suum, et vir fratrem suum dicens : Cognosce Dominum ; omnes enim cognoscent me a minimo eorum usque ad maximum [87]. » Atque hæc in præsentia de Jacob sufficiant : nam de eo et in descensu in Ægyptum, et in Pharaone adorando mentionem faciemus.

Igitur in primis observandum est, Israelem, gignendis duodecim Patriarchis, instituisse Synagogam ex Liæ natis : per concubinas vero, extraneas mulieres significasse, quas generi suo accenseri passus sit ; per Rachele natos, Christi et proditoris Judæ exempla notasse ; in Josepho Christi, in Benjamin Judæ proditoris.

CAPUT XXIII.

De Josepho allegoria Christo tributa.

Quare hoc quidem loco, omissis decem, de Joseph et Benjamin verba faciamus. Sed neque hoc prætermittendum est nobis, cur a parente aufugiens Rachel, ejus idola surripuerit [88] Certe non ut clam haberet, sed ut aboleret. An scilicet quæ Christi Ecclesiæ exemplum contineret, paterno quoque simulacrorum cultu dimisso, simulacra exitio se daturam innuit? Nam ut a Jacob vestigata haud tenuit Rachel ; ita et altero Jacob, Salvatore meo Christo exorto, gentium Ecclesia, paternam suam impietatem ignominiæ et excidio dedit. Ac quemadmodum illos ex gentibus Christus non admittit cum simulacris, ita nec Synagogam cum Judaicis victimis, ac circumcisione. Atque hæc quidem sic habent.

A Cæterum Joseph apud fratres invidia laborabat [89], ut et apud Judæos post Christus : sic enim scribit in Evangelio dilectus ille Joannes : « In propria venit, et sui eum non receperunt [90]. » Illi propter factam ei a patre versicolorem tunicam, et somnia, oderant fratrem ; Judæi Christum propter quamdam mentalem quasi purpuram, quæ ei cœlestis Patris benignitate jam ex virgineo ventre, tinctura velut discolori contexta fuerat, ac demum propter luculenta etiam miracula, persequebantur. Illi fratri invidentes quærere : « Nunquid rex noster eris? aut subjiciemur ditioni tuæ [91]? » Judæi vero in porticu Salomonis circumdederunt Emmanuelem, et dicebant ei : « Quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam [92]. » Illi missum B ad se ab parente fratrem conspicati, inter se jactare : « Ecce somniator venit ; venite occidamus eum, et mittamus in cisternam veterem [93]. » Judæi opificem suum ab inaspectabili Patre missum cernentes, dicere : « Hic est hæres, venite occidamus eum, et habebimus hæreditatem ejus [94]. » Illi apud patrem defensionem, hi apud Pilatum meditari : illi ab immani fera devoratum confirmare ; hi : « Hunc invenimus subvertentem gentem nostram, et prohibentem tributa dare Cæsari, et dicentem se Christum regem esse [95]. » Illic Ruben hortari : « Non interficiatis animam ejus, nec effundatis sanguinem, sed projicite eum in cisternam hanc [96] ; » scilicet ut eum manibus eorum eriperet. Hic Pilatus, ut Christum e Judæorum manibus eriperet, negare : « Nullam causam mortis invenio in eo : corripiam ergo C illum et dimittam [97]. » Illic Rubeni fratres obtemperare ; hic Judæi, ut omnium cruentissimi, Pilati verba refutare. Sed illic Ruben propter orationem, fraternæ proditionis haud sane insons est ; neque hic Pilatus a Dominicæ cædis crimine liber.

Verum ne dicendi brevitate minus perspicue Josephi argumentum proponam, ipsamet prophetica verba in medium producta inaudite : « Confestim igitur, ut pervenit ad fratres suos, nudaverunt eum tunica [98]. » Illi dereptam tunicam patri servant ; illi detractas Christo vestes partiuntur. Et accipientes, « Miserunt in cisternam [99] ; » illi arreptum in specum deturbant, hi exanimatum in monumentum D deponunt. Et cisterna erat vacua, quæ non habebat aquam. Quemadmodum illic specus aquam non habebat, ita neque hic monumentum mortis vim. « Et sedentes ut comederent panem [1] ; » illi, eo in specum detruso, sedent ad cibum capiendum ; Judæi post Dominicam cædem Pascha faciunt. Sic enim habet Evangelista : « Et ipsi non introierunt in prætorium, ut non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha [2]. » Notate diligenter Scripturæ mentem. Sublatis oculis animadvertunt. Nam post sumptum a Juda Dominicum panem intravit in eum

[84] Gen. XXIX, 17. [85] ibid. 20. [86] ibid. 30. [87] Jerem. XXXI, 34. [88] ibid. 32. [89] Gen. XXXVII, 4. [90] Joan. I, 11. [91] Gen. XXXVII, 8. [92] Joan. X, 24. [93] Gen. XXXVII, 19, 20. [94] Matth. XXI, 38. [95] Luc. c. XXIII, 2. [96] Gen. XXXVII, 22. [97] Luc. XXIII, 22. [98] Gen. XXXVII, 23. [99] ibid. 24. [1] ibid. 25. [2] Joan. XVIII, 28.

Satanas, ut in Evangelio Joannes docet [3]. Et ecce Ismaelitæ vi tores venerunt de Galaad. Josephi enim, ut et Christi, emptores ex circumsione esse oportebat.

CAPUT XXIV.

Camelus in Scriptura odium significat.

Et cameli eorum aromate, et resina, atque stacte onusti erant. Camelos nominans, Annæ et Caiphæ corpora, pontificali stola amicta, notat. Est autem camelorum genus injuriarum retinentissimum. Itaque figura quoque odium adversus veritatem designabat. Qui ea in Ægyptum importatum ibant, perinde ac illi circumcisi operam dabant, ut Deum hominem Jesum ad inferos demitterent. « Dixit ergo Judas fratribus suis : Quid nobis prodest, si occiderimus fratrem nostrum, et celaverimus sanguinem ipsius? Melius est, ut venumdetur Ismaelitis, et manus nostræ non polluantur : frater enim et caro nostra est [4]. » Oportebat tum quoque venditionem per Judam fieri, quoniam et nunc Servatoris venditio per Judam proditorem facta est. Sed ille fratrem liberare volens, venditionem eis suasit : duobus enim malis comparandis, minus elegit; Iscariotes, qui doctoris cædem spiraret, nec perficere posset, pontificibus eum venumdat. Idque etiam Salvator meus Pilato demonstrans ait : « Propterea qui me tradidit tibi, majus peccatum habet [5]. » Prob proditoris audaciam, et doctoris humanitatem!

Igitur ejus fratres extractum eductumque ex cisterna Josephum, Ismaelitis vendunt in Ægyptum abducendum. Illi quidem sic. Judæi Jesum Pilato traditum, in crucemque sublatum, morti demiserunt. Acceptis ab iis aureis viginti. Illi aureos viginti; proditor argenteos triginta accipit. « Reversus Ruben ad cisternam, non invenit puerum [6]. » Hoc Servatoris a mortuis resurrectionem notat. Nam ut illic Ruben Josephum non invenit, ita nec Petrus Christum in monumento [7]. « Tulerunt autem tunicam Joseph, et in sanguine hædi, quem occiderant, tinxerunt [8]. » Illi accepto capro tunicam cruore imbuunt : hic caper atque tunica Verbi assumptum intelligendum est : quo interficiendo, Judæi corpus ejus cruentarunt. Jeremiæ enim ex Christi persona hæc sunt verba : « Et ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam; et non cognovi, quia cogitaverunt super me consilia [9]. » Videte ut ovis ubique ipsius assumpti figuram designet [10]. Missamque versicolorem tunicam patri repræsentant. Nam unigenæ tunicam Deus et Pater cruentam accepit. Et ei significant : « Hanc invenimus : vide utrum tunica filii tui sit, annon [11]. » Itidem et Judæi de Christo dicebant : « Confidit in Deo : liberet nunc, si vult eum [12].

CAPUT XXV.

Invidia, fera crudelis.

Observate figuras : « Cum cognovisset pater ait : Tunica filii mei est, fera pessima comedit eum [13]. » Etenim vere immanissima fera est invidia, ac multo etiam plus. Nam feræ hominum tantum corpora mandunt; hæc cum corporibus animos etiam prodit. Nec solum Jacobi filios, hæc invidia fratris venditores, sed Judæos quoque Dei percussores effecit. « Scissisque vestibus, indutus est cilicio, lugens filium suum multo tempore [14]. » Et hic videre est non mediocri dolore cœlestem Deum et Patrem, ex hac Christi injuria atque cæde affectum. « Congregatis autem cunctis liberis ejus, ut lenirent dolorem patris [15]. » Ex omni memoria, Deo charos simul et charas Scriptura significat. « Noluit consolationem accipere [16]; » tam graviter enim Judæi offenderunt, ut deprecationem respuat, quantumvis animum inducat quis precari pro iis. Id quod per vatem Deus testatur in hæc verba : « Si steterit Moses et Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum [17], » nec exaudiam eos, exposcentes pro iis pacem, ut ante. Ita ut quæ in medio sunt dimittam, Josephum in Ægyptum abduxerunt [18].

CAPUT XXVI.

Joseph in Ægypto ad summos honores evectus.

Ibi, scitis omnes legisperiti, Pharaonis magistro equitum veniisse, eumque hominem dextrum deprehensum, omni suæ familiæ, cunctisque domesticis a Putiphare præfectum fuisse; heram vero, ut formosum esse conspicata fuit, eum amasse; sed negantem secum nequitias facere, arrepta veste, quo proba videretur, marito prodidisse. Ita sane et Synagoga Christum prius dilexit, inter homines longe formosissimum [19]; cum eum et pontificem ad rationem Melchisedechi cooptavit [20], et sine matre in cœlo, sine patre in terra confirmavit [21]. Sed nec quæ Synagogæ placerent, facere volentem, et assidue incessentem et castigantem, ut ait Salomonis Sapientia : « Tanquam fugaces æstimati sumus ab illo, et abstinet se a viis nostris, tanquam ab immunditiis [22]; » tum vero vestimentis exuendum Pilato tradidit, sacrificium se Deo facere credens. Illic Putiphari Ægyptia : « Adduxisti servum Hebræum, ut illuderet mihi [23]. » Hic Synagoga Pilato : « Improperat nobis peccata legis, et diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ [24]. » Illic Putiphar correptum Josephum in carcerem compegit, quo in loco vinctî regis tenebantur [25] : hic Pilatus Domini mei captivi animam ad inferos demisit; ubi in tenebris jam olim sanctorum manes tenebantur. Illic custodiæ magister Josepho carcerem in manus commisit, nec de iis quæ inibi fierent, post eum cogno-

[3] Joan. XIII, 27. [4] Gen. XXXVII, 26, 27. [5] Joan. XIX, 11. [6] Gen. XXXVII, 29. [7] Joan. XX, 6, 7. [8] Gen. XXXVII, 31. [9] Jerem. II, 19. [10] Isa. LIII, 7. [11] Gen. XXXVII, 32. [12] Matth. XXVII, 43. [13] Gen. XXXVII, 33. [14] ibid. 34. [15] ibid. 35. [16] ibid. [17] Jerem. XV, 1. [18] Gen. XXXIX, 7 seqq. [19] Psal. XLIV, 3. [20] Psal. CIX, 4. [21] Hebr. VII, 17. [22] Sap. II, 16. [23] Gen. XXXIX, 17. [24] Sap. II, 12. [25] Gen. XXXIX, 20, 22.

scebat; hic meus Salvator atque Deus, abruptis inferorum vinculis, calcatoque custode diabolo, sanctorum animas liberavit.

« Illis ita gestis, accidit ut peccarent duo eunuchi, pincerna regis Ægypti, et pistor, domino suo [36], » id est, exterarum gentium et Judæorum populus. Nam prior erat gentium, qui, ut idololatra factus, a Deo defecit, tunc Judaicum populum per Abraham sacrificium instituit. « Viderunique ambo somnium nocte una [37], » id est, Dei mortem recogitarunt. Sed illic a Josepho dissolutio est, hic a Deo. Quare merito Josephus : « Nunquid non Dei est interpretatio [38] ? » Verum præstat ea somnia, quæ quidem exempla habent rerum futurarum, verbo tenus recensere. Tum Josepho « somnium suum narravit prior præpositus pincernarum, » scilicet gentium figuram ferens : « Videbam coram me vitem [39]. » Vitem hic intellige dulcem Jesum; sic enim ait in Evangelio : « Ego sum vitis, et Pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum : et omnem, qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat [40]. » Contra me, id est, contraria, et in Christum impie affectæ erant gentes. « Et in vite erant tres propagines [41], » eaque germinans; nam post triduum Christi resurrectio emicuit. Florem eliciebat, apostolos et martyres, unde uvarum racemi maturescebant, martyrum sanguine rubebant. « Calicemque Pharaonis in manu mea : tuli ergo uvas, et expressi in calicem quem tenebam, et tradidi poculum Pharaoni [42]. Hoc incruentum novæ Ecclesiæ sacrificium notat. « Respondit Joseph : Hæc est interpretatio somnii : Tres propagines, tres adhuc dies sunt : post quos recordabitur Pharao ministerii tui, et restituet te in gradum pristinum : dabisque ei calicem juxta officium tuum, sicut ante facere consueveras [43]. » Ac Josephi quidem ad pincernam hæc sunt verba. Meus autem Servator atque Deus gentibus recipit, sese hinc ad triduum a resurrectione discipulis suis et apostolis mandaturum, qui acceptas tingant in nomine Patris et Filii, et Spiritus sancti : seque daturum regnum atque sacerdotium iisdem, cujus œconomiæ mysterium obliturae essent in pane et vino, quod Melchisedech, qui e gentibus esset, per figuram Abrahamo repræsentavit; eaque ideo se facturum populo ex gentibus converso spopondit, quod is Christum sontibus adnumeratum conspicatus, Deum tamen confessus fuisset. « Tantum memento mei, cum tibi bene fuerit. » Hoc a me accepto beneficio, sepulturæ atque resurrectionis memoriam indelebilem habeto. « Et facias mecum misericordiam; » mea ope in fratres benignitate utitor, id est, sanationum prodigia patrato. « Ut suggeras Pharaoni [44]. » Notate diligenter Scripturæ mentem. Illa (17) ad dignitatem; hæc ad martyrii tolerantiam pertinent. Nam quod ait, ejusmodi est. Deductus ad principes et reges, meorum dictorum recordator : « Ponite in cordibus vestris non præmeditari, quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os et sapientiam, cui non poterunt resistere, et contradicere omnes adversarii vestri [45]. » Hactenus Servator. « Ut educat me de isto carcere [46]. »

CAPUT XXVII.

Calumniæ vis quanta.

Illic Josephus a prægustatorum magistro contendit, ut se ex carcere educat : hic clemens Jesus a populo e gentibus asserto, ut se a Judæorum calumniis vindicet : vere enim grande sceleris præsidium (18) calumnia. Nam si vel ad Christum meum grassari est ausa, quis vero eam facile contemnat? Atque id verum esse, sequentia audite : « Quia furto sublatus sum de terra Hebræorum [47]. » Hoc est, Pilato a Judæis calumnia proditus. Ea quæ sit, explicat evangelista : « Hic dixit : Possum destruere templum Dei, et post triduum reædificare illud [48]. » Itaque calumniæ impudentiam videntes, eorum sceleris excellentiam miramini. Neque hic quidquam feci, mali scilicet, quamobrem me in hanc specum detruderent : illic Josephum in specum; hic Jesum in monumentum.

Sed jam tempus est, et pistorum magistri somnium, qui Judæorum populi exemplum habetur, recensere. Igitur pistorum magister : « Et ego vidi somnium : Quod tria canistra farinæ. » Tria canistra, tres quali sunt, quæ tria gravia Israelitarum flagitia censentur; idolorum cultus, vatum cædes, et Christi occisio. « Haberem super caput meum, » id est, gererem eorum facinora. « Et in uno canistro, quod erat excelsius, » scilicet supremo flagitio, « portare me omnes cibos, qui fiunt arte pistoria. » Hæc cœtum in eos ex varii generis hominibus cogendum (19), ceu ad opus regalis potentiæ, designant. « Avesque comedere ex eo [49]. » Excisa enim est propter crimen interfecti Christi et Judæorum graves offensas Hierosolyma. « Respondit Joseph : Hæc est interpretatio somnii. » En somnium, ejusque interpretationem : « Tria canistra tres adhuc dies sunt. » Abhinc tres dies, scilicet a Jesu resurrectione; « post quos auferet Pharao caput tuum. » Illic Pharao pistorum magistrum; hic capite Judæos truncat Christus, qui princeps atque rector est;

[36] Gen. XL, 1. [37] Gen. XL, 5. [38] ibid. 8. [39] ibid. 9, 10. [40] Joan. XV, 1, 2. [41] Gen. XL, 10. [42] ibid. [43] ibid. 11, 12. [44] ibid. 14. [45] Luc. XXI, 14, 15. [46] Gen. XL, 14. [47] Gen. XL, 15. [48] Matth. XXVI, 61. [49] Gen. XL, 16, 17.

(17) Petebat enim Josephus, ut se apud Pharaonem in gratia poneret, a quo deinde ad dignitatem eveheretur.

(18) Ὄχύρωμα, quod nomen usurpatur et pro carcere, in quem conjectus est Josephus, unde hæc allusio petita.

(19) Manum et exercitum a Vespasiano Hierosolymis admovendum.

« ac suspendet te in cruce, » probe stirpitus delebit, « et lacerabunt volucres carnes tuas [40]. » In Israelitarum captivitate, ut ante diximus. Eaque vera esse, audite Christum inter ipsos cruciatus mulieribus Hierosolymitanis loquentem : « Filiæ Jerusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, et super filios vestros : quoniam ecce venient dies, in quibus dicent : Beatæ steriles, et ventres, qui non genuerunt, et ubera quæ non lactaverunt : quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet [41]? » Si insontem me, inquit, Romani neci dederunt, quid non facient per omne genus flagitii volutatis? « Exinde dies tertius natalitius Pharaonis erat : qui faciens grande convivium pueris suis, recordatus est inter epulas magistri pincernarum, et pistorum principis. Restituitque alterum in locum suum, ut porrigeret ei poculum : alterum suspendit in patibulo [42]. » Atque hæc quidem rex Pharao natali sibi die inter suos designavit. At Rex regum ex mortuis redux, inter sanctos una suscitatos, prægustorum magistri, id est, novi populi, mentionem fecit ; scilicet ex quali impietatis præcipitio ad quale Dei notitiæ fastigium pervasisset ; rursumque Judaici, ex quali adoptionis fastigio in quale se Christi cædis barathrum deturbasset. Quibus rebus et novum populum, ut jam dixi, ornavit atque servavit, et Judaicum ignominiæ et excidio dari permisit. Sin dicat quispiam, utrumque simul et pariter non contigisse : esto ; at ex eo die utrumque scitum sanctumque est.

CAPUT XXVIII.

Mosis historia mystice explicata.

Sed hæc de Josepho sufficiant, et jam porro prophetarum centrum, deiscium, atque a Deo scitum et cognitum Mosen aggrediamur. Quanquam illud quoque ignorandum non est, Josephi in Ægyptum adventum secundam præsentiam notare. Nam ut ille fratribus se prodidit, ita et Judæi tandem aliquando Christum agnoscent ; ut fert hoc Zachariæ prophetæ effatum : « Et aspicient ad me, quem confixerunt [43]. » Et quemadmodum illos pœnitentia ductos, ex Chananæa ad se adventantes, Josephus cum omni familia aluit ; sic quotquot toto hoc orbe Judaici nominis sunt, si pœnitentes Christum vere Dei Filium confiteantur, eos cœlesti et immortali pane alet, ut in Evangelio testatur : « Ego sum panis vivus, qui de cœlo descendi. Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, » et in judicium non veniet (20), sed « ego resuscitabo eum in novissimo die [44]. » Suscitationem hic non illam mortuorum, qua omnes suscitandi sunt, sed decessoris Adami, significans.

Sed tempus jam est, captis Mosaicæ interpretationis frenis, atque ad ejus metam sacrarum Litterarum tanquam curriculo reducto, pro virili aurigari. Igitur circum Mosen ac Ægyptum, et Pharaonem, ejusque duces currum ducturi, age in primis cujusque significationem edamus. Enimvero sic habendum est, Mosen mei Christi ac Servatoris Dei figuram exemplumque ferre, Ægyptum Orci, Pharaonem diaboli, qui mente informatus quasi quidam Pharao est, non equidem secundum regiam dignitatem, sed elationis frustrationem, duces ejus angelos et operas. Jam figuras videte. Nam ut Moses a Pharaone profugit [45], sic Christus ex Ægypto in Judæam concessit, Osee vatis dicto comprobando : « Ex Ægypto vocavi filium meum [46]. » Ille ad Madianitas ingressus, secundum puteum consedit [47] : Jesus ex itinere fatigatus secundum fontem [48]. Illic pontifex Madianita septem filias habebat, quæ ejus oves pascerent [49] ; hic septenis Spiritus donis, Deo et Patri gentium Ecclesia, ex varii generis atque linguæ mortalibus coacta, pascitur, demissa hæreditaria impietate. Illic Raguelis filiæ in Mosen incidunt ; hic in Christum ex gentibus natæ, quarum prima adfuit e Samaria. Illic venientes pastores eas pellebant ; hic Synagogæ pontifices, et pastores exteras persequebantur. Illic surgens Moses, profligatis pastoribus, et aquam eis hausit, et pecus adaquavit [50]. Hic Christus ex mortuis resurgens, scelestos et falsos pastores fugavit, sibique fidem habentes, aqua viva, id est, divino suo cœlestique præconio rigavit ; addens : « Si quis sitit, veniat ad me, et bibat [51]. » Illæ Raguelis filiæ ad patrem suum regressæ, Mosis studium commendant [52] ; Samaritana ad Natalem reversa, mei Servatoris amplitudinem prædicat. Raguel quærit ex filiabus, ubi sit ? accerserent hominem, quo cibum caperet. Hic cœlestis panis : « Ego cibum, inquit, habeo, manducare, quem vos nescitis [53]. Moses ibi apud hominem degit, eique ille Sephoram filiam elocat [54] : meus Servator in Samaria considens, et eam collustrans, bellam gentium Ecclesiam desponsat : nam Sephora Judæis bellam, seu collustrationem notat. Jam vero duos Mosis filios observate, qui ad duo fœdera trahuntur, quorum lex Gersami nomine censeatur, qui quidem peregrinus fuerat ; nondum enim in promissam terram Israelitæ invaserant ; Gersam autem Judæis idem est, quod *peregrinus*. Porro Eliezer novi fœderis Christi Domini figura est ; quippe hoc fœdere ineundo Deus terris opitulatus, eas a fraude (21) vindicavit. Nam Eliezer Judæis perinde est ac si dicas *opitulator*.

Sed præstat Exodi quoque vaticinium verbo tenus recensere. « Post multum vero temporis. » Quod temporis longi spatium propheta significat ? Delicti

[40] Exod. II, 15. [41] Luc. XXIII, 28, 29. [42] Gen. XL, 20. [43] Zach. XII, 10. [44] Joan. VI, 51, 54. [45] Gen. XL, 18. [46] Osee XI, 1. [47] Exod. II, 15. [48] Joan. IV, 6. [49] Exod. II, 16, 18. [50] Ibid. 19 seqq. [51] Joan. VII, 37. [52] Exod. II, 19. [53] Joan. IV, 32. [54] Exod. II, 21.

(20) Hæc non sunt in Vulgata.
(21) Scilicet diaboli, quomodo etiam suspicor legendum.

mortalis. « Ingemiscentes filii Israel, » id est, sanctorum manes, apud inferos captivi, « propter opera vociferati sunt; ascenditque clamor eorum ad Deum ab operibus [56]. » Alio dicente : « Educ de custodia animam meam [57]; » alio : « Deus, ostende faciem tuam, et salvi erimus [58]; » alio : « De profundis clamavi ad te, Domine, Domine, exaudi vocem meam [59]; alio : « Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ [60]. » Horum omnium querimoniæ ad Deum pervenerunt. « Ac recordatus est fœderis, quod pepigit cum Abraham, Isaac, et Jacob [61]. » Illic cum Abrahamo, hic cum primigenio Adamo. « Et respexit Dominus filios Israel, et cognovit eos [62]; » id est, nostra tanquam miscella induenda homo factus est, simile simili expurgaturus. « Moses autem pascebat oves Jethro soceri sui sacerdotis Madian; » illic Moses brutas soceri sui sacerdotis, hic Christus, alter Moses, rationales æterni Patris oves pascebat. « Cumque minasset gregem ad interiora deserti, venit ad montem Dei Horeb [63]; » nam rationalis pecoris pastor ac Deus, ex impietatis solitudine oves abductas, ad montem, qui est Dei notitia, et ad cœlestem ac perpetuam Hierosolymam compulit. « Apparuitque ei angelus Domini in flamma ignis de medio rubi : et videbat quod rubus arderet, et non combureretur [64]; hoc indivisam atque impermutatam Verbi divini cum humana natura unionem ex charitate susceptam designat. Nam velut rubum ignis amplexus est; ita et Deus Verbum subjectæ sub peccatum Adami delicto naturæ societatem inlit, expers peccati, quo nos quoque peccato invictos compararet alter Adamus, et recreationis nostræ princeps, æque ac prior creationis. « Dixit ergo Moses : Vadam et videbo visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus [65]. » Recte obstupuit Moses, qui id tantum ostentum esse figuram eventuri arcani prospiceret, liquido demonstrans, divinam Verbi naturam cum humanitatis modo, si quidem vellet, copulandam : nam ei quidem cuncta faciendi est potentia,

« Cernens autem Dominus, quod pergeret ad videndum, vocavit eum de medio rubi, et ait. » Illic Dominus angeli specie visus Mosen inclamavit; hic Gabriele Virginem allocuto, in eam Deus immigravit. « Moses, Moses [66]; » nomen ingeminat, ut attentius, quæ dicerentur, audiret. Quid est? inquit ille. « Ne appropies, inquit Dominus, huc : solve calceamentum de pedibus tuis. » Nemo impuris pedibus ad decurrendum pacis Evangelium contendat, aut calceis indutus, exsanguibus, inquam, pellibus; per quas concitatæ, atque vitiosæ, et fœdæ, mortis suetores, cogitationes notantur, Virginis arcanum investiget. « Locus enim in quo stas, terra sancta est [67]. » Nam præsacratum meum regium palatium apparavi. « Et ait : Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob. » Quod dicit ejusmodi est : Ego Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob, olim in Virginis utero, benignitate æterni mei Patris, et ter sancti Spiritus ope degam. « Abscondit Moses faciem suam : non enim audebat aspicere contra Deum [68]. » Divini Verbi ad homines degressum et incarnationem stupebat, et admirabatur. « Cui ait Dominus : Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, et clamorem ejus audivi propter duritiam eorum qui præsunt operibus [69]. » Vidi, inquit, vexatos apud inferos sanctorum manes, ab infestis, nec quidquam ad mala opera urgentibus improbis dæmonibus (quos et operis exactores eo nomine appellat); etenim revera, cum a Deo per ignorantiam abimus, tunc in peccati luto versamur, exactoribusque obnoxii sumus. At Dei notitiam libertatis gratia consequitur. « Et descendi ut liberem eum de manibus Ægyptiorum. » Conscius vani hominum studii erga immolata idolis, descendi a Patre nequaquam separatus, ad eripiendum dæmonibus orbem terrarum. « Et educam de terra illa; » contumaciæ et mortalitatis, « in terram bonam, » scilicet immortalitatis, et Dei notitiæ, « quæ fluit lacte et melle [70]. » Ex ea terra lac et mel : ex Dominico corpore aqua et sanguis scaturiunt. Id enim et ignis cum rubo copula designat; per ardorem patibile et mortale corpus, per incolumitatem ex ardore, Deitatem, quæ invicta, ils haud longum vincenda esset.

« Clamor ergo filiorum Israel venit ad me [71]. » Illic accepta Israelitarum imploratione, hic omnium ex Adamo natorum, perspectaque violentia, qua ab Ægyptiis urgentur; non solum post, sed etiam ante implorationem (animos enim scrutor) dæmonum violentiam novi. « Sed veni, et mittam te ad Pharaonem. » Hoc Patris benignitatem monstrat. « Ut educas populum meum, filios Israel [72]. » Illic Israelitas; hic omnem hominum cœtum ex Orci vinculis. Nam Orcus insonte ac vivifico corpore gustato, etiam quos juste captivos habebat, dimisit. « Dixitque Moses ad Deum : Quis sum ego, ut vadam ad Pharaonem, et educam filios Israel de Ægypto [73]? » Hoc velut ex persona corporis ad divinitatem cum eo copulatam propheta dixit. Et ille : « At tecum ego descendam, rursumque ascendam [74]. » Hoc vicissim dictum a Deo ad corpus cum divinitate copulatum accipite. Nam et ad inferos Deus cum anima descendit, et quod Deus assumpserat, cum eo non solum ex Orco in terram, sed ex terra quoque in cœlum, omnibus cœlestibus copiis stipatum ascendit. Ac ne disputationis suavitatem verborum assiduitate ingratam comparemus, age, historiam omnem Mosis compendio, et tanquam digito notemus.

Igitur Moses in Ægyptum degressus est; dulcis

[56] Exod. II, 23. [57] Psal. CXLI, 8. [58] Psal. LXXIX, 4. [59] Psal. VIII, 20. [60] Psal. CXX, 1. [61] Exod. II, 24. [62] ibid. [63] Exod. III, 1. [64] ibid. 2. [65] ibid. 3. [66] ibid. 4. [67] ibid. 5. [68] ibid. 6. [69] ibid. 7. [70] ibid. 8. [71] ibid. 9. [72] ibid. 10. [73] ibid. 11. [74] ibid. 12.

Jesus ad inferos. Ille in Pharaonem insurrexit; A divinum Servatoris mei corpus inferos diripuit. Cæterum quod Moses cum Aarone suo fratre ad Pharaonem abiit, hæreticorum impietatem evertit, affirmantium (22), in Christi mei corpore, animæ vicem sufficere divinitatem; atque ita male docentium, non fuisse perfectum hominem. Nam ut illic per Mosen et Aaronem cum Pharaone locutus est Deus; ita et Servator meus atque Deus, anima intelligente, velut sequestra, inter deitatem et corporis crassitiem interposita, Dei et hominum sequester factus est. Illic Moses et Aaron Pharaoni sese a Domino Hebræorum Deo missos dicentes, illud ab eo audiunt : « Quis est Dominus, ut audiam voces ejus [74]? » Itidem et in Orco, cœlestibus copiis clamantibus : « Attollite portas, principes, vestras, B et elevamini, portæ æternales, et introibit Rex gloriæ; » intelligibilis Pharao respondet : « Quis est iste rex gloriæ [75]? » Atque hic (in Christo et diabolo) quiddam amplius, quam in Mose atque Pharaone cogitandum est. Illic enim Moses semel patratis decem miraculis, semel sensibilem Pharaonem aquis obruit; at meus Servator atque Deus non ipse solum de intelligibili Pharaone triumphum egit; sed etiam in se credentibus contra eum quotidie vires largitur, id quod notandum diligenter est. Nam ut illic Mose et Aarone Pharaoni instantibus, dimitteret populum tridui iter, colendo ab iis Domino, eorum Deo; ille neque eos dimisit, et paleas quoque subtraxit [76]. Sic cum homo, qui est C constitutum quoddam ex animo et corpore temperamentum, intelligibili Pharaoni instabat, sineret se concordi studio citra offensam et putidas cogitationes SS. Deitatem venerari; scelestissimus ille adeo non est passus hominem ad perfectionem evadere, ut vel exigua etiam virtute affectum, tanquam palea, despoliaret. Itaque Christi studioso cuique a Deo data est vis decem clades inferendi huic Pharaoni intelligibili.

Quas observate porro, et utrinque numerum inite. Quemadmodum illic obfirmato Pharaone Mores aquam in sanguinem conversam [77], Ægyptiis minime utilem reddidit; ita hic Christi mandatorum studiosus aqua divinæ piscinæ totus lustratus, inferni, et intelligibilis Pharaonis duces atque D stipatores impotentes reddit, ne voluptatis vitia ex innato corpori sanguine ad se derivent. Cumque illic sensibilis in impietate, hic intelligibilis Pharao in malitia persisteret, uti tum per Mosen, Ægypti solum ranas protulit [78]; ita nunc Christi studiosus concitatas et noxias cogitationes ex animo amolitus, earum fœtore intelligibilem Pharaonem suffocare nititur. Quippe in quorum hominum animis hæ cogitationes inhærent, in iis etiam earum fœtor permanet, auctore Davide : « Putruerunt, et corruptæ sunt cicatrices meæ, a facie insipientiæ meæ [79]. » Sin ad divinam gratiam mens eadem pravas cogitationes ab se repellat, ad intelligibilem Pharaonem fœtor pestifer redundat, teste rursum eodem Deiparente : « In matutino interficiebam omnes peccatores terræ [80]. » Ubi *matutinum* dicit, solis splendorem, qui mentem illustret; peccatores autem terræ, dæmones, eorumque antesignanum Pharaonem. Sed mendacii satore magis etiam ad hanc cladem irritato, Christianus in eum tertium adhibet tormentum; nam ut illic a Mose vapulat pediculis, ita hic a pio vapulat precibus scelestus ille et exsecrandus Pharao, et quemadmodum illic terra et aer pediculis referta, magnam Ægypti ducibus cladem attulerunt [81]; ita cum omnia piorum hominum precibus replentur, ab his ter sceleratus ille cum inferorum ducibus, medius cingitur et torquetur. Siquidem cum sint hæ preces agiles, quibusdam quasi alis omnia pererrant.

Ac ne his quidem mollito, in eum pius tanquam cynomyiam armat Dei charitatem. Verum præstat sensibilem prius cladem exsequi, ut ex imagine veritatem explicatam statuamus [82]. Ut cynomyia alitum minima est, sed quæ cani intolerabile pondus afferat; nam illapsa plane inquietum animal reddit, nec volentem currere cogit, ac serio mandenda sua ipsius cauda se inflectere, interdum vero etiam in terram deciduum gramini assidue affricare, muscæ cœtum ac commercium nullo modo ferentem : itidem et plus adversus intelligibilem Pharaonem charitatis arma expedit. Quod si animal reptile muscæ commercium detrectat; quanto magis charitatis vim odii architectus diabolus? Neque enim ferre omnino potest, qui est ipsa quasi natura invida, hominumque osor, nos inferiores supra tenere, ipse e sublimi lapsus, et tenebræ pro luce effectus. Sed iis malis multatus adeo pudefactus non quievit, ut asperior etiam redditus sit. Itaque illic quadrupedum strages facta [83]; hic jejunio belluina atque bruta animi vitia prostrata. Sunt enim vitia, quæ ratione et fiant, et curentur, rursumque a ratione aliena et incurabilia, quemadmodum Salomonis sapientia declarat in hæc verba : « Fit enim ut deprehensus fur furatus sit, ut esurientem impleat animam : qui autem adulter est, propter cordis inopiam, perdet animam suam [84]. » Atque illic ut post cynomyiæ cladem, quadrupedum omnium internecio est secuta; ita post jejunium hic, belluinorum atque brutorum vitiorum interitus; quæ quidem nullo præsentiori remedio, quam jejunio ex animo exterminantur.

[74] Exod. v, 2. [75] Psal. xxiii, 9, 10. [76] Exod. v, 7. [77] Exod. vii, 17. [78] Exod. viii, 5. [79] Psal. xxxvii, 6. [80] Psal. c, 8. [81] Exod. viii, 24. [82] ibid. 17. [83] Exod. ix, 6. [84] Prov. vi, 30-32.

(22) Vide Nazianz. *ad Cledonium*.

Verum neque hoc facto scelestus Pharao resipuit. Quare illic quidem pustulæ ferventes (maleficos torquebant), hic impium intestinus ignis; et flammam omnem superans zelus, in Pharaonem intelligibilem insurgit[88]; secundum philosophum dicentem (23) : Iram in solum serpentem exerce. Jam vero, ut illic sensibili Pharaone, promissa quæ dedisset, fallente, grando cum igni exstitit; ita hic quoque intelligibili, qui a pio dejectus esset, furente, divini ignis perennes in animo scintillæ, et jugis imber lacrymarum ex oculis fluens ac scaturiens exstitit. Nam quemadmodum sensibiles oculorum pupillæ caligant, fumi acrimoniam non ferentes, atque ideo lacrymantur; ita intelligibiles mentis oculi, peccati acrimonia morsi, internam sollicitudinem atque emendationem lacrymarum defluxu testantur.

Sed iis rebus utroque obfirmato manente, opus erat porro ad frugem aliis præterea cladibus, ut, qui beneficiis affecti non se gratos præstitissent, plus castigarentur; et castigati, ex iis quæ paterentur, divinam vim agnoscerent. Igitur cum nec afflicti agnoscerent, addita locustæ calamitas est, quæ quidquid tota Ægypto viride esset, consumeret. Ac Moses quidem locustam excivit[89]; at pius ineunda omni vitæ duritate omnem corporis venustatem frangit. Nam ut illic viriditas locustis pabulum est, ita hic corporis venustas brutis affectibus. Atque interim obstinato rursum Pharaone, in Ægyptum aliis quoque cladibus sævitum est, subductaque luce tenebræ tractabiles inductæ[97]. At hic pius, qui exteriores tenebras reformidat, scelerumque lippitudinem ex animo, Dei notitiæ aqua diluit; principis sempiternæque lucis radios puros accipit. Sed ad utrumque, cum tergiversarentur, cladibus terrendum, illa tandem ordine quidem extrema, sed quæ dolore ac vehementia facile prima esset, id est, primogenitorum mors succedit[98]. Atque ut illic plaga hæc postrema Pharaonem populo missionem facere coegit, ad colendum Deum procul, ac seorsim a *deastrorum* sacris, et cadaveribus; ita hic quoque postrema intelligibilem Pharaonem compulit, extemplo pium sinere SS. Trinitatem venerari, longe a concitatis noxiis cogitationibus remotum. Et quemadmodum illum ad omnes clades obstinatum, primogenitorum interitus emolliit et inflexit; ita hunc frangit ac debilitat animi submissio; omni ejus primogenio vitio, id est, arrogantia atque fastu exstincto. Cæterum mutata sententia, cum dimissum a se populum persequeretur, Deus, Mose sequestro, noctu igne, interdiu nube Israelitas deduxit[99]. Ad eumdem modum, scelesto dæmone, profugum a se pium, nequidquam subdole rursum insequente, Servator noster atque Deus per divinitatem suam atque corpus omnem terrarum orbem ab ignorantiæ tenebris ad Dei notitiæ lumen erudit. Atque illuc populus trajecto mari Rubro, Ægypto, ejusque principi Pharaoni elapsus, fastum agitans, promissam porro terram pro viris invadere sategit; hic mundus per Dominicum sanguinem et aquam diro ac sequace peccato, et Pharaone, acerbo atque invisibili tyranno, cum acerbis exactoribus, liberatus, itinere tanquam postliminio ad cœlestem mundum adornando, Domino Deo nostro (24) liberalia agit, non tamen improbitatis malitiæque fermento, sed sinceritate ac puritate, quasi quibusdam panibus infermentatis, nihil Ægyptiacæ atque impiæ massæ exportans. Tum Pharao insequi ausus, cum omni exercitu deletus est : itidem et intelligibili Pharaone in Servatorem meum insurgere auso, intelligibilium draconum capita per sacram tinctionem confracta sunt[90]. Id enim et magnus ille Paulus in hanc sententiam prædicat : « Nolo vos ignorare, fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, et omnes mare translerunt, et omnes in Mose baptizati sunt in nube et in mari [91]. » Nam ut Moses populum in promissam terram inducere est prohibitus, propter leve quoddam murmur (num, putatis, inquit, « de petra hac vobis aquam poterimus elicere [92] ? »), sed eam per vicarios explorare et cognoscere voluit[93]; sic Adamus Dei præcepto non subnixus, amplectendo serpentis consilio, immortalem vitam perdidit. Igitur illic Jesus, Nave filius, Israelitas in terram promissam induxit salvos; hic æterni et exsortis principii Patris Filius, meus amor Jesus, assumpto Adami temperamento, sibi credentes in cœlestem ac perennem Hierosolymam perduxit. Vidistis olim figuras, nunc rem veram cernite.

CAPUT XXIX.

Cur Dei Filius homo factus sit.

Jud. Belle et consentanee Dei vatis oracula sublimi sensu aperuisti, vereque antiquas futurorum umbras et figuras docuisti. Sed quæ est autem necessitas, quave gratia Dei Filium hominem factum dicitis?

Christ. Quod si omnino, quamobrem Deus cœlestes copias, et Adamum creaverit, vos exponetis facile et Unigeniti incarnationem explorate cognoveritis.

Jud. Per bonitatem, et solam, universi creationem Deum fecisse, ex sapientibus nostris didicimus; nam in Davidis Psalmis hæc sunt verba : « Secundum misericordiam tuam memento mei tu [94]. » Et rursus : « Dulcis et rectus Dominus, propter hoc legem dabit delinquentibus in via [95]. »

Christ. Quod si ex bonitate, ut certe ex bonitate, Deus hominem fabricatus est; quanto magis sartam tectam tueri fabricam decebat, nec committere ut

[88] Exod. IX, 10. [89] Exod. X, 4-13. [97] ibid. 22. [98] Exod. XI, 5. [99] Exod. XIII, 22; XIV, 8. [90] Exod. XIV, 27-31. [91] I Cor. X, 1. [92] Num. XX, 12. [93] ibid. 10. [94] Psal. XXIV, 7. [95] ibid. 8.

(23) Citat et hoc philosophi nescio cujus, etiam Gregorius Theologus orat. *In novam Dominicam.*
(24) *Nazianz. orat. In tarditatem.*

corruptela obrueretur? De eoque etiam Salvator de ovibus ad vos disserens, ait : « Pater meus, quod dedit mihi, majus omnibus est, et nemo potest rapere de manu Patris mei [26]. » Tueri enim fabricam longe majus est atque illustrius, quam fabricari. Nec sane perinde est Deum hominem fabricari, ac hominem denique Deum fieri. Idque sic habere de principibus nostris intelleximus ; dicit enim quidam primatum nostrorum Deum tunc præstantius contulisse (25), nunc deterius asciscere, hoc priori divinius, et, si recte judicetur, sublimius esse. Nam postquam terrestris diaboli invidia, et uxoris fraude cœlestem se vocari non observans, pro vita mortem, non sibi modo, sed toti adeo generi conscivit; oportebat porro cœlestem et immortalem Deum, Gabrielis opera ex incontaminata et impolluta femina nasci; quemadmodum de viro sine muliere efficta mulier est, sic e muliere sine viro Deum hominem virum prodire, ut peccati repertor insuperabilem se arbitratus, nobis spe Numinis inescatis, assumpto vicissim corpore inescaretur, quo Deum, ceu Adamum, adortus, occumberet (26). Itaque exinanitum Numen cum assumpto corpore copulatum est, et insolito temperamento Deus et homo ex utroque unum, et per unum utrumque factus, Deo cum corpore permisto atque devincto, ut quæ dissiderent, cujusdam tanquam medii commercio in unum componeret.

CAPUT XXX.

Cur Christus homo simul et Deus.

Igitur unus ex utroque pro uno decessore, seu, ut verius dicam, pro omnibus factus, in terram venit, animo præditus propter animum præcepti contemptorem, corpus gestans propter corpus delicti administrum, simulque damnatum, peccato altior ac sublimior; luteus, propter Adamum sub peccatum subjectum, vetere cum novo, id est, humanitate cum divinitate conferenda, et qui passus esset, eo per passionem revocando, ac pro nostrorum unoquoque singulis vicissim ejus, qui pro nobis objiceretur, præstandis, atque hac benigna lapsi propter contumaciam procuratione, novo quodam arcano exhibendo. Hinc ortus atque Virgo, hinc præsepe et Bethleem, ortus pro creatione, seu potius recreatione, Virgo pro muliere, salve pro dolore, Bethleem pro Edem, præsepe pro pomario, Gabriel pro serpente, arbor pro arbore, in crucem extensæ manus pro male exporrecta manu, fel pro dulci sapore, corona pro dejectione, lateris lancea pro ense paradisi, unguenta pro lacrymis, sindon pro ficulneis foliis, nuditas pro scorteis vestibus, clavi propter ruinam et lamenta, erectio pro lapsu, arundo ad frangendam maligni potentiam, mors pro morte, tenebræ pro luce, sepultura pro in terram reditione, ac demum resurrectio pro lapsi resurrectione. Atque hæc omnia Deus nobis curandis, ad nostræque imbecillitatis medelam comparavit, quo veterem Adamum, unde exciderat, reduceret, ac vitali arbori admoveret (27), quem notitiæ arbor inepte, nec suo tempore percepta, paradiso exegerat.

Jud. Quod si ad diabolum suum dejiciendum Deus homo factus est, næ id potius in fraudem Numinis sit. Nam si homo factus malignum dæmonem vicit, multo magis ut Deus et vincere poterat et exitio dare : nemo est enim Deo fortior. Itaque clamat Isaias : « Deus fortis (præpotens), Pater futuri sæculi, Princeps futuri sæculi [26]. »

Christ. Recte Isaiæ verba in medium protulistis. Sed non tam Dei potentiæ gloriosum est, adversarium vicisse, nec dæmoni pudendum, a Deo victum esse, quam insigne Dei potentiæ, et maligno summum dedecus est, per carnem victum esse, ac luteum, cœlestem factum; et quem divinitatis spe supplantaverat, eo per humanitatem deificato vicissim cernendo supplantari. Nam ut sanguinarii et improbi homines mundanum hoc regnum perfide refugientes, atque in montibus et rupibus inediam tolerantes, haud sane regem latuerunt; quin ille misso, quem habebat unigenitum, cum jurejurando, et liberalibus promissis, ad frugem redituros revocat (28); quibus non solum verba regii filii non reveritis, sed eum quoque cruentis manibus trucidare aggressis, rex factus certior, et ira incensus, eos excusationem nullam habere cogitans, missis suis copiis delevit. Itidem sane et Deus et Pater Servatoris mei Christi, volens Judæis vaticidium omne ac delictum clementer condonare, unigenam suum Filium, sui atque illorum sequestrum demisit. Quo beneficentiæ suæ studio non solum repudiato, sed illo quoque impie in crucem acto, missis cœlestibus copiis, velut omni defensione carentes, æterno igne, diabolo, ejusque angelis parato, severe damnavit.

Quare vos accipite, obsecro, frugi consilium : nam resipiscere potestis adhuc superstites, atque in mundo degentes, fugite erroris tenebras, et ad veritatis lucem convenite, operamque date, ut a deteriori statu ac læva hædorum manu ad Servatoris mei dextram cum ovibus astituri transeatis.

Jud. Enimvero et nos prophetam magnum, efficacem, a Deo unctum exspectare, id verum est; Dei Filium nec cœlitus degressum, a prophetis audimus, nec in cœlum rursum ascendisse.

[26] Joan. x, 29. [26*] Isa. ix, 6.

(25) Nazianz. *In Natalem*, p. 231, 20, *et S. Pascha*, p. 254, 35.

(26) Nazianz. imitatur *Apologet.* 18, 14, et aliquot sequentibus.

(27) Nazianz. *in Epiphaniam.*

(28) Alludit ad parabolam Matth. xxi, 33.

CHRIST. Itaque porro, ut videtur, prophetas dicitis, non de Deo prophetias edidisse, sed de homine mero?

JUD. Ita est.

CHRIST. O stupiditatem! Et quis vero ex omni memoria, regum servis conservos præmittit, ac non potius filii adventus prævios, et præcones? Sed tamen prophetas nunc quoque evolvamus, atque iterum vos veritas docebit.

CAPUT XXXI.

Cur Christus ex Virgine nasci voluerit.

JUD. Quandoquidem nobis ortum sine tempore, seu verius supra tempus, erudite comprobasti; age, linabimus te, et Dei cœlitus ad Virginem descensum explana, et qui prophetæ de eo apertissime disserant.

CHRIST. Audite Jeremiam, dicentem : « Hic est Deus noster, et non æstimabitur alius adversus eum. Hic adinvenit omnem viam disciplinæ, et tradidit illam Jacob puero suo, et Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est, et cum hominibus conversatus est [97]. » — « Hic Deus noster. » Quis? qui ab omni æternitate est et in omnem æternitatem perdurat. « Et non æstimabitur alius adversus eum. » Quis alius non æstimabitur? qui scilicet ab Hebræis pro Dei Filio exspectatur. « Hic adinvenit omnem viam disciplinæ. » Non profecto fullonicam ac fabrilem artem, aut quæ reliquæ sunt ejus generis futiles; sed rerum notitiam, e terra in cœlum iter et ascensum, supracœlestem pulchritudinem, ac Dei comprehensionem, denique et illustrationem, in quantum se quisque ad id comparasset, seu potius Opifex largitus esset. Igitur hic ille Opifex est, qui hæc « tradidit Jacob puero suo, et Israel dilecto suo. » Macte verbis et prophetia esto, Jeremia. Non enim ait, Postremis temporibus comparebit in terris, et apud homines versabitur, sed qui futura explorata in se contineret, futura tanquam præsentia prænagivit. Et Sapientiæ hæc est : « Cum meum Filium non audierint, ego quoque eos non exaudiam, inquit Dominus omnipotens. »

JUD. Insolens nobis non videtur, unctum a prophetis, Puerum et Filium Dei vocari. Nam et de nobis Isaias effatur (29) : « Ephraim primogenitus meus est. »

CHRIST. Dixin' vobis, legis tegumentum non e litteris, sed vestigatorum et quæsitorum intelligentia censeri? Ut enim tum non omnes sane vultus Mosis splendorem irretorte intuebantur, sed soli divinitus electi; ita hic quoque mentis oculis capti, ad sacræ Scripturæ lucem excutiunt, ut et vos in præsentia. Neque enim Salomonis vaticinium mentis vestræ oculorum lippitudinem ad cernendam veritatem abstersit, manifeste unigenitum Dei Filium incommutatum hominem denique factum demonstrans; sed quod Sapientia Salomonis declarat, dicens : « Cum meum filium non audierint, vos Dei Filii honorem intrepide ad vos trahere conamini. » Quanquam non ut Sapientia filium appellat Dei Filium, itidem et vos Isaias (30) appellat natos, cum ait : « Primogenitus meus Israelita; » sed illum naturalem, vos adoptivos. Nam nos primigenius sumus secundi Israelis (Christi).

CAPUT XXXII.

Gens duplex, gentilis et Hebræa.

In quam sententiam est notum illud Dei ad Rebeccam effatum : « Duæ gentes sunt in utero tuo; et major serviet minori [97a]. » Et de Phare atque Zara obstetrix ait : « Quare divisa est propter te maceria [98]? » Sed ne quid interim hic veridici videamini, Isaiæ de vobis prophetiam in medium proferamus. Nam etsi per prophetam Deus confirmat : « Primogenitus meus natus Israelita [99]; » at audite quæ paulo ante ac post consequuntur : « Duo mala fecit populus meus : me dereliquerunt, fontem aquæ vivæ, et foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas [1]; » et rursum : « Filios enutrivi et exaltavi, ipsi autem spreverunt me [2]. » Omnis quippe natura filius, ut deficiat a patre, naturam certe non amittit. Adoptivus autem, qui in naturam quasi vi invaserit, donec patri obsequitur, filius nominatur : sin eum, cui additus sit, respuat, ejus nec filius quidem vocatur. Ad eumdem modum, et parentes vestri, qui Deum reliquerint ac respuerint, ut Isaias ait, dæmonibus additi, vere Satanæ filii sunt.

Cæterum Jeremias post id dictum : « Hic est Deus noster et in terris visus est, et cum hominibus conversatus est [3]; » subdit : « Hic liber mandatorum Dei [4]. » Quis? Quem jam dixit : « Et lex quæ est in æternum : omnes qui tenent eam, pervenient ad vitam : qui autem dereliquerunt eam, in mortem [5]. » En vobis naturalem Filium; neque enim contentus est propheta dixisse : « Hic est Deus noster, et in terris visus est, et cum hominibus conversatus est, » sed Dei præceptorum etiam librum appellavit, scilicet Dei, et Patris, et in perpetuum duraturam legem, id est, perennem, sine successione, impatientem finis. Addit : « Qui tenent eam, pervenient ad vitam, » æternam procul dubio. Nam qui æterno servient, æternum una etiam regnabunt. « Qui autem dereliquerunt eam, in mortem; » in mortem sane non hanc se inducent corporalem (nemo est enim hominum mortis expers), sed animi; quæ et in exstincto igne semper ardeat, et nunquam consumatur. Quod si ex Isaiæ quoque vaticinio intelli-

[97] Baruch. III, 36-38. [97a] Gen. XXV, 23. [98] Gen. XXXVIII, 29. [99] Exod. IV, 22. [1] Jerem. II, 13. [2] Isa. I, 2. [3] Baruch. III, 38. [4] Baruch. IV, 1. [5] ibid.

(29) Imo Jeremias XXXI, 9.
(30) Imo Exod. VI, 22. Sic a S. Paulo secundus Adam et futurus dicitur.

gere vultis quid de Unigenito censeat, audite palam vociferantem : « Parvulus natus est nobis, et filius datus est nobis, et factus est principatus super humerum ejus [6]. » Quorum verborum hæc sententia est : Opifex ille futuri ac perennis ævi, Deus, potens, princeps pacis atque custos, Unigenitus æterni, et sine principio Patris, postremis temporibus sine mutatione corpore indutus, Puer nobis natus, Filius nobis datus est : datus quod erat, Deus; natus quod non erat, homo. « Et factus est principatus super humerum ejus; » crux scilicet, victoriæ et principatus signum.

Jam Michææ hæc sunt verba : « Et tu Bethleem, terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda : ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel, et egressus ejus ab initio, a diebus æternitatis [7]. » Quod si ab æternis temporibus ejus origo est, igitur qui natus est, Deus est, nullius enim meri hominis in omni memoria est ab æternis temporibus origo audita, sed Dei, hominis facti.

CAPUT XXXIII.

Isaiæ vaticinium egregie explicatum.

Rursum scribit Isaias : « Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet. Et requiescet super eum Spiritus Domini : Spiritus sapientiæ, et intellectus, Spiritus consilii, et fortitudinis, Spiritus scientiæ, et pietatis, et replebit eum Spiritus timoris Domini : non secundum visionem oculorum judicabit, neque secundum auditum aurium arguet : sed judicabit in justitia pauperes, et arguet in æquitate pro mansuetis terræ : et percutiet terram virga oris sui, et spiritu labiorum interficiet impium. Et erit justitia cingulum lumborum ejus, et fides cinctorium renum ejus. Habitabit lupus cum agno : et pardus cum hædo accubabit : vitulus et leo, et ovis simul morabuntur, et puer parvulus minabit eos. Vitulus et ursus pascentur : simul requiescent catuli eorum : et leo quasi bos comedet paleas. Et delectabitur infans ab ubere super foramine aspidis : et in caverna reguli, qui ablactatus fuerit, manum suam mittet. Non nocebunt, et non occident in universo monte sancto meo : quia repleta est terra scientia Domini, sicut aquæ maris operientes. In die illa radix Jesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur, et erit sepulcrum ejus gloriosum [8]. » Quæ est hæc radix Jesse? ex effeto utero prognata Virgo. Quis vero flos? ex Virgine incarnatus sine mutatione Deus. Cur autem non ait : Egredietur (fructus) de radice; sed Flos de radice ejus ascendet? » Propter summam Virginis integritatem, quæ virum nullum experta esset. Nam sterilitates dissolvere plerumque Dei potentiam repræsentat : cæterum Virginem parere cum viro non congressam, naturæ lege desperatum est. « Requiescet super eum Spiritus Domini. » Super quem? super radicis scilicet florem, et Virginis natum. Nam simile simili coalescit. Septem vero Spiritus septem dona Spiritus intellige.

Addit porro : « Non secundum visionem oculorum judicabit, neque secundum auditum aurium arguet; » homines enim non ex æquo, et explorata veritate, sed ex apparenti æquo et veritate judicant. Quod perspiciens David, orat : « Judica me, Domine, secundum justitiam meam [9], » non ex ineffabili et immenso justitiæ tuæ pelago. Atque id verum esse declarant quæ sequuntur, prophetæ verba : « Sed judicabit in justitia pauperes, » id est animo humiles pro justitia sua explorata coronabit; quemadmodum de hoc quoque David profitetur : « Et humiles spiritu salvabit, et terrarum illustres ex æquo corriget [10]; » terrarum illustres hic dæmones cogitandi sunt, et eorum administri : merito enim, qui mundi principes sunt, terræ quoque illustres sunt, de iisque et David ait : « Arguam te, et statuam contra faciem tuam [11]. » Quod addit : « Percutiet terram virga oris sui, » dæmonum perniciem notat. Nam ut de cœli molitione scribit David : « Verbo Domini cœli firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eorum [12]; » ita et Isaias et dæmonum perniciem atque interitum vaticinans, terram sui oris effatis verberaturum prædicit. « Verbum oris, » unigenitum Filium vocans. « Et spiritu labiorum suorum interficiet impium; » hic rursum dæmones, et eorum administri accipiendi sunt, quos paulo ante « illustres » nominavit. Atque ei nostræ orationi fidem faciunt, Christi mei in furiosos miracula luculenta. « Et erit justitia cingulum lumborum ejus, et fides cinctorium renum ejus; » lumbos et latera dicens, omnem corporis coagmentationem innuit, et meum Christum ipsissimam esse justitiam et fidem; quod præsagiens et David ait : « Justitia tua justitia in æternum, et lex tua veritas [13]. »

Quod subdit : « Habitabit lupus cum agno et pardus cum hædo accubabit : vitulus, et leo, et ovis simul morabuntur : vitulus et ursus pascentur. Simul requiescent catuli eorum. » Ex omni memoria in pietate consensum et conspirationem notat. Ac quemadmodum Daniel decem regna per decem cornua designat, ita et Isaias per hæc animalia, exterorum varietatem et diversitatem. « Et puer parvulus minabit eos, » exteros scilicet, natus ille nobis et condonatus puer Christus, quorum primos ad sui adorationem adduxit Magos. « Et leo quasi bos comedet paleas, » propter unionem divinitatis cum humanitate in una eademque hypostasi factam. Nec vero incongrue Romano id applicaveris imperio, propter leoninum quiddam ac regale, quod primum levi ac divino jugo, id est,

[6] Isa. IX, 6. [7] Mich. V, 2; Matth. II, 6. [8] Isa. XI, 1-10. [9] Psal. VII, 4. [10] Psal. XXXIII, 19. [11] Psal. XLIX, 21. [12] Psal. XXXII, 6. [13] Psal. CXVIII, 142.

evangelico præconio cervicem subjecerat, reliquis populis pelearum instar devoratis. « Et delectabitur infans ab ubere super foramine aspidis. » Infans atque lactens Christus; aspides, et aspidum soboles Pharisæi ac Scribæ sunt intelligendi; caverna et cubile Judæorum est Synagoga, quam præsidens in templo, et manum agitans dulcis Jesus docebat. « Non nocebunt, et non occident, in universo monte sancto meo. » Rursum Synagogæ inscitiam notat : non solum enim unigenitum Dei Filium in crucem actum non peremerunt, sed etiam quos illi prius morti dimiserant, hic ex mortuis postliminio restituit. « Quoniam repleta est terra scientia Domini. » Nam postquam ad Inferos missus est Deus homo Jesus, tum vero evangelicum præconium magis propagatum est. « Sicut aquæ mare operientes. » Quodnam mare aquis operitur? Et simulacrorum cultus æquor, et inhærens in lege umbratile quiddam atque imperfectum. « In illa die radix Jesse, qui stat in signum populorum, in ipsum gentes sperabunt. » Sententia hæc est : Qui ex mortuis resurget die a Sabbatis altero, ex Jessæa stirpe erit, in eoque spem habebunt, non qui e Synagoga, sed ex gentibus. « Et erit sepulcrum ejus gloriosum, » seu : « Ejus requies erit honor. » Ecce aperte Dei regnum; neque enim in quo acquiescat Rex noster, equites, arma, cataphracti et satellites erunt, sed honor divinus. Quo pertinet, quod majoribus vestris Servator dixit : « Qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem [14]; » et : « Si cognovissetis me, et Patrem meum utique cognovissetis [15]. »

CAPUT XXXIV.

Aliorum prophetarum oracula de Christo.

Sed jam probe, opinor, Isaiæ verbis expositis, aliorum quoque vatum sententias edamus. Itaque de Hierosolyma confirmat David : « Homo, et homo natus est in ea : et ipse fundavit eam Altissimus [16]. » Est autem sensus hujusmodi : Supremus is qui hanc Hierosolymam condidit, in ea denique homo natus est. Et Isaias : « Ecce virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel [17]. » Porro Emmanuel Hebræum, Latine *Nobiscum Deus*, redditur. Idem rursum : « Accessi ad prophetissam, et concepit, et peperit filium. Et dixit Dominus ad me : Voca nomen ejus, Accelera spolia detrahere : festina prædari [18]. » Et Moses in Numerorum libro : « Orietur homo ex semine Israel, et imperabit multis gentibus, et exaltabitur regnum ejus. Devorabunt gentes hostes illius, ossaque eorum confringent, et perforabunt sagittis [19], » illius inimicum. Hostis vero hic diabolus est intelligendus, missilia Christi stigmata et notæ, idemque rursum ibidem : « Orietur stella ex Jacob, et exsurget homo ex Israel, et percutiet duces Moab [20], » et quæ sequuntur.

Cæterum verum Deum esse Christum, Isaias comprobat his verbis : « Non angelorum, non hominum quisquam, sed ipse nos Dominus servavit [21]; » atque idem rursum : « Ecce servus meus, suscipiam eum : electus meus; dedi Spiritum meum super eum : judicium gentibus proferet : non contendet, non clamabit. Calamum quassatum non conteret, et linum fumigans non extinguet. Non erit tristis, neque turbulentus, donec ponat in terra judicium, et in nomine ejus gentes sperabunt [22]. » Idem de Joanne Baptista : « Regem cum gloria videbitis [23]; » et : « Vox clamantis in deserto : Parate viam Domini. Rectas facite semitas Dei vestri. Omnis vallis implebitur; et omnis mons et collis humiliabitur [24]. » Montem atque collem hic dæmonum copias existimo, quæ cœlo ob superbiam deturbatæ, ad terræ ima depressæ sunt; vallem, hominum naturam quæ ob superbiam depressa, rursum Dei gloria repleta, atque in cœlos e terra sublata est : id enim significat, quod addit : « Erunt prava in directa, et aspera in vias planas, et revelabitur gloria Domini, et videbit omnis caro salutare Dei [25]. » Et Amos propheta ait : « In die illa suscitabo tabernaculum David, quod cecidit : et reædificabo aperturas murorum ejus, et ea quæ corruerant, instaurabo : et reædificabo illud sicut in diebus antiquis, » ut exquirant reliqui homines Dominum, et omnes gentes super quas invocatum est nomen meum. « Et dicit Dominus faciens hæc [26]. » Quem vero Deum reliqui homines requisiverunt, cujusve Dei nomine et censæ sunt et censeantur gentes, nisi plane unigeniti Dei Filii, Dei hominis Jesu Christi? quemadmodum clamat Jeremias : « Homo est, et quis cognoscet eum [27]? » qui et Deus est. Et David ex persona Christi : « Confitebor tibi, Domine Deus meus, et glorificabo nomen tuum; » id est, magnificabo et prædicabo; « Quia misericordia tua magna est super me [28] : » non secundum æqualitatem meæ divinitatis, sed secundum mei corporis gloriam. Meus enim Jesus perfectus Deus, etiam perfectus homo factus est, unus ex duabus naturis, quarum illa quæ incarnata est, deificavit, quæ vero carnea erat, deificata est (31).

« Et eruisti animam meam ex eo inferno inferiori [29]. » Nam usque ad Christi descensum ad inferos, nullius hominis anima ab inferis est liberata. Quod si Jonas exclamavit : « Educ de corruptione animam meam [30], » at ejus anima iterum post egressum, ad inferos descendit : « Deus! iniqui insurrexerunt

[14] Joan. v, 23. [15] Joan. xiv, 7. [16] Psal. cxxxvi, 5. [17] Isa. vii, 14. [18] Isa. viii, 3. [19] Num. xxiv, 8; sec. LXX. [20] Num. xxiv, 17, sec. LXX. [21] Isa. lxiii, 9, sec. LXX. [22] Isa. xlii, 1-4, sec. LXX. [23] Isa. xxxiii, 17. [24] Isa. xl, 3, 4. [25] ibid., 5. [26] Amos ix, 11, 12. [27] Jerem. xvii, 9. [28] Psal. lxxxv, 12, 13. [29] ibid. [30] Jonæ ii, 7.

(31) *Imitatur* Nazianz. *In Epiphan.*

super me: » pontifices et sacerdotes; « et Synagoga potentium quæsierunt animam meam : » Herodes simul et Pilatus, qui per id tempus potestate improbe fungebantur; « et non proposuerunt te in conspectu suo. [31] » Te enim, Pater, tuisque præceptis oblivionis profundo traditis, vere te contempserunt. » Et tu, Domine Deus meus; » Domine ac conditor omnis creaturæ invisibilis. «Et Deus meus respice in me, et miserere mei; » respice in me secundum humanitatem, qui divinitate abes nunquam. « Da imperium tuum puero tuo [32], » id est, meam tui ex te ante Luciferum geniti potentiam demonstra : quale est et illud Domini, tempore passionis [33] : « Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te : sicut dedisti ei potestatem omnis carnis (31*). » — « Et salvum fac Filium ancillæ tuæ : » irreprehensæ Virginis. « Fac mecum signum in bonum; » id est, assumptum a me corpus ex morte suscita. « Ut videant qui oderunt me, et confundantur; » vere enim ingens pudor erit scelestissimæ Synagogæ, mea post triduum resurrectio. « Quoniam tu, Domine, adjuvisti me, et consolatus es me [34], » id est, quod tu, Pater, jam olim de me consilium ceperis.

CAPUT XXXV.

Prophetarum de Christo Deo et homine vaticinia.

Porro autem perfectum et Deum et hominem esse Christum, luculenter vates demonstrabunt. Isaiæ quidem hæc sunt verba : « Deus magnus et fortis non esuriet [35]. » Davidis vero hæc sententia est : « Audi, populus meus, et loquar : Israel, et testificabor tibi : Deus tuus ego sum. Non in sacrificiis tuis arguam te : holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper. Non accipiam de domo tua vitulos : neque de gregibus tuis hircos. Cognovi omnia volatilia cœli : et pulchritudo agri mecum est. Si esuriero, non dicam tibi : meus est enim orbis terræ et plenitudo ejus. Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo [36]? » Quare nec taurina carne Deus vescitur, nec hircinum bibit sanguinem? quomodo igitur vatum dicta conciliemus? cum dicat Isaias : « Deus magnus et præpotens non esuriet [37]; » David vero : « Si esuriero, non dicam tibi. Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? » Enimvero sic habendum est : Isaiam, qui ad divinam, et perennem, atque sempiternam Christi naturam respiceret, quasique cum diabolo dissereret, qui Christum tentans jubebat, ediceret lapidibus, ut panes fierent, velut respondentem dicere, scilicet Deum magnum ac præpotentem esurire? Quod a Servatore quoque responsum malignus accepit : « Scriptum est : Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei [38] ; » Davidem vero, qui in Christi olim incarnationem prospiceret, ac quemadmodum cum eo Judæi, tanquam mero homine, ac non etiam Deo consuescerent, et convicio jactarent : « Ecce homo vorax et potator vini [39]; » multo ante obturantem impudens eorum os, ex Christi persona confirmare : Quid me hominem solum cogitatis, ac non etiam Deum? Ego ille ex Virgine natus, sine mutatione Deus, esuriens atque comedens, vestro, o Judæi, adminiculo non indigeo, meus cum sit orbis, et quidquid eo continetur. Neque vero tuas fœditates, id est, scelesta tua sacrificia, desidero, scelestissima Synagoga. Quod si vis omnino ad vitam ingredi, legis umbram, auditis meis consiliis atque mandatis, desere, atque ad Deum accedens : « Immola sacrificium laudis, et redde Altissimo vota tua. Et invoca me in die tribulationis, eruam te, et honorificabis me [40]. » Et Jeremias : « Ecce dies venient, dicit Dominus, et non docebit ultra vir proximum suum, et vir fratrem suum, dicens : Cognosce Dominum : omnes enim cognoscent me, a minimo eorum usque ad maximum [41]. » Itidem de gentium fide Isaias : « Faciet Dominus exercituum omnibus populis : in monte isto induent lætitiam, perfundentur unguento, bibent vinum [42]; » ubi gaudium ad baptisma refertur; et quo baptizatus ungitur, ad sacrum unguentum; vinum ad incontaminatum ac Dominicum sanguinem. Idem rursum : « Decretum hoc est super omnes gentes : et dicent in illa die : Ecce Deus noster, in quem speravimus, exsultemus in salutari nostro, et salvabit nos ipse Dominus [43]. » Est autem hæc sententia : Ecce Deus ille noster, in quo spem habemus, nobiscum est, hoc est, secundum corpus, iisdem quibus nos obnoxius. Itaque exsultemus in salute nostra, Dei nostri gloria; nam Domini gloria, scilicet crux, nostra salus est. Et salvabit nos ipse Dominus, peccatis omnibus cruci affixis. Atque id ita esse, angeli ad Deiparam verba ostendunt. « Et vocabunt nomen ejus Emmanuel, quod est interpretatum, Nobiscum Deus [44]. » Jam Davidis quoque de Christo, ex Dei et Patris persona hoc effatum est : « Ponam in mari manum ejus, et in fluminibus dexteram ejus [45]. »

Jud. Nullam de Christo prophetiam hic psalmus continet : de se enim vates eum cecinit.

Christ. An de se David psalmum cecinerit, accuratius ex his quæ sequuntur, intelligetis. « Ipse invocabit me : Pater meus es tu; » atqui in nullo psalmorum suum Patrem Deum appellabat David : « Deus meus, et susceptor salutis meæ [46], »

[31] Psal. LXXXV, 13. [32] ibid. 15. [33] Joan. XVII, 1, 2. [34] Psal. LXXXV, 16. [35] Isa. XL, 28. [36] Psal. XLIX, 7-13. [37] Psal. XL, 28. [38] Matth. IV, 4. [39] Matth. XI, 19. [40] Psal. XLIX, 14, 15. [41] Jerem. XXXI, 34, 35. [42] Isa. XXV, 6. [43] Isa. XXV, 9. [44] Matth. I, 23. [45] Psal. LXXXVIII, 26. [46] ibid. 27.

(31*) Ms., τῆς.

Observate sane : Patrem secundum naturam, Deum secundum assumptam humanam naturam. « Et ego primogenitum ponam illum [47]; » animadvertitis, ut de unigenito Dei Filio loquatur? Nam David nec Dei filius erat, nec Jesse sui genitoris primogenitus, id quod de se ipse testatur in hæc verba : « Minimus eram in fratribus meis, et junior in domo patris mei [48]. » Et alioqui si Davidis hæc prophetia de seipso fuisset, dixisset utique : « Primogenitum » posui illum : non, « ponam illum. » « Excelsum præ regibus terræ [49]. At David Judæam solum tenuit, nec mari manus ipsius, nec fluminibus dextra ejus imposita est. « In æternum servabo illi misericordiam meam : et testamentum meum fidele ipsi [50]. » At Davidi fœdus hactenus fidum mansit, ut ægre ejus filius Salomon Judææ sceptra retinuerit, Roboam vero Salomonis regno excidérit. « Et ponam in sæculum sæculi semen ejus; et thronum ejus sicut dies cœli [51]. » Videtis Filium? Nam sensus hujusmodi est : Complacet unigenitum meum Filium ex semper Virgine Maria, quæ ex Davidis semine est, carnem assumere; et perfectus natura Deus, sine mutatione, homo etiam perfectus nascetur : cujus demum solium ad cœli ætatem conservabo, in omnem sæculorum perpetuitatem. Atque id ita esse, ex sequentibus erit apertius; addit enim : « Si autem dereliquerint filii ejus legem meam : et in judiciis meis non ambulaverint; si justitias meas profanaverint, et mandata mea non custodierint : visitabo in virga iniquitates eorum, et in verberibus peccata eorum [52]. » Non ignorans, qui animos atque renes scrutatur, particulam *si*, hic apposuit, sed judicii sui æquitatem demonstrans, cum additamento pœnam comminatus est : « Misericordiam autem meam non dispergam ab eo : neque nocebo in veritate mea. Neque profanabo testamentum meum : et quæ procedunt de labiis meis, non faciam irrita [53]. » Significant autem hæc : Quantumvis Davidis semen in regali solio considere, atque in vos regnare haud videtis; ego tamen ex ejus semine Regem suscitabo omni terra altiorem.

« Semel in sancto meo, » in meo scilicet naturali Filio. « Si David mentior, » juravi, inquam, Davidi non mentiturus : « Semen ejus in æternum manebit. Et thronus ejus sicut sol in conspectu meo, et sicut luna perfecta in æternum, et testis in cœlo fidelis [54]. » Videte, quemadmodum de Deo homine Jesu vates omnia prædicat. Quo pacto enim merus citra divinitatem homo perennis duret, ejusque solium, ut sol apud Deum, utque luna constet in perpetuum? Sed profecto hic ille est, de quo ex Dei persona prædicat : « Ex utero ante Luciferum genui te [55]. » Et rursum : « Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis [56]. » Nam hic vere est in æthere testis indeletus. Jam vero scribit Isaias : « Ecce dies venient, dicit Dominus : et suscitabo David germen justum : et regnabit Rex, et sapiens erit : et faciet judicium et justitiam in terra. Et hoc est nomen quod vocabunt eum, Ἰωσεδὲκ, Dominus justus noster [57]. » Et Habacuc : « Operuit cœlos gloria ejus, et laudis ejus plena est terra [58]. » Cujus ergo meri hominis majestas cœlos obtegat, cujus laude terra repleatur? nimirum Dei hominis Jesu. Et in Paralipomenis, de suo Filio Deus confirmat : « Stabilitam regnum ejus : ipse ædificabit mihi domum, et firmabo solium ejus usque in æternum. Ego ero ei in Patrem, et ipse erit mihi in Filium, et misericordiam meam non auferam ab eo [59]. » Et rursum : « Ipse erit mihi in Filium, et ego ero illi in Patrem firmaboque solium ejus in Israël in æternum [60]. »

Jud. Et cur autem non dixit, Stabiliam thronum Filii mei, quia Pater filius suus : sed, « erit mihi in Filium, et ego ero ei in Patrem? »

Christ. Non de perenni natura, atque regno sui Filii hoc loquitur Pater est; sed de temporali regno et assumpto. Neque enim concidit perenne ejus regnum, neque inconcussum ejus solium stabiliri opus habebat. Quare de nostrate regno atque solio David disserit, et domum construendam novam Ecclesiam significat; nam superna domus, ac perenne regnum ex omni æteruitate, atque in omnem perpetuitatem constat, nunquam labefactandum. Isaias quoque, ex persona Christi ait : « Ego Dominus loquens justitiam, annuntians rectum. Congregamini, et venite, et accedite simul qui salvati estis ex gentibus. Ego Deus, et non est alius Deus justus et Salvator non est præter me. Convertimini ad me, et salvi eritis [61]. » Et Moses ex ejusdem persona : « Exspectetur ut pluvia doctrina mea : fluat ut ros eloquium meum [62]. » Jam Dei et Patris per Isaiam ad Filium hæc sunt verba : « In tempore placito exaudivi te, et in tempore salutis auxiliatus sum tibi, et dedi te in fœdus populi, ut suscitares terram [63]. » Et per eumdem rursum : « Dedi eum ducem, ac præceptorem gentibus. Ecce gentes quæ te non cognoverunt, et populi qui nescierunt te, invocabunt te [64]. » Rursum ait Isaias : « Ecce venit Dominus. » Quomodo? « Qui ambulat in justitiis, et loquitur veritatem, et odio habet iniquitatem et injustitiam, et excutit manus suas ab omni munere, qui obturat aures suas, ne audiat sanguinem [65]. » Videte ut incarnationem propheta demonstret. Neque enim ex his Davidis verbis : « Oculi Domini super justos,

[47] Psal. LXXXVIII, 28. [48] Psal. LXVIII, 9. [49] Psal. LXXXVIII, 28. [50] Ibid. 29. [51] Ibid. 30. [52] Ibid. 31, 32. [53] Ibid. 34, 35. [54] Ibid. 36-38. [55] Psal. CIX, 3. [56] Ibid. 1. [57] Imo Jerem. XXIII, 5, 6. [58] Habac. III, 3. [59] I Paral. XVII, 12, 13. [60] I Paral. XXII, 10. [61] Isa. XLV, 10, 20, 22. [62] Deut. XXXII, 2. [63] Isa. XLIX, 8. [64] Isa. LV, 4, 5. [65] Isa. XXXIII, 15.

et aures ejus in preces eorum; vultus autem Domini super facientes mala [66], » et hæc Isaiæ sunt interpretanda; nam ille partim benignitatem, partim vindicem Dei potestatem describit; hic dum dicit manum, ne dona capiat, arcet, aurcsque ne injustam capitis inquisitionem inaudiant, obturat, incarnationem ejus proponit [67].

Atque id verum esse, ex iis quæ post disserentur, intelligetis. Addit enim : « Claudit oculos suos, ne videant malum [68]; » iis verbis Domini necem et Judæorum obstinationem notans. « Iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas ejus [69]. » Accipite incarnationem : nam nisi de ea dictum hoc est, ubinam alioqui comprehendatur, qui ubique præsens cuncta complet? « Panis ei datus est, » id est, pane ad incarnationis fidem vesciturus, « et aquæ ejus fideles sunt [70]; » scilicet sacrum baptisma, seu salutaris doctrina. Quemadmodum et Christus ipse ad Samaritanam disserit : » Si scires donum Dei, et quis est, qui dicit tibi : Da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, et dedisset tibi aquam vivam [70], » ut non sitires in æternum. Et rursum : « Qui credit in me, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ [71], » divinæ ac salutaris doctrinæ sermones. « Regem cum gloria videbitis [72], » id est, hominem cum divina gloria. Et Oseas : « Posthæc revertentur filii Israel, et quærent Dominum Deum suum, et David regem suum : et pavebunt ad Dominum, et ad bonum ejus in novissimo dierum [73]; » quæ de Deo homine Jesu disputat propheta, partim Dominum Deum propter ejus divinitatem vocans, partim Davidem propter humanitatem, ceu ex Davidis stirpe natum. Ubi est enim Davidis demum benignitas, postremis illis temporibus, nec benignitas modo, sed quæ homines quoque in stuporem adducat? Et Jeremias, de pueris propter eum interfectis : « Hæc dicit Dominus : Quiescat vox tua a ploratu, et oculi tui a lacrymis : quia est merces operi tuo [74]. » Quod idem et de quovis pœnitente dicit. Idem rursum : « Non interibit de David vir, qui sedeat super thronum domus Israel [75]. » Igitur si non venit Christus, mendax est propheta. Excidistis enim, Judæi, primum quidem gratia Dei et procuratione, deinde et Hierosolymitana sede. Absit vero, Deus immortalis! ut mendacem Dei prophetam appellem. Sed cum ad Christum usque regnaretis, regnumque et sacerdotium teneretis, veniens Christus, qui humanitus ab Davide genus duceret, consubstantialis et cœternus Patri Filius, Israelitarum atque universi orbis imperium accipit. Id quod et David confirmat, in hæc verba : « Domine, in virtute tua lætabitur Rex, et super salutare tuum exsultabit vehementer. Desiderium cordis ejus tribuisti ei : et voluntate labiorum ejus non fraudasti eum [76]. » Videtis ut de Christo loquatur? Quam si Ezechiæ fortasse tribuetis, ad Christum tamen vere refertur. Quis enim rex propter animi optata, et orationis postulata Numen propitium habuit? Atque id verum esse, idem Propheta rursum alio psalmo demonstrat : « Benedic, anima mea, Domino : qui replet in bonis desiderium tuum [77]. » Quod si Davidi præstitum non est, ecquis alius rex de eo se jactabit? Enimvero postquam dixisset : « Domine, in virtute tua lætabitur rex, » cæteraque quæ eo carmine præeuntiat, indicans apertius, de quo rege vaticinium edidisset, ait : « Vitam petiit a te : et tribuisti ei longitudinem dierum in sæculum, et in sæculum sæculi [78]. » Atque nullus plane præter Christum rex perennis vivit, atque regnat. Atque hæc quidem prophetarum sunt. Quin nos quoque hactenus Dei Filii atque Verbi incarnationem edidimus; neque enim fas est amplius. Nam ut mare cyatho metiri non possis, quod multis atque ingentibus fluviis rigetur (etsi ne sic quidem exactam veritatem consequatur exemplum), ita sane, et illam pro dignitate, edisserere ac vel mediocriter perscrutari, humanæ menti inconcessum est.

CAPUT XXXVI.

Alter Isaiæ de Messia locus expositus.

Sed quoniam nobis ter sancti ac vivifici Spiritus processionem Moses præ cæteris vatibus obsignavit, accedat vero et Isaias, qui Unigeniti incarnationem obsignet. Igitur prophetarum illustrissimus profitetor, quid Deus locutus sit ad Achaz : « Et adjecit Dominus loqui ad Achaz, dicens : Pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum inferni, sive in excelsum supra. Et dixit Achaz : Non petam, et non tentabo Dominum. Et dixit Isaias : Audite ergo, domus David : Nunquid parum vobis est molestos esse hominibus, quia molesti estis et Deo meo? Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel. Butyrum et mel comedet. Qui antequam sciat aut præferat malum, eliget bonum [79]. Et dixit Dominus ad me : Sume tibi librum novum grandem, et scribe in eo stylo hominis : Velociter spolia detrahe, cito prædare [80]. » Adest enim : « Et adhibuit mihi testes fideles, Uriam sacerdotem, et Zachariam filium Barachiæ : et accessi ad prophetissam, et concepit et peperit filium. Et dixit Dominus ad me : Voca nomen ejus. Accelera spolia detrahere : Festina prædari. Quia antequam sciat puer vocare patrem suum et matrem suam, accipiet fortitudinem Damasci, et spolia Samariæ coram rege Assyriorum Nobiscum Deus [81]. »—« Scitote gentes, et vincimini, et audite universæ procul terræ : quia nobiscum Deus.

[66] Psal. xxxiii, 16, 17. [67] Isa. xxxiii, 15. [68] ibid. 16. [69] ibid. [70] Joan. iv, 10. [71] Joan. vii, 38. [72] Isa. xxxiii, 17. [73] Osee iii, 5. [74] Jerem. xxxi, 16. [75] Jerem. lii, 17. [76] Psal. xx, 1, 2. [77] Psal. ciii, 1, 5. [78] Psal. xx, 5. [79] Isa. vii, 10-16. [80] Isa. viii, 1. [81] ibid. 2-4.

Confortamini et vincimini : si enim denuo confortabimini ; denuo vincemini ; inite consilium, et dissipabitur : loquimini verbum, et non fiet : quia nobiscum Deus [86]. »

Cæterum in primis dignum quæstione est, quamobrem dicat propheta : « Et adjecit Dominus loqui ad Achaz, dicens. » De Deo ejusque adventu propheta dicturus, ne quispiam suspicaretur, alium esse, qui a prophetis se prioribus fuisset prædicatus, et alium, qui a seipso tum prædicaretur, voculas, « Et adjecit, » prophetiæ voluit præfigere, quasi diceret : Inter alias vaticinas præsagitiones, quas Spiritus sanctus de unigenito Dei Filio, per prophetarum linguas promulgavit, insuper adhuc « Adjecit Dominus loqui ad Achaz : Pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum inferni, sive in excelsum supra. » Nec vero jubet Deus Achaz ceu diffidentem petere signum. Apage. Quomodo enim jubeat signum petere, qui etiam jussus abnuat? sed nimirum, ut præscius', Synagogæ incredulitatem prævidens Deus, Achaz mandat, signum peteret. Quemadmodum aliquando et Thomæ obstinatio cæteros ad exploratam Christi resurrectionis fidem pertraxit, atque confirmavit ; ita sane et Achaz signum petere, omnes ad veri credulitatem adduxit et constabilivit. Et si vero Achaz abnuerit, ac responderit : « Non petam, et non tentabo Dominum [88], » Isaias tamen pro eo exclamat : « Audite ergo domus David. » Ecce ad quos promissum pertinet, eos « domum Davidis » appellat, quasi in memoriam revocans Davidis verba atque fidem, quam juratam Davidi Deus non sit revocaturus. Nam, « juravit Dominus David veritatem, et non frustrabitur eam. » Quæritis, quæ sit ea veritas, intelligere? « De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Si custodierint filii tui testamentum meum, et testimonia mea hæc quæ docebo eos, et filii eorum usque in sæculum, sedebunt super sedem tuam. Quoniam elegit Dominus Sion, elegit eam in habitationem sibi. Hæc requies mea in sæculum sæculi : hic habitabo, quoniam elegi eam. Viduam ejus benedicens benedicam, et pauperes ejus saturabo panibus. Sacerdotes ejus induam salutari : et sancti ejus exsultatione exsultabunt. Illuc producam cornu David ; paravi lucernam Christo meo. Inimicos ejus induam confusione, super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea [89]. » Hujus ergo promissi finem notans Isaias, domus Davidicæ meminit.

Quod addit : « Numquid parum vobis est, quia molesti estis hominibus? quia molesti estis et Deo meo? » Fidem hujus Achaz collaudans propheta ait : « Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel. » Ei dicto, « Dabit Dominus ipse vobis signum, » subjecit : « Ecce Virgo, » etc. Nam ex omni memoria fando inauditum est, virginem filium genuisse. Itaque non signum modo, sed miraculorum omnium mirificissimum est hoc, et arcanorum ac prodigiorum longe arcanissimum ac prodigiosissimum. « Butyrum et mel comedet. » A miraculo ad miraculum digreditur, etenim præfatus : « Deus magnus ac prepotens non esuriet, » nunc Unigeniti incarnationem comprehendens ait : Quem pro supratemporali natura haud esuriturum præcecini, nunc ex virgine hominem natum, citra peccatum, butyro ac melle vesciturum præsagio. Butyro autem atque melle nominando, iterum nobis Davidis vaticinia in mentem revocat : unum hujusmodi : « Impinguasti in oleo caput meum [90] ; » alterum : « Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo [91] ! » Cæterum audiens : « Qui antequam sciat, aut præferat malum, elegit bonum [92], » ne peccati expertem, sciturum, aut malum admissurum unquam finge : sed priusquam id fiat, ex Virgine natum eligendo bono sacrum futurum ; nam « Omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur [93]. » Igitur qui ex utero consecratus sit, qui tandem sciat, aut malum admittat? Quare dubium non est, quin perfectum hominem fore, qui nasceretur, sed a peccato alienum designarit ; nam de eo idem rursum confirmat : « Iniquitatem non fecit, neque dolus fuit in ore ejus : et cum sceleratis reputatus est [94], » innocens tamen cum esset. Quare si a malo mala sunt, Deus autem bonus est, et boni hominibus largitor, merito ille boni omnibus auctor, humanitatem suam Divinitatis bono impertiit.

« Et dixit Dominus ad me, « id est demonstravit : « Sume tibi librum novum, grandem [95]. » Volumen hic Virginis alvus intelligatur. Nam ut in tabulas Mosi traditas exaratis divinitus litteris, Decalogum Deus inscripsit, ita et in virgineo quasi volumine, perennis ac sine principio Patris, et ter sanctæ vivifici ope Spiritus, Unigena ac Dei Verbum descriptus est habitator. Quod autem subdit, « Novum, grandem, » veram umbræ legis imaginem notat. « Et scribe in eo stylo hominis. » Videte quemadmodum paulatim propheta arcanum Patris consilium prodat. « Sume, inquit, novum grandem librum. » Quibus verbis beneficam Patris de Filio voluntatem significat. « Et scribe in eo stylo hominis. » Quasi diceret : Etsi Dei natura Filius, et mutationis expers Deus, inconfuse, citraque peccatum perfectus homo etiam nascerer : quippe humanam speciem per humanum stylum inuit. Quid ita? « Velociter spolia detrahe, cito prædare. » Eo dicto Davidis iterum verba ad memoriam revocat : « Ascendisti in altum, cepisti captivitatem [96]. » Enimvero, « Altum, » crucem intelligit ; captivos abductos, Orci demolitionem, et jam olim captivorum redemptionem. Ostensurus autem

[86] *Psal.* xx, 9, 10. [87] Isa. vii, 12. [88] Psal. cxxxi, 11-18. [89] Psal. xx, 5. [90] Psal. cxviii, 103. [91] *Isai. vii, 15.* [92] *Exod.* xiii, 2; Luc. ii, 23. [93] Isa. liii, 9, 12. [94] Isa. viii, 1. [95] Psal. lxvii, 19.

propheta decretum irrevocabile, addit : « Adest enim. » in hanc sententiam : Ne, quoniam futurum est, de re diffisum ito ; nam mihi quidem Deus hoc ita declaravit, tanquam quod adest, id est, factum est. « Testes adhibe mihi viros fideles. » Testes hic, non qui rem adeo testarentur, sed qui testificati sanguinem effunderent, existima. « Uriam sacerdotem, et Zachariam filium Barachiæ. » Zacharias, in præsentia, non Elisabethæ maritus est credendus, sed alius Ezechiæ tempestate. Exstitit enim ante Ezechiam rex impius, Davidis stirpem propter inita cum eo divinitus promissa, delere studens : quo tempore Urias et Zacharias nacti unum Davidicæ stirpis, quod semen Davidis superstes vellent, clam eum habuerunt. Quo post comperto, ille eos martyrum choro laureatos addidit. Historiam ex Regum libro accuratius cognosce [93]. « Et accessi ad prophetissam, et concepit, et peperit filium. » Quam appellat vero prophetissam ? Virginem ac Deiparam, quæ cecinit : « Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes : quia fecit mihi magna, qui potens, et sanctum nomen ejus [94]. » Ecce autem certissimum vatem ! Supra inquit : « Ecce virgo concipiet, et pariet filium, » paulo post ait : « et concepit, et peperit filium ; » Quomodo ? illic omnino ut futurum, hic ut certum. « Accessi ad prophetissam. » Hoc velut ab archangelo Gabriele ad Virginem dictum intellige ; nam extemplo ad ejus nuntium explorate virgineus conceptus fuerat secutus.

« Et dixit Dominus ad me : Voca nomen ejus ; » aut Christum, quod Judæis unctum notat ; aut Emmanuel, quod perinde est, ac si dicas, *Nobiscum Deus*, aut Jesum, quod *Salus* redditur. Hæc enim nomina utramque Christi naturam repræsentant. Sed quæ sequuntur scrutemur : « Accelera spolia detrahere : Festina prædare. » Hoc pernicem Salvatoris vim declarat. Atque id verum esse, ipse adeo vates nodum dissolvens, ait : « Quia antequam sciat puer vocare patrem suum et matrem suam, accipiet fortitudinem Damasci. » Videte prophetæ super puero accuratam diligentiam : siquidem non dixit, Priusquam sciret Christus, aut Jesus, aut Emmanuel, quæ utrumque notant ; sed, « Puer ; » nam secundum expertem temporis naturam, est Deus fortis, præpotens, Princeps pacis, Pater ævi futuri : secundum temporalem, natus ex Virgine Puer, Damasci opes, Samariæque spolia recipiet ab Assyriæ rege. Quod comprobans vates, addit « Nobiscum Deus : » Scilicet supratemporalis, et omnipotens Deus ; cum semper Virgine Maria, ac per eam nobiscum. « Quamobrem scitote gentes, et vincimini. » Gentes appellat, non quæ Christum adorant, atque venerantur, et Deum confitentur ac concelebrant, quæ ex gentibus Ecclesia est, sed quæ in idolorum cultus scelere permanent. Nam eæ demum profligandæ gentes sunt, quæ Christi nomine non gloriantur. « Audite, universæ procul terræ. » Iis Verbi Dei ad inferos descensum, et evangelici præconii significat propagationem ; ita enim et Servator meus in Evangelio loquitur : « Prædicabitur hoc Evangelium regni in universo orbe in testimonium omnibus gentibus : et tunc veniet consummatio [95]. » — « Confortamini et vincimini. » Dæmones, inquit, qui in nos homines potestatem exercetis ob peccatum, profligabimini ejus viribus, qui pro nobis incarnatus est. Quod iterum victi conflligatis, ut estis impudentissimi ; at iterum denique profligabimini, per Christi resurrectionem prostrati. Nam Christo in vitam restituto, non jam deinceps mors dominatur, et prostratæ dæmonum copiæ sunt. Potest autem id quoque de sensibilibus gentibus sic accipi, quin et ad Christum referri, quem sæpe, ut hominem petitum diabolus tandem Deum nactus, concidit.

Inite consilium quantumvis contra Christum : quantumvis enim avarum Judam aggressi, cum arrogantibus ac superbis scribis et legeconsultis, quantumvis cum Anna et Caipha, scelestis pontificibus ac denique cum Herode et Pilato, efferis atque inhumanis principibus conspiretis, consilium vestrum Dominus Deus dissolvet, id est, frustrabitur, et impotentes ac invalidos vos ostendet. « Consilium dissipabitur : loquimini verbum, et non fiet. » Id quale sit, scire aventes, Matthæus publicanus docebit, cujus e sacro Evangelio hæc sunt verba : « Altera autem die, quæ est post Parasceven, convenerunt principes sacerdotum, et Pharisæi ad Pilatum, dicentes : Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc vivens : Post tres dies resurgam. Jube ergo custodiri sepulcrum usque in diem tertium, ne forte veniant discipuli ejus, et furentur eum, et dicant plebi : Surrexit a mortuis : et erit novissimus error pejor priore [96]. » Hoc igitur consilium et decretum Deus dissolvet. Siquidem « Nobiscum Deus. » Nobiscum Deus est ab Abrahamo per prophetas, usque ad Cæsaris Augusti censum ; nobiscum est in assumpta carne conversans, usque ad descensum ac regressum ex inferis : nobiscum usque ad sæculorum finem, atque in omnem perpetuitatem. Hoc enim significat ter a propheta usurpatum : « Nobiscum. » Scitote gentes, quod nobiscum Deus est : « Audite, universæ procul terræ, quia nobiscum Deus est ; loquimini verbum, et non fiet, quia Nobiscum Deus. »

Quid agimus ? hæccine disputata hactenus de Dei Filii incarnatione satis sunt, an plura quoque vultis disseram ? Enimvero neque ego plura addere possim, nec vos accipere. Quin adderem plura, si disputationi addictos cernerem. Sed quoniam orationis satietas inimica est, non dicentibus, sed auditoribus, sufficere, opinor, quæ diximus : « Ne ultra Gades, » quod aiunt, trajicere conemur. Igitur ad alia est transeundum.

[93] II Par. XXIV ; et IV Reg. XI. [94] Luc I, 48, 49. [95] Matth. XXIV, 24. [96] Matth. XXVII, 26, 63.

CAPUT XXXVII.

Deum hominem fieri voluisse, et de stirpe Davidis.

Jud. Descenderit sane cœlitus Dei Filius, et incarnari sustinuerit; unde autem constat, ex Abrahami et Davidis semine hominem fieri voluisse?

Christ. Ex Josephi genealogia.

Jud. Et quamobrem Virgo recensita non est, sed Josephus? Nam si secundum humanam naturam ex Virgine Christus est, ex Josepho autem nullo modo (qui quidem sponsus, non maritus fuerit), cur illius potius descriptum genus est? Igitur si ex Davidica tribu Virginem nobis demonstras, hunc ipsum verum esse Christum admittimus, et Virginem Deiparam fatemur. Davidis enim ex Dei persona de ea hæc sunt verba : « Omnis gloria ejus filiæ regis ab intus [96]. » Et post pauca : « Adducentur regi virgines post eam, proximæ ejus offerentur tibi [97]. » Sin ex Josephi duntaxat genealogia, tum Davide ortum non admittimus.

Christ. Aiunt sapientes, « simplicem esse veritatis orationem. » Itaque si avetis vos quoque certum cognoscere, simplicem veritatem admittite. Nam vitilitigatori studium est per omnem vitam dissidere, inimicitias amplecti. At veri studiosus, tanquam lancem, conscientiam suam iis quæ dicuntur, adhibens æquam (32), non omnia improbe gestit vincere[98], sed est ubi et vinci facile patiatur. Igitur erat apud vos, quod perspicue scitis, lex, suæ quemque tribus atque generis sponsam capere, qua re ex archivis vestris usque ad præsentem Christum genealogia suppeditat. Nam ni id sit, qui poterant evangelistæ, Matthæus quidem ab Abrahamo per quadragesimum alterum genus, ad Christum devenire [99]; Lucas autem a Christo, qui alter est Adamus, ad primum evadens, septimum et septuagesimum sine fraude exsequi [99]? Quare et Josephum, Davidicæ tribus, quod ipsi testemini, sui generis atque tribus uxorem cepisse, est necesse. Sed ecquid, si fortasse Virginis genus minus accurate habeam cognitum, ex eo veritatem cavillemini, contraque Deiparam sententiam dicatis? Enimvero ut perspectum non haberem, omnino haberet, cui cuncta novit, neque ob meam ignorationem Virginis *deiperium* (ut ita dicatur) frustra esset. Nihil prorsus. Nec enim propter cæcutientes Sol non oritur, aut propter cæcos visu prædíti lumine destituentur.

CAPUT XXXVIII.

Mariam ortam e stirpe Davidis, probatur ex genealogia Judæorum.

Quin editam Davidis genere atque stirpe Virginem dabo, neque id vero ex nostratibus scriptis ac decretis, sed Judaico quodam libro, in quem Orestiade incidi apud Judæum Eliam, legisperitum cognomine. Is in Virginem debacchatus, sic habebat : « Quid tantopere Mariam extollunt Christiani, Cherubinis augustiorem, Seraphinis sine comparatione digniorem, cœlis sublimiorem, solaribus radiis puriorem appellantes? Siquidem femina est Davidicæ gentis, Anna matre, Joachimo parente nata, qui Pantheri fuit filius. Panther et Melchi fratres, filii Levi stirpis Matthan, cui David pater ex tribu Juda. » Igitur defuncto Matthan Jacobi patre, Melchi Matthanis uxore, Jacobi matre vidua ducta, ex ea Elim sustulit, ita erant Jacob et Eli uterini, non germani fratres. Eli anno quinto et quadragesimo sine liberis exstincto, Jacob uxorem Eli (jam defuncti) lege duxit, semen fratri excitaturus, qui ex ea filium Josephum genuit, prolem natura sibi quæsitam, lege Eli. Fuere igitur Panther et Melchi fratres, Levi filii (ut ostensum est auctoribus Hebræis) affines Joachimi : ut Maria Joachimi fuerit filia, Josepho collocata secundum duas stirpes, Matthanis atque Salomonis, paterno genere Davidis, materno Jacobi consobrini, patris Joachim affinis.

Habebat idem liber et Josephi genealogiam, ei geminam, quæ in sacro Matthæi Evangelio descripta est. Cæterum aiebat, habuisse Josephum filios quatuor ex uxore Salome, Jacobum, Simonem, Judam et Josen; filias tres, Esther, Thamar et Salome, quæ Zebedæo conjux, Jacobum et evangelistam Joannem edidit. Erat autem Josephi ator Aggæi filia, fratris Zachariæ sacerdotis, patris Joannis Baptistæ. Zacharias et Aggæus Barachiæ filii, Abia sacerdote nati. Porro erat id temporis Joseph viduus : ut fuerint Salome et Joannes Baptista fratrum filii, et huic Aggæus, illi Zacharias patruus. Salomen dico non obstetricem Virginis Mariæ, sed Josephi fabri uxorem. Nam obstetrix illa consobrina erat Elisabethæ atque Virginis, ut ostendit sacrum Lucæ Evangelium. Erant enim ex sorores Bethleemenses ex Cleopatræ et Sosipatri regnol, ante Herodis Antipatri regnum. Prima nomen Maria, alteri Sobe, tertiæ Anna. Earum prima in Bethleem nupta Salomen obstetricem peperit. Altera et ipsa in Bethleem, Elisabetham; tertia in Galilæa genuit Virginem Mariam, quam et Deiparam Christiani vocant : ut sint Salome, et Elisabetha, et Virgo, trium sororum filiæ. Ita is liber genealogiam Virginis explicatam continebat, qui et aliorum quorumdam Judæorum genus declarabat, qui, nihil interest, ut nunc dicantur.

Jud. Sane venturum Christum et nos speramus; venisse haud dum credimus; siquidem nondum adventus Israelitarum Christi regis tempus est.

Christ. Non recte vos Scripturas animadvertere et sæpe dixi, et nihil mirum, quando et Isaias de vobis est locutus in hanc sententiam : « An-

[96] Psal. XLIV, 14. [97] ibid. 15. [98] Matth. I, 1. [99] Luc. III, 23..

(32) *Nazianz. in Julianum* 42, 47.

divi vocem Domini dicentis : Vade, et dices populo huic : Audite audientes, et nolite intelligere : et videte visionem, et nolite cognoscere. Incrassatum est cor populi hujus, et auribus suis graviter audiunt, et oculos claudunt, ne forte videant oculis, et auribus suis audiant, et corde suo intelligant, et convertantur et sanem eos [1]. »

Cæterum prophetas de venturo Christo, non eo quem vos exspectatis errore, non Deo, sed Antichristo, aperte prædixisse, audite in hæc verba loquentes. Venit Christus, in quem qui credit, regnabit cum eo ; qui non credit, Hierosolyma profligabitur; non illa lusera, sed supera ac cœlesti.

CAPUT XXXIX.

Danielis prophetia de Christi adventu.

Sed placet, ut hanc vestram exspectationem falsam vincamus, rursum vaticina scripta evolvere. Igitur audite in primis Danielis, quæ sic habent. Danielem, cum obitis etiam jejuniis, pro populo supplicaret Deo, angelus Gabriel allocutus est : « Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt super populum tuum, et super urbem sanctam, ut consummetur prævaricatio, et finem accipiat peccatum, et deleatur iniquitas, et adducatur justitia sempiterna, et impleatur visio, et prophetia, et ungatur Sanctus sanctorum [2]. » Qui Christus est, perennis justitia, hominibus noxas omnes condonans, et visa atque vaticinia obsignans, id est, concludens. Nam post ejus adventum non jam porro est usus prophetæ. Vates enim cuncti usque ad Joannem Baptistam vaticinati sunt. Jam parens quoque vester Israël ait : « Non deficiet princeps ex Juda, et dux de femore ejus, donec venerit, quod constitutum est ; et ipse erit exspectatio gentium [3]. » Et sanè postquam Christus ille gentibus exspectatus prodiit, deseruit vos et regnum et pontificium ; quæ (duo munia quodammodo ipsa) sunt princeps et dux. Quod si, ut confirmatis, nondum advenit Christus, mendax sit Moses ille, qui et mundi exædificationem conscripsit, et futura prædixit : mendax parens vester Israël, et Daniel propheta, ac præ iis Gabriel archangelus. O temporum atque cæcitatem ! mihi vero religio sit, eorum quemdam mentitum dicere: qui enim possint ipsissimæ sapientiæ atque veritatis, Christi, præcones aut falsum aliquid dicere, aut omnino verbum futile profundere ?

Sed vultis et tempus cognoscere ? Ergo audite archangelum Gabrielem, cujus ad Danielem (33) hoc responsum est : « Scito ergo et animadverte : ab exitu sermonis, ut iterum ædificetur Jerusalem usque ad Christum ducem, hebdomades septem, et hebdomades sexaginta duæ erunt ; » qui cómpositi, annos reddunt quadringentos tres et octoginta : Et revertetur : « Et rursum ædificabitur platea et muri in angustia temporis. Et post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus [4] ; » jure et æquo destitutus, urbemque et sacrum una cum principe delebit.

Est autem sententia talis : Anno a condito Salomonis templo et urbe, quadringentesimo octogesimo tertio, Salvator mundi Christus nascetur ad salvandum genus hominum, diabolique fraudes profligandas. Atque id verum esse, vos adeo, si velitis, testemini. Nam, regnante Aristobulo, Judæorum principe, Romani et sacram urbem corrupere, et Israelitarum gentem una cum principe Aristobulo et liberis, mancipio cepere. Ex quo tempore vaticinium omne, et regnum, atque pontificium pessum iit, Herode extraneo Israelitis ab Romanis rege imposito, et augusta veste amicto.

CAPUT XL.

Judæorum calamitates ob perfidiam irrogatæ.

Quin Jeremias quoque multis ante sæculis, tanquam succentoriatus testimonium dicet : non urbem modo, et templum atque sacerdotes, sed omnes omnino oppidanos, mulieres et infantes hac nænia lameniatus : « Quomodo sedet sola civitas plena populo [5] ? » Recogitans Jeremias promissum Abrahamo editum, Solymorumque vastitatem prospiciens, angoribus oppletus et imminens excidium deplorans, ait : « Quomodo sedet sola civitas plena populo ? facta est quasi vidua domina gentium [6] ! » Ubi prophetæ angustiarum plenus futuræ captivitatis causam post exponit, Dei ad Oseam sententiæ recordatus : « Vade, sume tibi uxorem fornicationum, et fac tibi filios fornicationum : quia fornicans fornicabitur » Judæorum Synagoga ; itaque « ipsa non uxor mea : et ego non vir ejus ero [7].» — « Princeps provinciarum facta est sub tributo [8]. » Pontificio pridem et regno aucta, nunc passim tributaria est omnium nationum dominis. « Ploraus ploravit in nocte ; » nam quæ rejecto intelligibili justitiæ Sole, ab ea luce præceps, in ignorantiæ tenebris sedet, cur ni ploratum edat per noctem ? « Et lacrymæ ejus in maxillis ejus. » His verbis Unigeniti baptismum prophetæ significat ; quia enim erat Christi genas ictura, merito manant ei quoque per genas lacrymæ. « Non est qui consoletur eam ex omnibus charis ejus [9]. » Non est, inquit, qui pro ea deprecetur : non Moses, qui a Deo stipulatus sit : « Aut dimitte ei hanc noxam ; aut si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti [10]. » Non David clamans : « Ego sum qui peccavi; isti qui oves sunt, quid fecerunt ? veniatur, obsecro, manus tua contra me, et contra domum patris mei [11]. » Sed eveniunt illa

[1] Isa. vi, 9, 10. [2] Dan. ix, 24. [3] Gen. xlix, 10. [4] Dan. ix, 25, 26. [5] Thren. i, 1. [6] Ibid. [7] Osee i, 2; ii, 2. [8] Thren. i, 1. [9] Ibid. ii. [10] Exod. xxxii, 32. [11] II Reg. xxiv, 17.

(33) De Danielis hebdomadibus Benedictus Pererius et Genebrardus in Chronologia.

Jeremiæ, ex Dei persona confirmantis : « Si steterit Moses et Samuel coram me [15], » ut ante deprecatores, non exaudiam eos. « Viæ Sion lugent eo quod non sint, qui veniant ad solemnitatem [16]. » Macti verbis esto David atque Jeremia; nam ille exsilii Babylonici providus, ex captivorum præcinit persona : « Super flumina Babylonis illic sedimus et flevimus, cum recordaremur Sion. In salicibus in medio ejus suspendimus organa nostra. Quia illic interrogaverunt nos, qui captivos duxerunt nos, verba cantionum. Et qui abduxerunt nos : Hymnum cantate nobis de canticis Sion. Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena [17] ? » respondebant, qui fortasse reditum sperarent. At Jeremias regni interitum, et pontificii abrogationem sentiens, Judæorum reditu Sionem desperato, et tanquam claudicante, mœstus : « Lugere, ait, vias Hierosolymæ. » Cur ? quod essent nulli, qui iterum ad solemnia convenirent. « Omnes portæ ejus destructæ [18]. » Quia enim Synagoga ducentes ad pietatem portas, quæ intelligentia informantur, sibi præclusit, ut inquit Isaias, oculos suos excæcavit, et cor suum dementavit : « Ne forte videat oculis, et auribus audiat, et corde suo intelligat, et convertatur, et sanem eam [19]. » Propterea non clausæ adeo sunt portæ, sed vastitati cesserunt.

« Sacerdotes ejus gementes; » merito qui unigenitum Dei Filium contristarint, ut in Evangelio confirmat : « Tristis est anima mea usque ad mortem [20], » et hinc gemunt, et æternum gement. « Virgines ejus squalidæ, et ipsa oppressa amaritudine. » Quamobrem, propheta ? quamobrem ? quia vere Virginem ac Reginam non sunt assectatæ. « Facti sunt hostes ejus in capite, inimici ejus locupletati sunt [21]. » Nam quandiu a Deo amabatur, regno atque imperio aucta, populos sibi subjicere ac diris obligare. Itaque scribit Dei parens David : « Pone principes eorum sicut Oreb, et Zeb, et Zehee, et Salmana : omnes principes eorum qui dicunt : Hæreditate possideamus sanctuarium Dei [22]. » At ubi odium cepit, atque ab insigni vafritie ad impietatem porro, quasi quadam tempestate est extrusa, tum vero sacrarium profanari, urbs diripi, templum a fundamentis everti, aut potius pro derelicto haberi. Hæc qui patrarunt, iis cum bene est, tum ad majores fortunas ac regnum extolluntur. Quod explanans Propheta, ait : « Quia Dominus humiliavit eam propter multitudinem impietatum ejus [23]. » Nam cum Synagoga Deum venerareturi, Mosen quoque alloquebatur Deus : « Et scient Ægyptii, quia ego sum Dominus, et non est alius præter me [24]. » Cædes vero prophetarum aliaque scelera Deus complexus memoria, eam afflixit, ut « parvuli ejus ducti sint in captivitatem ante faciem tribulantis. » Quia enim in Christum debacchata, infantes Bethleemiticos contrucidarat, erunt hi quoque captivi.

« Et egressus est a filia Sion omnis decor ejus, » quæ veram majestatem, et præ hominum natis forma insignem aversata, exsulem in Ægyptum amandarit. « Facti sunt principes ejus velut arietes non invenientes pascua ; » nam cum nollent Christi ovibus et pecoribus accensi a vero pastore ad perennes herbas educi, et cœlesti mulso tanquam aqua irrigui, in æternis domiciliis stabulari, « ideo principes ejus velut arietes non invenientes pascua abierunt : et abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis [25]. » Dei ad Judæos edicti memor vates, triste illud accinebat : « Abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis, » quippe ait in Levitico Deus : « Quod si non audieritis me, nec feceritis omnia mandata mea, si spreveritis leges meas, et judicia mea contempseritis, ut non faciatis ea quæ a me constituta sunt, et ad irritum perducatis pactum meum : ego quoque hæc faciam vobis : Visitabo vos velociter in egestate. Frustra seretis sementem, quæ ab hostibus devorabitur. Ponam faciem meam contra vos et corruetis coram hostibus vestris, et subjicemini his qui oderunt vos. Fugietis nemine persequente : et conteram superbiam duritiæ vestræ. Daboque vobis cœlum desuper sicut ferrum ; et terram æneam. Consumetur incassum labor vester, non proferet terra germen, nec arbores poma præbebunt. Immittamque in vos bestias agri, quæ consumant vos et pecora vestra, et ad paucitatem cuncta redigant ; evaginabo post vos gladium, eritque terra deserta, et civitates vestræ dirutæ. Quia vos ambulastis contra me : et ego incedam adversus vos in furore contrario. Peccatum peccavit Jerusalem, propterea instabilis facta est [26]. »

CAPUT XLI.

Christo mors illata, peccatorum maximum.

Supra jam dixerat, eam divinitus propter tot scelera afflictam, nunc addit : « Peccatum peccavit [27]. » Illic quippe Israelitarum ex intervallo idololatrias et vaticidia, hic Christi necem significat, quare subjungit : « O vos omnes qui transitis per viam, » scilicet virtutis, « attendite, et videte, si est dolor, sicut dolor meus : quoniam vindemavit me, ut locutus est Dominus in me (34) [28]. » Ut condolentes se intueri jubet, quasi seipsam accusans, velut in extremum scelus prolapsam. Quæ est enim patratorum ante scelerum ad Christi necem comparatio ? omnino nulla. Hoc malorum teterrimum, hoc supremum vulnus est. Quare humiliavit me « Dominus in die iræ furoris sui de excelso »

[15] Jerem. xv, 1. [16] Thren. i, 4. [17] Psal. cxxxvi, 1, 2. [18] Thren. i, 4. [19] Isa. vi, 10; Matth. xiii, 14, 15. [20] Matth. xxvi, 28. [21] Thren. i, 5. [22] Psal. lxxxii, 12, 13. [23] Thren. i, 5. [24] Exod. vii, 5; Deut. xxxii, 39. [25] Thren. i, 6. [26] Levit. xxvi, 14-33. [27] Thren. i, 8. [28] Ibid. 12.

(34) Id est, qui et olim sua voce, et post per divinos Vates Judæos allocutus sit, uti existimo.

suo. Videte ut Christi occisio malorum omnium maximum sit. Equidem et alias, inquit, sæpe in Deum commisi, sed malorum colophon hoc est, quo meo facinore irritatus, et incandescens Deus, me e sublimi proculcavit. « Misit ignem in ossibus meis, et induxit illum super me. » Non solum finitima, ut sæpe, sed me adeo totam ambussit. « Expandit rete pedibus meis, convertit me retrorsum. » Rete hoc Titi copias designat, qui verriculi instar omnes irretierit. Nam etsi ignis flammam nonnulli evaserunt, at militum mucrone oppetiere. « Posuit me desolatam, tota die mœrore confectam [36]. » Totos dies ævum omne hic intellige. « Desolatam, » seu ad nihilum redactam, ob imperium; « mœrore confectam, » ob servitutem. « Vigilavit super iniquitates meas, in manibus suis comprehendit me. » Ipsum admonui, inquit, meorum ante facinorum, ideo circumquaque copiis cincta fui. « Aggravavit jugum suum super collum meum, » id est, servitutis jugo domuit me. « Infirmata est virtus mea, dedit Dominus in manibus meis dolores, quos non potero perferre [37]. » Traditos in manum dolores, servitutis ærumnas vocat. « Oculus meus deduxit aquas. » Lacrymosum est enim quidquid servitum ducitur. « Quia longe factus est a me consolator [38]. » Nam mellitissimum meum solamen a me rejeci atque amandavi. « Sacerdotes mei et senes in urbe consumpti sunt. » Quamobrem, vates. « Quia quæsierunt cibum sibi, ut refocillarent animam suam [39], » et non invenerunt. Delicatus, ac luxu perditus Israelites, solemnem cibum vestigat. « Conturbatus est venter meus, subversum est cor meum in memet-ipso [40]. » Turbant, inquit, intestina optato cibo defraudata, et animus mutans in priore statu manet. Quæ rerum calamitas istam vocem exprimit. « Omnes mihi in inimicitiam facti sunt. » Non enim inimici modo, sed amici quoque infensi me oppugnant. Exacerbans exacerbavi spiritum Dei: « Omnes inimici mei audierunt malum meum, lætati sunt, quoniam tu fecisti. » Excidii mei lapso tempore, ii qui molliebantur me evertere, triumphant (35), audientes a tuo numine repulsam me et dejectam imperio. « Adduxisti diem, et vocasti tempus. » Adducta, inquit, Synagoga Deo, hilari die, Unigeniti tui adventu; postquam eam volentes rejecimus, diem vindicem, citasti. « Et factæ sunt domus in me [41], » Me quasi domo quadam comparata, adeo ac perinde miseriæ sunt me amplexæ, ut continens domus ea, quæ continentur. Ac fortasse et tale aliquid sit intelligendum. Quoniam Deus in Synagogam diem vindicem citavit: « Sepulcra eorum domus illorum in æternum erunt [42], ut ait David, et: « Repleti sunt, qui obscurati sunt terræ domibus iniquitatum [43]. » — « Quomodo obtexit caligine in furore suo Dominus filiam Sion? » Incendio exstincta est, est enim quasi caligare, incendio exstingui. « Projecit de cœlo in terram inclytam Israel; [44] » e divinis manibus amissa, ac pro nihilo habita est gloria Judæorum. « Oblivioni tradidit Dominus in Sion festivitatem et Sabbatum. » Nam quia medenti Sabbatis Opifici Synagoga succensuit, abrogata sunt festa omnia atque Sabbata. « Et in opprobrium et indignationem furoris sui regem et sacerdotem [45]. » Quos hic memorat? nempe Herodem et Caiphan, qui quidem gloriosum Deum exacerbarunt: qua re offensus regnum atque sacerdotium repudiavit. Nam qui ei repudio bilem movissent, destituti ipsi quoque in plura vitia præcipites iere; passi quiddam instar Pharaonis: « Induravitque Dominus cor Pharaonis, » ait Scriptura [46]; etenim cum minime flecteretur, merito obfirmatus est.

« Repulit Dominus altare suum, maledixit sanctificationi suæ [47]. » Ne triumphatote, Judæi, ait vates, ob sacerdotii dignitatem: propter vos enim suum sibi altare ac sacrarium amolitus projecit, quorum oblata pro diris haberet: « Luxit antemurale, et murus pariter dissipatus est. Defixæ sunt in terra portæ ejus: perdidit et contrivit vectes ejus: regem ejus et principes ejus in gentibus: non est lex, et prophetæ ejus non invenerunt visionem a Domino. Sederunt in terra, conticuerunt senes filiæ Sion: consperserunt cinere capita sua, accincti sunt ciliciis, abjecerunt in terram [48], » primarias virgines in Jerusalem. Prioris suæ servitutis (scilicet in Ægypto) ac miseriæ, Deique opitulantis oblita gens Judæa, nunc pontificii regno ac celebritate se jactabat; nunc propugnaculis, et urbis munimentis, nunc principum potentia, legis præsidio, prophetarum visionibus, sacerdotum cælibatu; interdum superbiebat quoque et pontificio amictu: eorum, quam mox propheta interitum prospiciens, omnia complexus, condolentissime sane ac mœstissime calamitatem exsequitur et amplificat: « Defecerunt præ lacrymis oculi mei, conturbata sunt viscera mea, effusum est in terra decus meum. » Quorsum hæc vates, quorsum? « Super contritione filiæ populi mei, cum deficeret parvulus et lactens in plateis oppidi... Virgines meæ, et juvenes mei abierunt in captivitatem, ceciderunt in gladio; interfecisti in die furoris tui: percussisti, nec misertus es. Vocasti quasi ad diem solemnem, qui terrerent me de circuitu [49]. » Nihil parcens, inquit propheta ex Synagogæ persona ad Deum, me coci instar divisisti, evocata ad me undique accolarum turba, luctuoso mels die tanquam solemni. « Et non fuit in die furoris Domini qui effugeret, et relinqueretur [50]. » Usque eo divinæ iræ exinanita fæx est, ut

[36] Thren. I, 13. [37] ibid. 14. [38] ibid. 15. [39] ibid. 19. [40] ibid. 20. [41] ibid. 21. [42] Psal. XLVIII, 12. [43] Psal. LXXIII, 20. [44] Thren. II, 1. [45] ibid. 6. [46] Exod. IX, passim. [47] Thren. II, 7. [48] ibid. 8-10. [49] ibid. 11, 21, 22. [50] ibid. 22.

(35) Romani Hierosolymam obsidentes, ut arbitror.

eo incandescente salvus et superstes esset nemo, sed internecioni omnes darentur. « Tetendit arcum suum, et posuit me quasi signum ad sagittam [41]. » Dei arcum, vindicem Numinis potentiam appellat, qua adeo mutata est Synagoga, ut quasi scopum, id est, signum, jaculari et petere volentibus statuerit. « Misit in renibus meis filias pharetræ suæ [42]. » Davidis quidem ad Deum hæc sententia est : « Ure renes meos, et cor meum : quoniam misericordia tua ante oculos meos est : et complacui in veritate tua [43]. » Accende mea erga te studia, quæ per renes innuit, ut idem alibi sese explicat : « Domine, ante te omne desiderium meum [44];» et rursum: « Lumbi mei impleti sunt illusionibus [45], » per hæc contraria desideria notans; misericordiam et veritatem vocans Dei Filium. At Synagoga cum se tali incendio uri non quæsierit, sed in monstrosas et absurdas cupiditates deflexerit, merito postea in renes pharetræ tela excepit, Dei veritate non delectata.

« Factus sum in derisum omni populo meo : canticum eorum tota die [46]. » Gloria, inquit, pridem florens, nunc ludibrio sum, et cantilenis ac carminibus Deo decantatis, hominibus perennem cantilenam atque sannam præbeo. « Replevit me amaritudinibus, inebriavit me absinthio [47]. » Quid ita, o Synagoga, o scelus, o flagitium? Quod unigenitum Dei Filium felle et aceto potasti, per quem « suxisti mel de petra, oleumque de saxo durissimo [48]. » — « Et fregit ad numerum dentes meos [49]. » Jure : siquidem impie lignum in panem ejus misisti [50]. « Cibavit me cinere : et repulsa est a pace anima mea [51]. » Non injuria, quando fastidiebas illum, qui te paverat manna, et eum, qui vera est pax, lethaliter oderas. « Oblitus sum bonorum : et dixi : Perilt victoria mea, et spes mea a Domino [52]. » Scilicet fructum capis dignum factis : tam enim removisti longe Dei misericordiam, ut non solum, quod fateris, oblita retro sis bonorum; sed nec spem quidem deinceps ullam teneas. « Oculi mei defecerunt cum vita mea super filias gentis meæ [53]. » Filias gentis, hic vicinas urbes et finitimas propheta nominat. « Posuisti nos in medio populorum : aperuerunt super nos os suum omnes inimici [54]. » Nam qui Dei Filium concilio stitissent, il velut in corona quadam populosa dicteriis et capitis motationi per gentes atque populos prostituti sunt [55]. Ac quemadmodum Christum maledictis conscinderunt, ita in eos quoque hostium omnium os apertum est. « Venatione ceperunt me quasi avem inimici mei gratis [56]. » Cur? quia irretire atque capere unigenitum Dei, cum Herodianis et Pharisæis moliebantur. « Lapsa est in lacum vita mea, et posuerunt lapidem super me [57]. » Gemina his sunt illa Davidis, Synagoga, inquit : « Lacum aperuit, et effodit eum, et incidit in foveam, quam fecit [58]. » Sane Christo in imum barathrum condito, impositoque sepulcro grandi saxo, eamdem conditionem subiere; nisi quod illi hæc in Deum perpetrarunt, adhibitaque custodia saxum sigillo munierunt; hinc etiam quæ in eos decreta essent, Deus exsecutus, velut obsignavit. « Filii Sion inclyti, et amicti auro primo · quomodo reputati sunt in vasa testea, opus manuum figuli [59]? » Dei figmentum ut excellens et augustum, suspiciens propheta, miratur a Judæis corruptum, ex aureo in testaceum commigrasse. Sed profecto omnes adeo terrestri natura constituti mortales, donec in nobis divinam gratiam informamus et insculpimus, longe supra aurum gemmasque pretiosas, ut cum Davide loquar [60], tum sumus, tum habemur. Cæterum ubi ab eo statu per peccatum deturbamur, non urceoli testacei, opus manuum figuli, sed quovis nihilo magis nihili, apparemus. « Adhæsit lingua lactentis ad palatum ejus in siti : parvuli petierunt panem, et non erat, qui frangeret eis [61]. » Tantum est, inquit, Judææ crimen, ut legis coercitionem superet. Nam in ea per Mosen ait Deus : « Unusquisque pro peccato suo morietur [62]; » hic internecione damnat, ut jam lactentes quoque et infantes emoriantur. « Et major effecta est iniquitas filiæ populi mei, peccato Sodomorum, quæ subversa est [63] » subversione æterna. Illic enim quamvis ingens et horrendum scelus vertitur, at non accusantem quoque justum Lot Sodomitani peremere. Synagoga vero Unigenitum Dei, qui divini regni tanquam dux, ad cœlestem Hierosolymam se subduceret, scelerate in crucem egit, ac contrucidavit. Quare et majus est ejus, quam Sodomæ delictum, et supplicium triste ac perenne.

« Melius fuit occisis gladio, quam interfectis fame. » Facinus primum exsecutus propheta, supplicii diversitatem post adjunxit, pejus actum fame quam ferro enectis ostendens. « Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos [64]. » Quas hic misericordes indicat? Quæ sceleris sensu accepto, Christi crucem flentes consequebantur : quas allocutus ait : « Filiæ Jerusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, et super filios vestros. Quoniam ecce venient dies, in quibus dicent : Beatæ steriles, et ventres, qui non genuerunt, et ubera quæ non lactaverunt [65]. » Horum verborum Christi misericordis memores illæ feminæ, similes, quantum potest, ipsi, suos coxere natos, et « facti sunt cibus earum [66]. » Supplicium consolatione majus, nec deprecandæ minæ (ad se inquiebant) : verax est promissor, adest tempus, ecce finis. « Complevit Dominus furorem suum, effudit iram indignationis suæ : et succendit ignem in Sion, et devoravit

[41] Thren. III, 12. [42] ibid. 13. [43] Psal. XXV, 2, 3. [44] Psal. XXXVII, 10. [45] ibid. 8. [46] Thren. III, 14. [47] ibid. 15. [48] Deut. XXXII, 13. [49] Thren. III, 16. [50] Jerem. XI, 19. [51] Thren. III, 17. [52] ibid. 18. [53] ibid. 51. [54] ibid. 45, 46. [55] Psal. XLIII, 15. [56] Thren. III, 52. [57] ibid. 53. [58] Psal. VII, 16. [59] Thren. IV, 2. [60] Psal. XVIII, 11. [61] Thren. IV, 4. [62] Deut. XXIV, 16; Ezech. XVIII, 17. [63] Thren. IV, 6. [64] Thren. IV, 9, 10. [65] Luc. XXIII, 28, 29. [66] Thren. IV, 10.

fundamenta ejus[67]. » Complevit, id est, omnia in eos vaticinia complevit, insanita ira tanquam fæce, incandescens; ignem incendit, qui Sionem a stirpe funditus absumpsit. « Reptaverunt adolescentes in plateis, polluti sunt in sanguine cum non possent[68]. » Non erat, qui eos terra conderet, tumulus plateæ factæ, itaque cum vestimentis putruere. « Defecerunt oculi nostri ad auxilium nostrum, cum vana respectaremus[69]. » Intermortua apud nos est prophetæ David vox illa : nullus qui cum fiducia dicat : « Deus, in adjutorium meum intende; Domine, ad adjuvandum me festina[70]. » — « Respeximus ad gentem quæ salvare non poterat[71]. » Quia enim Dei numen et auxilium rejecimus, ideo in non defensuram gentem intuebamur. « Facies sacerdotum non erubuerunt. » Dei, inquit, misericordiam sceleribus nostris exclusimus, quare nec sacerdotum vultus reveriti sunt hostes. « Neque senum miserti sunt, venati sunt parvulos nostros, ne irent in plateis nostris[72]. » Disparuerunt vestigia nostra, ergo defecit iniquitas tua, filia Sion, id est, deleta, amplius culpam non admittes. « Non addet Dominus ultra, ut transmigret. » Non revertere, inquit, neque amplius relegabere. Atque id verum esse, probant sequentia : « Visitavit iniquitatem tuam, filia Edom; » non virga sane, ut ante persecutus, cum te castigans resanaret, sed occidioni mandans. « Discooperuit peccata tua[73], » id est, explevit omnem iram justam, tectis tuis sceleribus, ut aquæ vi et copia mare operitur.

Sed ne hoc argumentum, ad doctrinam et institutionem susceptum, materiam luctus et lamentationis reddamus, ad inclytam et divinam gratiæ (36) disciplinam orationi gubernacula flectamus. Igitur accidit Hierosolymæ vastitas anno ab orbe condito quinquies millesimo, quingentesimo tertio et sexagesimo : usque ad præsentem vero, sexies millesimum octingentesimum octavum et decimum : Judæi totis mille ducentis quinque et quinquaginta sine regno exsulant. Jam mundi status et incolumitas, ut de vatibus accepimus, ab Opifice septem ætatibus descripta est. Quod et Salomon ait : « Da partem septem, necnon et octo[74], » octavam notans futuram illam et immortalem. Quibus decursis, exsistet fœda hominis lues, illex, et impostor, quem vos Christum atque regem perhibetis. Veniet autem, non ut meus Servator atque Deus, redemptor, ac salutis vindex humanæ; sed tetet, et infaustus, calamitates, angorem, mala omnia, et miserias trahens. Nam adeo simulacrorum cultum non compescet, aut ad Dei notitiam gentes adducet, ut contra et errorem publicare, et aptos Dei notitiæ omnes nactus, ab ea demovere sit conaturus, quemadmodum in Evangelio meus Salvator Jesus confirmat : « Prædicabitur hoc Evangelium in universo orbe, in testimonium omnibus gentibus : et tunc veniet consummatio[75]. » Quin in vos quoque, qui ut beneficium, sed revera meram pestem, exspectatis, multa atrocia edet, cum vix tandem resipiscentes, nostratem Deum, verum Christum, supplices adoratum venietis, et per regenerationis lavacrum filiorum Dei adoptionem recipietis, ut et Isaias testatur : « Cum plenitudo gentium intraverit, tunc omnis Israel salvabitur[76]. » Qua de causa veterator præ cæteris se crudelem vobis præbebit, qui non solum aliis omnibus odio sit, sed etiam vobis. Qui ut regem et beneficium venturum præstolati, damnata flagitiosa inhumanitate, illico resilietis, ad verum Christum, cui gloriam tribuatis, confluxuri. Neque vero alia gratia dirum hominis monstrum est venturum, nisi ob hominum delicta, quo eos vexet, et omne vitiorum genus invehat; cæterum annos duos cum dimidio ubi rerum potietur, exterminabitur. Ea quoque prophetarum doctrina est.

CAPUT XLII.

De Antichristi adventu.

Danielis quidem de eo hæc sunt verba : Veniet impostor et calumniator, « Et sanctos Altissimi conteret : et putabit quod possit mutare tempora et leges, et tradentur in manu ejus usque ad tempus, et tempora et dimidium temporis[77]. » De vafritie autem illius loquitur Jeremias : « Clamavit perdix, congregavit quæ non peperit : faciens divitias suas non cum judicio : in dimidio dierum ejus relinquent eum, et in novissimis suis erit insipiens[78]. » Idem rursum : « Maledictus homo, qui confidit in homine, et ponit carnem brachium suum, et a Domino recedit cor ejus. Erit enim quasi myricæ in deserto, et non videbit cum venerit bonum; sed habitabit in siccitate in deserto, in terra salsuginis, et inhabitabili[79]. » Et rursum : « In illo tempore dicetur populo huic et Jerusalem : Spiritus erroris in deserto; via filiæ populi mei, non ad purum, neque ad sanctum. Spiritus repletionis veniet mihi ab his. Ecce quasi nubes ascendet, et quasi tempestas currus ejus, velociores aquilis equi ejus : vox enim annuntiantis e Dan veniet[80]. » Et alio loco : « A Dan auditus est fremitus equorum ejus, a voce hinnituum pugnatorum ejus commota est omnis terra : et venerunt et devoraverunt terram, et plenitudinem ejus : urbem et habitatores ejus[81]. » Quærendum verum est, cur hic propheta hujus Dan, non semel, sed bis meminit. Cur? Ex tribu Dan, et Judam, et Antichristum prodituros. Itaque de Juda hæc sunt Israelis verba : « Erit Dan serpens[82]. »

[67] Thren. IV 11. [68] ibid. 14. [69] ibid. 17. [70] Psal. LXIX, 1. [71] Thren. IV, 17. [72] ibid. 16, 18. [73] ibid. 22. [74] Eccle. XI, 2. [75] Matth. XXIV, 14. [76] Isa. LIX, 20; Rom. XI, 25. [77] Dan. VII, 25. [78] Jerem. XVII, 11. [79] ibid. 3, 6. [80] Jerem. IV, 11, 12. [81] Jerem. VIII, 16. [82] Gen. XLIX, 17.

(36) Id est, evangelicæ doctrinæ; omne autem id tempus quod a Christo, qui Mosaicis ritibus successit, manat et decurrit, gratiæ tempus, ecclesiastici scriptores vocare solent.

De Antichristo scribit Jeremias : « Vox annuntiantis e Dan veniet[82]. »

Jam de administris quoque Isaiæ est sententia : « Qui paratis dæmoni mensam, et impletis fortunæ potionem, omnes in mactatione cadent[83]. » Et rursum : « Exacerbaverunt Spiritum sanctum; et conversus est eis in inimicitiam[84]. » De interitu autem hujus perduellis, idem memoriæ prodidit : « In die illa inducet Dominus gladium sanctum et magnum : et extendens manum contra draconem, serpentem tortuosum, occidet Dominus cetum qui est in mari[85]. » Et David de vero Christo : « Reminiscentur et convertentur ad Dominum universi fines terræ : et adorabunt in conspectu ejus universæ familiæ gentium[86]. » Videte ut nullum regnum usque ad exspectatum a vobis rabulæ adventum relinquetur, quin Christum verum Deum veneretur : « Quia Domini est regnum, et ipse dominabitur gentium. Manducaverunt et adoraverunt omnes pingues terræ[87]. » Pingues hic piorum mentes appellat; quæ et volueres sunt (57), secundum legem, virtutibus : quæ Christo supplices, ejus et sacrum corpus epulatæ sunt, et sanguinem biberunt. « In conspectu ejus cadent omnes, qui descendunt in terram[88]; animos in terram descendentes vocat, studio rerum, quæ materia continentur, defixos, qui ante adventum quoque Christi, ac præsentiam, suo quasi quodam præjudicio damnati multabuntur. « Et anima mea illi vivet, et semen meum serviet ipsi[89]. » Cuinam? Genito ex utero ante luciferum Dei Filio; qui ad extremum incarnatus est ex Virgine : non, inquam, serviet anima mea illi diris devoto impostori, quem medio ejus tempore prudentes relinquent, egregii facinoris præmium coronas in cœlo accepturi.

CAPUT XLIII.

De imaginum cultu.

His et similibus de causis, non idololatria, quod existimatis, obeunda, sed pie imaginibus cultum præstamus; est enim, inquit David, « Mirabilis Deus in sanctis suis[90]. » Et : « Qui oderunt te, Domine, oderam, et super inimicos tuos tabescebam[91]. » Nam ut Deo charos amplecti et colere par est, ita infestos aversari et odisse. Ait quippe idem Propheta : « Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui, Deus[92]. »

CAPUT XLIV.

Exempla duo perfidiæ Judæorum in imaginem Christi.

Beryti (ea urbs est non procul ab illustri Antiochia) tale quoddam insolens miraculum contigit, voluptatis terrorisque plenum, et quod referri mereatur.

Vir quidam Christianus, parentibus et atavis ab stirpe religiosis, proxime Judæorum Synagogam habitabat, præcipuo tanquam patrimonio affectus, descripta in tabula Dominica effigie Dei et Servatoris in vivificam crucem suffixi, quæ sub sedium tecto sublimis pendebat. Inde cum aliquando migrare opus haberet, exportata reliqua omni supellectile, unicum illum divinum thesaurum effigiem Servatoris, nescio unde, et quo modo, divina quidem certe procuratione, oblitus reliquerat. Ita emigrante pio, exemplo immigrans Judæus, aliquot post diebus mensa instructa opipara, congregem Judæum ad convivium vocat. Quo præsente, simul ambo læti epulari : cumque epulantes per toros discumberent, vocatus, ut mos est, familiaribus oculis in lectum sublatus, amici domum curiosius circumspectare; et acie in imaginem conjecta, eam esse, quem majores in crucem egissent perspecto, quanquam efferus jam, et in tetricum mutatus, sectis pene ac ruptis ilibus, tamen ne amico palam fieret, iterum lætitiam mentiri et fingere. Tandem impotens sui, et ira victus, quod hactenus continebat, aperire arcanum : vocare hominem, et divina effigie digito ostensa, rogare cujus simulacrum esset, an non Nazareni, an non Galilæi, an nos a majoribus cruci affixi? Itane vero? inquit, versipellis, qui hoc loco sis, Christianam quoque religionem colas? Ille inops consilii, ea quidem sic habere fateri, cæterum Christianismi crimen sibi conscire nullum; jam inde a proavis, ut ipse nosset, Judæum, et Mosaicæ legi vel in lanienam addictum. Postquam vero oratione non persuadet, ad preces denique conversus obtestari, ne Synagogæ patefaceret, sed sibi soli haberet. Pollicitus ergo, sed dolo et perjurio, abit inde, recta ad Synagogam properat, quæ et cujusmodi qua viderit, qua dixerit, recenset. Illi iis auditis, furibundi ad ædes e vestigio convolant. Ubi quæ intellexerant, vera vident, homini, ut Christiano scilicet, illudunt, et subsannatum eum exigunt, ac proscribunt. Porro autem, quæ in sacram ac divinam effigiem moliuntur, quis sine lacrymis narret? Dereptam in primis humi affigunt; tum quibus exemplis majores vestri meum Jesum, iisdemque ejus simulacrum accipiunt : insputant, pugnos et alapas ingerunt, scurrantur, fel et acetum propinant. Aderat spongia, nec deerat arundo. Clavis manus pedesque affigunt (neque enim a clavis abstinetur), spinis coronant, hasta e latere (hos profligatam in extremis audaciam!) sanguinem et aquam prolicit, quæ res Christo cultum ac celebritatem paravit. Nam conspecto grandi et horrendo miraculo, postquam scaturiginis periculo facto, exploratæ fidem res fecere, morbo omni atque ægritudine curanda, et dæmonum turma procul arcenda, in fugamque vertenda, toto animo, tota mente ad

[82] Jerem. IV, 15. [83] Isa. LXV, 11. [84] Isa. LXIII, 10. [85] Isa. XXVII, 1. [86] Psal. XXI, 28. [87] ibid. 29, 30. [88] ibid. [89] ibid. 31. [90] Psal. LXVII, 36. [91] Psal. XXXVIII, 21. [92] ibid. 17.

(57) Alludit, opinor, ad Isai. LX, 8. Vide Nyssenum, *De virginitate*, cap. 18.

Christum mutati, quasique reformati, sacro baptismo sunt affecti.

Talia sunt Domini Jesu Christi hominum amantissimi, Unigeniti, Patris Verbi, majora cogitatione atque verbis arcana : tantopere de figmento suo sollicitus, neminem vult perire, sed omnes ad veri cognitionem venire. Atque hæc quidem Beryti.

Nefas vero sit alterum Constantinopoli, urbium reginæ, miraculum silentio præterire, cum superiori narratu nihilo sit deterius. In augusto et fama celebri Dei Sapientiæ templo (si templum est nominandum, ac non potius alterum in terra cœlum) puteus est, qui aliud nihil, quam quod est, puteus dicitur : epistomidem ferens ejus, ad quem sapientiæ profundum, immortalitatis fons, providentiæ infinitum pelagus, Samaritidem allocutus, aquam consulto petebat, qui eam vellet ad Dei notitiæ vivam ac scaturientem aquam traducere, et quasi derivare. Eo piorum multitudo confluebat, insitam in eo sacram vim percepturi; et simul qui supra orientalem portam descriptum in tabula, et velut dedicatum pictoris manu Dominicum simulacrum venerari contenderent, quo nomine magis etiam confluebant. Judæus vero quidam, nescio quomodo, Deo certe id agente, et ipse templum ingressus, venerabundo omni cœtu conspecto, invidia tactus, et quibus natus, et qua opinione foret prodere stimulatur. Quin adeo prodit quoque. Nam cæteris a puteo discedentibus, solus occultum transitum rimatus, postquam a scopo non aberravit, securitatem nactus, irruit, et sanguinariis oculis, animo, mente igneum intuens, ignem spirans, sustento in tuam, æterne Rex, imaginem cultro ferit. Unde insolenti miraculo sanguinis rivo depluente, et percussor et divinum solum cruentantur. Ille factum, ut oportebat, non recogitans, sed contra magis perfurens, detractam imaginem, infixo adhuc cultro, in puteum demergit, ipse qua pedes ferebant, inde aufugit, latere properans, ut putabat. Verum qui sapientes sua ipsorum calliditate capit, hujus quoque conatum palam fecit. Nam cum sanguine ex imagine ruberet, planeque sanguinarius quidem ac vafer fugeret neminem, egressus ab ingredientibus religiosis comprehensus, homicidii postulatur. Negat homicidium, Christicidam serio se profitetur. Ejus rei fama urbem omnem celeri ala permensa, vulgo ad puteum concurritur, ubi convenere, subducta e puteo, adhuc sanguine manante, sacra imagine, hymnos et carmina modulati, cum precibus et lacrymis eodem quo ante, loco suspendunt. Judæus facti pœnitens, pietatem perdoctus, ad Christumque receptus, cum omni familia, sacro regenerationis lavacro afficitur.

Quid dicitis? hæccine satis sunt, an et pluribus argumentis egetis?

Jud. Pie imaginibus cultum præstari confitemur. Vere enim, qui animo ad primogenium exemplar, non ad tincturas ac colores intuentur, verum ante sæcula et inaspectabilem Deum venerantur. Itaque majores nostri cherubinis ex auro nobili materie conformatis, haud equidem aurum coluerunt, sed cherubinos, quos ut sanctius sacrarium cingerent, finxerunt. Ac de imaginibus quidem præclare.

Quamobrem vero circumcisione repudiata, baptizatos cum Deo societatem contrahere perhibetis?

Christ. De circumcisione multa locuti, et quomodo eam repudiemus demonstrato, non est quod de eo rursum referamus. De baptismo vero agite prolixius disseramus.

CAPUT XLV.

De baptismo Christianorum et ejus cum circumcisione comparatio.

Ostendi, quod vos quoque a me atque a veritate suffragium tulistis, res Mosaicas, mei Servatoris Christi figuras quasdam fuisse. Nam quemadmodum præstans pictor, in primis inumbrat, tum crassiore quadam tinctura ac coloribus expressam veri effigiem repræsentat; ad eum modum et naturæ rerum omnis architectus Deus, per Mosem et legem velut deformatis quæ sub gratiam caderent, per Jesum Christum porro non tinctura ac coloribus, sed evangelicis præceptis, spirans quoddam ac vivum veri simulacrum dedicavit. Cæterum ut in Sina nubes et voces atque tubæ Dei ad nos descensum liquido designabant[91]; ita et alia olim plurima Servatoris mei procurationem notabant. Ergo typos et exempla cernite, unde ad veritatem ducamini. In lege circumcisio[92], in gratia ablutio. Illic pelliculæ segmentum, hic peccati depositio; illic circumcisionis culter, religiosum et irreligiosum palam faciens, hic disciplinæ acies rectum a pravo dissecans. Illic sine vitio agnus mactatus, hic cæsus sine peccato Christus. Illic agni cruore postes unguntur[93], hic sacrificati Christi augusto sanguine actiones et disciplina obsignantur, id est, quæ in actione, et quæ in contemplatione posita virtus est, quibus quasi quædam commissuræ posti, Christianæ disciplinæ velut obligamur et componimur. Illic durus Pharao Israelitas oppugnat; hic Christianos Satanas, ille hominum osor atque zizaniorum sator. Illic veterem Israelitam nubes ad terrestrem Hierosolymam ducta, hic Servatoris caro novitium Israelitam ad cœlestem Sionem transmittit. Illic ignea columna, hic divina ignea natura, sacer Spiritus. Illic Israelites mare Rubrum permensus, Pharaoni tumulisternium aquam comparavit, ipse interitum salvus effugit; hic Christi nomine censa universitas per baptismum cum Christo sepulta, immortalem vitam eo redivivo consecuta est. Illic aqua Mosis precibus, flante austro vehementissimo, dextra ac sinistra in murum concrevit; hic Spiritus

[91] Exod. xix, 17, 18. [92] Gen. xvii, 12. [93] Exod. xii, 5, 22.

per aquam, vitiorum quasi quoddam mare Rubrum in siccum redegit, rupto peccatorum nostrorum chirographo. Illic virga refluas undas coegit, hic in Calvaria defixa crux Adamum totum in priorem nobilitatem restituit : Israelites, nisi mari Rubro trajecto, angelorum pane vesci non poterat; nec vero Christi populus, sanguine et aqua viva potest frui, nisi peccatorum rubro tanquam æstu defunctus [97].

Jud. Cur ut nos circumcisionem uno semper nomine, æque et vos baptismum non vocatis, sed multis ac diversis?

Christ. Expedita solutio : illa per unum Mosen prodita est, hæc a Patre, Filio et Spiritu sancto. Præterea multis ac diversis ejus in nos officiis, multas quoque ac diversas nomenclaturas atque beneficia facimus.

CAPUT XLVI.

Quibus olim nominibus baptisma designatum.

Itaque (38) donum, lumen, baptisma, unguentum, regenerationis lavacrum, immortalitatis amictum, signum, breviter quidquid augustum est, nominamus, vocibus e prophetarum oraculis desumptis. Donum in primis, ut Isaias clamat : « Omnes sitientes, venite ad aquas : et qui non habetis argentum, properate, emite absque argento et pretio [98]. » Lumen, ut de eo David prædicat : « Dominus illuminatio mea et salus mea, quem timebo [99]? » Et rursum : « Dominus illuminat faciem prudentis [1]. » Prudentem omnino appellans, qui vim sacri baptismatis calleat. Baptisma vero dicitur, ut in quo peccata tumulentur, quemadmodum mari Rubro Pharaonem tluxit atque obruit Moses. Lavacrum ex hac Isaiæ sententia : « Lavamini, mundi estote [2]. » Unguentum quod cœlestis Hierosolymæ, divinique regni hæredes hoc inuncti agnoscantur. Ita enim et Elisæo (39) vati ait Deus : « Unges Elisæum prophetam pro te [3]. » Immortalitatis amictum vocamus ex eo Psaltis regii edicto : « Dominus regnavit, decorem indutus est [4]. » Tum autem ut ostendat æque amictos et Christi hæredes, addit : « Etenim firmavit orbem terræ, scilicet hoc regio amictu, qui non commovebitur [5]. » Signum, ut dominii notam, quemadmodum de eo David profitetur : « Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine, dedisti lætitiam in corde meo [6]. » Quibus verbis sacræ tinctionis vim declarat : Non enim, inquit, solum tuo nomine nos signasti et illustrasti, sed enim animum meum voluptate affecisti : id est, omnem signatum noxæ venia dignatus es. Idem alio Psalmo : « Dixi : Confitebor adversum me injustitiam meam Domino : et tu remisisti impietatem peccati mei [7]. » Hoc dicens : Quod si quis vel post baptismum delinquat, ne desperet, siquidem ignoscetur ei animi scelus, vitiosum, inquam, cogitatum, et conscelcratio, per confessionem.

Sed audiamus quid Isaias dicat : « Faciet Dominus Sabaoth omnibus gentibus super montem istum, induent lætitiam, ungentur unguento, bibent vinum [8] ; » gaudii amictum baptisma innuens; unguentum, illud sacrum quo baptizati inunguntur; vinum, Dominicum sanguinem. Et rursum : « Ablues Dominus sordem filiorum et filiarum [9]. » Et iterum : « Erit inaquosa in paludes, et in sitiente terra erit fons aquæ [10] ; » inaquosa et siticulosa, gentium populum appellat; fontem vero, sacrum baptisma, ut apparet ex sequentibus : « Et erit ibi via munda, et via sancta vocabitur [11]. » Quæ hæc est via? Evangelica disciplina. Jam per eum ait Deus : « Ego sum, ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me, et non recordabor. Tu vero memento, et judicemur simul [12]. » Et iterum : « Dabo aquam in siti iis qui ambulant in inaquosa : et inpouam Spiritum meum super semen tuum, et benedictiones meas super filios tuos [13]. » Et iterum : « Miserator illorum miserebitur illorum, et per fontes aquarum ducet illos [14]. » Quod si Judæorum quidam de Mara et fontibus in Elim [15], hæc prophetam dicere existimant, falli se sciant : neque enim ea tempestate, sed multo post Isaias fuit : nec qui de præteritis dicit, propheta habendus est, sed qui de futuris, quare de baptismo quod præsagierit, ostendit, quod ait : « Ducet, » non autem, duxit.

Ad eumdem modum et Michæas : « Quis, Deus, similis tui, qui aufers iniquitatem, et transis peccatum reliquiarum hæreditatis tuæ? non immittet ultra furorem suum, quoniam voluntas misericordiæ est. Revertetur et miserebitur nostri : deponet iniquitates et projiciet in profundum maris [16]. » Joelis vero de baptismo hæc sunt verba : « In illo stillabunt montes dulcedinem, et colles fluent lac : et per omnes rivos Juda ibunt aqua : et fons de domo Domini egredietur [17]. » Quis hic est fons Dei templo prodiens? Omnino in Ecclesia sacra piscina, qua tinctus omnis Christianus cœtus in adoptionem recreatur, cœlestis gloriæ regnique Christi hæredes designati. Et de eodem baptismate scribit David : « Vox Domini super aquas, Deus majestatis intonuit : Dominus super aquas multas [18]. » Et rursum : « Amplius lava me ab iniquitate mea, et a peccato meo munda me [19]. » Et paulo post : « Asperges me hyssopo, et mundabor : lavabis me, et super nivem dealbabor [20]. » Quin per Ezechielem quoque Deus confirmat : » Effundam super vos aquam mundam, et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris [21]. »

[97] Exod. I-xvi. [98] Isa. lv, 1. [99] Psal. xxvi, 1. [1] Psal. cxlv, 8. [2] Isa. i, 16. [3] III Reg. xix, 16. [4] Psal. xcii, 1. [5] Ibid. [6] Psal. xxxi, 5. [7] Psal. iv. 7. [8] Isa. xxv, 6. [9] Isa. iv, 4. [10] Isa. xxxv, 7. [11] Ibid. 8. [12] Isa. xliii, 25. [13] Isa. xliv, 3. [14] Isa. xl. 10. [15] Exod. xv, 25, 21. [16] Mich. vii, 18, 19. [17] Joel. iii, 18. [18] Psal. xxviii, 3. [19] Psal. l, 4. [20] Ibid. 9. [21] Ezech. xxxvi, 25.

(38) Nazianz. vide in S. Baptisma.

(39) Imo Eliæ.

Jam vero in Mara [22] aqua amara, peccatum amarum notabat, regenerationis lavacro ac pœnitentia in dulcedinem vertendum. Porro autem duodecim fontes in Elim [23], duodecim apostolorum doctrinæ aquam designabant, itidemque reliquorum septuaginta palmæ. Cæterum arcæ per Jordanem trajectio a Judæis facta, sacri baptismi vim ostendit : nam per sacerdotes aqua et spiritu recreati, æque et nos peccatum, ut Jesus filius Nave Jerichuntem, evertimus ac despoliamus, id enim significat, quod ait propheta : « Quæ autem descendebat, descendit in mare Araba, mare salis, donec in finem defecit [24]; » id est, violatæ olim legis peccatum ad immensum Dei humanitatis pelagus dilapsum, demanavit, donec tandem exstinctum est. Sacerdotes vero in Jordane resistentes, pedibus extrema aqua tinctis, significant, opinor, a peccato abesse neminem. Quod autem Jordanem Elias melote semel, Elisæus bis trajecit [25], trinæ in sacra ablutione demersionis in nomen SS. Trinitatis vires et efficaciam prænotabat, qua mortale ac caducum incorruptam immortalitatem induit. Neque vero aliud velle mihi videtur Naaman, septies in Jordane ablui jussus [26], quam conandum, ut in hac tanquam septimana vita, peccatis omnibus abstersis, per septem Spiritus dona SS. Trinitati, et tres animæ potentias, et elementorum corporis quaternionem offeras integra, oblitterata priore velut lepra. Quin Jacob, parens vester, baculo Jordanem non ipse tantum, omnisque ejus familia transiit; sed oves quoque, ac boves, ut ostenderet, non solum a Deo electos, sed etiam qui bruta et amentia scelera patrarent, purgatos, Christi cohæredes effectum iri. Hierichuntinæ quoque steriles aquæ, sale ab Elisæo fecundatæ [27], priorem Ecclesiæ sterilitatem monstrabant, quæ habenda deinde Christo fide centuplo plures liberos, quam synagogæ marito est post enixa (40). Verum ut apertius de his statuamus, vaticinii verba ex libris Regum persequamur. Sic enim habent.

CAPUT XLVII

Eliæ cum Christo comparatio.

« Dixit Elias ad populum : Accedite ad me. Et accessit omnis populus ad eum [27]. » Sane Elias hac obita functione, coorto quasi quodam terræmotu, ignea quadriga in cœlum subvectus est; at contra ac mirabilius opifex ille cœli, inclinatis benigne cœlis degressus, et vehiculi cujusdam instar, natura suscepta, studiose omnes ad se attrahere gestit. Itaque : « Venite, inquit, ad me, omnes qui laboratis, et onerati estis; et ego reficiam vos [28]. » — « Et tulit duodecim lapides juxta numerum tribuum filiorum Jacob. » Elias duodecim saxa, unigenitus Dei Filius duodecim apostolos : « Ad quem factus est sermo Domini, dicens : Israel erit nomen tuum [29]. » Ille quidem audivit se mentem fore, quæ Deum esset visura : hic Deus est, quem cœlestes omnes mentes adorent et collaudent. Et : « Ædificavit lapides, et curavit altare dirutum. » Ille dirutum Dei altare instaurat; hic figmentum suum lacerum per doctrinam apostolorum componit. « Fecitque aquæ ductum quasi per duas aratiunculas. » Illic scrobs una, quæ duo sata seminis caperet, hic in una persona duæ naturæ, divina et humana simul exstiterunt : « In circuitu altaris [30]; » aram hic Calvariæ locum, in quo augusta crux defixa est, intellige. « Et composuit ligna super altare quod fecit [31]. » Ligna, seu assulas e ligno scisso vocat hominum noxas, quas Dominus noster cruci affixus in se recepit, et qui ignis quidam esset divinus, exussit, ut ait propheta : « Languores nostros ipse tulit [32]. » — « Divisitque per membra bovem, et posuit super ligna. » Id est, vitalem in cruce mortem sustinet. « Et ait : Implete quatuor hydrias aqua, et fundite super holocaustum, et super ligna [33]. » Duas amphoras gratiam, quæ per aquam et Spiritum præstetur, significat, quemadmodum meus Salvator atque Deus confirmat [34], qui ex aqua et Spiritu natus non sit, non posse ad divinum regnum intrare. « Rursumque dixit : Etiam secundo facite. Qui cum fecissent secundo, ait : Etiam tertio id ipsum facite. Feceruntque tertio [35]. » Hoc divinitatis tergeminam majestatem ostendit, uti rursum meus Jesus discipulis præcepit, irent doctum omnes gentes, eosque baptizarent in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti [36]. » Et currebant aquæ circum altare; et fossa aquæ ductus repleta est [37]. » Nam repletus est orbis terrarum Dei regno atque gloria. Et exclamavit Elias in cœlum, et dixit : « Domine Deus Abraham, et Isaac, et Israel, exaudi me, Domine [38]. » Hæc Elias. At Unigenitus Dei oculis in cœlum sublatis, clamavit : « Pater, quod dedisti mihi, volo ut ubi sum ego, et illi sint mecum, ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi ante constitutionem mundi : ut sint unum, sicut et nos unum sumus. Non pro eis autem rogo tantum, sed et pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me [39]. »

« Exaudi me hodie in igne, et discat populus iste omnis, quia tu solus Dominus Deus Israel [40]. » Elias, qui homo erat, exhibendo igne exauditus, Deum, qui ignis quidam est, hominem fieri precatur : ille vero qui et Deus et ignis, homo fieri assumpta mea carne voluit, ut ab æterno igne liberaret : « Et ego servus tuus [41]. » Vere de se Elias : quod ad sublimem sensum si trahatur, nim um

[22] Exod. xv, 23. [23] Ibid. 27. [24] Josue III, 16. [25] IV Reg. II, 8, 14. [26] IV Reg. v, 10. [27] IV Reg. II, 21. [27] III Reg. XVIII, 30. [28] Matth. XI, 28. [29] III Reg. XVIII, 31 seqq. [30] Ibid. 32. [31] III Reg. XVIII, 34. [32] Isa. LIII, 4. [33] III Reg. XVIII, 34. [34] Joan. III, 5. [35] III Reg. XVIII, 34. [36] Matth. XXVIII, 18-20. [37] III Reg. XVIII, 35. [38] Ibid. 36. [39] Joan. XVII, 24-26. [40] III Reg. XVIII, 36.

(40) Vide Isaiæ LIV, 1.

audax sit. Nam etsi quidam non dubitarunt, atque ausi adeo sunt confirmare ex Christi persona dictum, scilicet : « Quia ego servus tuus, et filius ancillæ tuæ [51] : in mente illud habentes : « Pater major me est [52], » at multo plus interest discriminis inter dominium et servitutem, quam causam et causatum. Quare silendum potius, ac considerandum est, quam curiosius, nec citra periculum agitandum. « Et propter te hæc omnia feci [53]. » Propter te, inquit, in crucem sum suffixus : « Ut cognoscant te, solum Deum verum, et quem misisti Jesum Christum. » Et rursum : « Opus consummavi, quod dedisti mihi, ut faciam [54]. » — « Et tu convertisti cor populi hujus post te [55]. » Judæorum cæcitatem et pervicaciam notat, quemadmodum et in cruce ait Dominus : « Pater, dimitte illis : non enim sciunt, quid faciunt [56]. — « Et cecidit ignis a Domino de cœlo [57]. » Videtis humanitatis Christi absolutionem? Cœlitus delapsus ignis divinitatis descensum monstrat, uti quidam inter nostros magni nominis inquit : « Deus noster ignis est; et quidem ignis consumens [58] » flagitia. « Et devoravit holocausta, et ligna, et aquam affusam, et aquam in mari : et lapides, et terram linxit ignis. » Hoc peccatorum internecionem atque oblitterationem designat. « Et cecidit omnis populus in faciem suam, et dixit : Vere Dominus Deus ipse est Deus [59]. » Nam obita vitali morte, centurio et ei astantes, Dominum nostrum Jesum Christum vere Dei Filium dixerunt. Nec illi solum, sed apostoli quoque post supplicium facti confirmatiores. Siquidem ait dilectus : « Neque enim fratres ejus credebant in eum [60]. » Quin orbis adeo terrarum multo magis Unigeniti præconium cum lætitia suscepit, ut de eo prolixe testatur Isaias : « Ambulabunt in ea (scilicet Hierosolyma) redempti a Domino (pretioso sanguine), et convertentur et venient in Sion [61]. » Id est, ab erronea superstitione, læti atque ovantes ad Christum venient, per ejus resurrectionem constabiliti. « Et lætitia sempiterna super caput eorum. » Gaudebunt, inquit, super agnitione sui capitis, qui Christus est. « Gaudium et lætitiam obtinebunt : » id est, læti atque exultabundi assertorem suum prædicabunt. « Et fugiet dolor et gemitus [62]. » Dolorem nullum atque gemitum in iis reliquum fore confirmat, quorum super capite gaudium perenne sit. Nec vero otiose dixit : « super caput, » sed ut gaudium omnium gaudiorum eminentissimum declararet. Quod addit : « Lætitia sempiterna, » id eo pertinet, ne id gaudium, baptismi, inquam, gratiam caducam ac temporariam crederes, sed perenne ac sempiternum. Nam ut prior Adamus violanda lege temporalem nobis mortem conciliavit; ita et Christus, qui aliter est Adamus, sine vitio corporatus, perennem atque incorruptam immortalitatem contulit. Ac velut secundum corpus nascentes terrestris imaginem talimus; sic per baptismum recreati, cœlestis imaginem induimus : « Quicunque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis [63]. »

Atque hæc satis esse de baptismo existimo. Quod si enim ex his veritatem non percepistis, nec si plura addamus quidem, percipietis. Id adeo Dominus significans, de vobis confirmat : « Si Mosen et prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent [64]. » Itaque et nos disputationem de baptismo terminemus.

Jud. Ecquid vero prohibet Christo fidem habere, eumque verum Deum, et Dei Filium, ejusdem cum Patre naturæ, confiteri, atque interim Mosaicam quoque legem tueri ac retinere; ut in omnibus utrumque servem et amplectar, futurus duorum bonorum consors? Omnino nullam ea res nobis reprehensionem inuret, neque dicturus est quisquam, quod bonum est, id bonum non esse.

Christ. Sane enim perbene est, si non duorum modo, sed etiam plurium bonorum consortem te præstes. Sed nec utriusque notitiam capere potestis, nec sanctorum quisquam id permittit, aut ipse in primis Christus, cujus hæc sententia est : « Nemo potest duobus dominis servire : aut enim unum odio habebit, et alterum diliget; aut unum sustinebit, et alterum contemnet [65]. » Præterea bonum haudquaquam bonum est, si alteri bono non sit fraudi, atque ad potioris dissolutionem comparatum. Sin contra faciat, poterit id quidem fortasse nonnullis bonum videri, functio certe nequaquam bona est. Nam et philosophus quidam bonum censet non esse bonum, si eo bene non fungare. Jam vero ut non omnis dissensio pessima, sed interdum adeo optima est: ita non omnis concordia optima, quin et plerumque nocentissima est. Sed ut ejus sententiæ vim apertius ostendam, tentabo rem exemplis declarare.

CAPUT XLVIII.

Legis Christi cum Mose comparatio.

Tres leges SS. Trinitatis majestas prodidit : naturalem, scriptam et spiritalem. Earum naturalis instar est domestici ignis. Nam cum prius in posteriorum duarum ignoratione homines degerent, naturali lege, quasi quodam domestico igne, aliquantisper collustrabantur. Deinde edita scripta est, quæ umbra quædam atque exemplum esset spiritalis, lunæ comparata lumini. Cœlestis autem illa et spiritalis, atque a vero justitiæ Sole profecta, super solem effulsit, et hominum mentes quadam tanquam luce atque jubare perfudit, ad viamque veritatis deduxit. Igitur bonus est et domesticus ignis tenebris apparens ignis, sed melior lunæ; solis vero

[51] Psal. cxv, 16. [52] Joan. xiv, 28. [53] III Reg. xviii, 36. [54] Joan. xvii, 3, 4. [55] III Reg. xviii, 37. [56] Luc. xxiii, 34. [57] III Reg. xviii, 38. [58] Deut. iv, 24. [59] III Reg. xviii, 38, 39. [60] Joan. vii, 5. [61] Isa. xxxv, 9. [62] Ibid. 10. [63] Galat. iii, 27. [64] Luc. xvi, 31. [65] Matth. vi, 24.

multis partibus clarior, quippe utrumque obfuscans ; cæterum ille justitiæ Solis vel ipsum solem exstinguit. Nec injuria, siquidem opus omne cedit opifici. Ac quemadmodum (41) meridie constanti, splendide colluente sole, domestici ignis usus non est ; sic postequam justitiæ Sol illuxit, et gratiæ veritas est detecta, tum naturalis, tum scripta lex abrogatæ. Ad eumdem modum legale Pascha, ut theologus quidam nostras ait, exempli exemplum erat obscurius. Jam Paulus, mei Christi os, Benjaminensi tribu ortus, aliquatenus nos videre, et aliquatenus vaticinari docet [36,37] ; at cum successerit perfectum, tum aliquatenus hoc deletum iri. Quare ut perfectæ illius nostræ restaurationis umbra ac effigies est, quidquid in medio positum est, ita sane invecta in orbem terrarum spiritali lege, nulla alia porro opus habemus. Neque vero vel tantillum spiritalis a scripta discrepat, quin potius confirmat ac restituit ; id quod testatur et meus Jesus, in hæc verba : « Nolite putare, quoniam veni solvere legem, aut prophetas ; non veni solvere, sed adimplere [38]. » Atque ut explicatius videatis, ipsis verbis veritatem stabiamus. Ergo et habet lex : « Audi Israel : Dominus Deus tuus, Dominus unus est. Diliges Dominum Deum tuum ex tota anima tua, et ex tota fortitudine tua et ex tota mente tua [39]. » Et rursum : « Diliges proximum tuum sicut teipsum [40]. » Eadem (42) sane Dominus et in sancti Lucæ Evangelio. Neque hæc solum, sed addit : « In his duobus mandatis universa lex pendet et prophetæ [41]. » Illa antiqua dicit : Non occides ; Christiana etiam genas volentibus ferire porrigit. Illa : « Non mœchaberis ; » hæc : « Ne concupisces *quidem*. » Illa : « Non furaberis [42] ; » hæc litigare, et tunicam auferre volenti, etiam togam permittit. Illa : Non concupisces aliena ; hæc : Etiam juste parta dimittes ; illa : Non pejerabis ; spiritualis : Nec parvum nec magnum jurabis ; ceu juramento perjurium creante.

His ac similibus de causis ait Salvator : « Non veni solvere legem, aut prophetas, sed adimplere [43]. » Id est, tueri, constabilire, firmare. Atque hæc quo exploratius ac disertius tradamus, prophetarum sententias in medium proferamus.

CAPUT XLIX.

Prophetiæ de Judaicæ legis abrogatione, seu correctione.

Moses Deuteronomio : « Quando ingressus fueris terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi, cave ne imitari velis abominationes illarum gentium. Sed prophetam suscitabit tibi Dominus sicut me, ipsum audies in omnibus [44]. » Jeremias : « Ecce dies venient, dicit Dominus : et feriam domui Juda fœdus novum : non secundum pactum, quod pepigi cum patribus eorum in die qua apprehendi manum eorum, ut educerem eos de terra Ægypti : pactum quod irritum fecerunt. Et ego neglexi eos, dicit Dominus. Sed hoc erit pactum, quod feriam cum domo Israel : Post dies illos, dicit Dominus, dabo legem meam in visceribus eorum, et in corde eorum scribam eam : et ero eis in Deum, et ipsi erunt mihi in populum. Et non docebit ultra vir proximum suum, et vir fratrem suum, dicens : Cognosce Dominum ; omnes enim cognoscent me a minimo eorum usque ad maximum, ait Dominus : quia propitiabor iniquitati eorum, et peccati eorum non memorabor amplius [45]. » Et per Ezechielem Deus : « Recordabor ego pacti mei tecum in diebus adolescentiæ tuæ : et suscitabo tibi pactum sempiternum [46]. » Et rursum : « Non jactabitur deinceps hoc proverbium : Me scelera parentum in filios et abnepotes persequi, sed qui uvam ederint acerbam, eorum dentes stupebunt [47]. » Et Isaias : « Vetera fluxerunt ; nova quoque ego annuntio : antequam oriantur, audita vobis faciam [48]. » Hæc eloquutus propheta subjicit : « Cantate Domino canticum novum [49]. » Quoniam enim vetera fluxerunt ; et quæ obscure olim figurata sunt, nunc liquido sunt perfecta. « Cantate Domino canticum novum. » Idem porro : « Principatus ejus glorificatur supra, nomenque ejus glorificant a summitate terræ : qui descendunt in mare, et navigant illud, et insulæ multæ [50]. » Sane Christi nova lex et sursum in cœlis, et in terra prædicatur. Nam in Servatoris ortu angeli cum pastoribus laudantes canebant : « Gloria in altissimis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis [51]. » Isaias vero iterum : « Veniet de Sion liberator, et revertetur ab impietate Jacob. Et hoc erit eis a me testamentum, cum eorum noxas sustulero [52]. » Jeremias ei sententiæ : « Hic est Deus noster, et non æstimabitur alius adversus eum. Hic adinvenit omnem viam disciplinæ [53], » et quæ sequuntur ; addit : « Hic liber mandatorum Dei, et lex quæ est in æternum. Omnes, qui tenent eam, pervenient ad vitam : qui autem dereliquerunt eam, in mortem [54]. »

Jud. Quod si scripta lex, quemadmodum perhibetis, bona non est, quamobrem dixit Moses ? « Custodite leges meas, atque judicia, quæ faciens homo, vivet in eis [54*]. »

Christ. Imo vero bona est et naturalis, et scripta lex, ut prædiximus ; sed justitiæ Sole exorto, hæ exstinctæ caligaverunt. Ob id enim non dixit Moses : Custodite legem vos hanc perennem, sed

[36,37] I Cor. XIII, 9, 10. [38] Matth. V, 17. [39] Deut. VI, 4. [40] Levit. XIX, 18. [41] Matth. XXII, 39, 40. [42] Exod. XX, 14 16 ; Matth. V, 27, 28. [43] Matth. V, 17. [44] Deut. XVIII, 9, 15. [45] Jerem. XXXI, 31, seqq. [46] Ezech. XVIII, 3, 20. [47] Ezech. XVI, 60. [48] Isa. XLII, 9. [49] Ibid. 10. [50] Ibid. 11, 12. [51] Luc II, 14. [52] Isa. LIX, 20. [53] Baruch. III, 36, 37. [54] Baruch. IV, 1. [54*] Levit. I, 5.

(41) Nazianz. *in S. Pascha.*

(42) Nazianz. ibid. 257.

temporariam scilicet conservatete, et per eam A vivetis. Cæterum temporariam conservandam fuisse, docent quæ sequuntur : « Prophetam suscitabo eis de medio fratrum tuorum similem tui : et ponam verba in ore ejus, loqueturque ad eos omnia, quæ præcepero illi, qui autem verba ejus, quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego ultor exsistam [75]. » Quibus verbis etsi e vestris plerique Jesum filium Nave intelligi credunt, frustra opinantur. Neque enim aliam legem filius Nave edidit. Sed nimirum legis abrogationem, Christique condonationem Moses edixit, cum ait : « Prophetam suscitabit Dominus, sicut me, » id est, alium legislatorem, Dei et hominum sequestrum : « Ipsum audies [76] » in omnibus.

CAPUT L.

De evangelica lege vaticinia.

Videtis quemadmodum Moses quoque legis abrogationem ;detexit? nam ni abroganda erat lex, neque opus erat alius legislator, et dixisset Moses : Hæc immota in æternum lex futura est, quemadmodum de spiritali, id est, evangelica Jeremias prædixit : « Hic liber mandatorum Dei, et lex quæ est in æternum. » Idemque de eadem : « Ecce dies veniunt, dicit Dominus : et suscitabo David germen justum : et regnabit Rex justus in æternum [77]. » Malachias : « Orietur vobis timentibus nomen meum Sol justitiæ [78]. » Isaias : « Ecce Deus noster judicium retribuet [79]. » Et rursum : « Auferet Dominus Deus lacrymam ab omni facie, et opprobrium populi sui auferet de universa terra. »

Igitur orto Justitiæ Sole, non jam porro legis præceptis indigemus. Quare et bona est sacra lex, atque prophetæ, et instar luminis sunt, ut jam diximus. Nam Dei Verbum, et Spiritus sanctus per prophetas loquebatur. Sed his præsidiis homines justitiæ viam reperire nequiverunt. Ut enim stellæ atque luna nec splendorem habent luciferi, nec tota nocte lucent, sed nunc apparent, nunc teguntur ; cæterum sole exorto in tenebris manet nemo, nisi qui caliget ac cæcutiat, ita et cœtus, qui Christi nomine censetur, divinam nactus lucem, cum justitiæ Sole assidue consuescit, nec quisquam in Dei ignorationis tenebris versatur, qui non voluntarie se ab- D jungat.

CAPUT LI.

Caput primum Isaiæ eleganter in Judæos retorquetur et explanatur.

am abrogari quoque legem divino Numini visum Isaias declarat, dicens : « Visio Isaiæ, filii Amos, quam vidit super Judam et Jerusalem in diebus Oziæ, Joathan, Achaz et Ezechiæ regum Juda [80]. » Horum regum propheta meminit, ostendens non ob legalem aliquam noxam, sed Christi cædem divinitus pœnam irrogandam : nam si propter scelera, impiis regnantibus editum vaticinium oportebat. Id adeo verum esse ex sequentibus apparet.

« Audite, cœli, et auribus percipe, terra. » Fabricam Deus testatus invocat, si quidem erat ingens et inauditum crimen Judæis objecturus : « Quoniam Dominus locutus est : Filios enutrivi et exaltavi ; ipsi autem spreverunt me [81], » his edictis, et defectionem subjungit : « Cognovit bos possessorem suum, et asinus præsepe domini sui ; Israel autem me non cognovit, et populus meus non intellexit [82], » sed brutis bestiis stupidiores sunt atque hardiores. « Væ genti peccatrici, populo gravi iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis, » dignus impietate et insolentia probrum vates adhibuit. « Dereliquistis Dominum, scilicet Patrem, et ad B iracundiam concitastis sanctum Israel [83] ; » Unigenitum ejus Filium irritastis : irritatione vero significat incontaminati corporis supplicium. Quid amplius addatis ? non habent, quod in Christum gravius designent.

« Omne caput languidum, et omne cor mœrens [84], » Hoc David olim propheta est interpretatus in hanc sententiam : « Convertetur dolor eorum in caput eorum, et in vertícem ipsorum iniquitas eorum descendet [85] ; » quasi diceret : Quidquid moliamini in vestri capitis perniciem cedet, vestraque injustitia in vestrum ipsorum verticem revolvetur. « Non est in eis neque vulnus, neque livor. Non est malagma imponere, neque oleum, neque ligaturas [86]. » C Totum corpus, inquit, plaga est, ac proinde incurabile. Quamobrem, ô propheta ? Quod Filium meum, quem delegi animo meo charissimum, peremerunt. Itaque videte et divinum supplicium e vestigio consequens : « Terra vestra deserta, civitates vestræ succensæ igni : regionem vestram coram vobis alieni devorant, et desolabitur sicut in vastitate hostili. Et derelinquetur filia Sion ut umbraculum in vinea, et sicut tugurium in cucumerario, et sicut civitas quæ vastatur. Et nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, et quasi Gomorrha similes essemus [87]. » At quamvis Deus Israelitis semen reliquum fecit, tamen quin ab Sodomæis ac Gomorrhæis damnetur, non effugient. Atque ei sententiæ consonum est illud mei Servatoris, ad Bethsaidam : « Remissius erit Sodomis et Gomorrhis, quam tibi [88]. » Idque verum esse e vaticinis oraculis fiet manifestum ; addit enim : « Audite verbum Domini, principes Sodomorum, percipite auribus legem Dei nostri, populus Gomorrhæ. Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum, dicit Dominus ? Sanguinem taurorum et hircorum nolo ; neque veniatis, ut appareatis mihi [89]. » Videtis, Judæam omnem Sodomæ ac Gomorrhæ nominibus infelicitat. Ubi enim Sodomæ ac Gomorrhæ Deo hostiis ac libaminibus fiebat ? « Quis quæsivit hæc de manibus vestris [90] ? » Quasi dicat:

[75] Deut. xviii, 18. [76] Deut. xviii, 15. [77] Jerem. xxiii, 5. [78] Malach. iv, 2 ; Isa. lviii, 4. [79] Isa. xxv, 8. [80] Isa. i, 1. [81] ibid. 2. [82] ibid. 3. [83] ibid. 4. [84] ibid. 5. [85] Psal. vii, 17. [86] Isa. i, 6. [87] ibid. 7-9. [88] Matth. xi, 24. [89] Isa. i, 10, 11. [90] ibid. 12.

Nemo est qui sacrificium vel ad hanc abrogationem concitet, vel me instiget. « Calcare atrium meum non apponetis : quoniam scelerate id inscenditis. Si offeratis similam, vanum, incensum abominatio est mihi [91]. » Ecce qui legem nuper sanxerat Deus, idem nunc ejus abrogationem præfinit. Nam incensum, quod ad jucundum odorem admovebatur, non solum inanis suffitus Deo deputatur, sed etiam tale, a quo abhorreat : « Neomeniam, et Sabbatum, et festivitates alias non feram. » Quandoquidem in meum pari natura Filium bacchabimini, eam ob rem horum interitum denuntio, ea abhinc porro non probaturus. « Jejunium, et otium, et ferias vestras odit anima mea [92]. » Quid ita vates? quod unigenæ Dei Filii ingressum in Hierosolymam super pullo sedentis exsecrati oderunt, in quo potius festo gaudere divinitus sunt edocti : propheta enim inquit : « Exsulta satis, filia Sion, jubila, filia Jerusalem. Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, ascendens super asinam, et super pullum filium asinæ [93]. »

« Facti estis mihi in satietatem [94]. » Ut enim superfluus in corpore cibus, ubi satietas cepit, per vomitum e stomacho in terram ejicitur; ita equidem vos, quandoquidem in satietatem mihi facti estis, de meis manibus projiciemini. « Nequaquam ultra dimittam peccata vestra. Cum extenderitis manus vestras, avertam oculos meos a vobis : et cum multiplicaveritis orationem, non exaudiam : manus enim vestræ sanguine plenæ sunt [95]. » Frustra posthac jejunia, et Sabbata, atque Pascha obitis, non solum propter vatum, sed audacissimam quoque amantissimi charissimique Filii necem. Itaque salutis via superest nulla, neque in lege quidquam præsidii; sed si illius olim felicitatis hæredes fieri vultis : « Lavamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis [96]. » Nec legislatorem me, legis tegumento colere in animum inducite. « Discite bene facere, » qui jam inde a Mose hactenus bene fecistis nunquam. « Quærite judicium [97]. » Ne, ut ingeniis estis sanguinariis, quæ in prophetas, ea in charissimum animo meo Filium designatote, sed Israelis, vestri parentis, verborum mementote : « Simon et Levi fratres, consummaverunt iniquitatem : in consilium eorum non veniat anima mea : et in congregatione eorum non contendant viscera mea, quia in furore suo interfecerunt homines » (scilicet prophetas) : « et in cupiditate sua subnervaverunt taurum [98], » (Deum et hominem Jesum). Idemque convocatis suis filiis Jacob ait : « Congregamini; » non quo de sceleribus vos coarguam, sed, « ut annuntiem quæ ventura sunt vobis in diebus novissimis [99]. » Ac recensitis, quæ in Christum ausi sunt Judæi, addit : « Lavabit in vino stolam suam, et in sanguine uvæ pallium suum [1], » id est, corpus per necem in patibulo, atque per sanguinem. Igitur perfectum est ad extremum Israelis vaticinium. Per quos? Per pontifices atque sacerdotes, quorum illi a Simeonia, hi ab Levitica tribu originem trahebant. Qui demum et prophetas, homines scilicet, interfecerunt, et Christum velut taurum enervarunt; id est, corpus assumptum illi quidem morti demiserunt. Verum « Excitatus est tanquam dormiens Dominus, tanquam potens crapulatus a vino [2]; » cujus regnum, secundum Jeremiam, nulla memoria labefactabitur.

Jud. Qui vero non ait : « Consummabunt iniquitatem, » sed : « Consummaverunt? »

Christ. Dixin' vobis, crasse in litteris semper defixos, nunquam in mentem penetrare? Scilicet cum prophetæ, quæ eventura essent, non ut futura, sed velut præsentia cernerent, de futuris perinde ac si gererentur, prænuntiabant. Ita etiam de Juda dixit : « Catulus leonis Juda : ex germine, fili mi, ascendisti [3]; et : « Non ascendes [4], » futuro tanquam præsentia prævidens.

Sed jucundissimum Israelis vaticinium nescio quo modo ad hanc disputationem nos abstraxit; quare Isaiam repetamus : « Subvenite oppresso [5]; » qui a discipulo proditus, nec scelus admisit, nec in ejus ore inventus est dolus. Atque id Moses quoque vos prædocuit, siquidem clamat : « Maledictus qui accipit munera, ut percutiat animam sanguinis innocentis [6]. » — « Judicate pupillo, » qui in terra patrem non habuit. « Defendite viduam [7]. » Uxorem creditam Josephi sponsi. « Et venite, disputemus, dicit Dominus. » Atqui in secundo adventu Christi disputatio non est. Quid igitur est, disputemus? Sua quemque conscientia prodat, et qui præclare currit, antrorsum contendat; qui peccavit, emendationem pœnitudine ostendat. His enim perfectis : « Si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur : et si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt [8]. » Perinde ac diceret : Quod si (43) punicei estis peccato, minusque sanguinolenti, ut nix albescite; sin ostro similes, et sanguine pleni, vel lanæ candorem prævertite. Item de novo fœdere. « Hæc dicit Dominus : Servientibus mihi vocabitur nomen novum, cui benedicetur super terram [9]; » benedicent enim Deum verum, et qui jurant super terram, jurabunt Deum verum; obliviscentur enim tribulationis prioris (nimirum idolorum venerationis). Et quis porro Supremo obganniat? De gentibus vero hæc ejusdem est sententia : « Aperite portas, et ingrediatur gens justa, custodiens veritatem [10], » apprehendens justitiam, amans pacem, quoniam speravit in te, Domine.

Ceterum odisse Deum post Christi adventum,

[91] Isa. I, 13. [92] ibid. 14. [93] Zach. IX, 9; Matth. XXI, 5. [94] Isa. I, 14. [95] ibid. 15. [96] ibid. 16. [97] ibid. 17. [98] Gen. XLIX, 5, 6. [99] ibid. 11. [1] ibid. 11. [2] Psal. LXXVIII, 65. [3] Gen. XLIX, 9. [4] ibid. 4. [5] Isa. I, 17. [6] Deut. XX, 25. [7] Isa. I, 17. [8] ibid. 18. [9] Isa. LXV, 15, 16. [10] Isa. XXVI, 2.

(43) Nazian. *in Epiphan.*

Sabbatis ac Judaicis ritibus addictos, ipse testatur per Malachiam : « Non est mihi voluntas in vobis, (filiis Israel) dicit Dominus exercituum : et munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis usque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus, et in omni loco sacrificatur, et offertur nomini meo oblatio munda; quia magnum est nomen meum in gentibus [11]. » Vivo ego, dicit Dominus omnipotens.

CAPUT LII.

De gentium conversione et Judæorum pervicacia, prophetiæ.

Quare cum Domino Deo omnipotenti exsecrabiles sint Judaicæ libationes atque sacrificia, apud quas gentes ab ortu solis ad occasum Deus celebratur, a quibusque huic nomini suffitus affertur? Nimirum a nobis Christianis. De refractariis vero et incircumcisis Judæis, volentibus etiam post Christi adventum ritus atque Sabbata tueri, audite quid idem Isaias scribat : « Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, et quasi vinculum plaustri peccatum. Qui dicitis : Festinet, et cito veniat opus ejus, ut videamus : et appropiet, et veniat consilium sancti Israel, et sciemus illud. Væ qui dicitis malum bonum, et bonum malum : ponentes tenebras lucem, et lucem tenebras : ponentes amarum in dulce, et dulce in amarum [12]. » Idem rursum : « Captivus populus meus factus est : eo quod ipsi non cognoverunt Dominum [13]. » Non dixit, quod « me » non agnoverit; sed quod « Dominum » non agnoverit, id est, Unigenitum Dei. Et iterum : « Radix eorum quasi lanugo erit : et germen eorum quasi pulvis ascendet. Abjecerunt enim legem Domini exercituum, et eloquium sancti Israel blasphemaverunt [14]. »

Videtis ut partim Patris, partim Filii iram propheta describat? Nam Dominum exercituum Patrem appellat, quin causam addit iræ, siquidem traditam a Mose legem exsequi noluerunt. Cæterum Dominum Israelitarum Deum, Filium significat, dicens : « Sed eloquium Domini irritaverunt [15]. » Doctrinam enim et sacrum Christi Evangelium exsecrati sunt : « Ideo iratus est furor Domini in populum suum. » Incensus Pater est non honorato Filio, ac sic ne ipse quidem honoratus; nam qui Filium non honorat, eum nec Patrem honorare est necesse. « Et extendit manum suam super eum, et percussit eum [16]. » Idem de Judæis a fide alienis : « Audite audientes, et nolite intelligere : et videte visionem, et nolite cognoscere. Incrassatum est enim cor populi hujus : auribus suis graviter audierunt : et oculos compresserunt, ne forte videant oculis, et auribus audiant, et corde intelligant, et convertant se, et sanem eos [17]. » Moses ait : « Populus stultus et insipiens [18]. » Jeremias : « Populo stulte, qui non habes cor : qui habentes oculos, et non videtis : et aures, et non auditis [19]. » Tum addit ex persona Dei : « Quod si me non timebitis, qui posui arenam terminum mari, præceptum sempiternum, quod non præteribit [20], » hæc et hæc patienda vobis erunt. Et per Isaiam itidem Deus : « Appropinquat populus iste ore suo, et labiis suis glorificat me : cor autem ejus longe est a me. (Frustra autem colunt me docentes hominum præcepta atque doctrinam) et timuerunt me mandata hominum et doctrinis. Propterea ecce adjiciam ut transferam populum istum, et transferam eos : et perdam sapientiam sapientium, et prudentiam prudentium abscondam [21]. Quia populus inobediens est, filii mendaces, qui nolunt audire legem Dei : qui dicunt prophetis : Nolite annuntiare nobis quæ recta sunt : sed loquimini nobis placentia, videte nobis errores [22]. » Iisdem per Oseam minatur Deus : « Expandam super eos rete meum : quasi volucrem cœli detraham eos, cædam eos, corripiam eos in auditu tribulationis eorum. Væ eis quoniam recesserunt a me, meticulosi sunt, quoniam impie egerunt in me : et ego redemi eos : et ipsi locuti sunt contra me mendacia : et non clamaverunt ad me corda eorum [23]. » Rursumque per Jeremiam : « Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, et foderunt sibi cisternas [24]. » Et Isaiæ de lege hæc sunt verba : « In die illo erit lux lunæ sicut lux solis, et lux solis erit septuplum in die, quando sanaverit Dominus contritionem populi sui, et dolorem plagæ ejus curabit. Ecce nomen Domini venit post tempus : et Spiritus ejus sicut aqua in valle irrigans [25]. »

Sane quidem et lex bona est; sed Christi disciplina sine comparatione melior. Neque tamen audientes septuplicem futuram solis lucem, Christi disciplinam legi septuplo antestare cum animo putate. Sed profecto Isaias, qui legalis esset, et legem servare vellet (est autem apud legales augustus septenarius), ea sententia septuplicem lucem solis lucem, septenarium cohonestavit. Certe post Christi adventum minime duraturam legem, ipse auctor est in hæc dicta : « Ecce confundentur et erubescent omnes, qui pugnant adversum te [26], » abibunt cum ignominia : scilicet qui Christi Evangelio non adhærent, sed Mosaicæ legi, quæ modo quædam veræ gratiæ erat. Neque alienum esse, quod dicimus, Isaias, ut ante ostendimus, declarat : « Quis est in vobis, qui timeat Dominum? exaudiat vocem pueri ejus [27]. » Igitur cum Dei voluntas sit, omnes sui Filii vocem audire, merito qui eum non audiunt, ac repellunt, ibunt ignominiosi.

CAPUT LIII.

Vaticinia de Christi Nativitate.

Rursum per eumdem ait Deus. « Audite me, populus meus : et reges, ad me auribus attendite :

[11] Malach. I, 10, 11. [12] Isa. v, 18-20. [13] ibid. 13, sec. LXX. [14] ibid. 24. [15] ibid. [16] ibid. 25. [17] Isa. VI, 9-11. [18] Deut. XXXII, 6. [19] Jerem. V, 21. [20] ibid. 22. [21] Isa. XXIX, 13, 14. [22] Isa. XXX, 9, 10. [23] Osee VII, 12 14. [24] Jerem. II, 13. [25] Isa. XXX, 26, 27. [26] Isa. XLV, 11. [27] Isa. L, 10.

quia lex a me egredietur, et judicium meum in lucem gentium. Appropinquat cito justitia mea : et egredietur sicut lux, salutare meum : et in brachio meo gentes sperabunt [37]. » Michæas de novo fœdere, Evangelio, inquam, Christi, ait : « Et erit : In novissimo dierum erit mons domus Domini præparatus in vertice montium, et sublimis super colles : et fluent ad eum populi et properabunt gentes multæ, et dicent : Venite, ascendamus ad montem Domini, et ad domum Dei Jacob [38]. » Ubi « montem Domini » vocat Deiparam : « Domum Dei Jacob » et Davidis dicit Bethleem. Id enim et Lucas evangelista docet in hæc verba : « Ascendit autem et Joseph Galilæa de civitate Nazareth in Judæam civitatem David, quæ vocatur Bethleem : eo quod esset de domo et familia David, ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore [39]. »

Sed vaticina scripta retractemus ; « Ascendamus, inquam, ad domum Dei Jacob, et docebit nos de viis suis, et ibimus in semitis ejus ; » viæ atque semitæ sacrum Evangelium est. « Quia de Sion egredietur lex, et verbum Domini de Jerusalem [40], » Ecce aliam legem non ab Sina, ut Mosaica, sed ab Hierosolyma profectam ; siquidem illa vetus, et Michæa antiquior : hæc recens et Michæa posterior, de qua lege ac legislatore Moses liquido clamat : « Prophetam suscitabit tibi Dominus sicut me ; » alium scilicet legislatorem. « Et quæcunque dixerit, ipsum audietis [41]. » Et Jeremias : « Omnes cognoscent me a minimo eorum usque ad maximum : ideo non docebit ultra vir proximum suum, dicens : Cognosce Dominum [42]. » Cui Isaias probe consonat : « Erunt omnes docibiles Dei [43]. » Et David : « Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra : sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto ; ubi tentaverunt me patres vestri [44]. » Et iterum : « Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo [45]. » Et alio loco : « Eloquia Domini, eloquia casta : argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum [46], » id est, ejusmodi, quæ Mosaicæ legi præcellant, quemadmodum Moses ipsemet ex Dei persona confirmat : « Qui autem verba ejus, quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit ; ego ultor exsistam [47]. » Et per Isaiam Deus : « Vade, ingredere ad eum, qui habitat in tabernaculo, ad Sobnam præpositum templi, et dices ad eum : Quid tibi est hic ? quia excidisti tibi hic sepulcrum, excidisti in excelso memoriale diligenter, in petra tabernaculum tibi? Ecce Dominus Sabaoth ejiciet et conteret virum ; et auferet stolam tuam, et infulam tuam, et coronam tuam gloriosam : et projiciet te in regionem magnam et immensam ; et ibi morieris : et projiciet currum tuum optimum in ignominiam, et domum principis tui in conculcationem : et tolleris de dispensatione tua et de gradu tuo [48]. » Nam Sobnas tantumdem est ac si dicas : « Foras abscede. »

At de novo Christi fœdere scribit porro Isaias : « Et erit in die illa : Vocabo servum meum Eliacim, filium Helciæ, et induam illum tunica tua, et cingulo tuo confortabo eum, et potestatem tuam dabo in manu ejus : et erit quasi pater habitantibus Jerusalem, et domui Juda. Et dabo ei gloriam David, et principabitur, et non erit qui contradicat. Et statuam eum principem in loco fideli : et erit in solium gloriæ domus patris ejus ; et erunt pendentes ab eo in die illa [49]. » Neque aliter de nova Ecclesia idem a Deo denuntiat : « Dilatabo locum tentorii tui, et palos tuos consolidabo, ad dexteram et ad sinistram extendam et semen tuum hæreditabit gentes [50]. »

Et de nova Hierosolyma : « Illuminare, illuminare, Jerusalem ; quia venit lumen tuum, et gloria Domini super te orta est. Quia ecce tenebræ operient terram, et caligo populos : super te autem orietur Dominus, et gloria ejus in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, et reges in splendore ortus tui. Leva in circuitu oculos tuos, et vide congregatos filios tuos ; venerunt omnes filii tui de longe, et filiæ tuæ super humeros portabuntur [51]. » Et David de Christi Ecclesia : « Audi, filia, et vide et inclina aurem tuam : et obliviscere populum tuum, » id est, impios majores tuos, « et domum patris tui, » id est, nidores et altaria obliviscere : nam si hæc feceris, « Concupiscet rex decorem tuum : quoniam ipse est Dominus Deus tuus ; » et adorabis eum. Atque ut explicatius ostenderet loqui se de gentium Ecclesia, addit : « Et filiæ Tyri in muneribus [52] ; » Tyrus quippe gentium sedes est. Idem rursum : « Laudate Dominum, omnes gentes : laudate eum, omnes populi, » id est, simul omnes, Judæi, Græcus, sed omnes omnino gentes : siquidem non jam porro circumcisio aut præputium, non servitus aut libertas est. « Quoniam confirmata est super nos misericordia ejus ; » nam omnia Christi, et in omnibus Christus ; « et veritas Domini manet in æternum [53] : » Dei veritatem Christum appellat, ceu Deum verum e Deo vero, quemadmodum Christus ipse de se confirmat : « Ego sum via, veritas et vita [54], » de eoque rursum ad novam Sion ait Isaias : « Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem probatum, angularem, pretiosum : et qui crediderit in eum non confundetur [55] » in æternum. Idem ad eamdem : « Ecce ego præparo tibi carbunculum lapidem tuum, et fundamenta tua sapphirum : et ponam propugnacula tua jaspin : et portas tuas lapides chrystalli : et ambitum murum tuum lapides electos, et omnes filios

[37] Isa. li, 4. [38] Mich. iv, 1. [39] Luc. ii, 4, 5. [40] Mich. iv, 2. [41] Deut. xviii, 15. [42] Jerem. xxxi, 4. [43] Isa. liv, 13 ; Joan. vi, 45. [44] Psal. xciv, 8, 9. [45] Psal. cxviii, 103. [46] Psal. xi, 7. [47] Deut. xviii, 19. [48] Isa. xxii, 15 16. [49] ibid. 20-24. [50] Isa. liv, 2. [51] Isa. lx, 1, 2. [52] Psal. xliv, 11,13. [53] Psal. cxvi, 1, 2. [54] Joan. xiv, 6. [55] Isa. xxviii, 16 ; I Petr. ii, 6.

tuos discipulos Dei : et in multa pace filii tui, et in justitia ædificaberis, recede ab iniquo [45]. »

Videtis ut gentium Ecclesiam propheta significet? nam cum Hierosolymam monet, abstineat a sceleribus, Judæorum calamitates et internecionem, quæ eos manebat, a sceleribus non abstinentes, innuit : « Et terror non appropinquabit tibi [46], » id est, sceleribus abstinens expers terroris agitabis. « Ecce proselyti accedent ad te per me; » per me, inquit Christus, gentes et diversis linguis loquentes ad te commeabunt. « Et coloni erunt tui, et ad te confugient [47]. » Nam in Dominico supplicio cunctæ gentes Hierosolymam profectæ, ac comprecatæ, hodieque revertuntur. Sed erit hic lapis gentibus ad resurrectionem, Judæis ad ruinam : etenim ex prophetæ mente unus idemque lapis erit offensionis, et petra scandali [48].

Quid igitur dicent ærumnosi, cum illustrem e cœlis adventantem Christum videbunt, audientque in summa majestate affantem illos, qui se volut angustum et angularem lapidem sunt amplexati? « Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum [49]. » Sinistris vero, qui in saxum illud impegerunt et offenderunt, dicentem? « Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus [50]. » Quomodo tum facti pœnitentes præ animi angustia gement, et iterum atque iterum repetent : « Hic est, quem aliquando habuimus in derisum, et in similitudinem improperii. Nos insensati vitam illius æstimabamus insaniam, et finem illius sine honore. Ecce quomodo computatus est inter filios Dei, et inter sanctos sors illius est? Ergo erravimus a via veritatis, et justitiæ lumen non luxit nobis. Lassati sumus in via iniquitatis et perditionis : viam autem Domini ignoravimus [51]. » Sed tum eis inutilis erit fletus. Nam sponso in thalamum ingresso, omnibusque convivis cum eo gaudentibus, thalami fores clausæ erunt porro, ut olim paradisi flammeo ense custoditæ [52]. Ah quoties miseri cum lacrymis inclamabunt : « Domine, Domine, aperi nobis; » siquidem et caro es de carne nostra, et os de ossibus nostris, qui quidem ex majoribus nostris ortus fueras. Sed eos Rex, idemque Deus alloquetur : « Amen dico vobis, nescio vos [53]. » — « Discedite a me qui operamini iniquitatem [54]. » Etenim vos ante testatus sum : « Qui negaverit me coram hominibus, negabo et ego eum coram Patre meo, qui in cœlis est [55]. » Atque hæc quidem sic habent.

Cæterum Regnorum primus ait : « Venit vir Dei ad Heli sacerdotem, et ait ad eum : Hæc dicit Dominus : Numquid non aperte revelatus sum domui patris tui? et elegi eum ex omnibus tribubus Israel mihi in sacerdotem, ut ascenderet ad altare meum, et adoleret mihi incensum, et portaret ephod coram me? Et dedi domui patris tui omnia, quæ sunt ignis filiorum Israel in escam. Et ut quid respexisti in incensum meum, et in sacrificium meum impudenti oculo? Et glorificasti filios tuos super me, benedicere de primordio omnis sacrificii Israel in conspectu meo? Propter hoc hæc dicit Dominus Deus Israel : Dixi, domus tua, et domus Patris tui transibunt coram me usque in sempiternum. Et nunc dicit Dominus : Nequaquam : quoniam tantum glorificantes me glorificabo, et qui spernit me, honore privabitur. Ecce dies veniunt, et exterminabo semen tuum, et semen domus patris tui, et non erit tibi senex in domo mea omnibus diebus. Et viros exterminabo ab altari meo, ut deficiant oculi eorum, et defluat anima eorum. Et omnis qui supererit ex domo tua, cadent in romphæa virorum. Et hoc tibi signum, quod veniet super duos filios tuos, Ophni et Phinees : una die morientur ambo [56]. »

Jud. Non in quemvis Israelitici generis sacerdotem, sed in Heli solum, hoc edictum expetit.

Christ. Minime gentium. Male sacras Litteras intelligitis. Nam si in Heli solum expetebat; dictum oportuit : « Exterminabo semen tuum. » Nunc vero addit : « Et semen domus patris tui : » Levi procul dubio notans patrem domus Heli. Ideo prædixerat vir Dei : « Elegi domum patris tui ex omnibus tribubus Israel mihi in sacerdotem. » Quare pro delectu editum quoque est edictum; siquidem addit : « Exterminabo semen domus patris, et non eris propheta in domo mea omnibus diebus. » Qua sententia omnimodam sacerdotum abrogationem significat; eamque præsentiens et David ait : « In Ecclesiis benedicite Deo Domino [57]. » Nam in Mosaica lege non sacerdos erat extra templum Hierosolymis, non pontifex, non immolatio, non suffitus, non libamentum, quin et Babylone exsulantes, in aliena terra Deo carmina offerre religioni habebant [58]. At nunc ab ortu et occasu, ab aquilone atque mari coacta et constabilita est Ecclesia. Ubique enim templa, patriarchæ, pontifices, sacerdotes ac levitæ frequentes : in omnibus qua vicis, qua urbibus assidue incruentam hostiam immolari cernas, totoque orbe terrarum Dei nomen laudari atque celebrari.

CAPUT LIV.

Prophetiæ de abjecta plebe Judaica, et gentium vocatione.

Quippe ait per Jeremiam Deus : « Dabo vobis pastores juxta cor meum, et pascent vos scientia et doctrina [59]. » Et per Isaiam : « Dabo principes tuos in pace, et episcopos tuos in justitia [60]. » Rursumque de credentibus Judæis : « Vivet in bonis anima vestra, et constituam vobis testamentum æternum, sancta David fidelia [61]. » Idem iterum : « Quærite Dominum, et in inveniendo invocate eum; quia multum dimittet peccata vestra. Neque enim sunt

[45] Isa. LIV, 11-13. [46] ibid. 14. [47] ibid. 15. [48] Isa. VIII, 14; Rom. X, 33. [49] Matth. XXV, 34. [50] ibid. 41. [51] Sap. V, 3-7. [52] Gen. III, 24. [53] Matth. XXV, 11, 12. [54] Matth. VII, 23. [55] Luc. XII, 9. [56] I Reg. II, 27-34. [57] Psal. LXVII, 27. [58] Psal. CXXXVI, 4; CVI, 6. [59] Jerem. III, 15. [60] Isa. LX, 17. [61] Isa. LV, 6.

cogitationes meæ, sicut cogitationes vestræ; neque viæ vestræ, viæ meæ, dicit Dominus. Sed sicut distat cœlum a terra, sic distat via mea a viis vestris, et cogitationes meæ a cordibus vestris [63]. » Et rursum : « Hæc dicit Dominus : Custodite judicium, et facite justitiam, quia juxta est salus mea. Domus mea domus orationis vocabitur cunctis populis [64]. »

De legis vero abrogatione Oseam prophetam monuit Deus, in hanc sententiam : « Vade, sume tibi uxorem fornicationum; et fac tibi filios fornicationum, quia fornicans fornicabitur (Synagoga). Et abiit, et accepit Gomer filiam Debelaim : et concepit, et peperit ei filium : et dixit Dominus ad eum : Voca nomen ejus Jezrahel : quoniam adhuc modicum, et ulciscar sanguinem Jezrael super domum Juda : et erit in die illa, quiescere faciam regnum domus Israel : et conteram arcum Israel in valle Jezrael [65]. » Jezrael autem *ultor* redditur. « Et concepit adhuc, et peperit filiam, et dixit ei : Voca nomen ejus Absque misericordia : quia non addam ultra misereri domui Israel, sed adversans adversabor ei. Et ablactavit eam, quæ erat Absque misericordia; et concepit adhuc et peperit filium. Et dixit Deus : Voca nomen ejus Non populus meus; quia vos non populus meus, et ego non ero vester [66] (Deus). » Idem de Synagoga : « Judicate matrem vestram, judicate : quoniam ipsa non uxor mea, et ego non vir ejus [67]. » Aliaque non pauca sub Dei persona iracunda, propheta denuntiat, quale hoc est : « Vir non eruit eam de manu mea : et cessare faciam omne gaudium ejus, solemnitatem ejus, neomeniam ejus, Sabbatum ejus, et omnia festa tempora ejus : et visitabo super eam dies Baalim [67]. »

Et de incredulis Judæis Christus : « Mittam super eos rete meum : ut volatilia cœli, detraham illos : corripiam eos in auditu tribulationis eorum. Væ eis, quoniam resilierunt a me. Meticulosi sunt, quoniam impie egerunt in me. Ego vero redemi eos : ipsi vero locuti sunt contra me mendacia : et non clamaverunt ad me corda eorum; sed mala contra me cogitaverunt : idcirco tradentur in gentibus [68]. » Amos hæc minatur : « Ecce mandabo ego, et concutiam in omnibus gentibus domum Israel, sicut concutitur triticum in cribro : et non cadet lapillus super terram. In gladio morientur omnes peccatores populi mei [69]. » Davidis quoque hæc sententia est : « Sacerdotes tui induentur justitiam, et sancti tui exsultabunt [70]. » Id quod de gentium Ecclesia dixit, ut futurum. Nam si de Synagoga : « Induti sunt, et exsultant, » dictum oportebat.

Jam vero, ubi nunc Judæorum res divina, ac libatio? Siquidem Deuteronomio, Mosi Deus præcepit : « Non facies altare in omni loco, neque offeretis sacrificia; sed in loco quem elegerit Dominus : eo portabilis primitias et sacrificia vestra [71], » Salomonis templum prorsus innuens. At ubi nunc hodie templum illud? ubi pontifices? sacerdotes ubi? ubi qui sacerdotes ungant et inaugurent? ubi cornu olei? Quæ lex Mosaica profanos permisit in sacerdotes consecrari, illegitime extra templum Hierosolymitanum in communibus ædibus collectos? Habetis ecce projecti sacerdotii argumenta. Quare si sacerdos non est, omnes igitur Judæi adulterantur, atque ex adulterio nascuntur, ergo spurii omnes, at spurius ex lege Mosis ad sacerdotium non asciscitur. Et alioqui sacerdos plane dicitur a sacris faciundis, id est, mactandis. Sin hostia et sacra non sint, nec sacerdos quidem est, nisi qui falso sacerdos dici postulet. Itaque si Oziæ, quamvis regie inuncto, thuribulum tractanti Deus non pepercit [72], tantum quod sacerdotalis non esset, sed et lepram immisit, et prophetias eo superstite continuit; quæ quantaque mala eos non maneant, qui sacrorum exsortes, in sacra invadant, et Pascha atque festa agitare extra Hierosolymitanum templum inceptent, legem custodire (si superis placet) interim se jactantes?

Jud. Ereptum nobis pontificium juxta ac regnum confitemur, jam inde ab eo tempore, quo tantis urgemur malis a Tito Romanorum principe subacti; et omnino fortasse est, ut nos legis custodes decipiant, ne prærogativa honoris deturbentur. Sed oramus, et Christi supplicia nobis edissere, et qui de his, deque ejus resurrectione vaticinentur prophetæ.

CAPUT LV.

Prophetiæ de Christi morte atque resurrectione.

Christ. Sciendum in primis est, quod sæpe jam diximus, naturam divinam oppressum tyrannide a diabolo videre suum figmentum non potuisse, igitur visum est Patri, ut suus sibi Unigenitus animam atque corpus ex semper Virgine Maria susciperet, impermutatus atque inconfusus, citraque peccatum perfectus homo fieret, non amisso quod erat (videlicet immutabilis), sed assumpto quod non erat (utpote humanus), quo per naturam nostram mori posset, et per ineffabilem et incomprehensam divinitatem, omnes vivificaret, atque a diaboli nexibus absolveret. Nam et vivi per ejus ex Virgine ortum, non peccati solum chirographo liberati, sed adoptione etiam sunt affecti, et mortuorum animæ, quæ apud inferos tenebantur, per ejus resurrectionem, e diaboli manibus elapsæ, regnum cœleste obtinuerunt. Ut enim duo sunt ortus, sic duorum salus, vivorum, inquam, ac mortuorum, procurata est. Hæc passionis necessitas fuit; nam nisi passio fuisset, mors secuta non esset, quæ si haud evenisset, humanitas omnis ex diaboli potestate eripi non poterat. Siquidem ut peccatum veteri Adamo juste

[63] Isa. LV, 7, 8. [64] Isa. LVI, 1, 7. [65] Ose. I, 1-5. [66] ibid. 6-9. [67] Osee II, 10. [67] ibid. 11, 13. [68] Osee VII, 12, 14. [69] Amos IX, 9. [70] Psal. CXXXI, 9. [71] Deut. XII, 27. [72] II Paral. XXVI, 16 seqq.

mortem concivit: ita et novo Adamo, insonti ac sine vitio, irrogata mors juste admissi chirographum dissolvit. Itaque benignus ille Deus, de hominum salute semper sollicitus, non æternam modo unigeniti Filii ex utero ante Luciferum generationem, per prophetas prædici ac divulgari indulsit, sed etiam quemadmodum corpore ex semper Virgine Maria assumpto, duas naturas unierit, miracula, ingressum illustrem et adventum Hierosolymam super asinæ pullo, proditionem, supplicium, crucem, sepulturam, resurrectionem, inferorum direptionem, mortis interitum, in cœlos ascensum, denique a dextris consessum; ut in quo hæc omnia perfecta videretis, eum unigenitum esse Dei Filium sciretis, qui et jam venerit, et rursum gloriose rediturus sit, Dei nomine, Patris scilicet, vivis atque mortuis judex, idem Dominus et præpotens, et Rex, et Deus, divinitate atque regno finem nesciente.

Igitur testes eorum, quæ diximus, prophetas in medium conferamus. De immensis Christi miraculis velut in transcursu clamat Isaias : « Tunc aperientur oculi cæcorum, et aures surdorum patebunt : tunc saliet sicut cervus claudus, et aperta erit lingua mutorum[73]. » — « Tum, » ait, quando? Cum, ut Davidis verba ferunt : « Veritas de terra orta fuerit, et justitia de cœlis prospexerit[74]; » scilicet, Deus homo Jesus, ut alio loco idem prædicat : « Orietur in diebus ejus justitia et abundantia pacis[75]. » Ergo, cum ex Davidis sententia, Dei justitia, unigenitus ejus Filius, e cœlis exsistet, tum et Veritas e terra orietur, id est, divinitati unita per eamdem hypostasim caro, ut universa vatum præsagia in lucem proferantur, certo atque explorate completa ac perfecta. Nam ut visibili hoc lucifero exorto, omnia in tenebris occulta detegantur, sic justitiæ Sole cœlitus degresso, cuncta illa vatum involuta dicta fuere illustrata, et tanquam suum statum prædictæ veritatis accepere (44).

Id adeo David in hæc verba : « Etenim Dominus dabit benignitatem. » Porro Domini benignitas omnino unigenitus æterni Patris Filius est : « et terra nostra dabit fructum suum[76]. » Assumptum a Filio ex lutea ac terrestri natura corpus fructum edet, luculenta miracula : « Justitia ante eum ambulabit, » id est, immensa, et opinione major humanitas, « et ponet in via gressus ejus[77]. » Videtis unam in duabus naturis personam? Per « veritatem et justitiam » Propheta naturam humanam simul ac divinam significans, non dixit : « Ponet in via, » scilicet miraculorum, « gressus earum, » sed in una persona « gressus ejus. »

Idem rursum : « Misit Verbum suum, et sanavit eos : et eripuit eos de interitionibus eorum[78]. » Isaias vero clamat : « Spiritus Domini super me, eo quod unxerit Dominus me. Evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captivis remissionem, et cæcis visum[79]. » Idem de apostolis : « In diebus illis, in quibus apprehendent decem homines ex omnibus linguis gentium, et apprehendent fimbriam viri Judæi, dicentes : Ibimus vobiscum; audivimus enim quoniam Deus vobiscum est[80]. » Et quis est autem vir Judæus, nisi Deus homo Jesus? decem vero homines, divini apostoli sunt ac discipuli.

Jud. Et cur autem non dixit : Decem homine ex tribubus Israel? sed : « ex omnibus linguis gentium? » Apostoli enim omnes ex tribubus Judæorum erant.

Christ. Scilicet præscius vates, futurum, ut neglecta Judæorum Synagoga, præcones cunctis gentibus fierent, hoc tantum opus prætulit tribui. Nam quemadmodum qui fratri semen suscitat, prolem haudquaquam suam deputat : neque enim sibi, sed ante se fratri stirpem instaurat, etsi ex eo proles suscepta non sit : ita et in apostolis propheta, illam ab Judæis stirpitus originem pro nihilo ducens, eorum potius erga gentes, ut sic dixerim, paternitatem tanquam illustrem est amplexus. Sane Corinthiis scribens, clamat Paulus : « Nam in Christo Jesu per Evangelium ego vos genui. Roge ergo vos, imitatores mei estote[81]. »

Deinde non ignorabat propheta, fore, ut Paracleti Spiritus sancti adventu et inspiratione omnes omnium gentium linguas atque disciplinam apostoli repente edocti, suis linguis omnes erudirent gentes.

Jud. At cur non duodecim dixit, sed : « decem? » Siquidem Christi apostolos duodecim esse pro numero patriarcharum didicimus.

Christ. Recte, et ut par est, dubitastis. Sed explorate vobis tenendum est : Isaiam (45) ex tribu Benjamin et Dan oriundos apostolos hoc suo vaticinio non prodidisse. Ac tribum quidem Benjamin reticuit, quod meus Salvator in corpore apud se degens, pro se loquens os, magnum illum Paulum non conspexit. Dan vero tribum silentio transiit, ob nasciturum ex ea Judam proditorem, uti meus Deum videns olim divinavit in hanc sententiam : « Fiet Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens ungulas equi; » corporalem, eo typo, necem nobis innuens : « Ut cadat ascensor ejus retro[82], » divinitate affectum corpus in recens Josephi monumentum salutem exspectans Domini; nimirum triduanam resurrectionem.

Quod vero omnes Christo obitas functiones prophetæ nuntiarint, ostendit mei Servatoris Hierosolymam adventus, de quo omnium princeps Israel ait : « Alligans ad vitem asinam suam, et ad helicem pullum asinæ suæ[83]. »

Videtis, ut abrogata lege propagationem gentium propheta significet? Nam cum dicit, « asinam viti »

[73] Isa. XXXV, 5. [74] Psal. LXXXIV, 12. [75] Psal. LXXI, 7. [76] Psal. LXXXIV, 13. [77] ibid. 14. [78] Psal. CVI, 20. [79] Isa. LXI, 1. [80] Zachar. VIII, 23. [81] I Cor. IV, 15, 16. [82] Gen. XLIX, 17. [83] ibid. 11.

(44) Ἀποκατάστασιν ἔλαβον.

(45) Zachariam.

(alligatam) temporariam, ac pene nullam Synagogæ stabilitatem notat; neque enim legis disciplina orbis terrarum administratur, sed Judæa solum, exiguum ejus segmentum. At cum ait : « asinæ pullum ad helicem vitis, » seu ad brachia vitium, æternum, ac sublime, et toto orbe pervagatum præconium designat, siquidem helici seu vitium brachiis similis est illa orbis conversio. Ac de his Servator quoque ad Synagogam respiciens, quam asinæ comparavit, per similitudinem testatur : « Homo plantavit vineam, » et quæ sequuntur [84]

Ad pullum vero loquens, qui est novus populus, ait : « Ego sum vitis, vos palmites : Pater meus agricola est [85]. » Id adeo verum esse, majorum vestrorum responsum demonstrat. Nam a Deo interrogati : « Cum venerit Dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? Aiunt illi : Malos male perdet; et vineam suam locabit aliis agricolis, qui reddent ei fructum temporibus suis [86]. » Sophoniæ quoque hæc sunt verba : « Gaude, filia Sion, prædica, filia Jerusalem, exsulta, et delectare de toto corde tuo, filia Jerusalem. Abstulit Dominus iniquitates tuas, redemit te de manu inimicorum tuorum, regnabit Dominus in medio tui [87]. »

Zacharias addit : « Gaude vehementer, filia Sion, prædica, filia Jerusalem : ecce Rex tuus venit tibi justus, et salvans, ipse mansuetus, et ascendens super subjugalem et pullum novum [88]. » Atque hæc quidem Zacharias ad Jerusalem, ad Filium vero David : « Sedes tua, Deus, in sæculum sæculi : virga directionis, virga regni tui [89]. » Et ad pueros : « Laudate, pueri, Dominum [90]. » At pueri : « Hosanna Filio David : benedictus qui venit in nomine Domini [91]. » Inde ad Dominum iterum Psaltes regius : « Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem tuam [92]. » Dominus ad populum : « Sinite parvulos, et nolite eos prohibere ad me venire [93]. » Siquidem Elisabethæ vocem sunt secuti; nam illa ait : « Benedictus fructus ventris tui [94]. » Illi ex ea nato acclamant : « Benedictus qui venit in nomine Domini. » O parentum ingratitudinem! o filiorum gratitudinem! filii vestes suas substernebant : parentes ejus vestes partiebantur. Illi « Hosanna » canebant; hi « Crucifigatur » clamabant. Sapit infans ætas; et qui stultos esse pueros perhibuerunt, stultescebant. Eratque tum insolens, et a natura abhorrens spectaculum videre, lactentes, matrum ulnis vectos infantes, hinc mamillam tractare, illinc nato e Virgine Deo palmæ ramos protendere; et qui lac maternum traherent, Dominicum præceptum tenello ore effundere; priusquam verba effari possent, Deo verbo explicate acclamantes : « Hosanna in excelsis [95]; » quasi dicerent, Salva nos, qui in altis habitas, et humilia respicis [96].

CAPUT LVI.

Psalmus secundus exponitur.

Sed quoniam super asinæ pullo sedentem, et Dei Filium esse, et Deum verum, et omnis universi regem, vaticinis usi sententiis, ostendimus, age, supplicia quoque Christi contemplemur, et flagitiosa in eum consilia æque e vatum scriptis comprobemus, a Davide exorsi. Igitur futurum tanquam præsens prospiciens, ait Propheta : « Quare fremuerunt gentes; et populi (gentes Romanos vocans, populos, Judæorum tribus) meditati sunt inania? » Omnino sane, inquit, adversum Christum frustra tumultuantur atque cogitant. « Astiterunt reges terræ (Pilatus scilicet atque Herodes), et principes convenerunt in unum; » pontifices ac sacerdotes, pariter, simul, eadem mente et consilio « adversus Dominum et adversus Christum ejus, » ut eum interficiant. « Dirumpamus vincula eorum, et projiciamus a nobis jugum ipsorum [97] : » consentanea Mosaicis dictis David loquitur; nam ut ille de opificio disserens, unam voluntatem SS. Trinitatis significans inquit : « Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram [98]; » ita et hic gentium ac populorum cogitata et tumultus, astantes reges, optimatum pariter conventum, hæc, inquam, omnia docens consentire, ait : « Dirumpamus vincula eorum, et projiciamus a nobis jugum ipsorum. » Quin ut clarius esset, atque apertius quod dicit, addit : « Qui habitat in cœlis, » Pater videlicet, « irridebit eos : et Dominus subsannabit; » scilicet Filius, qui inter eos, ceu damnatus, astitit, minime interim paterno sinu extorris. « Tunc loquetur ad eos in ira sua : et in furore suo conturbabit eos. » Tunc; quando? Cum Judex advenerit, omnibus cœlestibus copiis stipatus, vivis ac mortuis jus dicturus. « Ego autem constitutus sum Rex ab eo [99]; » oratio est digna Deo, et regia, et Christi etiam hominis perenne innuens regnum; dicit enim : « Regnabit Dominus in sæcula, Deus tuus, Sion. Super Sion montem sanctum ejus [1]. » Sanctum montem hic Virginem ac Deiparam intellige. Ut enim Deus in Sina descendens conspectus est a Mose, sic ille incarnatus ex Virgine, conversatus est cum homine; ille inaspectabilis factus fuit aspectabilis : « Prædicans præceptum Domini, » id est, interpres, ut Patris beneficio prophetæ olim prædixerunt : « Dominus dixit ad me; » qui mihi Pater est, secundum divinam naturam, idemque Deus secundum carnem assumptam : « Filius meus es tu, » charissimus ante sæcula citra fluxum mihi es Filius.

« Ego hodie genui te. » Quem ex utero ante Luciferum genui, hodierno die corporatum ex Virgine prodire volui; neque enim alius fuerat ille atque alius tu, sed idem, unus ex duabus naturis :

[84] Luc. xx, 9; Matth. xxi, 33. [85] Joan. xv, 1. [86] Matth. xxi, 40, 41. [87] Sophon. iii, 14, 15. [88] Zachar. ix, 9. [89] Psal. xliv, 7. [90] Psal. cxii, 1. [91] Matth. xxi, 9. [92] Psal. viii, 3. [93] Matth. xix, 14. [94] Luc. i, 42. [95] Marc. xi, 9, 10. [96] Psal. cxii, 5, 6. [97] Psal. ii, 1-3. [98] Gen. i, 26. [99] Psal. ii, 4-6. [1] Psal. cxlv, 10.

« Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam. » Solet David quæ sunt Unigeniti, ad Dei ac Patris voluntatem atque potestatem revocare, ne ab imperitis Deo contrarius crederetur : « Et possessionem tuam terminos terræ; » qui sacrum nomen ferentes tuum, per te jurent. « Reges eos in virga ferrea [5]; » sceptrum seu virga ferrea divinitatis potentiam significat. Nam paternum hoc per Davidem dictum confirmans meus Servator ait : « Ego sum pastor bonus, et ego agnosco oves meas, et cognoscunt me meæ. Sicut novit me Pater, et ego agnosco Patrem : et animam meam pono pro ovibus meis [6]. » — « Tanquam vas figuli confringes eos. » His verbis tum hominum declarat opificium, quod magnus ille figulus Deus effinxit ac molitus est; tum vero Judæorum internecionem et interitum. Tam facile, inquit, collides, qui te ut opificem ac Deum non venerantur, sed merum hominem ducunt, salutari morte te multantes, quam figulus fabricatum a se ac conformatum fictile. Ut enim pecudes, quæ pastoris vocem atque sibilum sequuntur, et viridibus pascuntur herbis, et liquidissimos potant latices; quæ vero a pastore resiliunt, feris prædæ sunt; ita tractus omnes cunctis terrarum finibus quicunque mei Filii vocem audient, in cœlestibus æternisque sedibus degent ac pascent, et ad securas amnes nutrientur. At qui ejus vocem negligent, attriti ac deleti, infami lupo, diabolo, relinquentur.

« Et nunc, reges, intelligite [4]. » Christi potestatem, resurrectionem, atque regnum ante accurate exsecutus Propheta, intelligere ea quoque terrarum reges jubet ac hortatur. « Erudimini qui judicatis terram : » quandoquidem judicum Judicem, deorum Deum, vestrum ac totius mundi Regem Dominumque exspectatis, discite omnes, qui de terrenis, et terrena judicatis, judicare, ac jus et æquum facere : « in quo enim judicaveritis, judicabimini : et in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis [8]. » — « Servite Domino in timore, et exsultate ei cum tremore; » quod si timide ac trepide Deum coletis, postmodum cum eo æternum exsultabitis; nunc lacrymosi serentes : at tum lauti vestrorum fructuum millenarias aristas messuri, comportandas in horrea cœlestia. « Apprehendite disciplinam [6], » id est, ad frugem suscipite divinam doctrinam; ait enim : « Et disciplina tua correxit me in finem : et disciplina tua me docebit [7]. » Et rursum LXX : « Disciplina Domini aperit aures meas [8]; » atque iterum : « Castigans castigavit me Dominus, et morti non tradidit me [9]. » — « Ne quando irascatur Dominus, et pereatis de via justa [10]. » Iram appellat remunerationis diem; perire de via justa, excidere est ac frustrari dextra judicis assistentia, qua sancti omnes ac justi fruentur. « Cum exarserit in brevi ira ejus [11]. » Repentinam vindictam ac furorem vocat horrendam illam sententiam : « Discedite a me, maledicti, in ignem æternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus [12]; » quam et ante judicium unusquisque recogitans, ac sua ipsius conscientia victus, horret : « Beati omnes qui confidunt in eo [13]. » Propheta humanam naturam in duas partitus vias, damnat pervicaces; at pios morigeroseque pietati, incorrupta ac perenni beatitudine afficit.

Consentanea Patri et Salomon Judæorum scelera publicans, ait : « Dixerunt cogitantes apud se non recte : Opprimamus justum, quoniam inutilis est nobis, et contrarius est operibus nostris, et improperat nobis peccata legis, et diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ. Promittit se scientiam Dei habere, et Filium Dei se nominat. Factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum. Gravis est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est aliis vita illius, et immutatæ sunt viæ ejus. Tanquam nugaces æstimati sumus ab illo, et abstinet se a viis nostris, tanquam ab immunditiis, et præfert novissima justorum, et gloriatur Patrem se habere Deum. Videamus ergo si sermones illius veri sint, et tentemus quæ ventura sunt illi. Contumelia et tormento interrogemus eum, ut sciamus reverentiam ejus, et probemus patientiam illius. Morte turpissima condemnemus eum : erit enim respectus ex sermonibus illius. Hæc cogitaverunt, et erraverunt : excæcavit enim illos malitia eorum. Et nescierunt sacramenta Dei, neque judicaverunt, quia tu es Deus solus, qui vitæ et mortis habes potestatem : et salvas in tempore tribulationis, et liberas ab omni malo : quoniam pius et misericors, et das gratiam sanctis tuis, et in brachio tuo resistis superbis [14]. »

Et per Jeremiam Christus prædicit : « Ego autem sicut agnus innocens, ductus ad immolandum, non cognoscebam : quia cogitaverunt super me cogitationem malam, dicentes : Venite, et mittamus lignum in panem ejus, et eradamus eum de terra viventium, et nomen ejus non memoretur amplius [15]. » — « Lignum » Propheta appellat vitalem crucem; « panem, » Christum, uti de se Christus confirmat : « Ego sum panis vivus, qui de cœlo descendi [16]. »

David quoque de insanis, et pessimo consilio instructis ait : « Fructum eorum de terra perdes, et semen eorum a filiis hominum : quoniam declinaverunt in te mala, cogitaverunt consilia, quæ non potuerunt stabilire : quoniam pones eos dorsum; in reliquiis tuis præparabis vultum eorum [17], » id est, in perennes atque interminos cruciatus abeuntium. Job etiam : « Deus impios non salvat, » LXX : « eo quod noluerunt scire Dominum [18]. » Isaias : « Vanum est consilium patrum vestrorum [19]. » Idem rursum : « Væ filii desertores, dicit Dominus

[5] Psal. II, 7, 8. [6] Joan. X, 14, 15. [7] Psal. II, 10. [8] Matth. VII, 1. [9] Psal. II, 12. [10] Psal. XVII, 36. [11] Isa. L, 5. [12] Psal. CXVII 8. [13] Psal. II, 12. [14] ibid. 13. [15] Matth. XXV, 42. [16] Psal. II, 12. [17] Sap. II, 12-22; Eccli. II, 13, 14. [18] Jerem. XI, 19, 20. [19] Joan. VI, 41. [20] Psal. XX, 11, 12. [21] Job XXXVI, 6. [22] Isa. XLVII, 13.

ut faceretis consilium, et non ex me : et ordiremini A telam, et non per Spiritum meum[10]. » Zacharias : « Hæc dicit Dominus : Ego non parcam ultra super habitantes terram : ecce ego tradam homines, unumquemque in manu proximi sui, et in manu regis sui : et concident eos, et non eruam de manu eorum : et pascam oves occisionis in Chanaanitide. Et assumam mihi duas virgas : unam vocavi Decorem : et alteram vocavi Funiculum. Et pascam oves. Et auferam tres pastores in mense uno; et ingravescet anima mea super eos : siquidem et animæ eorum rugiebant super me[11]. »

CAPUT LVII.

Psalmus XXI *de Christi persona eleganter explicatur.*

David : « Circumdederunt me vituli multi, tauri B pingues obsederunt me[12]. » Et rursum : « Dixit insipiens in corde suo, Non est Deus : corrupti sunt et abominabiles facti sunt in studiis suis : omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt; non est qui faciat bonum, non est usque ad unum[13]. » Et iterum : « Inimici mei animam meam circumdederunt : adipem suum concluserunt, os eorum locutum est superbiam. Projicientes me nunc circumdederunt me; oculos suos statuerunt declinare in terram. Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam, et sicut catulus leonis habitans in abditis[14]. » Et paulo post : « Saturati sunt filiis, et dimiserunt reliquias suas parvulis suis[15]. » Atque alibi : « Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens et rugiens[16]. » Idem ex Pilati persona : « Odivi C Ecclesiam malignantium, et cum impiis non sedebo. Lavabo inter nocentes manus meas[17]. » Et de pontificibus : « In quorum manibus iniquitates sunt, dextra eorum repleta est muneribus[18]. » Iterum tanquam voce carnis : « Ne tradideris me in animas tribulantium me, quoniam insurrexerunt in me testes iniqui[19]. » Et de Pharisæis Christum capere conantibus : « Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. Da illis, Domine, secundum opera eorum; et secundum nequitiam adinventionum ipsorum : secundum opera manuum eorum tribue illis, redde retributionem eorum ipsis : quoniam non intellexerunt opera Domini, et in operibus manuum ejus[20]. » Dei facta et opera manuum, vocat ineffabilem ad nos descen- D sum, et orbis terrarum salutem ex immensa bonitate collatam. Idem rursum : « Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium, et vicinis meis valde, et timor notis meis[21]. » Quid ita, o Propheta? « Quoniam audivi vituperationem multorum commorantium in circuitu : in eo dum convenirent simul, accipere animam meam consiliati sunt[22]. »

Jam injustam Christi necem, et ei frustra comparatam fraudem prospiciens, scribit in hæc verba : « Muta fiant labia dolosa, quæ loquuntur adversus justum iniquitatem[23]. » Rursum velut a corpore ad divinitatem : « Exsultatio mea, erue me a circumdantibus me[24]. » Et invectus in Synagogam Christi nece infamem : « Confundantur et revertantur simul qui quærunt animam meam : convertantur retrorsum et revereantur qui volunt mihi mala[25]. » In falsos quoque testes hæc pronuntiat : « Surgentes testes iniqui, quæ ignorabam interrogabant me; retribuebant mihi mala pro bonis, sterilitatem animæ meæ[26]. » Et iterum : « Non supergaudeant mihi, qui adversantur mihi inique, qui oderunt me gratis, et annuunt oculis : quoniam mihi quidem pacifice loquebantur, et in iracundia dolos cogitabant[27]. »

Jam illud quo referes? « Considerat peccator justum, et quærit mortificare eum : Dominus autem non derelinquet eum in manibus ejus : nec damnabit eum, cum judicabitur illi[28]. » Cæterum hæc de Christo : « Benedicentes ei hæreditabunt terram : maledicentes autem ei disperibunt[29]. » Dictis Isaac consentanea locutus est David. Ille enim prospiciens, quod ex stirpe Jacob exspectatio gentium Christus oriturus esset, sic præscius aiebat : « Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus : et qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur[30]. » At David noster : « Benedicentes ei hæreditabunt terram, maledicentes autem ei disperibunt[31]. » Quorum verborum hæc sententia est : Quemadmodum tum soli ex Jacob nati, non vero etiam ex Esau, promissam terram occupabant : ita nunc quoque soli, qui Christo bene volunt, absque iis qui male volunt, cœlestem ac perennem Hierosolymam possidebunt.

Rursum David : « Multiplicati sunt qui oderunt me inique, qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi, quoniam sequebar bonitatem[32]; » quæ ex Unigeniti Dei Filii persona dicit. Ibidem : « Vim faciebant, qui quærebant animam meam; et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates, et dolos tota die meditabantur. Ego autem tanquam surdus non audiebam, et sicut mutus non aperiens os suum : et factus sum sicut homo non audiens, et non habens in ore suo redargutiones[33]. » Ac talia quidem de silentio Christi patientis David prodidit. Nunc evangelistam videamus : « Et Jesus cum accusaretur a principibus sacerdotum et senioribus, nihil respondit; ut miraretur præses vehementer. Tunc dicit illi Pilatus : Mihi non loqueris? Jesus autem tacebat[34]. » Consonat Davidi et Isaias in hanc sententiam : « Ipse propter afflictionem non aperit os suum. Sicut ovis ad victimam ductus est, et sicut agnus coram tondente mutus, sic non aperit os[35]. » Idem rursum ex persona Patris de

[10] Isa. XXX, 1. [11] Zachar. XI, 6-8. [12] Psal. XIII, 1. [13] ibid. II, 13. [14] Psal. XVI, 9-12. [15] ibid. 14. [16] Psal. XXI, 14. [17] Psal. XXV, 5, 6. [18] ibid. 10. [19] Psal. II, 6, 11. [20] Psal. XXVII, 2, 4. [21] Psal. XXX, 12. [22] ibid. 14. [23] Psal. XXX, 19. [24] Psal. XXXI, 1. [25] Psal. XXXIV, 5. [26] ibid. 11. [27] ibid. 19, 20. [28] Psal. XXXVI, 32, 33. [29] ibid. 22. [30] Gen. XXVII, 29. [31] Psal. XXXVI, 22. [32] Psal. XXXVII, 21, 22. [33] ibid. 13, 14. [34] Matth. XXVII, 12, 14; Marc. XV, 1. [35] Isa. LIII. 7.

immaculata passione ejus : « Ecce intelliget puer meus, et exaltabitur, et glorificabitur valde. Sicut stupebunt super te multi; sic ingloria erit ab hominibus species tua, et gloria tua a filiis hominum. Sic mirabuntur gentes multæ super eo, et continebunt reges os suum : quia quibus non est annuntiatum de eo, videbunt; et qui non audierunt, intelligent[45]. » Et alio loco : « Dominus dat mihi linguam disciplinæ, ut sciam quando oporteat loqui verbum : addidit mihi aurem ad audiendum, et disciplina Domini aperit aures meas : ego autem non renuo, neque contradico. Dorsum meum dedi ad flagella, et genas meas ad alapas : et faciem meam non averti a confusione sputorum[47]. » David vero : « Aruit tanquam testa virtus mea, et lingua mea adhæsit faucibus meis; et in pulverem mortis deduxisti me[48]. » Idem velut a corpore ad divinitatem copulatam : « Erue a framea, Deus, animam meam, et de manu canis unicam meam[49]. » Et Isaias : « Homo in plaga positus, et sciens infirmitatem : quia aversa est facies ejus, despecta, et non reputata. Iste peccata nostra portat, et pro nobis dolet : et nos reputavimus eum esse in labore, et in plaga a Deo, et in afflictione. Ipse autem vulneratus est propter peccata nostra, et infirmatus est propter iniquitates nostras. Livore ejus nos sanati sumus[50]. » Amos propheta dicit : « Pro argento vendiderunt justum[51]. » Zacharias ex persona Christi : « Appenderunt mercedem meam triginta argenteos[52]. » Et Jeremias (referente sancto Matthæo) : « Acceperunt triginta argenteos, pretium appretiati, quem appretiaverunt a filiis Israel : et dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus[53]. » David de proditore : « Qui edebat panes, magnificavit super me supplantationem[54]. » Et Isaias : « Væ iniquo : mala secundum opera manuum ejus accident ei[55]. » Et David iterum : « Dixit injustus ut delinquat in semetipso : non est timor Dei ante oculos ejus[56]. » Quamobrem Vates : « Quoniam dolose egit in conspectu ejus, ut inveniatur iniquitas ejus ad odium[57]. » Sane dolos versavit, contra tam sanctam institutionem et doctrinam, et odium exercuit in virtutes et miracula. Invenit iniquitatem; scilicet ingenium avarum et sanguinarium. Quare merito imprecatur ei Propheta : « Constitue super eum peccatorem, et diabolus stet a dextris ejus : » quandoquidem astare Servatori ad dextram odit. « Cum judicatur, exeat condemnatus, » quandoquidem in ferendo judicio consessum exosus est, eam ob rem judicatus abeat damnatus. « Et oratio ejus fiat in peccatum[58], » preces appellat intempestivam proditoris pœnitudinem, ut est apud evangelistam Matthæum : « Tunc videns Judas, qui eum tradidit, quod damnatus esset; pœnitentia ductus retulit triginta argenteos principibus sacerdotum et senioribus, dicens : Peccavi, tradens sanguinem justum : et abiens laqueo se suspendit[59]. » Quæ omnia Propheta longe ante præsagiens addit : « Fiant dies ejus pauci, et episcopatum ejus accipiat alter[60]. » Cur? « Quia persecutus est hominem inopem, et mendicum, et compunctum corde mortificare[61]. » Vere enim inops est Dominus noster Jesus Christus : nam nisi temperiem nostram (seu corpus nostrum) mendicasset, nunquam nos ejus divinitate ditati essemus. Quare cum proditor divinitate augeri contempserit, jure in eum infert Propheta : « Et dilexit maledictionem, et veniet ei : et noluit benedictionem, et elongabitur ab eo[62]. » Ita suo munere abdicatus est, eoque abdicato, suffectus Matthias, apostolorum cœtum explevit[63]. Salomonis quoque hæc de eo est sententia : « Vir insipiens (46) et iniquus ambulat vias non bonas : innuit oculis, significat autem pede, docet nutibus digitorum. Perversum cor fabricatur mala. Per vitiosas vias, proditoris notat ingenium; per oculorum nutum, ad pontifices defectionem et conspirationem; per pedem, proditoris celeritatem; per digiti micationem, occultam ejus vafritiem. Neque vero his contentus veterator, etiam fraudulento osculo herum prodidit, testatus Judæis, cui suavium daret, eum esse, prehenderent hominem[64]. » His vero Sapiens hæc subjicit : « In omni tempore, qui talis est, turbationes affert civitati. » Vere enim insignem tumultum ac perniciem Hierosolymis Judæ proditio dedit. « Propter hoc extemplo venit perditio ipsius, intercisio, et contritio insanabilis[65]. »

Quin et Isaias ait : « Ego suscitabo eum cum justitia regem : et omnes viæ illius rectæ. Ipse ædificabit civitatem meam, et captivitatem populi mei convertet, non cum pretio, neque cum muneribus. » Et iterum : « Dixit Dominus Sabaoth : Laboravit Ægyptus, et negotiatio Æthiopum, et Sabbæi viri excelsi ad te transibunt, et tui erunt servi, et post te sequentur vincti manicis, et transibunt ad te, et adorabunt te; quoniam in te Deus est, et non est Deus absque te[66]. » Quæ commemorat vates, ut verum Deum esse Christum credatis.

CAPUT LVIII.

De Sabbato Judæorum, et Dominica Christianorum.

Jud. Quamobrem vos honorem et gratiam Dominicæ tribuistis, quam apud nos Sabbatum habuit?

Christ. Certe multo æquius esse sanctam hanc Dominicam præ vestro Sabbato honorari, abunde est unde statuamus, non ex nostris solum sacris voluminibus, sed ex ipso adeo divino opificio. Nam si requietem colimus, quanto magis operum exor-

[45] Isa. LII, 13-15. [47] Isa. L, 4-6. [48] Psal. XXI, 16. [49] ibid. 21. [50] Isa. LIII, 3-5. [51] Amos II, 6. [52] Zachar. XI, 12. [53] Matth. XXVII, 9. [54] Psal. XL, 10. [55] Isa. III, 11. [56] Psal. XXXV, 1. [57] ibid. 2. [58] Psal. CVIII, 6, 7. [59] Matth. XXVII, 3-5. [60] Psal. CVIII, 8. [61] ibid. 17. [62] ibid. 16. [63] Act. I, 25. [64] Prov. VI, 12, 13. [65] Ibid. 14, 15. [66] Isa. XLV, 13, 14.

(46) Nazianz. imitatur *in magnum Basilium* 12, 36, et alibi.

dium! Neque enim propterea honorandus est Adamus, quod violando præcepto mortem incurrit (nam id quidem est extremum), sed quod primum Dei manibus factus est, atque formatus. Nam ecce hæc quidem est conformatio divina; altera vero transgressio humana.

Jam quanto hominibus sine comparatione præstant divina, quantoque est principium fine honoratius (siquidem illud molitionis causa est, hic rerum molitarum dissolutio), tanto est quoque Sabbato illustrior et augustior Dominica. Præterea constituto principio cogit necessitas finem consequi : at finem esse principio non exstante, insolens est et inauditum. Præstat igitur Sabbato Dominica, idque ex iis quæ dicimus erit apertius.

Vicesima quinta mensis Nisan (ut vos Hebræi vocatis, nobis vero Martius est), Deus opificium cœpit; tricesima universum hoc omne perfecit, tricesima prima, quæ a cœpto opificio numeratur septima, requievit. Ac videte sane exitum veritatis. In hac Israelitarum ex Ægypto fuga, et in Chananæam transitus contigit; in hac promissæ terræ sortitio et ingressus fuit. In hac Gabriel archangelus Virgini ac Deiparæ læti nuntii verba attulit, quæ extemplo et Christi pro nobis sine semine conceptus et arcana incarnatio est secuta; in hac ejus ex mortuis resurrectio; ac verisimile est, in hac et communem omnium nostrum resurrectionem futuram, cum in vitam restitutis Christum iterum se tremendum præbebit, et incorruptum judicium exercebit, simulque grandis arcani inspectores ac præcones, divini apostoli, in duodecim sedibus judicandis duodecim Israeliticis tribubus sedebunt. Cæterum desiturum quandoque Sabbatum, Deus Abrahamo vestro parenti aperuit in hæc verba : « Tu ergo custodies pactum meum, et semen tuum, in generationes suas [67] ; » et iterum : « Circumcidetur ex vobis omne masculinum in generationibus vestris [68] ; » ibidem : « Infans octo dierum circumcidetur : eritque pactum meum inter me et inter vos, in generationibus vestris [69]. » Videtis cum ortu fœderis etiam interitum? Non enim dixit : Hoc erit signum inter me et inter vos in pactum sempiternum (47). Neque id semel dixit, sed ter quaterque. Unde constat judicium hoc neque in alteram ætatem, neque ad extrema usque statuendum; sed, Quandiu animo meo collubebit, posteritatem vestram rectores atque reges habere. Ob id præsagit Israel : « Non deficiet dux ex Juda, et princeps de femore ejus, donec veniant, quæ reposita sunt; et ipse erit exspectatio gentium [70]. » At ubi venit Christus, non jam amplius huic generationi circumcisionis statutum fœdus durat, non vaticinium, non regnum, non pontificium, non Sabbatum, non jejunium, non libamentum, non Pascha, non festum. Merito igitur octavo die instituta circumcisio est, ceu sancto atque mundo; nam in Levitico octavus, sanctus atque mundus vocatur, alteram novi fœderis a Christo patrandi legem designans : « Septem dies tibi et bos, et jumentum, et mancipium servient, octavo libera erunt [70*]. » En octavum diem libertatis, quæ sanctam Dominicam prænotat, qua Deus noster Christus orbem terrarum a diaboli fraudibus liberavit.

Jam vero universum hoc septem ævis durare jussum est, auctore Salomone : « Da partem septem, nec non et octo [71]. » Id quod et magnus ille apostolus Paulus, Christi os, qui in tertium usque cœlum conscendit, testatur in hæc verba : « Cum tradiderit regnum Deo et Patri Filius [72], tum et ipsa creatura liberabitur a servitute [73]. » Igitur nondum cognito die octavo, jure septimus colebatur, ut feriatus; nam et instante illa, at nondum præsente ætate octava, septem duntaxat hominibus ætates putantur.

Quemadmodum autem ævo illo octavo (quod futurum est, et nunquam finietur) non jam porro septem præcedentium memoria ulla agetur; sic Dominica, qui octavus libertatis dies est, præsente, Sabbati actione opus est nulla. Siquidem cum servituti subjaceret genus humanum, necessario et Sabbato opus erat, fessis exiguam requietem ferente. At ubi jam dies octavus libertate omnia donavit, ecquis deinceps usus sit septimi? Ac si libet, considerate diligenter quemadmodum cum parentes vestri manna in deserto vescebantur, ut ait David : « Panem angelorum manducavit homo [74] ; » cæteris diebus frugi et utilis erat mannæ collectio, non in crastinum pro Judaica ingluvie manens, sed quæ satis esset diurno alimento : quod si Sabbato quis collegerat, inutilem prorsus sentiebat operam. Cæterum ex quo cœlestis ille panis, quem ut carbonem Isaias perspexit, et a cherubino (47*), qui forcipe eum ex ara sumpserat, contactus, ab Domino Deo exercituum audivit : « Ecce tetigi hoc labia tua, et auferetur iniquitas tua, et peccatum tuum mundabitur [75] ; » ex quo, inquam, cœlestis ille panis benignitate æterni Patris, et sancti Spiritus ope in terram descendit, uti de se ipse clamat : « Ego sum panis, qui de cœlo descendi [76] ; » ex eo nec Sabbatum fit, nec quies, nec tenuis et exigua vita, nec moderata partitio, sed omni hora Christus æternam ac perennem vitam suis famulis largitur.

CAPUT LIX.

Panis propositionis, typus corporis Christi.

Quin et panis et vinum, quæ proferebat Melchisedech [77], et panis propositionis, quos soli sacerdotes edebant [78], corporis ac sanguinis Christi

[67] Gen. xvii, 9. [68] ibid. 10. [69] ibid. 12. [70] Gen. xlix, 10. [70*] Levit. xxiii, 36. [71] Eccle. xi, 2. [72] I Cor. xv, 24. [73] Rom. viii, 21. [74] Psal. lxxvii, 25. [75] Isa. vi, 7. [76] Joan. vi, 41, 51. [77] Gen. xiv, 18. [78] Exod. xxv, 30.

(47) Et tamen ibid. dicitur bis : v. 7 et 13. (47*) Seraphim.

sacrificium præsignabant. Nam etsi majores vestri panem illum, qui umbra quædam et exemplar esset comederunt, at nihilominus eorum membra acciderunt, in solitudine [70]; qui vero hoc pane vescitur, quid a se accepturus sit, ipsemet Servator docet in hanc sententiam : « Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, habet vitam æternam [80]. » Quamobrem clamat Isaias : « Et erit in die illa, radix Jesse, et qui consurgit, ut princeps sit gentium ; in ipso gentes sperabunt : et erit requies ejus honor [81]. » Et quæ alia autem ei requies erit, atque honor, quam ad arcana illa divina et munda cum timore et horrore accessus, et perceptio (eorum)? Idem alibi : « Perlit princeps, qui conculcabat terram[82], » scilicet qui nos supplantat malignus, de quo et meus Dominus ait : « Venit princeps mundi hujus, et in me non habet quidquam [83]. » — « Dirigetur cum misericordia thronus ejus[84], » honor videlicet lapsi Adami. Est enim thronus honoris signum. At quo pacto dirigetur? « Per viscera misericordiæ Dei nostri [85]. » Et sedebit super illum cum veritate in tabernaculo David, id est, consors tribus ac gloriæ peremnis sedebit ; « judicans et exquirens judicium, et faciens misericordiam [86]. » Zacharias : « Venient populi multi, et gentes plurimæ, ut quærant faciem Domini [87]. » — « In die illa, dicit Dominus, disperdam nomina idolorum de terra, et non erit ultra eorum memoria [88]. » Et Isaias : « Die illa fidens erit homo in eo qui fecit eum : oculi autem ejus in sanctum Israel intuebuntur [89]. »

Atque hæc sancta œconomiæ Christi arcana notabant, quibus percipiendis ipsum Servatoris Christi sacrum corpus pretiosumque sanguinem percipimus, ut ab eo edocti sumus : « Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in illo [90]. » Rursum ad discipulos : « Accipite et comedite : hoc est corpus meum. Hoc facite in meam commemorationem [91]. » Similiter et de calice dicit : « Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus novi testamenti, qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum [92]. » Sed hæc satis sunt de principe ac regina dierum ; nunc orationis axem ad resurrectionis disputationem convertamus, ac rursum præ cæteris omnibus Davidem contemplemur.

CAPUT LX.

De Christi a mortuis resurrectione.

« Tu exsurgens misereberis Sion, quia tempus miserendi ejus, quia venit tempus. » Et ibidem : « Ædificabit Dominus Sion, et videbitur in gloria sua : respexit in orationem humilium. » Quorum? Qui ob flagitia mancipati, divina misericordia opus habent. « Et non sprevit precem eorum [93]. » Neque enim ullum scelus est Dei benignitatem superans. Et post pauca : « Et populus qui creabitur, » scilicet per evangelicam doctrinam, « laudabit Dominum [94]. » Idem rursum : « Verumtamen Deus redimet animam meam de manu inferi, cum acceperit me [95], » id est, cum assumpto meo temperamento, et in corpore mortem sustinens, meam quoque animam ab inferis, ut cæterorum, vindicabit, pro quo et Isaias facit : « Resurgent mortui, et expergiscentur, qui in monumentis, et lætabuntur qui sunt in terra [96]. » Prænuntians publicam resurrectionem princeps Christus Dominus, ex mortuis factus est primogenitus.

« Lætabuntur, inquam, qui sunt in terra : » res enim, qui a te, sanatio est. Et quis alius autem ros medicina est nobis, quam sacri baptismi aqua, unde expiamur, et illustramur? « Terra autem impiorum cadet. » Impiorum terra, rebus terrenis delenita vis et natura est, quæ spretis divinis jussis a Deo separata, cum inferorum principe habitare est damnata : quæ et Deum hominem coram præsentem neque agnovit, neque adoravit. Nam Christus in terris, et apud nos homines agens, non omnes omnino servavit, sed eos qui se Deum agnoscerent ac profiterentur. Ita et apud inferos, se agnoscentes, atque ut Deum veneratos, sospitavit, in vitamque restituit : qui id minime fecissent, eos cum Orcinis spiritibus reliquit. Itaque et David sic effatur : « Convertantur peccatores in infernum, omnes gentes, quæ obliviscuntur Deum [97]. » Et per Ezechielem mortuis ait Deus : « Ecce ego aperio memorias vestras : et reducam vos de sepulcris vestris, populo mi, et introducam vos in terram Israel ; et cognoscetis quoniam ego sum Dominus vester, cum aperuero sepulcra vestra, ut educam de sepulcris populum meum ; et dabo spiritum meum in vobis et vivetis [98]. » Quin et Orci direptionem, et vastitatem prævidens clamat David : « Dominus conteret dentes eorum in ore ipsorum : molas leonum confringet Dominus [99]. » Et Job : « Tibi, Domine, aperiuntur metu portæ mortis, et fauces inferni videntes te timuerunt [1]. » Isaias : « Domine Deus, glorificabo te, laudabo nomen tuum, quoniam fecisti admirabilia, consilium antiquum verum : quia posuisti civitates in tumultum, civitatis munitas, ut caderent fundamenta earum, civitates impiorum in æternum vastabuntur : propterea benedicet tibi populus pauper, et civitates hominum injuriam sustinentium, te timentium. Fuisti enim omni civitati humili auxiliator [2]. » Impios, opinor, dæmones vocat, oppida munita, Orci regiam et mortis domicilia ; a quibus inopes, et non plenissimi moribus cum virtute conjunctis detinebantur ac possidebantur. Inopes enim sunt omnes qui virtutis

[70] Hebr. III, 17. [80] Joan. VI, 56. [81] Isa. XI, 17. [82] Isa. XVI, 4. [83] Joan. XIV, 30. [84] Isa. XVI, 5. [85] Luc. I, 78. [86] Isa. XVI, 6. [87] Zachar. VIII, 22. [88] ibid. XIII, 2. [89] Isa. XVII, 7. [90] Joan. VI, 56. [91] Matth. XXVI, 26. [92] ibid. XXVII, 28. [93] Psal. CI, 14-18. [94] ibid. 19. [95] Psal. LXXXIV, 16. [96] Isa. XXVI, 19. [97] Psal. IX, 18. [98] Ezech. XXXVII, 12, 13. [99] Psal. LVIII, 7. [1] Job XXXVII, 7. [2] Isa. XIV, 4. seqq.

opes non obtinent. Itaque vates gratulabundus, non Orco solum a Christo direpto, sed etiam munimentis ejus funditus eversis, ait : « Fuisti auxiliator omni civitati humili, » id est, animæ contritæ, quod et David profitetur : « Cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies [a]. » Nam Christo ad inferos descendente, non sanctorum animæ tantum liberatæ sunt inde, sed omnes adeo prius in diaboli errore, et simulacrorum cultu servitutem servientes, aucti agnitione Dei, salutem sunt consecuti : quare et gratias agebant, Deum laudantes. Jam et Dei Patris per Isaiam, hæc sunt ad Filium verba : « Tempore accepto exaudivi te, et in die salutis auxiliatus sum tui ; et dedi te in testamentum gentium, ut constitueres terram, et possideres hæreditates desertas [b], » per desertas hæreditates inferos significans, quos omnino desertos atque vastos habuit Christus. Quin ut orationem exploratam redderet, subjungit : « Dicens his qui in vinculis sunt, Exite ; et his qui in tenebris, ut revelentur [c]. » Oseas addit, tanquam se hortarentur et impellerent invicem dicentes : « Eamus et revertamur ad Dominum Deum nostrum, quia ipse fecit nos et sanctificabit nos post dies duos [d]. » Sentitis prophetam ? Primum divinam naturam innuens ait : « Ipse fecit nos : » tum autem corporalem Christi mortem præsagiens : « Post duos dies, inquit, sanctificabit nos, » illud omnino ut præteritum, hoc ut futurum ; denique ut utrumque ostenderet, audacter addit : « In die tertio resurgemus et vivemus cum eo. » Ezechiel etiam declarans Dei magnitudinem, ac quemadmodum sua sibi paranda resurrectione polleat, non de Christo modo, sed de omnibus quoque cum eo simul redivivis est vaticinatus. Cæterum qui multos suscitare potest, quanto magis seipsum poterit ? Igitur diserte clamat : « Facta est super me manus Domini : et eduxit me in spiritu Domini et posuit me in medio campi : et hic erat plenus ossium hominum : et circumduxit me super ea per gyrum in circuitu : et ecce multa nimis super faciem campi, arida vehementer. Et dixit ad me : Fili hominis, si vivent ossa hæc ? Et dixi : Domine, Domine, tu nosti hæc. Et dixit ad me : Fili hominis, propheta super ossa ista ; et dices eis : Ossa arida, audite verbum Domini. Hæc dicit Dominus ossibus istis : Ecce ego affero super vos spiritum vitæ, et dabo super vos nervos, et inducam super vos carnem, et extendam super vos pellem, et dabo spiritum meum in vobis : et vivetis : et cognoscetis quoniam ego sum Dominus. Et prophetavi, sicut præcepit mihi. Et facta est vox, cum ego prophetarem ; et ecce commotio : et accedebant ossa invicem ad juncturam suam. Et vidi : et ecce super ea nervi et carnes oriebantur ; et ascendebant super ea pelles desuper : et spiritus non erat in eis. Et dixit ad me : Propheta super spiritum, propheta, fili hominis, et dic spiritui : Hæc dicit Dominus : A quatuor spiritibus (48) veni, et insuffla in mortuos istos, et vivant. Et prophetavi, sicut præceperat mihi. Et ingressus in eos est spiritus ; et vixerunt, et steterunt in pedibus suis, congregatio multa nimis. Et locutus est Dominus ad me, dicens : Fili hominis, ossa hæc omnis domus Israel est : et ipsi dicunt : Arida facta sunt ossa nostra, periit spes nostra, dissonuimus. Propterea vaticinare, et dic : Hæc dicit Dominus : Ecce ego aperio memorias vestras : et reducam vos de sepulcris vestris, populo mi, et introducam vos in terram Israel [e]. » Hoc Ezechielis vaticinium complevisse meum Jesum, docet evangelista in hæc verba : « Et ecce terra mota est, et petræ scissæ sunt, et monumenta aperta sunt, et multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem ejus, venerunt in sanctam civitatem, et apparuerunt multis [f]. » Isaias quoque ostendens Hierosolymam post excidium rursum illustrem futuram, sacram, auctam thesauro, Dei hominis Jesu sepulcro, clamat : « Aperientur portæ tuæ semper : die ac nocte non claudentur, ut introducant ad te fortitudinem gentium, et reges earum, qui adducendi sunt. Gentes enim et reges, qui non servient tibi, peribunt, et gentes solitudine desolabuntur [g]. » Videtis ut de Christo vaticinium sit ? Quæ enim gens, aut qui rex Hierosolymæ servivit, aut supplex accidit ? Addit : « Et gloria Libani ad te veniet in cyparisso, et pino, et cedro simul, ut glorificetur locus sanctus meus : et locum pedum meorum glorificabo [h]. » Explicato, quod Hierosolyma maneret, beneficio, aperit et auctorem ; quasi diceret : Cum in pino et cedro, ac cupresso, ex quibus fabricata erat crux, Deum hominem Jesum videritis, tum ab eo hæc omnia fient. Ac videte superiorum ex iis quæ sequuntur, sententiam : « Et ibunt ad te timentes filii eorum, qui te humiliaverunt [i]. » Intelligitis accuratam prophetæ diligentiam ? Nam quod dicit, hujusmodi est : Romanorum, qui te pridem afflixerunt, posteri, formidolosi ac trementes modo ad te confluent. « Et adorabunt vestigia pedum tuorum, qui detrahebant (49) tibi (et irritabant te [k]). » Nam tum quidem ob Christi necandi scelus incolæ tui imploratum Romanorum prætorem ad insaniam magis instigarunt ; at nunc posteaquam vitæ fontem in pectore scaturientem tenes : « Adorabunt vestigia pedum tuorum qui irritabant te. Et vocaberis civitas Domini, Sion sancti Israel : pro eo, quod fuisti derelicta et odio habita [l]. » Observate propheticam mentem. Cum ob interfectum Christum captiva ac deserta fueris,

[a] Psal. L, 19. [b] Isa. XLIX, 8. [c] ibid. 9. [d] Ose. VI, 1-3. [e] Ezech. XXXVII, 1-12. [f] Matth. XXVII, 51, 52. [g] Isa. LX, 11, 12. [h] ibid. 13. [i] ibid. 14. [k] ibid. [l] ibid.

(48) Mss. περάτων.

(49) παροξύναντες.

tum merito magis Dei urbs vocabere, quod vitalem mortem in te Deus homo Jesus dormierit : « Et non erat qui auxiliaretur tibi [14], » præter me scilicet, qui in te sum exanimatus. « Et ponam te exsultationem æternam, gaudium generationum generationibus [15]. » Idem et Deiparens David ostendens, ait : « Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit eam [16]. » — « Et auges lac gentium ; » collaudationen ac fidem gentilium vates innuit, « et divitias regum comedes. » Opus regum, aut ab aliis allata munera, aut confractionem et simulacrorum ejectionem propheta significat : « Et scies, quia ego Dominus, qui salvo te, et qui eruo te Deus Israel [17]. » — « Quandoquidem me, inquit per Jeremiam, beneficiis affecti non cognoverunt, captivi et servitute multati cognoscent [18]. » Jacob vero ita loquitur : « Recumbens dormisti, ut leo, et quasi catulus leonis : quis suscitabit eum [19] ? » Et de confectis mœrore animis scribit David : « Clamaverunt ad Dominum cum tribularentur, et de necessitatibus eorum eripuit eos, sedentes in tenebris et umbra mortis, vinctos in mendicitate et ferro [20], » inopia Dei notitiæ, ferro simulacrorum, cultus duritie. Et ibidem : « Portas æreas contrivit, et vectes ferreos confregit [21]. » Et Isaias velut a Divinitate ad copulatum cum ea corpus : « Sic dicit Dominus Deus Christo meo : Apprehendam dexteram ejus, et exaudiam eum : ante faciem ejus gentes et fortitudinem regum disrumpam : aperiam ante eum januas, et civitates non claudentur. Ego ante te ibo, et montes complanabo, portas æreas conteram, et vectes ferreos confringam [22]. » Et de animarum ex inferis liberatione ita Nahum : « Portæ civitatum apertæ sunt : et regalia conciderunt, et substantia revelata est (scilicet Dei hominis Christi) et ancillæ ejus ducebantur [23], » sicut columbæ (animæ sanctorum Dei hominis Jesu divinitate affectæ); quibus addit Isaias : « Qui habitatis in regione et umbra mortis, lumen lucebit super vos [24], » lucem appellans Filium, ut ex evangelista didicimus, ex persona Christi dicente : « Ego sum lux mundi : qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ [25]. » Quin Christus ipse per Davidem velut a corpore ad Deum et Patrem clamat : « Quoniam non derelinques animam meam in inferno : nec dabis sanctum tuum videre corruptionem [26]. » Agite vero, quid de hoc sancto censetis ? ecquid enim sanctus omnis corruptelam non sensit ? Apage sis. Unus duntaxat vere sanctus et a Deo electus, et qui corruptionem non viderit, Christus est.

CAP. LXI-LXII.

Christus mortuus corruptionem effugit.

Jud. Nos quidem neminem hominem mortalem, corruptionem aut interitionem (49*) effugisse remur ; sin vos tenetis, doceri petimus.

Christ. In hæc tria humanam naturam partita est Dei providentia : in semen, augmentationem seu nutritionem, et in statum consistentiæ. Quam ob causam tria quoque ex nata consequuntur contraria : mors, corruptio, interitio. Quæ res evidens est ex funeralibus, quas obimus, feriis. Nam in morte sepulturam, in corruptela tertias quas vocamus ferias, in tertia quadragenarias obimus. Novendiales enim animarum instaurationi excogitatæ sunt. Igitur quidam ante legem, et in lege, et post legem, ob præstantem in Deum amorem supra naturam luctati, corruptionem non senserunt, mortem passi.

Cæterum meus Salvator atque Deus mortem passus est propter corpus, quod ex puro virginali sanguine, testandæ omnino humanæ suæ naturæ, contraxit. Nam si ob peccatum in orbem terrarum mors invasit, expers autem peccati Christus est, non habuisset in eo locum mors, nisi jussa paruisset ; corruptionem vero aut perniciem nequaquam sensit Dominicum corpus, cum nec satus quidem et corporea voluptas præcesserit ; neque in vitiis conceptus, neque in peccatis enixus, ut ait David ; siquidem ubi hæc sunt, necessario et corruptio et pernicies consequuntur. Servator autem mundi volens benigne humanum genus servare, ultro sublit interitum, id quod de se ipse testatur : « Potestatem habeo ponendi animam, et potestatem habeo iterum sumendi eam [27], » atque id factum est post, ut omnibus omnino Adami posteris, quantum in se esset, libertatem quæreret soluta corporis dissolutione, in ipso corpore exstincta morte.

CAPUT LXIII.

Christum post resurrectionem edisse, et in cœlo ascendisse.

Jud. Quamobrem vero, quove pacto Christus redivivum, et incorruptum, neque jam cibis egentem cibis, rursum comedisse, ac in cœlo assumptum dicitis ? Itane homines quoque post (50) resurrectionem publicam epulati in cœlos denique conscendent ?

Christ. De his sane meus Servator certam sententiam dixit. Nam majoribus vestris quærentibus eum de quibusdam septem fratribus, qui omnes unam uxorem duxerant, ut fratri semen excitaretur secundum legem, cujus ex septem esset, in resurrectione ? « Erratis, inquit, nescientes Scripturas, neque virtutem Dei : in resurrectione neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut angeli Dei in cœlo [28]. » Cæterum quod dubii scire quæritis, quo pacto post resurrectionem comederit, facile atque

[14] Isa. LX, 15. [15] ibid. [16] Psal. CXXVI, 1. [17] Isa. LX, 16. [18] Jerem. XXXI, 34. [19] Gen. XLIX, 9. [20] Psal. CVI, 10, 13. [21] Psal. CVI, 16. [22] Isa. XLV, 1-3. [23] Nahum II, 6. 7. [24] Isa. IX, 2. [25] Joan. VIII, 12. [26] Psal. XV, 10. [27] Joan. X, 18. [28] Matth. XXII, 29.

(49*) Διαφθοὰν καταφθοράν.

(50) Nazianz. in Epiphan. 235, 52.

explorate ex iis quæ tenetis, et questionem expediam, et scrupulum dissolvam. Nimirum ut epulata est sancta Trinitas, invitata ab Abrahamo patriarcha, ut ejus facultates absumpsit ignis, cum quidem solidas hostias dissecuit medias, et in frusta redegit; aves non dissecuit, sed cœlitus ignis delapsus consumpsit [39]; quemadmodum et Eliæ memoria cum incendiarias victimas, et ligna, et aquam in scrobe et humum lambit ignis [40]. Jam vero ut in cœlos ascenderit, et immortali Patri dexter sedeat, rursumque in carne judicandis vivis ac mortuis venturus sit, prophetæ hic quoque, non ego, vobis prodent veritatem. Igitur Isaias Christi, cum corpore ascensum videns, et rei magnitudinem stupens ac demirans, clamat : « Quis est iste, qui venit de Edom, rubor vestium de Bosor ? sic formosus in stola [41] ? » Intelligitis vatem? Cum in Christi humanitatem intueretur, ruborem vestium ejus, et de Bosor, dixit, quod erat carnis. At ubi in divinam naturam perspicaces mentis oculos rejecit, ait : « Sic formosus in stola ? » Tum autem ut apertiorem orationem redderet, velut a Deo homine, addit : « Ego qui loquor justitiam, et judicium salutaris. » Justitiam (loquor) ut qui ad hominum salutem homo factus sim, qui a simulacris absistentes, et iis præstitam religionem atque honorem ad verum Deum transtulerunt. Judicium salutaris, ut qui Deus existens, omnibus venturus judex, sim unumquemque pro suis factis remuneratus. Cui sententiæ consonant illa Davidis : « Speciosus forma præ filiis hominum [42-46]. » Et iterum : « Deus judex, justus, fortis, et patiens [47]. » Sed Isaias volens insuper apertissime ostendere, nequaquam alium esse, qui de cœlo descendens, passus et sepultus inferos spoliasset, et alium qui e terra in cœlos veheretur, interrogationem facit ad Servatorem : « Quare rubra sunt vestimenta tua, et indumenta tua sicut de calcato torculari, pleni percalcatæ ? Quare ergo est rubrum indumentum tuum, et vestimenta tua sicut calcantium in torculari [48] ? » Atque ille quidem rogat in hunc modum, imitatusque Christum Dominum, qui sibi ipsi et sacrificus, et sacrificium fuit, rogans respondet, orationem fingens, quasi ille responderet. Ergo ait: « Torcular calcavi solus, et de gentibus non est vir mecum [49]. » Nam ut ei tempore passionis non opus erat duodecim legionibus angelorum (poterat enim vel solus se propugnare, et mortem effugere, si voluisset, quantumvis humanum quiddam loqueretur: « Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste : verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu [50] »: ita hic quoque torcular calcavit solus, nullius e gentibus opus habens. At in ascensu, quod idem Isaias rursum testatur, « Decies centena millia, et millies centena millia serviliter ei ministrabant [51]. »

A Deinde Christi præpotentiam; rerumque gestarum magnitudinem miratus infert : « Non legatus, non angelus, sed ipse Dominus salvavit eos [52]. » Zacharias : « Hæc dicit Dominus : Ecce dies venit : et stabunt pedes ejus in die illa super montem Olivarum [53]. » Pedes vero Dei nominans, non actuosam, quæ a pedibus manat, Dei facultatem intelligit, quemadmodum David eam quæ a manibus proficiscitur, manus appellavit his verbis : « Manus tuæ fecerunt me, et plasmaverunt me [54], » sed corporeos pedes significavit; nam eam ob rem, et diem et Oliveti montem commemoravit, ut humanam, et velut circumscriptam Christi naturam indicaret. David quoque Christi a mortuis resurrectionem, ac post eam in cœlos ascensum, et ejus quasi restitu-
B tionem in integrum volens quam liquidissime ostendere, inter se dubitantes copias cœlestes inducit; carmenque per interrogationem simul ac responsionem detexens sic effatur : « Attollite portas principes vestras, et elevamini portæ æternales, et introibit rex gloriæ [55]. » Igitur hi ascendentem cum corpore gloriosum Deum conspicati, et insolenti spectaculo perculsi, rogare : « Quis est iste rex gloriæ ? » Illi contra respondere : « Dominus fortis et potens, Dominus potens in prælio [56], » contra mortem, inferos, et diabolum; calcata enim morte, direptis inferis, fracto diabolo, ut Deus fortis nunc ascendit; ergo « attollite portas principes vestras, » Angelicarum potestatum Domino, gloriosoque rege intraturo, id est, cum corpore Deo et Patri a dex-
C tris assessuro. Idem rursum de eodem ascendente : « Exaltare super cœlos, Deus, et in omnem terram gloria tua [57], quoniam magnificata est usque ad cœlos misericordia tua ; et usque ad nubes veritas tua [58], » quasi diceret : Nunc jam omnes vatum præsagitiones sunt completæ. Ante enim tuus in terram adventus, e virginali sanguine corporis assumptio, miracula, Judæorum ludibria, crux, supplicium, mors, sepultura, Orci direptio, mortis internecio, post triduum ex mortuis resurrectio, nunc te gloriose redivivo, misericordia tua usque ad cœlos magnificata est, et usque ad nubes veritas tua. Unde et lætus gratum carmen Domino Propheta decantans ab humana natura (erat enim illa misere
D paradiso exturbata, nunc egregia Christi benignitate revocanda, et ad majestatis dextram æterni Patris collocanda) : « Quis loquetur, inquit, potentias Domini, et auditas faciet omnes laudes ejus [59] ? » Et iterum : « Ascendit Deus in jubilo, et Dominus in voce tubæ [60]. » Alibi : « In sole posuit tabernaculum suum, » cum corpore assumptionem significans; et paulo post : « A summo cœlo egressio ejus, et occursus ejus usque ad summum ejus [61]. » Quibus verbis duplicem descensum e cœlis in terram, et sub terram, rursumque ex iis in cœlos ascen-

[39] Gen. XVIII, 3. 4. [40] III Reg. XVIII, 38. [41] Isa. LXIII, 1. [42-46] Psal. XLIV, 3. [47] Psal. VII, 12. [48] Isa. LXIII, 2. [49] ibid. 3. [50] Matth. XXVI, 39. [51] Dan. VII, 11. [52] Isa. LXIII, 9. [53] Zachar. XIV, 4. [54] Psal. CXVIII, 73. [55] Psal. XXIII, 7. 9. [56] ibid. 8, 10. [57] Psal. LVI, 12. [58] Psal. CVII, 6. [59] Psal. CV, 2. [60] Psal XLV, 6 [61] Psal. XVIII, 7, 7.

sum, et gloriæ potestatisque traditionem notat : ita enim et dilectus ille evangelista ait : « Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, Filius hominis, qui est in cœlo [58]. Et de sanctarum animarum ex inferis liberatione, atque Unigeniti ascensu, et sessione ad dexteram Patris vaticinans, et ob curam honoremque humano generi præstitum ab Opifice et totius universi procuratore vehementer exsultans ac gavisus, inquit : « Dominus regnavit, decorem indutus est [59], » excellentiam corporis ex interitu et post interitum ejus immortalitatem ita vocans.

Atque id ita esse ex sequentibus verbis planiorem habebitis dictorum sensum, ait enim : « Induit Dominus fortitudinem, et præcinxit se virtute [60]. » Ac videte, ut hæc de inseparabili assumpto dicat, neque nunc aut pridem viribus induta est Divinitas neque in posterum induetur ; sed ante sæcula, et nunc, et cunctis insuper futuris sæculis induta est. Neque ipsa solum per se valida est, sed omnibus aliis quoque eadem ut valeant, largitur. Qua de re Danielis sententia hæc est : « Et ecce quasi visio filii hominis : et erexit me super genua mea, et super vestigia pedum meorum ; et dixit ad me : Viriliter age, et confortare : et dum loqueretur mecum, confortatus sum [61]. » Hæc ille. Nos psalmorum carmina repetamus. « Parata est sedes tua ex tunc [62], » quando? ex quo moliendæ atque fabricandæ omnis creaturæ Patri consors factus es. Siquidem œconomiæ tuæ arcana, ab omni æternitate præstituta, extremis temporibus sunt perfecta. Addit, ut orationem illustret : « A sæculo tu es [63]. » Et paulo post : « Testimonia tua credibilia facta sunt nimis [64], » id est, fixa et irrevocabilia tua præcepta, quale est, quod Deuteronomio Mosi ait Deus : « Descende et contestare populum [65], » ut accurate observent mysteriorum seu præceptorum rationem : « Domum tuam decet sanctitudo in longitudinem dierum [66]. » Domum Dei intellige divinitate affectum Christum assumptum : sanctitudo et longitudo dierum, est perennis æternaque duarum naturarum unio, quæ discidium sit passura. Idem rursum : « Annuntiaverunt cœli justitiam ejus, et viderunt omnes populi gloriam ejus [67]. » Et adorantibus Filium angelis, ait : « Adorate eum, omnes angeli ejus [68]. » At Filio, qui adoretur : « Sedes tua, Deus, in sæculum sæculi, virga directionis, virga regni tui. Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem : propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ consortibus tuis [69], » et tu, qui nunc carne vestitus ad cœlum regrederis, « Initio tu, Domine, terram fundasti, et opera manuum tuarum sunt cœli : ipsi peribunt tu autem permanes, et omnes sicut vestimentum veterascent, et sicut operatorium mutabis eos, et mutabuntur : tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient [70]. »

Prophetæ Amos hæc sunt verba : « Qui ædificat in cœlo ascensionem suam, et securitatem suam super terram fundat : qui vocat aquam maris et effundit eam super faciem terræ, Dominus omnipotens nomen ei [71]. » Est autem quod dicit ejusmodi : Deus ille omnipotens, universitatis architectus, qui reductas totius terræ aquas in conceptacula quædam coegit, degentibus in terra (51), ipse in carne degens, securitatem suam, quæ vera est religio, molitus fuit ; solium vero suum in cœlo fixit, notans assumptionem (qua assumptus in cœlum sedet ad Dei Patris dextram).

CAPUT LXIV.

De Christi secundo adventu.

Consentanea sunt illa : « Et ascendit super Cherubim, et volavit super pennas ventorum [72]. » Atque alibi : « Exaltare, Domine, in virtute tua, cantabimus et psallemus virtutes tuas [73]. » Porro autem de secundo Christi adventu per Michæam Filio ait Deus : « Surge et tritura : quia cornua tua ponam ferrea, et ungulas tuas ponam æreas : et comminues populos multos [74] ; » et iterum : « Surge judicare apud montes : et audiant colles vocem tuam. Audite, montes, judicium Domini, et valles, et fundamenta terræ ; quia judicium Domino adversus populum suum ; et cum Israel judicabitur [75]. » Per Isaiam vero Deus sic : « Justitia mea non elongabitur : et salutem, quæ a me est, tardare non faciam [76]. » Sophonias : « Timete a facie Domini Dei, quia prope est dies Domini [77]. » Zacharias : « Hæc dicit Dominus omnipotens : Ecce Vir, Oriens nomen ejus ; et ab inferioribus ipse orietur, et sedebit super throno suo [78]. » Isaias rursus iterum : « Indutus est justitiam quasi lorica, et posuit galeam in capite : et circumdatus est vestimento vindictæ, et pallio zeli, quasi retributurus retributionem opprobrium adversariis suis, et vindictam hostibus suis : insulis vicem reddet. Et timebunt qui ab Occidente nomen Domini, et qui ab ortu solis nomen ejus inclytum. Veniet enim quasi fluvius violentus ira ejus : veniet cum furore. Et veniet ex Sion qui liberat, et avertet impietates a Jacob, dixit Dominus omnipotens [79]. » Et David : « Exsurge, Domine, in ira tua, et exaltare in finibus inimicorum tuorum : et exsurge, Domine Deus meus, in præcepto quod mandasti, et synagoga populorum circumdabit te : et propter hanc in altum regredere : Dominus judicat populos [80]. » Vide ut apta et composita sit sententia. Explicata primum

[58] Joan. III, 13. [59] Psal. XCII, 1. [60] ibid. [61] Dan. X, 16, 18, 19. [62] Psal. XCII, 2. [63] ibid. [64] ibid. 5. [65] Exod. XIX, 21. [66] Psal. XCII. 5. [67] Psal. XCVI, 6. [68] ibid. 8. [69] Psal. XLIV, 7, 8. [70] Psal. CI, 26. [71] Amos IX, 6. [72] Psal. XVII, 11. [73] Psal. XX, 14. [74] Matth. IV, 13. [75] Mich. VI, 1. [76] Isa. XLVI, 13. [77] Soph. I, 7. [78] Zach. VI, 12. [79] Isa. LIX, 17, 18, seqq. [80] Psal. VII, 7-9.

(51) *Imperfectus* et obscurus sensus.

his verbis ex inferis resurrectione : « Exsurge, Domine in ira tua, » id est furore gloriæ tuæ ad Judæ internecionem : subjungit : « Exaltare in finibus inimicorum tuorum; » in cœlo una cum angelis super nubes conscendens : « Et exsurge, Domine Deus meus, in præcepto quod mandasti, » quando? cum in terra corporatus visus es, et inter homines versatus. Gemina sunt autem et illa evangelistæ verba : « Tunc sedebit Filius hominis super sedem majestatis suæ : et congregabuntur ante eum omnes gentes, et separabit eos ab invicem, sicut pastor segregat oves ab hœdis [75], » quod idem est cum illo prophetico : « Et synagoga populorum circumdabit te. » Cæterum ut æternum ac perenne tempus significet, addit: « Et propter hanc (causam, ob verum nempe judicium) in altum regredere, » ostendens alium justum judicem esse nullum, nisi te solum, qui prius ad hominum salutem, post ad judicium e cœlo descendisti, rursumque in cœlos ascendisti. Ideoque charus ille discipulus tonat : « Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, Filius hominis, qui est in cœlo [76]. » Jeremiæ quoque hæc sunt verba : « In tempore illo vocabunt Jerusalem solium Domini : et congregabuntur omnes gentes ad eam [77]. » Quin et Salomon ait : « Repelle iram a corde tuo, et aufer malitiam a carne tua : usquequo non obtenebrescet sol, et luna et stellæ non dabunt lumen suum [78]. » Iis verbis secundum Christi adventum innuens, cum universum hoc omne mutabitur, et quasi refingetur. Et David : « Quoniam ecce reges terræ congregati sunt, convenerunt in unum : ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos : ibi dolores, ut parturientis [79]. » Et Michæas : « Ecce dies Domini venit ardens ut clibanus : et comburet : erunt omnes impii et peccatores, sicut stipula; et succendet eos dies veniens : et non relinquetur ex eis ramus, neque radix [80]. Aggæus : « Adhuc semel ego commovebo omnes gentes [81]. » Isaias : « Induam cœlum tenebris, et quasi cilicium ponam operimentum ejus [82]. » David : « Deus deorum Dominus locutus est, et vocavit terram a solis ortu usque ad occasum : ex Sion species decoris ejus : Deus manifeste veniet [83]. » Non, ut ante, mansuetus, quasi mitis agnus, quasi gutta leniter in vellus defluens, quasi ovis ad cædem pertracta, et quasi agnus innocens ducendus ad victimam; sed gloriose veniet, id est, regie, atque ut Deum decet, augustis stipatus angelis, cunctisque copiis cœlestibus comitatus, ab omni æternitate, in omnemque æternitatem, et insuper regnans. Igitur « veniet Deus noster, et non silebit : ignis in conspectu ejus exardescet, et in circuitu ejus tempestas valida. Advocabit cœlum desursum, et terram discernere populum suum. Congregate illi sanctos ejus, qui ordinant testamentum ejus super sacrificia [84]. » Et alibi : » Semel locutus est Deus; duo hæc audivi; » quænam illa? in terra Deus, in cœlis homo. Addit orationem confirmans : « Quia potestas Dei est : et tua, Domine, misericordia : quia tu reddes unicuique juxta opera sua [85]. » Eumque secutus Paulus vociferatur : « In eo enim, in quo passus est ipse, potens est et eis, qui tentantur, auxiliari [86]. » Et per Sophoniam Deus Pater confirmat : « Et tribulabo homines et ambulabunt ut cæci, quia Domino peccarunt [87]. » Videtis? non dixit : Quia mihi peccarunt, sed, « Domino; » charissimo enim Filio pœnas irrogarunt, secundum assumptum. Ideo « effundam sanguinem eorum sicut pulverem, et carnes eorum sicut stercora boum : et argentum eorum, et aurum eorum ventilabo tanquam pulverem; et non poterit eruere eos in die iræ Domini : quoniam in igne zeli ejus consumetur omnis terra [88]. »

Observate sane, non ait : In die iræ meæ, sed : « In igne zeli ejus, » Unigenito judicii potestatem tribuens. Itaque et meus Servator ait : « Neque Pater judicat quemquam, sed omne judicium dedit Filio [89]. » Et de Filio David : « Ignis ante ipsum præcedet, et inflammabit in circuitu inimicos ejus [90]. » En ut Deus iterum veniet corporatus; nam quas alias inimicitias Christo potuerunt homines objicere, secundum divinam ejus et immortalem naturam, nisi humana supplicia, quæ a Judæis sustinuit? Quapropter væ illius inimicis ea die. Idem rursum : « Annuntiabunt cœli justitiam ejus : quoniam Deus judex est [91]. » Ezechiel vero sic habet : « Consurgant, ascendant omnes gentes in vallem Josaphat; quia ibi sedebo, ut judicem omnes gentes in circuitu. Emittite falces, quoniam maturavit messis; introite, calcate, quia plenum est torcular; redundant torcularia, quia repleta sunt mala eorum. Sonitus exauditi sunt in valle justitiæ : sol et luna obtenebrabuntur, et stellæ occidere facient splendorem suum : Dominus autem de Sion clamabit, et de Jerusalem dabit vocem suam : et movebitur cœlum et terra. Dominus autem parcet populo suo [92]. » Et Moses : « Judicabit Dominus populum suum : et in servis suis consolabitur [93]. » *Servos* appellans *sanctos*, qui et meditantur justitias ejus, et faciunt mandata ejus. *Populum* vocat impios et nocentes peccatores : unde hos judicabit, in illis consolabitur [94]. Isaias hæc ita prosequitur : « Ecce Dominus sicut ignis veniet, et sicut procella currus ejus, reddere in furore ultionem suam, et increpationem suam in flamma ignis; in igne enim Domini judicabitur omnis terra [95]. » David : « Læ-

[75] Matth. xxv, 31. [76] Joan. iii, 13. [77] Jerem. iii, 17. [78] Eccl. xi, 10; xii, 2. [79] Psal. xlvii, 5, 6. [80] Malach. v, 1. [81] Agg. ii. 23. [82] Isa. l, 3. [83] Psal. xlix, 1. [84] ibid. 3, 4. [85] Psal. lxi, 12, 13. [86] Hebr. 2, 18. [87] Soph. i, 17. [88] ibid. 18, 19. [89] Joan. v, 22. [90] Psal. lxix, 3. [91] Psal. xlix, 6. [92] Imo Joel iii, 12-16. [93] Deut. xxxii, 36. [94] II Mach. viii, 6; Psal. cxxxiv, 14. [95] Isa. lxvi, 15.

tentur cœli, et exsultet terra : commoveatur mare et plenitudo ejus : gaudebunt campi, et omnia quæ in eis sunt. Tunc exsultabunt omnia ligna silvarum a facie Domini, quia venit : quoniam venit judicare terram. Judicabit orbem terræ in æquitate, et populos in veritate sua [96]. » Itane, vates? cum mortales omnes horrere atque ad Dei aspectum tremere alii prophetæ prædicant, tu cœlum, terram, saltus, atque colles gaudere ac ovare canis? Sane, inquit : Nam veniens Deus iis qui se ut Deum agnoverint, et præcepta servaverint, immortalitatem, perennem vitam, atque regnum largietur; dicet enim : « Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi [97]. » Quod si omnes campi, cunctæque arbores silvestres gaudebunt et ovabunt, at in priore adventu, tunc enim gaudium, et ovationem omnia nacta sunt : cæterum in secundo justi duntaxat iis potientur. Siquidem exsecrabiles, atque in exteriorem ignem abeuntes, ingentem, intolerabilem, acerrimam ustulationem sentient. Quare cum dicit, « Quia venit, » priorem adventum significat; cum repetit, « Quoniam venit judicare terram, » alterum repræsentat, quo non libertas atque salus, sed damnatio ac supplicium agetur. Nam Creator et Dominus cum inclinans cœlos descendit, ac benignitatem suam probavit; tum de humanitate, tum de judicio testatus est : de illa cum ait : « Qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet : et omnis qui vivit et credit in me, non morietur in æternum [98]. » Tandem alibi declarat benignitatem : « Non veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam [99]. » De judicio agens ita loquitur : « Si non venissem, et locutus fuissem eis, peccatum non haberent : nunc autem excusationem non habent de peccato suo [1]; » et rursum : « Qui me negaverit coram hominibus, negabo et ego eum coram Patre meo, qui in cœlis est [2]. » Atque id verum esse ostendit Vates : « Confundantur omnes qui adorant sculptilia, et qui gloriantur in simulacris suis [3]. » Idemque de perdite scleratis : « Imple facies eorum ignominia, et quærent nomen tuum, Domine. Erubescant et conturbentur in sæculum sæculi : et confundantur et pereant [4]. »

Docent autem pœnarum finem fore, et piaculari igne peccata consumptum iri existimant, ac sic denique ad perennem vitam atque voluptatem transire exspectant, interpretatione illius Pauli sententiæ : « Quia in igne revelabitur; et uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit : si cujus opus arserit, detrimentum patietur : ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem [5]. » Sed (52) enim neutiquam suppliciorum finem hæc astruunt, sed contra potius eorum augmentum; (et id quidem semper fore, et peccatorem in æternum) comburendum servatum (53) iri [6]. » Et id quidem integrum mansurum, et peccatorem in æternum comburendum reservatum iri. Licet ipsi illud quod non consumat (54), et semper in flamma retineat, argumentum salutis et remissionis arbitrentur. Si vero dictis sancti Pauli sic adversantur, et, ut non oportebat, contradicant, tamen a sancto Davide redarguuntur. Sic enim ipse docuit aperte, confusionem, et conturbationem, et in infernum conversionem sempiternam fore, mendax est illorum exspectatio alicujus vel levissimæ cessationis. Et alio psalmo quidem dicit : « Quoniam probasti nos, Deus : igne nos examinasti sicut examinatur argentum : induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro; imposuisti homines super capita nostra. Transivimus per ignem et aquam, et induxisti nos in refrigerium [7]. » Sed hic tantum. Non enim nisi solam præsentis vitæ inæqualitatem, et humanarum rerum conversionem, ac vicissitudinem iis verbis declaravit. Hic eorum pernicies exploratius demonstrans, subdit : « Et cognoscant quia nomen tibi Dominus : tu solus Altissimus in omni terra [8]. » Tu solus supremus es, qui solus e supremis descendisti, solusque citra peccatum homo factus, ab omni æternitate Dominus et totius universi rex atque Deus es. Consonat Davidi de æterno supplicio et Isaias : « Veniet omnis caro, ut adoret in conspectu meo in Jerusalem, dicit Dominus. Et egredientur, et videbunt cadavera hominum, qui prævaricati sunt in me. Vermis enim eorum non morietur, et ignis eorum non exstinguetur : et erunt in visionem omni carni [9]. » Daniel quoque in eumdem modum de æternitate suppliciorum : « Multi de his qui dormiunt in terræ pulvere, evigilabunt : alii in vitam æternam, et alii in opprobrium et confusionem æternam. Et intelligentes fulgebunt quasi splendor firmamenti : et de justis plurimi, quasi stellæ in sæcula, et ultra [10]. » Quod si hæc vaticinia dicta insane ardebunt evertere, Domini certe exploratis verbis continebuntur, negantis majorem esse hero servum, aut præstare discipulum magistro. Ille enim proprie et vere magister est, qui Dei et Patris voluntatem, cui est potestate, et honore, atque natura par, non tantum auditu edoctus discipulis prodidit. Quæ est autem liquida Servatoris sententia? « Et ibunt hi in supplicium æternum (de somnibus loquens) : justi autem in vitam æternam [11]. » Et Michæas : « Ecce venit, dicit Dominus omnipotens : et quis sustinebit diem adventus ejus, aut quis ferre poterit ut aspiciat eum? quia ipse ingreditur, quasi ignis conflatoris, et quasi herba lavantium. Sedebit conflans, et

[96] Psal. xcv, 11, 12. [97] Matth. xxv, 34. [98] Joan. ii, 25, 26. [99] Matth. ix, 13. [1] Joan. xv, 22. [2] Matth. x, 33. [3] Psal. xcvi, 7. [4] Psal. lxxxii, 17. [5] 1 Cor. iii, 13, 14. [6] ibid. 15. [7] Psal. lxv, 11, 12. [8] Psal. lxxxii, 19. [9] Isa. lxvi, 23. [10] Dan. xii, 2, 3. [11] Matth. xxv, 46.

(52) Interpres omisit 12 lineas.
(53) Τὸ σῶον.
(54) Vel forte consumat.

emundam sicut argentum, et sicut aurum [12]. » Quod illi Davidis geminum est : « Ignis ante ipsum præcedet, et inflammabit in circuitu inimicos ejus [13]. » Salomon ita rem proponit : « Tunc stabunt justi in magna constantia adversus eos, qui se angustiaverunt, et qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili, et mirabuntur in subitatione insperatæ salutis [14]. »

Cæterum David non judicium modo, sed locum adeo judicii prodidit, in hæc verba : « Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus : Stantes erunt pedes nostri in atriis tuis Jerusalem : Jerusalem, quæ ædificatur ut civitas, cujus participatio ejus in idipsum; illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini, testimonium Israel, ad confitendum nomini Domini : quia illic sederunt in judicio, sedes super domum David [15]. » Et Isaias : « Tunc stabit in judicio Dominus, et statuet ad judicium populum suum. Ipse Dominus ad judicium veniet cum senioribus populi, et cum principibus ejus [16]. » Et rursum : « Hæc dicit Dominus. Die illa illucescet Deus in consilio cum gloria super terram, ut exaltet et glorificet residuum Israel. Et erit, quod reliquum fuerit in Sion, et quod remanserit in Jerusalem, sancti vocabuntur omnes scripti ad vitam in Jerusalem. Abluet enim Dominus sordem filiorum et filiarum Sion, et emundabit sanguinem de medio eorum in spiritu judicii, et spiritu combustionis [17]. » Ubi per duo judicia requietem atque pœnam significat. « Et veniet Dominus, et erit omnis locus montis Sion, et omnia quæ in circuitu ejus sunt, obumbrabit nubes per diem, et tanquam fumo, et luce ignis ardente per noctem, et omni gloria protegetur. Et erit in umbram ab æstu per diem, et in protectionem, et in abscondionem ab asperitate et pluvia [18]. » « Et humiliabitur homo, et dehonorabitur vir, et oculi sublimes humiliabuntur; et exaltabitur Dominus Sabaoth in judicio, et Deus sanctus glorificabitur in justitia [19]. » Et alibi : « Prope est dies Domini, et contritio a Deo veniet. Propter hoc omnis manus dissolvetur, et omnis anima hominis formidabit. Turbabuntur legati, et dolores eos tenebunt, quasi mulieris parturientis : et condolebunt alter ad alterum, et stupebunt, et faciem suam quasi flamma, mutabunt. Ecce enim dies Domini venit insanabilis, furoris et iræ, ad ponendum orbem terræ desertum, et peccatores perdendos ex eo. Stellæ enim cœli et Orion, et omnis ornatus cœli, non dabunt lumen; et obtenebrabuntur oriente sole; et luna non dabit lumen suum. Et mandabo universæ terræ mala, et impiis peccata eorum : et perdam superbiam iniquorum, et contumeliam superborum humiliabo. Et erunt qui derelicti fuerint, honorati magis quam aurum incoctum : et homo magis honoratus erit, quam lapis de Suphir. Cœlum enim indignabitur, et terra concutietur a fundamentis suis, propter furorem iræ Domini Sabaoth, in die illa, quæ supervenerit furor ejus [20]. » Alio loco sic idem isthæc prosequitur : « Consurget Dominus Sabaoth in valle Gabaon : cum furore faciet opera sua, amaritudinis opera : furor ejus alieno utetur, et amaritudo aliena et vos nolite lætari, neque confortentur vincula vestra : quia consummatas et abbreviatas res audivi a Domino Sabaoth, quas facturus est super omnem terram [21]. » Et capite sequenti hæc habet : « Cum viderint opera mea, sanctificabunt nomen meum, et sanctificabunt sanctum ipsius Jacob et Deum Israel timebunt [22]. » Amos hæc reliquit : « Qui ædificat in cœlo ascensionem suam, et securitatem suam super terram fundat : qui vocat aquam maris, et effundit eam super faciem terræ [23]. »

Notate diligenter conceptam inverso ordine sententiam. Nam quod dicit, hujusmodi est : Omnipotens ille, et universi molitor Deus, qui maris aquas in totius terræ solum effundit, ad extremum in terram suam stabilitatem defigens, id est, citra peccatum homo factus (nam stabilitas sit Filii corpus) incarnatus, et contracto corpore inter nos servos versatus, suos in cœlo gradus ædificavit. Joel : « Sol convertetur in tenebras, et luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus et illustris. Et erit : Omnis qui invocaverit nomen Domini, salvus erit [24]. » Et per Sophoniam Deus : « Tribulabo homines, et ambulabunt ut cæci, quia Domino peccaverunt [25]. » Equidem non dixit Deus; quia mihi peccaverunt, sed Domino, scilicet charissimo Filio. Itaque et Dominus meus majores vestros alloquens ait : « In judicium ego in hunc mundum veni : ut qui non vident, videant, et qui vident, cæci fiant [26]. » Jeremias : « Aspexi super terram : et ecce nihil : et in cœlum; et non erant lumina ejus, et vidi montes; et ecce erant trementes, et omnes colles turbatos a facie Domini [27]. » Et David : « Vidit, et commota est terra : montes et omnes colles sicut cera fluxerunt : quia venit Dominus, quoniam venit judicare terram [28]. » — « Judicabit orbem terræ in æquitate, et populos in veritate sua [29]. » Veritas autem est ipsius Unigenitus, ut in Evangelio ipse confirmat : « Ego sum via, veritas et vita [30]. » Et Isaias iterum : « Exaltabitur Dominus solus in die illa; et arguet populum multum [31]. » Quorum verborum hic est sensus. Veniet Christus in sublimi, inque sua divina majestate, qui condemnabit non omnes, sed refractarios, et eum non reveritos. Et per Ezechielem Deus : « Unumquemque in viis suis judi-

[12] Imo Malach. III, 2. [13] Psal. XCVI, 3. [14] Sap. V, 1. [15] Psal. CXXI, 1-5. [16] Isa. III, 13. [17] Isa. IV, 1-4. [18] Ibid. 5, 6. [19] Isa. V, 15, 16. [20] Isa. XIII, 6-13. [21] Psal. XXVIII, 21. [22] Isa. XX, 23. [23] Amos IX, 6. [24] Joel II, 31. [25] Soph. I, 17. [26] Joan. XI, 39. [27] Jerem. IV, 23. [28] Psal. XCVI, 4, 5. [29] Psal. XCV, 13. [30] Joan. XIV, 6. [31] Isa. II, 11, 4.

cabo vos domus Israel [32]. » Vivo ego, dicit Dominus. Quid ait vates? Itane ut vitæ auctorem vivere profiteare, qui spiritum et vitam cunctis viventibus inspiraverit. Sane, inquit, non secundum divinam naturam Deum vivere confirmo, nihil minus (jam ea immortalis est ac perennis) sed secundum humanam. Factus enim est propter nos homo ille hominum amantissimus, et corruptelæ permissum corpus ad extremum immortale et incorruptum reddidit, ac perpetuo victurum produxit. Et quis vero est, qui eum peremit? Israelis genus, qui Pilatum sic aggressi sunt : « Domine recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc vivens : Post tres dies resurgam. Jube ergo custodiri sepulcrum, usque in diem tertium : ne forte veniant discipuli ejus, et furentur eum nocte, et dicant plebi : Surrexit a mortuis : et erit novissimus error pejor priore [33]. » Quapropter velut ex ejus persona clamat Ezechiel : Equidem non sum, quod falso remini Judæi, mortuus, sed ita vivo, ut pro suis quemque moribus sim judicaturus. Vere enim gloriosum videbitis, ut cum divino Zacharia loquar [34], quem confixistis. Salomonis quoque hæc sunt verba : « Dominus corda omnium noscit : et qui figuravit spiritum omnibus, ipse novit omnia, qui reddit unicuique juxta opera ejus [35]. » Unde et Dominus meus Salomonis sententiam confirmans in Evangelio ait : « Pater non judicat quemquam, sed omne judicium dedit Filio [36]. »

Cæterum, ut firmiorem eorum quæ diximus, veritatem statuamus, veniat ad partes et Daniel ille admirabilis, vir gratiosus, et quæ corporatus adhuc obiens in terra, ingentia, supraque humanum captum posita, conspexit, edat. « Aspiciebam, inquit, in visione noctis : et ecce cum nubibus cœli, quasi Filius hominis veniens; et usque ad Antiquum dierum pervenit; et obtulit se in conspectum ipsius : et datus est illi principatus, et honor, et regnum. Et omnes populi, tribus, et linguæ ipsi servient. Potestas ejus, potestas sempiterna, quæ non pertransibit : et regnum ejus, quod non corrumpetur. Horruit spiritus meus, in habitu meo, et sensus meus, et cor meum turbatum fuit. Et accessi ad unum assistentium, et veritatem quærebam ab eo discere de omnibus his. Et dixit mihi veritatem, et interpretationem sermonum notam mihi fecit [37].» — « Et, In tempore illo consurget Michael princeps magnus, qui stat pro filiis populi tui. Et erit tempus tribulationis tribulatio qualis non fuit, ex quo factus est homo super terram, usque ad tempus illud. Et in tempore illo salvabitur populus tuus omnis, qui scriptus fuerit in libro : et multi de his qui dormiunt in terræ pulvere, evigilabunt, alii in vitam æternam, et alii in opprobrium et confusionem æternam. Et intelligentes fulgebunt quasi stellæ in sæcula, et ultra. Et tu Daniel claude sermones, et signa librum usque ad tempus consummationis, donec doceantur multi, et multiplicetur scientia [38].»

Atque in hunc modum nos quoque contra Ecclesiæ lupos, velut ejus alumni decertavimus. In quo si pro dignitate diximus; habendæ Deo grates, sin minus, etiam sic habendæ grates inenarrabili, et incomprehensæ ac præstanti ejus divinitatis gloria, quam non humana solum ac terrestris natura, ut meretur laudare nequit, sed ipsæ adeo cœlestes virtutes id assequi non possunt. Si enim vel angeli ægre ad tantam dignitatem assurgant, inquit, Gregorius ille theologia excellens (55); quin addit; siquidem illis etiam ad summas et extremas laudes fas sit contingere. Nos quidem certe (illius clementia perspecta) veritatis studium, quasi vidua illa duos teruncios, sanctum et sacrum esse jussimus. Nam ex sacra Scriptura id Deo gratum esse didicimus, quod pro virili elaboratum est. Igitur Regi sine principio, et immortali sæculorum Auctori, soli sapienti Deo, gloria, potestas, honor atque cultus cum Unigenito, et ejusdem naturæ, ac compercui Filio, et ter sancto, bono ac vivifico Spiritui, nunc et semper, atque in omnem perpetuitatem. Amen.

[32] Ezech. xxxviii, 11. [33] Matth. xxvii, 63, 64. [34] Zachar. xii, 10. [35] Prov. xxiv, 12. [36] Joan. v, 22. [37] Dan. vii, 13 16. [38] Dan. xii, 1-2.

(55) S. Greg. Nazianz. in S. *Pascha*.

SÆCULI DUODECIMI
DE TERRA SANCTA SCRIPTORES QUINQUE.

LEONIS ALLATII PRÆFATIO

In *Symmictis* Coloniæ Agrippinæ 1653, in-12.

Dum Chii varia manuscripta, Nihusi præstantissime, locis e variis conquisita, evolvo sedulus, venit *in manus* meas Joannis Phocæ locorum Palæstinæ et Syriæ compendiaria descriptio, charactere mi-

nutissimo, in charta bombycina, non multum eleganter exarata. Novitate argumenti atque auctori pellectus, animum figo, et perlego. Auctor elegans et accuratus, prout illa ferebant tempora, visus est: quare copiam illius mihi destinaveram; sed, aliis interceptus negotiis, neglexi. Post multos annos, cum manuscriptos, quos ipse videram, codices Romæ in memoriam revocarem, interque familiaria colloquia sermo de locis sanctis incidisset, Phocas in animum rediit, ingensque subsecutum est desiderium, illud mihi, utcunque possem, comparandi. Scripsi, rescripsi amicis, illi etiam qui mihi utendum dederat; rogans, rerogans, obsecrans, promissis etiam rem egi. Sed verba feci mortuis: ad reliqua omnia, præterquam ad hoc unum, semper in promptu responsum fuit. Quare quievi tandem animo. Verumtamen anno elapso, cum in spe rerum aliarum versarer, litteræ mihi ab amico, qui Chio tunc veniebat, reddi. Dum nomina recognosco, en, cœlo missus Phocas apparuit, non aliena manu descriptus, sed ipsum autographum, quod Chii conspexeram, a reliquo volumine, cui erat annexum, avulsum. Quanta perfusus fuerim lætitia frustra conarer dicere. Non reportassem bonum tantum, si thesaurum invenissem. Illius itaque versioni me accinxi, et aliquot dies in eo expoliendo insumpsi. Joannes, Creta oriundus, patrem habuit Matthæum, qui postea monachum induens in Patmo insula se exercens, diem obiit: ipse, ætate grandior, sub Emmanuele Comneno munere militiæ tulit. Meminit ipse cap. 24, de sene libero: Πάλαι ἐπὶ χρόνοις συχνοῖς ἐν τῷ περὶ τὴν θάλασσαν τῆς Ἀτταλίας πεπηγότι λίθῳ, τοὺς ἀσκητικοὺς διανύσας πόνους, ὅτε καὶ ἡμεῖς τῷ ἀνδρὶ ἐνετύχομεν, τῷ ἀοιδίμῳ βασιλεῖ καὶ Πορφυρογεννήτῳ τῷ Κομνηνῷ συστρατευόμενος. *Qui pridem per plures annos in saxo, ad mare Attaliæ fundato, laboribus continuis sudoribusque sese exercuerat; ibique nos eum allocuti fuimus, dum una cum celeberrimo imperatore et Porphyrogenneta Comneno militaremus.* Ejusdem Emmanuelis meminit alibi sæpius hoc eodem libello. Ducta uxore, ex ea filium habuit. Ejus nomen a compaginatoribus libri, dum cultro foliorum extremitates æquarunt, abscissum est. Postea monachus factus, invisit loca sancta anno 1185. Et hæc omnia habeo ex notula, quæ rubeis litteris in margine additur: Συγγραφεῖσα παρὰ Ἰωάννου ἱερέως τοῦ εὐσεβεστάτου Φωκᾶ, υἱοῦ Ματθαίου μοναχοῦ τοῦ ἐνασκοῦντος ἐν Πάτμῳ τῇ νήσῳ, ὅσπερ εἶδε τοὺς ἁγίους τόπους εἰς χιλίους ρπε'. *Scripta a Joanne sacerdote piissimo Phoca, filio Matthæi monachi, qui se exercet in Patmo insula; qui vidit sancta loca anno* 1185. In fronte vero libri scriptum erat: Υἱὸς ἱερέως τοῦ Φωκᾶ ἐκ τῆς Κρήτης, γράφω νῦν, τοὔνομα.... *Filius sacerdotis Phocæ Cretensis scribo nunc, nomine....*

Sed ne Phocas noster palaret solus, socios ei dedimus binos, alias a Morello, qui eos e bibliotheca Vaticana per Sirmundum habuerat, misere et infeliciter editos, Epiphanium monachum Hagiopolitam prosa oratione, et alium carmine politico, hæc eadem loca persequentes. Omnia, inquam, ibi sic scatent erroribus, ut multis in locis vix intelligi possint. Quare, ut cultiore habitu compareant, Epiphanium ad manuscriptum Vaticanum, unde transsumptus erat, restitui; ex quo ferme omnia, quæ scrupulum injicere poterant, corriguntur. Interpretationem etiam Latinam ad verba Græca interpolavi: ut non tantum Græce, sed etiam Latine, concinnior exiret. Carmina Græca ex manuscripto meo supplevi; quæ an Maximi Planudæ sint, in dubium verti poterit, cum in meo nullum auctoris nomen præferant, quemadmodum et in Vaticano; quamvis in hoc, ante et post dicta carmina, nonnulla sunt, quæ Planudæ nomine notantur, non alieno ac ista carmina charactere exarata. In codice manuscripto Viennensi, quem vidit doctissimus et eruditissimus Lucas Holstenius, hæc Carmina tribuebantur Perdiccæ, protonotario Ephesino. Περδίκκου Πρωτονοταρίου τῆς Ἐφέσου Ἔκφρασις διὰ στίχων περὶ τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις κυριακῶν θεαμάτων. *Perdiccæ protonotarii Ephesini Expositio, carmine, spectaculorum Dominicorum et memorabilium, quæ Hierosolymis videntur.* Titulus non unus in omnibus est; alii enim legunt, περὶ θεαμάτων, *De spectaculis;* alii, περὶ Θεμάτων, *De thematibus;* alii, περὶ θαυμάτων, *De miraculis.* Θεαμάτων tamen aliis proposuerim.

Additur Anonymus de iisdem locis, communi Græcorum lingua quidem, diligenter tamen, conscriptus, et in rebus narrandis accuratus; a quo tantummodo repetere valeas Christianæ pietatis ac religionis, erga loca sacrosancta, præclarissima vestigia; ob molis exiguitatem vix visus traducendus in linguam Latinam, traductus tamen.

Eugesippum, de distantiis locorum Terræ Sanctæ, humanissimi Caroli Moroni beneficentia habui. Non videbatur tanti non nemini: verum, cum rarus admodum sit et antiquus, ne quis, hujuscemodi nomine majora sibi fingens, illius privatione indoleat, hortatu amicorum cum aliis de Terra Sancta scriptoribus publicandum censuimus. Aliorum dignitate, gloriam, si quæ fuerit, in se transvehet.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΦΩΚΑ

ΕΚΦΡΑΣΙΣ ΕΝ ΣΥΝΟΨΕΙ

ΤΩΝ ΑΠ' ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΣ ΜΕΧΡΙΣ ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΩΝ ΚΑΣΤΡΩΝ, ΚΑΙ ΧΩΡΩΝ, ΣΥΡΙΑΣ, ΦΟΙΝΙΚΗΣ, ΚΑΙ ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΠΑΛΑΙΣΤΙΝΗΝ ΑΓΙΩΝ ΤΟΠΩΝ

—

JOANNIS PHOCÆ

COMPENDIARIA DESCRIPTIO

CASTRORUM ET URBIUM, AB URBE ANTIOCHIA USQUE HIEROSOLYMAM; NEC NON SYRIÆ, AC PHŒNICIÆ, ET IN PALÆSTINA SACRORUM LOCORUM.

—

1. An vero nos ipsi, qui sacrosanctis spectaculis A animum explevimus, locaque oculis usurpavimus, in quibus Deus olim versatus est, et fugientem populum per Moysen ex Ægypto in signis et prodigiis deduxit; manu valida populis, eorumque dynastis, Seon rege Amorrhæorum, et Og rege Basan, et universis regnis Chanaan debellatis, atque excelso brachio, in eorum loco, peregrino populo collocato; quem in tantum auxit atque ampliavit, quantum nobis divinæ Litteræ ingerunt, quæque postremis deinde temporibus per Unigeniti sui divinam incarnationem sanctificavit, admirando nostræ renovationis opere absoluto: An nos, inquam qui hæc perspeximus, soli participes erimus, helluones et gurgites in cibis devorandis æmulati? Ast ubinam gentium naturalis societas et mutuus B amor, per quæ dilectio ostenditur, et humanæ conditio naturæ, veluti lineamentis quibusdam, exprimitur? Res itaque pro viribus aggredienda est, ut veluti in tabula, locorum situm, æque ac imagines, verbis depingamus, et, quæ nos ipsi aspectavimus, media scriptura, rerum hujuscemodi studiosis enarremus. At vero illis qui ea loca perviderunt, frustra nos operam sumere videbimur, etenim si sermoni ea mens est, ut aspectum imitetur; et omnis imitatio exacta discussione inferior est, sequitur, me etiam minorem illis lætitiam comparaturum, ea voluptate, quæ ipsis per oculos insedit. Quid porro sermo? eos expressius instruet, qui oculis sacra illa loca non perlustrarunt, sæpe C etiam et eos, qui ea narrantibus occurrunt, quam illi, qui sine ullo examine enuntiant, imo et iis qui intuiti sunt, voluptatem aliquam conciliabit, si quæ conspicere dulce, ea etiam suave est audire.

α'. Τί δὲ οἱ τῶν ἱερῶν κατατρυφήσαντες θεαμάτων ἡμεῖς, καὶ τόπους ἰδόντες, ἐφ' οἷς Θεὸς πάλαι μὲν ἐχρημάτισε, λαὸν φυγάδα διὰ Μωσέως ἐξ Αἰγύπτου ἐν τέρασι καὶ σημείοις μεταγαγὼν χειρὶ κραταιᾷ, πατάξας ἔθνη καὶ δυνάστας αὐτῶν, τὸν Σηὼν βασιλέα τῶν Ἀμορῥαίων, καὶ τὸν Ὼγ βασιλέα τῆς Βασὰν, καὶ πάσας τὰς βασιλείας Χαναὰν καὶ ἐν βραχίονι ὑψηλῷ ἐγκαθιδρύσας ἐκεῖ λαὸν ἐπήλυν, καὶ τοσοῦτον αὐξήσας ὅσον αἱ θεῖαι παριστῶσι Γραφαὶ, ἐπ' ἐσχάτων δὲ διὰ τῆς τοῦ Μονογενοῦς αὐτοῦ θείας ἐνανθρωπήσεως καθαγιάσας αὐτοὺς, καὶ τὸ θαυμαστὸν ἔργον τῆς ἡμῶν ἐκτελέσας ἀνακλάσεως, μόνοι τοῦ ἀγαθοῦ τοῦδε μετάσχωμεν, τοὺς λίχνους περὶ τὰς βρώσεις μιμούμενοι; Καὶ ποῦ τὸ κοινωνικὸν καὶ φιλάλληλον φανεῖται, δι' ὧν τὸ τῆς ἀγάπης ἐμφαίνεται χρῆμα, καὶ τὸ τῆς ἡμῶν φύσεως ἴδιον οἷδε χαρακτηρίζεσθαι; Ἐγχειρητέον οὖν ὡσὶ λόγοις, ἵν' ὡς ἐν πίνακι τὸ διάγραμμα διὰ τοῦ λόγου εἰκονουργήσωμεν, καὶ ἅπερ ἀμέσως εἴδομεν, διὰ μέσου τοῦ γράμματος τοῖς φιλοθέοις καθιστορήσωμεν. Τοῖς μὲν οὖν τοὺς τόπους θεασαμένοις, περιεργόν τι δόξω ποιεῖν. Εἰ γὰρ τῷ λόγῳ σκοπὸς μιμεῖσθαι τὴν θέαν, πᾶσα δὲ μίμησις ἥττόν πως φαίνεται τῆς ἀκριβείας, δῆλον ὡς ἧττον εὐφρανῶ τῆς διὰ τῶν ὀμμάτων ἐνιδρυθείσης αὐτῆς [ἴσ. αὐτοῖς] ἡδονῆς. Τί οὖν ὁ λόγος; τοὺς ὄψει μὴ παρειληφότας τοὺς ἀρίστους τόπους ἐνίοτε δέ που τοῖς λεγομένοις ἐντευξομένους, ἐναργέστερον, οἶμαι, διδάξει τῶν ἀδεσανίστως ἐπαγγελλόντων. Μᾶλλον δὲ καὶ τοῖς θεασαμένοις εἰσάξει τινὰ τέρψιν, εἴπερ ἃ βλέπειν ἡδὺ, τούτων ἀκροᾶσθαι τερπνόν.

2. Exstabat, tum cum erat ad Orontem Antiochi Theopolis, theatrorum magnitudine, stoarum splendoribus, templorum structuris, copia item civium, et divitiarum magnificentia, superba ac tumens: *lateque cæteras fere* orientales urbes exsuperabat;

β'. Ἦν ὅτε ἄρα καὶ ἦν ἡ περὶ τὸν Ὀρόντην Θεούπολις Ἀντιόχου μεγέθει θεάτρων, στοῶν καλλεναῖς, καὶ ναῶν ἀφιδρύμασι, πλήθει τε πολιτῶν, καὶ πολυολβίᾳ χρημάτων βρενθιῶσα, καὶ λαύρᾳ; ὑπερκειμένη τῶν τῆς ἀνατολῆς σχεδὸν πασῶν πόλεων

Ἀλλὰ χρόνος καὶ βάρβαρος χεὶρ ταύτης τὸν ὄλβον ἠφάνισε, κἂν ἔτι περιαστράπτῃ πυργώμασιν, ἐπάλξεών τε ἰσχύϊ, εὐανθίᾳ περισχιζομένων ὑδάτων κελαρισμοῖς, ἠρέμα πως διαχεομένου τῇ πόλει τοῦ ποταμοῦ καὶ περιζωννύοντος, καὶ ὑγραῖς ἐπαφαῖς περιπλεκομένου τῶν πυργωμάτων αὐτῆς. Ἔτι δὲ τοῖς ἐκ τῆς Κασταλίας πηγῆς διαφερόντως ἀρδευομένη νάμασι, κρουνηδὸν περιῤῥεομένου καὶ ταύτης τοῦ ῥείθρου καὶ συχναῖς ἀμαρῶν χοαῖς τὸ ἄπαν περιχέοντος ἄστυ, καὶ τοῦτο τοῖς χεύμασι καταπλύνοντος, δαψιλείᾳ χειρὸς καὶ μεγαλοψύχου τοῦ τῆς πόλεως οἰκιστοῦ, ἐκ τῶν αὐτῆς πηγῶν μετοχετευθέντος τοῦ νάματος, διὰ τῶν ὀρέων μέχρι τῆς πόλεως. Ἐντεῦθεν τὸ περιβόητον τῆς Δάφνης προάστειον παντοίων φυτῶν περιστεφανοῦται ἀναδρομῇ, καὶ τὸ θαυμαστόν ἐστιν ὄρος, οὗ πολιστὴς ὁ θαυμαστὸς Συμεών. Τούτοις ὁμορεῖ τὸ Μαῦρον ὄρος καὶ ὁ Σκόπελος, ἐν οἷς πάλαι μὲν πολλοὶ Θεοφιλεῖς ἄνθρωποι τὸν Θεὸν ἐκζητήσαντες εὗρον, καὶ νῦν τῶν σωζομένων εἰσὶ, καὶ τὰς λόχμας τῶν αὐτῶν οἰκοῦσιν ὀρέων, ἐκείνου τῆς καλλονῆς ἐφιέμενοι. Ἡ δὲ Κασταλία πηγὴ μέσον δύο βουνῶν ἀποθρώσκουσα ἐκ τῶν προπόδων τοῦ πρὸς θάλασσαν ἑνὸς ἀπονεύοντος, ἐξίσιόν τι νᾶμα χανδὸν ἀπερρεύγεται, ἐν ᾗ καὶ στοὰ παμμεγέθης ὁρᾶται, περιοροφοῦσα τὰ τῆς πηγῆς νάματα, ἀφ' ἧς τὸ ὕδωρ πλησμίως ἀποπτυόμενον δυσὶ περισχίζεται χεύμασι. Καὶ τὸ μὲν διαμαρευόμενον ἐν ὑψιβάμοσιν ὀχετοῖς, καὶ ἐναέριος γενόμενον ποταμὸς ἐξ ὑπερδεξίων τῇ πόλει περιφοιτᾷ· τὸ δὲ ταῖς ἐπ' ἀριστερᾷ τῇ πηγῇ πεδιάσι πελαγίζον ἐπιλιμνάζει τοῖς ἕλεσι καὶ ὅλον τὸν τῆς Δάφνης ἐπάρδει λειμῶνα, καὶ ταῖς τοῦ Ὀρόντου ἐξ εὐωνύμων ῥοαῖς ἐπιμίγνυται. Τὸ δὲ θαυμαστὸν ὄρος μεταξὺ τῆς πόλεως καὶ τῆς θαλάσσης λοφούμενον ἐξαίσιόν τι χρῆμα καὶ ὀφθαλμῶν ἀγλαΐᾳ τοῖς ἐντυγχάνουσι βλέπεται, μεθοριάζον γὰρ τήν τε πόλιν, καὶ τὴν ῥωσῶ ἐξ ἑκατέρων αὐτοῦ τῶν μερῶν τὸ ὄρος ἔχει τὸν Σκόπελον, καὶ τὸν λεγόμενον Καύκασον. Ὁ δὲ ποταμὸς Ὀρόντης εἰλιγμῶν ἀπείρων περιδινήσεσι περὶ τοὺς πρόποδας ῥέει τοῦ ὄρους, καὶ τῇ θαλάσσῃ τὸ ῥεῖθρον ἐκπτύει. Τούτου τοῦ ὄρους τῇ κορυφῇ ὁ μέγας ἐφησυχάσας ἀνὴρ ἐκεῖνος, καὶ ἀναβάσεις θέμενος ἐν καρδίᾳ, μετάρσιος ἐν σώματι γίνεται, καὶ φιλονεικεῖ μετὰ σώματος γενέσθαι αἰθέριος, καὶ μέσον εἶναι Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων. Καὶ ὅπως εἴργασται τουτὶ τὸ παράδοξον τῷ θεοφιλεῖ ἐκείνῳ ἀνδρὶ, ἐγὼ δηλώσω. Χερσὶ λαξευτῶν εἰς βάθος κοιλάνας τὴν τοῦ θαυμαστοῦ κορυφὴν ὄρους μονόλιθον, ἢ μονοφυῆ μονὴν ἀπειργάσατο, ἧς μέσον αὐτοφυῆ λαξεύσας κίονα, ἐν αὐτῷ τὰς βάσεις ἔθετο, ἐπὶ πέτρας κατὰ τὸ λόγιον τοὺς πόδας ἐρείσας, περὶ δὲ ἀνίσχοντα ἥλιον ναὸν ἤγειρε περικαλλῆ τῷ Θεῷ, ἐν αὐτῷ συνεκάλει τοὺς αὐτοῦ μαθητάς· καὶ ὄντος μὲν ἐν ὑπαίθρῳ, οὗτοι δὲ ἔνδοθεν τοῦ ναοῦ ὁλονύκτως ἱστάμενοι, τοῖς ἁγίοις πρέπουσαν λατρείαν Θεῷ προσέφερον.

Γ'. Μετὰ δὲ ταῦτα καὶ τὴν Ἀντιόχειάν ἐστιν ἡ Λαοδίκεια, πόλις μεγάλη καὶ πολυάνθρωπος, κἂν ὁ χρόνος καὶ ταύτης τὸ μεγαλεῖον ἐλώβησε, καὶ

A sed tempus, ac vis barbara, beatitatem illius exhausit; licet conspicua adhuc sit, et turrium altitudine, et propugnaculorum validitate, et pratorum ac florum omnigena fecunditate, et in plures partes sese dividentium aquarum sibilis; cum placide fluvius circumfluat urbem et cingat, et molli tactu ejus turres circumplectatur. Insuper e Castalii fontis fluentis egregie irrigatur; cujus aquæ torrentium instar pelluntur, et frequentibus sulcorum rivis urbem universam perfundunt, eamque fluxibus aspergunt; operarum copia, et conditoris magnificentia, ex illius fontibus per montes ad ipsam civitatem laticibus corrivatis. Hic fama per orbem vulgatum Daphnes suburbium, proceris omne genus arboribus exornatum, et mons est maxime nobi-
B lis quem admirandus Simeon in habitationem adaptavit. Hisce finitimus est mons Maurus, et Scopulus, in quibus antiquitus multi Deo addictissimi viri, Deum conquirentes, invenerunt, et ad hæc tempora perdurant, et, laudatorum montium pulchritudine pellecti, silvas inhabitant. Castalius fons inter duos colles exsiliens, ex ejus qui in mare procurrit, ima parte, eximia quædam aquarum irrigua evomit; in quo prægrandis assurgit porticus, cursum fontis concamerans: hinc aquæ affluenter prosilientes, in duos rivos dividuntur: earum una pars per altissimos ductus, veluti sulcos, corrivata, æque ac aereus fluvius ex parte dextra superiorique in Urbem influit, altera, sinistris fonti
C locis campestribus exundans, in paludibus superstagnat, universaque Daphnes prata irrorat; demum lævis Orontis fluentis immiscetur. Mons vero admirandus inter urbem et mare elatus, res egregia ac spectabilis, et advenientium oculis delicium, conspicitur. Namque urbi Rosoque conterminus, utrisque e partibus, monte, scopulo, Caucasoque constringitur. Orontes fluvius innumeris inflexionum vorticibus ad pedes montis profluit, et in mare aquas immittit. In montis hujusce vertice magnus ille vir, tranquille vitam agens, et in corde ascensiones disponens, corpore sublimis extollitur, et cum ipso corpore æthereus fieri, interque Deum et homines medius esse, contendit. At qua ratione Deo dedito viro ista res admiratione digna evene-
D rit, ipse dicam. Lapicidarum opera summitate montis admirandi alte excavata, monasterium ex uno conflatum compaginatumque lapide exstruxit: in media monasterii inter excisos lapides sua sponte nata columna gradus appinxit, super petram, ut sacro Eloquio traditur, pedibus firmatis, versus exorientem solem templum pulcherrimum Deo erexit, in quod discipulos convocabat: atque ita sub dio ipse commorans, illi tota nocte in templo stantes, ut decebat sanctos, debitum Deo cultum offerebant.

3. Post hæc et Antiochiam, Laodicea sequitur, civitas ingens, copia hominum frequens; licet tempus illius quoque splendorem imminuerit. Illam

excipiunt Gabala, sive Zebel. Post Gabala, castrum sequitur, Antarada dictum, sive Tortosa. Et sic littori, Tripolin usque, varia castra adjacent. In mediterraneis jugum magnum porrigitur, quod Chasysii accolunt, gens Saracena, neque Christum amplectens, neque cum Machumeto sentiens, sed propriæ sectæ tenax, Deum confitetur; et, inter eos primas occupantem, legatum Dei nuncupant; cujus imperio ad magnarum urbium principes dimissi, eos ensibus obtruncant; nam præter exspectationem in eos irruunt; et, facinore in ipso, mortem oppetunt, a multis pauci illi post patratum scelus circumventi; idque martyrium esse, et immortalitatis perceptionem, existimant.

4. Jugo inhæret pulcherrimus et sacrarum Scripturarum laude digne decoratus Libanus, mons prægrandis, a vertice ad imos pedes nivis tractus veluti cincinnos induens, pino, cedro, cupressoque consitus, et aliis frugiferis iisque variis satque abundantibus plantis refertus. Partes, in mare nutantes, colunt Christiani: Damascum respicientes et Arabiam, Saraceni possident: ex rimis ac vallibus fluvii ad mare pulchri gelidissimique decurrunt; cum recens nix dissoluta, fluxus currentium aquarum crystalli instar efficiat. Ad montis pedes Tripolis jacet; quam conditor in peninsula posuit: namque ex Libano tenue dorsum sensim descendens, linguæque instar in mare sese insinuans, ad orientaliorem partem incurvatur, in cujus vertice, qui urbem exædificavit, fundamenta illius jecit: circuitu ambituque suo admodum parva est, verum murorum altitudine, et pulchritudine ædificiorum, spectabilis.

5. Eam sequitur Zebelet; mox Berytus objicitur, urbs ingens, et multitudine hominum affluens, pratorum undique copia septa, et portus pulchritudine percelebris. Portum etenim non natura dedit, sed is artis industria fabrefactus, in sinum urbis ad lunæ modum ingeritur; et in extremis, quæ quasi cornua egeruntur, duæ magnæ turres exstructæ sunt, quarum ex una in alteram protonsa catena naves in portu stantes obserat. Hæc et Syriæ Phœniciæque terminus est.

6. Dehinc Sidon, et in ea portus, Didymi nomine cluens. Illius situs descriptionem, qui Leucippes res gestas scripto tradidit, optime expressit; namque si ad locum appuleris, portum, et sinum ante portum, ut scripto delineatur, revera ita esse intueberis. Extra urbem, ad trium sagittarum jactum, templum visitur, porticu prælonga concameratum; et templi mytulo quadratus lapis inhæret, in quo, ut multorum et traditio, Salvator mundi Christus stans, turbas instituebat.

7. Post Sidonem Sarephta castrum in alluvione *ipsa maris* fundatur, et templum prophetæ Eliæ in

A μετ' ἐκείνην τὰ Γάβαλα ἤτοι τὸ Ζέβελ, μετὰ δὲ ταῦτα τὸ κάστρον ἡ Ἀντάραδα, ἤτοι ἡ Τουρτοῦσα. Καὶ οὕτως περὶ μὲν τὸν αἰγιαλὸν καστέλλα διάφορα ἕως Τριπόλεως, περὶ δὲ τὸ μεσόγειον διέρχεται ζυγὸς μέγας, εἰς ὃν οἰκοῦσιν οἱ λεγόμενοι Χασύσιοι, ἔθνος Σαρακηνικὸν, μήτε Χριστιανίζον, μήτε τὰ τοῦ Μουχουμέτη φρονῶν, ἀλλ' ἰδίαν ἔχον αἵρεσιν τὸν Θεὸν ὁμολογεῖν, καὶ τὸν ἐν τούτοις πρωτεύοντα πρέσβυν ὀνομάζειν Θεοῦ, οὗ τῇ κελεύσει πρὸς μεγάλων χωρῶν ἐκπεμπόμενοι ἄρχοντας, κατακαίνουσι τούτους μαχαίραις, ἐκ τοῦ ἀπροδοκήτως ἐκείνοις ἐπιπηδᾷν, καὶ συναποθνήσκουσι τῷ τολμήματι, ὑπὸ τῶν πολλῶν μετὰ τὴν τοῦ δράματος ἐγχείρησιν οἱ ὀλίγοι κτεννύμενοι· τοῦτο μαρτύριον ἥγηνται καὶ ἀθανασίας περιβολήν.

B δ'. Μετὰ δὲ τὸν τοιοῦτον ζυγὸν ἔστιν ὁ πάγκαλος καὶ ἀξίως περιβόητος ἐν ταῖς Γραφαῖς Λίβανος, ζυγὸς πάμμεγας, κορυφόθεν μέχρι προπόδων συρμάδας χιόνος ὡς βοστρύχους περιβαλλόμενος, πεύκῃ καὶ κέδρῳ καὶ κυπαρίττῳ καταδενδρούμενος, καὶ ἄλλων ὀπωροφόρων φυτῶν διαφόρων πλήθεσιν ὡραϊζόμενος. Τούτου τὰ πρὸς θάλασσαν οἰκοῦσι Χριστιανοὶ, τὰ δὲ πρὸς τὴν Δαμασκὸν καὶ τὴν Ἀραβίαν Σαρακηνοὶ νέμονται, ἐκ τῶν αὐτοῦ ῥωχμῶν καὶ κοιλάδων ἀποῤῥέουσι ποταμοὶ μέχρι θαλάσσης, ὡραῖοι καὶ πάμψυχροι, τῆς χιόνος ἄρτι λυομένης, καὶ κατακρυσταλλούσης τὰς τῶν ναμάτων ἐπιῤῥοάς. Τούτου περὶ τοὺς πρόποδας ἐστὶν ἡ Τρίπολις, ἣν ὁ δειμάμενος ἐπὶ χερσοννήσου ἐπήξατο. Καὶ γὰρ ἐκ τοῦ C Λιβάνου λεπτὸν ῥαχίον κατερχόμενον, γλωσσοειδῶς τῇ θαλάσσῃ ἐμφύεται, κυρτούμενον περὶ τὸ ἀνατολικώτερον μέρος, ἐφ' οὗ τὸ ἄκρον ὁ τὴν πόλιν δειμάμενος τὰς βάσεις ταύτης ἐπήξατο. Ἔστι δ' αὕτη σμικροτάτη ἄγαν ἐν τῇ περιβόλου περιγραφῇ, ἔφει δὲ τειχέων καὶ καλλονῇ κτισμάτων καθωραΐζεται.

ε'. Μετ' αὐτήν ἐστι τὸ λεγόμενον Ζεβελέτ. Καὶ οὕτως ἡ Βηρυτὸς πόλις μεγάλη καὶ πολυάνθρωπος, λειμώνων περιστοιχειουμένη πλήθεσι, καὶ κάλλει λιμένος λαμπρυνομένη. Οὐ γὰρ φυσικός ἐστιν ὁ λιμὴν, ἀλλὰ τεχνικῶς γενόμενος, μηνοειδῶς ἐγκολποῦται τῇ πόλει, καὶ περὶ τὰ τοῦ μονοειδοῦς [ἔστι μηνοειδοῦς] σχήματα, κέρατα δύο μεγάλοι πύργοι ἐφίδρυνται, ὧν ἐκ τοῦ θατέρου πρὸς τὸν ἕτερον ἅλυσις ἐκταθεῖσα τὰς ναῦς ἔσωθεν τοῦ λιμένος D ἐναποκλείει. Αὕτη μεθοριάζει Συρίαν τε καὶ Φοινίκην.

ς'. Ἐντεῦθεν ἡ Σιδὼν καὶ ὁ ἐν αὐτῇ λιμὴν ᾠδόμενος Δίδυμος, οὗ τῆς θέσεως τὴν διαγραφὴν ὁ τὴν Λευκίππην συγγράψας ἀρίστως ἐξέφρασεν. Ἴδῃς γὰρ ἂν ἐπιδημήσας τῷ τόπῳ τόν τε λιμένα, καὶ τὸ προκόλπιον κατὰ τὴν τῆς γραφῆς διαζωγράφησιν τῇ ἀληθείᾳ φαινόμενα. Τῆς δὲ πόλεως ἔξωθεν ὡσεὶ τριῶν τόξων βολῆς ἄποθέν ἐστι ναὸς στοᾷ περιορφούμενος ἐπιμήκει, καὶ περὶ τὸ μυάκιον τοῦ ναοῦ τετράγωνος ἐπίκειται λίθος, εἰς ὃν, ὡς τῶν πολλῶν ἔχει λόγος, ὁ Σωτὴρ τοῦ κόσμου Χριστὸς ἑστὼς τοὺς ὄχλους ἐδίδασκεν.

ζ'. Μετὰ τὴν Σιδόνα τὸ Σαραφθὰ κάστρον περὶ τὸ κλύσμα τῆς θαλάσσης τεθεμελίωται, καὶ ναὸς

τοῦ προφήτου Ἠλιοῦ ἐπὶ τῇ οἰκίᾳ τῆς ξενισάσης A αὐτὸν χήρας, μέσον τοῦ πολίσματος ἵδρυται.

η'. Ἐκεῖθεν ἡ Τύρος ἐστὶ πόλις, σχεδὸν πασῶν τῶν τῆς Φοινίκης ἐξοχωτέρα ἐν καλλονῇ· καὶ γὰρ αὕτη τῷ σχήματι τῆς Τριπόλεως ἐν ὁμοίᾳ χερρονήσῳ τεθεμελίωται. Ἀλλὰ ταύτῃ μεγέθει πολλῷ πλέον ἐκείνης εὑρύνεται, καὶ καλλονῇ κτισμάτων καὶ ὡραιότητι. Τὸ δὲ ταύτης προκόλπιόν ἐστι παρεμφερὲς τῷ λιμένι τῆς Βηρυτοῦ, κἂν ἐκεῖνο πολλῷ πλέον ἐκείνης εὐρύνηται μεγέθει καὶ κάλλει, καὶ τῷ τῶν πύργων ὕψει ὑπέρκειται. Τῆς δὲ πόλεως ἔξωθεν ὡσεὶ δύο τόξων βολῆς ἄποθεν λίθος ἐστὶ πάμμεγας, ἐν ᾧ προσαναπαυσάμενος ὁ Χριστὸς, Πέτρον καὶ Ἰωάννην τοὺς ἱεροὺς ἀποστόλους, ὡς ὁ λόγος ἔχει, πρὸς τὴν πόλιν ἐξέπεμψε, χάριν ἄρτων εὑρέσεως, οἳ ἀπελθόντες, καὶ ἀγαγόντες αὐτοὺς ἅμα τῷ Σωτῆρι εἰς B τὴν πρόσεγγυς ὡσεὶ μίλιον ἓν κρήνην ἀπέλθοσαν ἐν ᾗ ὁ Σωτὴρ καθίσας, καὶ σὺν τοῖς ἀποστόλοις ἑστιασθείς, καὶ πιὼν ἐκ τοῦ ὕδατος, ηὐλόγησε τὴν πηγὴν, καί ἐστιν ἐπ' ἀληθείᾳ ἕως τοῦ νῦν ἡ τοιαύτη πηγὴ δυσέκφραστον ὁρωμένη θέαμα· μέσον γὰρ ἀναδιδομένη τῶν ἐκεῖ λειμώνων, θαυμαστόν τι χρῆμα, καὶ τερψόθυμον τοῖς ὁδίταις ἐνδείκνυται. Λέγεται δὲ εἶναι ταύτην καὶ ἄβαθρον. Τὸ δὲ περὶ ταύτην κτίσμα καὶ σχῆμά ἐστι τοιοῦτον. Πύργῳ περιθριγκώσαντες ὀκταγώνῳ οἱ πρώτως φιλοπονησάμενοι τὴν πηγὴν, εἰς οὗ μέτριον ὕψος τὸν πύργον ἀνήγαγον, καὶ τὰ τούτου φιαλώσαντες ἄκρα ἀνὰ τὰς γωνίας ἐπὶ τὰ κάτισα τούτων τοῦ λειμῶνος μήκη ἐπὶ καμαρῶν ὕψη, ἀμάρας ὑποκοιλάναντες, κρουνηδὸν ἐκχεῖσθαι C τὸ ἀναθλιβόμενον ὕδωρ εἰργάσαντο, ὅπερ κελαρισμοῖς ἐπηχοῦν, τοὺς περὶ τὴν κρήνην λειμῶνας συχνοῖς ἐπάρδει τοῖς νάμασι. Καὶ ἔστιν ὡς ἐξ ἀπόπτου τοῦ πύργου τις ἐφιστάμενος τὸ συνκρεφὲς τῶν φυτῶν πετάλων σαλευομένων, καὶ ἐν σταθερᾷ μεσημβρίᾳ καταψεκαζόμενον τὸ τοῦ λειμῶνος ὅλον στεφάνωμα.

θ'. Ἐκεῖθέν ἐστιν ἡ Πτολεμαΐς ἤτοι τὸ Ἄκκε· ἡ δὲ πόλις αὕτη ἐστὶ μεγάλη, καὶ πολυάνθρωπος πασῶν τῶν ἄλλων ὑπερκειμένη, ἣ πάσας τὰς ἀγωγίμους ὑποδέχεται ναῦς ἐν ᾗ πᾶς ὁ διὰ Χριστὸν ξενιτεύων λαὸς διά τε γῆς καὶ θαλάττης ἐπιφοιτᾷ. Κἀντεῦθεν τοῦ ἀέρος φθειρομένου ὑπὸ τῆς τῶν ἐπηλύδων πολυπληθοῦς παρουσίας, ἀλληπάλληλοι νόσοι συμβαίνουσι, καὶ τούτοις ἐπάγονται θάνατοι, D ἐξ ὧν δυσωδίαι, κἀντεῦθεν ὁ ἀὴρ ἐπιφέρεται [ἴσ. ἐπιφθείρεται], καὶ ἔστι τὸ κακὸν ἄμαχον ταύτης τῆς πόλεως. Δεξιᾷ μέν ἐστιν ἡ Κάρμηλος καὶ ἡ παράλιος πασῶν τῆς Παλαιστίνης. Τὰ δὲ εὐώνυμα ταύτης τὴν Γαλιλαίαν καὶ τὴν Σαμάρειαν ἔχουσι.

ι'. Πρῶτος οὖν κατὰ τὴν Πτολεμαΐδα ἐστὶν ἡ Σεμφωρὶ, πόλις τῆς Γαλιλαίας πάντη ἄοικος σχεδὸν, μηδὲ λείψανον τῆς πρώην αὐτῆς εὐδαιμονίας ἐμφαίνουσα. Μετὰ δὲ ταύτην ἐστὶν ἡ Κανὰ, καστέλλιον πάντη μικρὸν, τὸ τέως νῦν ὁρώμενον. Ἔνθα τὸ ὕδωρ ὁ Σωτὴρ εἰς οἶνον μετεποίησε. Καὶ οὕτως μέσον διαφόρων βουνῶν ἐπὶ τῷ βάθει τῆς ἐξ αὐτῶν φάραγγος ἡ Ναζαρὲτ πόλις τεθεμελίωται, ἐφ' ᾗ τὸ μέγα μυστήριον διὰ τοῦ ἀρχαγγέλου Γαβριὴλ τῇ

æde viduæ, quæ eum hospitio exceperat, media in urbe assurgit.

8. Inde est Tyrus urbs, cæteris fere Phœniciæ urbibus pulchritudine præstans. Etenim ipsa, æque ac Tripolis, in simili peninsula sita est; verumtamen hæc magnitudine multo illa magis, et ædificiorum majestate ac pulchritudine, dilatatur. Sinus maris, qui ante ipsam conspicitur, portui Beryteno haud dissimilis est: quamvis ille et decore et magnitudine, et celsitudine turrium amplior et spectabilior sit. Extra urbem ad geminum sagittæ jactum conspicitur, in quo, ut fert traditio, Christus Dominus quiescens Petrum et Joannem, sacrosanctos apostolos, in civitatem misit, ad panes comparandos; illi abeuntes, et afferentes, una cum Salvatore ad vicinum fontem, mille non amplius passibus distantem, profecti sunt: cum Christus sedisset, convivatus cum apostolis, ex aqua bibit, fontique benedixit; et ad hæc tempora fons ille, si verum fateri volumus, miraculum est videntibus, quod verbis exprimi non potest, namque in mediis, qui ibidem latius effunduntur, pratis saliens, peregrinis in admiratione est, et summo delectamento, dicturque esse profunditatis expers. Structura vero illius figuraque hæc est. Turri octangula circumsepientes, qui primi fontem in eum prospectum redegerunt, in non mediocrem altitudinem illam excitarunt, ejusdemque angulorum extremitatibus, ad modum phialæ accommodatis, ad æquales pratorum altitudines, in summitatibus fornicum sulcis excavatis, depressam aquam in salientis speciem effundi procurarunt; quæ cursu resonans, prata, fontem ambientia, frequentibus irrigat fluentis: et quandoque quispiam in turri tanquam in specula stans videre poterit densam plantarum congeriem, et, dum folia commoventur et meridies fervet, prati universam coronam irrigatam.

9. Inde Ptolemais, sive Acce, sita est; urbs ingens, et copia hominum dives, aliis omnibus excelsior. Ea naves omnes onerarias excipit; et in eam pro Christo peregrinatores terra marique sese recipiunt. Hinc advenarum immensæ multitudinis accessu, dum aer corrumpitur, morborum frequentium genera exitiali desæviunt clade; tum odores pessimi, ex aere putrescente funestum hominibus excidium afferunt: et tanta noxa non ita facili expugnatu est; nec remedium malo inveneris urbis dexteræ partes Carmelum et maritimam Palæstinæ oram, sinistræ Galilæam et Samariam habent.

10. Prima itaque post Ptolemaidem urbs Galilææ Semphori sita est, prorsus inculta, atque inhabitabilis, nullumque fere pristinæ beatitatis præ se fert vestigium. Eam excipit Cana, castellum parvum, ut nunc videnti objicitur. Ibi aquam Salvator in vinum convertit. Tum inter varios colles media, ad ima ab eisdem efformatæ vallis, urbs Nazareth locum habet; in qua ingens per Gabrielem archangelum mysterium Deiparæ Virgini ac-

Vertamus eia stylum nostrum, sumentes initium a Chebron, quæ et Hebron. Hebron olim Metropolis Philistinorum, et habitaculum gigantum, in tribu Juda civitas sacerdotalis, et fugitivorum. Hebron sita fuit in agro illo, in quo summus dispositor patrem nostrum plasmavit Adam, et inspiravit. Hebron, Cariatharbe dicitur ; quod Saracenice sonat, Civitas quatuor ; eo quod quatuor ibi reverendi Patres in spelunca duplici consepulti fuere, summus scilicet Adam, Abraham, Isaac, et Jacob ; et eorum uxores quatuor, scilicet, Eva, mater nostra, Sara, Rebecca, Lia. Est autem Hebron juxta Vallem lacrymarum sita. Vallis lacrymarum est dicta, eo quod centum annis in ea luxit Adam filium suum Abel : in qua et monitus postea ab Angelo, cognovit suam uxorem ; ex qua genuit filium suum Seth ; de cujus tribu erat Christus oriundus. Duo milliaria ab Hebron, sepultura Loth, nepotis Abrahæ. In Hebron habetur quidam ager cujus gleba rubea est : quæ ab incolis effoditur, et per Ægyptum venalis asportatur, et, quasi pro specie, carissime emitur. Prædictus ager, In quantum late et profunde effossus fuerit, in tantum divina dispositione in anno futuro redintegratus reperitur. Juxta Hebron mons Mambre ad radicem cujus Terebinthus illa, quæ diu vocatur, id est, Hex, aut quercus. Secus quam per multum temporis spatium mansit Abraham : sub qua quidem tres angelos vidit, et unum adoravit ; hospitioque susceptos, dignus, prout potuit, fovit et pavit : unde primus comedendi via dictus est. Ilex prædicta ex tunc usque ad tempus Theodosii Imperatoris, testante Hieronymo, suum esse dilatavit . et ex illa hæc fuisse perhibetur, quæ in præsenti ab illic præsentibus videtur, et caro tenetur. Quæ licet arida, medicabilis tamen esse probatur in hoc, quod, si de ea quis equitans aliquid secum detulerit, animal suum non infendit. In Hebron primo applicuerunt se, causa terræ explorandæ, Caleph et Josue, eorumque socii decem. In Hebron David regnavit septem annis et dimidio. Decem milliaria ab Hebron, est lacus Asphaltices contra orientem, qui et mare Mortuum dicitur ; et vere mortuum, quia nihil vivum recipit : et mare diaboli dicitur, eo quod, instinctu ejus, quatuor illæ civitates miserrimæ, Sodoma, Gomorrha, Seboin, Adama, perseverantes in turpitudine sua, igne sulphureo concrematæ, in lacum illum submersæ sunt. Supra lacum in accubitum Judææ, Segor, quæ et Bala, quinta de civitatibus illis, precibus Lot de subversione et incendio reservata ; quæ usque nunc ostenditur. In exitu Segor, uxor Lot, salis in effigiem mutata fuit : cujus adhuc apparent vestigia supra ripam prædicti maris. Multum est aluminis, multumque cataranni, quod ab incolis reperitur et legitur ; et ex mari bitumen reperitur et extrahitur, quod Judaice appellatur in multis necessarium. Segor autem modo, a compatriotis, oppidum palmæ vocatur. Supra lacum Asphaltiten in descensu Arabiæ, Carnaum in spelunca, in monte Moabitarum ; in quem Balach, filius Beor, divinum adduxit Balaam ad maledicendum filiis Israel : qui propter vehemens prærruptum excisus vocatur. Lacus Asphaltites Judæam dividit et Arabiam. Arabia, tempore filiorum Israel, solitudo erat, et desertum, terra invia et inaquosa. In ea quidem detinuit eos Dominus quadraginta annis, manna pluens ad manducandum, aqua de rupe ducta. In Arabia, Helim, castrum filiorum Israel, locus in deserto, in quo duodecim fontes, et septuginta palmas, de mari Rubro exeuntes repererunt. In Arabia, Vallis Moysi ; in qua percutiens bis silicem virga, duos aquæ populo Dei reddentem rivulos ; de quibus modo tota illa regio irrigatur. In Arabia mons Sinai, in quo Moyses XL diebus, totidemque noctibus, totius cibi expers, moratus fuit ; in quo et Dominus Moysi dedit legem, proprio digito scriptam in tabulis lapideis. In Arabia, præcessit filios Israel columna ignis per noctem nubes vero vallavit eos diebus singulis. In Arabia, XL mansiones filiorum Israel. In Arabia, mons Hor, in quo sepultus quiescit Aaron. In Arabia, mons Abarim ; in quo Dominus Moysen sepelivit, cujus tamen nusquam apparuit tumulus. In Arabia, mons regalis, quem Baldeuinus, primus rex Francorum in Jerusalem, ad terram illam Christicolis subjugan-

(*) Additur apud Allatium, *Anno Domini MXL.* Cum autem in narrationis decursu Balduini regis mentio (*col.* 992 C) occurrat, sequitur auctorem nostrum duodecimo sæculo per terram sanctam iter fecisse. EDIT. PATR.

dam et tuendum regnum David, in castrum firmum reddidit. Arabia jungitur Idumææ in confinibus Bostron. Idumæa, terra Damasci. Idumæa tamen sub Syria. Caput Syriæ quidem Damascus. Idumæam et Phœniciam dividit Libanus. Phœnicia, in qua Sor, id est, Tyrus, Phœnices nobilissima metropolis, quæ Christum, perambulantem maritima, ut Syri asserunt, noluit accipere; quæ et, divina testante pagina, tot martyres Deo reddidit, quorum ejus solius scientia minus colligit. Tyrus originem celat tumulatum. Ante Tyrum lapis ille marmoreus, haud modicus, super quem sedit Jesus : manens illæsus, a tempore Christi usque ad expulsionem gentium ab urbe; sed postea defraudatus a Francis et a Venetis. Supra vero residuum illius lapidis, in honorem Salvatoris, ecclesia quædam fundata est. Octo milliaria a Tyro contra orientem, supra mare, Sarphen, quæ est Sarepta Sidoniorum. In qua quondam habitavit Helias propheta, in qua et resuscitavit filium viduæ, Jonam scilicet : quem prius ipsa hospitio receperat, et charitative foverat ac paverat. Sex milliaria a Sarphen, Sidon, civitas egregia; ex qua Dido, quæ Carthaginem construxit in Africa. Sexdecim milliaria a Sidone, Berytus opulentissima civitas. In Beryto quædam Salvatoris nostri icon, non multum post passionem ejus ad ignominiam ejus a quibusdam Judæis ridiculose crucifixa, sanguinem produxit et aquam; unde et multi in vero Crucifixo crediderunt, baptizati : quicunque etiam ex stilla iconis peruncti, a quacunque gravarentur infirmitate, sani reddebantur. Arphat, urbs Damasci. Damascus in Syria; de qua historia. Damascus caput Syriæ tenenda metropolis. In ea Damascum construxit Eliezer, servus Abrahæ, in agro illo, in quo Cain fratrem suum Abel occidit. Damasci habitavit Esau, qui et Seir, et Edom Seir pilosus; Edom ruffus et rubeus. Ab Edom tota illa terra vocatur Idumæa. De qua in psalmo : *In Idumæam extendam calceamentum meum* [1]. Est autem Edom vocata : unde propheta : *Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bozra* [2]? Est autem quædam pars terræ illius, terra Hus, ex qua beatus Job; quæ et Sueta; a qua Baldad Suhites; in qua et Theman metropolis. Ex Themans. Eliphat Themanites, in qua et Naamath oppidum; a quo Sophar Naamathites. Hi tres consolatores Job. In Idumææ finibus, duo milliaria a Jordane, fluvius Jaboc; quo transvadato Jacob, cum a Mesopotamia rediret, luctatus est cum angelo; qui de Jacob ei nomen mutavit in Israel. In Idumæa mons Seir; sub quo Damascus. Duo milliaria a Damasco, locus, in quo Saulo Christus apparuit, dicens : *Saule, Saule, quid me persequeris* [3]? in quo et Saulum claritas de cœlo non modica circumfulsit. In Damasco baptizavit Saulum Ananias, nomen ei Pauli imponens. In Damasco de muris missus fuit Paulus in sporta, persecutoris veritus rabiem. Libanus interpretatur Candidatio. De quo in Canticis : *Veni de Libano, sponsa mea, columba mea* [4]. Ad radicem Libani, Pharphar et Abana, fluvii Damasci. Montes Libani et planitiem archados transfluit Abana, mari magno se copulans, fluibus illis, quibus sanctus Eustachius, ab uxore sua privatus, et filiis desolatus, recessit. Pharphar per Syriam tendit Reblatam, id est, Antiochiam; labensque secus muros ejus, decem milliaria ab Antiochia in portu Solim ortu scilicet sancti Simeonis, mediterraneo mari se commendat. In Antiochia sedit beatus Petrus septem annis, pontificali decoratus infula. Ad radicem Libani, civitas Paneas sita est, id est, Helymas, quæ et Cæsarea Philippi. Ad radicem Libani, Dan et Jor oriuntur, fontes illi duo, de quibus, sub montibus Gelboe, Jordanis conficitur. In quo Christus a Joanne, præcursore ejus, tertio lapide a Jericho, baptizari voluit; in quo etiam loco vox Patris ejus intonuit, dicens : *Hic est Filius meus dilectus* [5]; et super Jesum descendit ibi Spiritus sanctus in specie columbæ. A montibus Gelboe usque ad lacum Asphaltiten, vallis, per quam Jordanis labitur, Sortus appellatur. Suphon (quod Hebræum est vocabulum) appellatur etiam vallis illa; quæ grandis atque campestris ex utraque parte vallatur montibus continuis a Libano usque ad desertum Pharan. Dividit autem Jordanis Galilæam et Idumæam, et terram Bosræ, quæ et Idumææ secunda metropolis. Jordanis descensus interpretatur. Dan fere ab ortu suo subterraneum ducit gurgitem usque ad Meldam, planitiem illam in qua satis patentem suum foras emittit alveum. Planities illa Melda vocatur, eo quod in illa Meldis est. Saracenice quidem sonat plateam. Platea Melda, Latine autem platea, forum; Melda vero vocatur, eo quod intrante æstate innumerabilis ibi populus, secum deferens omnia venalia, convenit ingensque Parthorum et Arabum militia, ad tuendum populum et greges suos in pascuis illis uberrimis per totam æstatem. Meldan componitur ex Mel, et Dan. Mel Saracenice aqua. Dan fluvius, ex planitie Dan prædicta se reddens in fluvium. Suetam peragrat, in qua pyramis beati Job superstes, a Græcis et gentilibus solemnis habetur. Dan, contra Galilæam gentium se obliquans ab urbe Cedar cæcis medicabilia balnea spineti plana profluens, Jor copulatur. Jor haud longe a Paneas lacum illius reddit ex se, postea mare Galilææ, sumens initium inter Bethsaida et Capharnaum. A Bethsaida Petrus et Joannes, Andreas et Jacobus Alphæi. Quatuor milliaria a Bethsaida, Corozain, in qua nutrietur Antichristus, seductor orbis. De Corozain et Bethsaida ait Christus Jesus : *Væ tibi, Corozain, væ tibi, Bethsaida* [6]. Quinque milliaria a Corozain, Cedar, excellentissima civitas illa, de qua in Psalmo, *cum habitantibus Cedar* [7]. Cedar interpretatur, in tenebris. Capharnaum, in

[1] Psal. LIX 10. [2] Isa. LXIII, 1. [3] Act. IX, 4. [4] Cant. IV, 8. [5] Matth. III, 17. [6] Matth. XI, 21. [7] Psal. CXIX, 5.

dextera parte maris sita est, civitas Centurionis, cujus filium in ea sanavit Jesus; de quo ait : *Non inveni tantam fidem in Israel* [8]. In Capharnaum multa alia fecit Jesus, docens in Synagoga. Capharnaum, villa pulcherrima interpretatur, vel villa pulchritudinis : quæ nobis sanctam figurat Ecclesiam. Ad quam tum qui de Libano descendunt, id est, de candore virtutum, ab ea et in ea lucidiores redduntur. Secundo milliario a Capharnaum, descensus illius montis est, in quo sermocinatus est ad turbas, et instruxit apostolos suos; in quo et leprosum curavit. Milliario a descensu illo, locus, in quo pavit quinque millia hominum ex quinque panibus et duobus piscibus. Unde locus ille mensa vocatur; quasi locus refectionis. Cui locus subjacet ille, in quo Christus post resurrectionem suam discipulis apparuit, comedens cum eis partem piscis assi supra mare; in quo et Dominus sicco pede ambulavit, cum circa quartam noctis vigiliam Petro et Andreæ piscantibus apparuit; ubi et Petro, supra ad eum ire volenti, et merso, ait Jesus : *Modicæ fidei* [9]. Ubi etiam alia vice discipulis suis, in navi periclitari metuentibus, mare quietum reddidit. In sinistro maris capite, montis in concavo, Genezaret; locus generans aurum, quod adhuc ab illis præsentibus sumitur. Milliario secundo a Genezaret, Magdalum oppidum, a quo Maria Magdalena. Hæc autem regio Galilææ gentium est; in tribu tamen Zabulon et Nephthalim. In superioribus ejus Galilææ, viginti fuerunt civitates illæ, quæ rex Salomon Hiram regi Tyri, amico suo, dono dedit. Secundo milliario a Magdalo, Cenereth, quæ et Tiberias a Tiberio Cæsare cognominata; quam in juventute sua frequentare solebat. Quarto milliario a Tiberiade, Bethulia civitas; ex qua Judith, quæ, pro gente salvanda, nimis astute peremit Holofernem in obsidione urbis. Milliario quarto a Tiberiade contra meridiem, Dothaim, in quo fratres suos gregem pascentes reperit Joseph; quem et Ismaelitis, eum odio habentes, vendiderunt. Duodecimo milliario a Tiberiade, Nazareth, civitas Galilææ, patria Salvatoris, eo quod in ea nutritus fuit. Nazareth interpretatur flos, vel virgultum; nec sine causa, cum in ea ortus sit flos, ex cujus fructu sæculum repletum est. Flos iste virgo Maria ex qua Gabriel archangelus in eadem Nazareth Filium Altissimi nasciturum nuntiavit, inquiens : *Ave, Maria* [10]. De Nazareth dictum fuit : *A Nazareth potest boni aliquid esse?* Milliario quinto a Nazareth, Sephoris civitas, via, quæ ducit Achon. Ex Sephori mater beatæ Mariæ, Anna, et Hermana, sorores. De Hermana nata est Elizabeth, mater Joannis Baptistæ. Porro Joachim duxit Annam uxorem, qui genuit ex ea Mariam, Matrem Domini. Mortuo Joachim, Cleophas duxit Annam in uxorem, et genuit ex ea alteram Mariam, quæ fuit mater Jacobi minoris Alphæi, qui appellatur frater Domini. Defuncto igitur Cleopha, Salome duxit iterum Annam uxorem; de qua genuit tertiam Mariam. Zebedæus duxit eam uxorem, videlicet tertiam Mariam; quæ genuit ei duos magnos viros, Jacobum Minorem et Joannem Evangelistam. Et isti nihilominus cognati Domini fuerunt. Primam Mariam duxit in uxorem Joseph, qui vocabatur Justus, secundam Mariam duxit Alphæus. Secundo milliario a Sephori, Cana Galilææ, contra Orientem; a qua Philippus et Nathanael. In qua et puer Jesus, cum matre discumbens in nuptiis, aquam convertit in vinum. In Nazareth labitur fons exiguus; in quo in pueritia sua habitare solebat, et inde ministrare matri suæ et sibi. Milliario a Nazareth, contra meridiem, mons, qui Præcipitatus dicitur; ex quo juvenem Jesum præcipitare voluerunt, æmulantes prudentiam ejus; sed ab eis in momento disparuit. Quarto milliario a Nazareth, contra orientem, mons Thabor; in quo transfiguravit se Jesus, apostolis suis videntibus, Petro, Joanne et Jacobo, Moyse et Elia; quibus etiam vox Patris audita est, dicens : *Hic est Filius meus dilectus* [11]. Secundo milliario a Thabor, contra orientem mons Hermon. In descensu montis Thabor, obviavit Abrahæ, redeunti a cæde Amalec, Melchisedech, qui et Sem, filius Noe, sacerdos, et rex Salem, præsentans ei panem et vinum; quod significet oblationem altaris Christi sub gratia. Secundo milliario a Thabor, Naim civitas; ad cujus portam Christus restituit vitæ filium viduæ. Supra Naim mons Endor : ad radicem cujus, supra torrentem Raduinum, qui est torrens Cison, ubi cum filio Deboræ prophetissæ, Barach filius Abinoem devicit Idumæos, Sisara videlicet occiso a Jahel, uxore Heber Cinæi, Zeb autem, et Zebee et Salmana trans Jordanem persequens, gladio peremit; Barach, duce eorum in Endor, et sub Endor exercitu cæso. Inde in psalmo, *Thabor et Hermon* [12], etc. Quinto milliario a Naim, Jezrahel civitas, quæ et Zarin; ex qua Jezabel, impiissima regina, fuit, quæ abstulit vineam Naboth : quæ et, pro importunitate sua, de summo palatii sui præcipitata interiit : cujus adhuc pyramis superstes videtur. Juxta Jezrahel, campus Mageddo; in quo Josias rex a rege Samariæ subactus occubuit, deinde translatus in Sion et sepultus : pro cujus morte fecit Jeremias Lamentationes. Milliario a Jezrahel, montes Gelboe; in quibus dimicantes Saul et Jonathas, subacti siluerunt. Unde David : *Montes Gelboe* [13], etc. Secundo milliario a Gelboe, contra Orientem, Scythopolis civitas, Galilææ metropolis, quæ et Bethsan, id est, domus solis, vel civitas, supra cujus muros suspenderunt caput Saul. Quinto milliario a Jezrahel, geminum oppidum illud, a quo incipit Samaria. Decimo milliario a Samaria, quæ et Sebaste, id est, Augusta, ab Augusto Cæsare dicta : in qua sepultus fuit paranymphus ille

[8] *Matth.* VIII, 12. [9] ibid. 26. [10] Luc. I, 28. [11] Matth. XVII, 5. [12] Psal. LXXXVIII, 13. [13] II Reg. I, 21.

et præcursor Domini, Joannes Baptista, ab Herode decollatus trans Jordanem juxta lacum Asphaltiten in Castello Macherus, et a discipulis suis inde translatus Sebasten, ibique sepultus inter Eliseum et Abdiam : postea exinde assumptum corpus a Juliano Apostata, ejus jussu crematum fuisse perhibetur, datis vento cineribus ; sed absque capite, quod Alexandriam antea translatum fuerat, postea Constantinopolim, ad ultimum in Galliæ pagum Pictaviensem, et absque judice, quod venientem Jesum ad baptisma indicavit, dicens : *Ecce Agnus Dei* [14]. Judicem Justum sancta Virgo martyr Alpes tulit Thecla, ubi sub maxima veneratione tenetur in ecclesia Morinensi. Samaria nomen urbis et patriæ. Quarto milliario a Sebaste, Neapolis, quæ et Sichem, a Sichem patre Hemor, qui Dinam filiam rapuit, finibus illis deambulantem. In Sichem vero relata fuerunt ossa Joseph ex Ægypto. In Sichem juxta fontem fabricavit Jeroboam vitulos aureos duos, quos adorari fecit a decem tribubus, quas a Jerusalem abduxerat et seduxerat. Unde unum ex eis posuit in Dan, alium in Bethel. Sichem urbem illam deleverunt filii Jacob, Hemorque peremerunt, dolentes de adulterio Dinæ sororis suæ. Sichem iis diebus Neapolis dicitur, id est, Nova civitas, Sichar ante ; juxta Sichem prædium, quod dedit Jacob filio suo Joseph. In quo fons Jacob, qui et puteus ; supra quem evangelizatur, fessum itinere Jesum, sermonem habuisse cum Samaritana ; ubi nunc et ecclesia construitur. Juxta Sichem, terebinthus illa, sub qua Jacob abscondit idola. In Bethel, milliario a Sichem, Luza civitas, in qua per multum temporis spatium habitavit Abraham : ubi et Jacob, dormiens, scalam vidit ad caput ejus, cœlum tangentem, angelosque per eam ascendentes et descendentes ; et statim evigilans, ait : *Hic locus vere sanctus est, et porta cœli* [15], erigensque lapidem in titulum, oleumque fundens desuper, appellavit nomen loci illius Bethel, qui primitus Luza appellabatur. In Bethel, angeli præcepto, voluit Abraham immolare Domino filium suum Isaac. Est autem Bethel collateralis mons Garizim, respiciens montem Hebal, orientem juxta Dan super Sichem. Vicesimo milliario a Sichem quartoque a Jerusalem, via quæ ducit Diospolim, mons Silo, et civitas, quæ et Rama ; ubi arca Domini et tabernaculum ab adventu filiorum Israel manserunt usque ad tempora Samuelis prophetæ et David regis.

Vigesimo quarto milliario a Sichem, decimo octavo a Diospoli, decimo sexto ab Hebron, decimo tertio a Jericho, quarto a Bethleem, decimo octavo a Bersabee, vigesimo quarto ab Ascalone, totidemque a Joppe, quinto a Ramatha ; Jerusalem, sanctissima civitas, Judææ metropolis, quæ et Sion ; de qua dictum est : *Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei* [16]. Quæ Ælia, ab Ælio Adriano, qui eam construxit. Bethleem, civitas Judæ, quæ et Ephrata. Bethleem interpretatur Domus panis ; nec sine causa, quia de flore Nazareno processit in ea fructus vitæ, de Virgine Maria Filius Dei vivi, videlicet Christus Jesus, qui panis est angelorum, totiusque mundi vita. In Bethleem, juxta locum Nativitatis, præsepe, in quo et ipse latitavit infans Jesus. Unde et propheta : *Cognovit bos possessorem suum* [17]. Ex quo fœnum illud, in quo latitaverat, Romam delatum fuerat ab Helena, et honeste reconditum in ecclesia sanctæ Mariæ majoris. Milliario a Bethleem, refulsit lux pastoribus, Domino nato, ejus apparente angelo et dicente : *Gloria in excelsis Deo* [18]. In Bethleem nova stella duce, venerunt tres reges ab Oriente, venerati natum Jesum, et, ut Regem angelorum adorarent, præsentantes mystica munera, aurum, thus, et myrrham. In Bethleem ejusque finibus, decollari jussit Innocentes Herodes : quorum pars maxima, contra meridiem, secundo milliario a Bethleem, secundo a Thecua, sepulta quiescit. Quarto milliario a Bethleem, contra meridiem, est ecclesia beati Paretolis ; ubi et, ipso transeunte de hoc mundo, monachi ejus, quibus ipse pastor præfuerat, cum eo pariter agonizaverunt ; quod adeo devote præstiterunt, eo quod pater eorum pius extiterat ; nec post eum in mundo vivere volebant, ita ejus amore fervebant ; quorum singulorum compagines in ecclesia videri possent, modo illo quo se habuerunt in desolatione patris eorum agonizantis, translati postea in Jerusalem. In Bethleem, in basilica haud longe a præsepio, requiescit corpus beati Hieronymi, nunc quidem Romæ, ubi etiam in ecclesia sancti Nicolai requiescunt corpora sanctorum Pauli et Eustachii ; quibus ipse Hieronymus scribit. Milliario a Bethleem, via, quæ ducit Jerusalem, Hablata, locus, in quo, cum peperisset Benjaminum, Rachel occubuit ; ibique cum Jacob, viro suo, tumulata quiescit : cujus in tumulo supposuit Jacob duodecim lapides non modicos, in testamento duodecim filiorum suorum, cujus adhuc pyramis a transeuntibus videtur. Jerusalem, gloriosa Judææ metropolis, juxta philosophos in medio mundi sita est. Regnavit autem David in ea triginta duobus annis cum dimidio. Est quidem in Jerusalem mons Moria super quem David, videns angelum percutientem evaginato gladio, qui populum Dei graviter cædebat, timens, ne in se et in urbem ulciscretur, quod in populo numerando deliquerat, primus in terram corruit, vere pœnitens, graviterque se affligens, et a Domino exauditus, veniam meruit ; de quo ait Dominus : *Inveni virum juxta cor meum* [19]. In monte Moria, regnante David, florebat area Ornan Jebusæi, a quo et ipse David eam emere voluit ad constituendam ibi domum Domini, eo quod misericordiam loco illo consecutus est, et eo quod angelus Domini, ei parcens, urbi restiterat, sunt quidem, sed vetitum fuit a Domino, ne intromitteret

[14] Joan. I, 29. [15] Gen. XXVIII, 17. [16] Psal. LXXXVI, 3. [17] Isa. I, 3. [18] Luc. II, 14. [19] I Reg. XIII, 14.

se inde, quia vir sanguinis erat. Ergo quas ad hoc præparaverat expensas, Salomoni filio suo, cui a Domino concedebatur, tradidit, quatenus inde domum Domino construeret. Ædificavit rex Salomon Domino templum, id est, Bethel, et altare : quæ et dedicavit incomparabili sumptu : petens a Domino, quod, quicunque de quocunque Dominum consuleret, in eo exaudiri mereretur, quod concessum fuit a Domino. Ergo domus Domini, domus consilii. Illud autem, pro incontinentia principum et populi, exspoliavit Nabuchodonosor per Nabuzardan, principem coquorum suorum, tempore Sedechiæ regis, ipsumque privavit urbe, totumque quod pretiosum fulgebat in æde et in urbe, tulit, sibique præsentari jussit in Babylonem, et populum. Paulo post quidem Pharao Nechao templum delevit et urbem. Modo vero, ne relatori videatur absurdum, auditori tædiosum, sub quibus et a quibus restitutiones et destructiones primi et secundi et tertii templi commissæ, hoc de præsenti Bethel, prout verius queam, elucidare conabor. Revera de hoc Bethel, sub quo et a quo principe restitutum sit, fere ignoratur. Quidam enim, sub Constantino imperatore, ab Helena matre sua reædificatum fuisse perhibent, pro reverentia sanctæ crucis per eam repertæ; alii ab Heraclio imperatore, pro reverentia ligni Domini, quod de Perside triumphans attulerat; alii a Justiniano Augusto; alii a quodam admirando Memphis Ægypti, pro reverentia Allahibyi, id est, summi Dei, etiam ad primum colendum. Ab omni lingua reverende veneratur præsens hoc templum, quantum prædicatur. Cujus in penultimo, octavo die natalis sui, puer circumcisus est; præputium cujus, Jerusalem in templo de cœlis, ab angelo, Carolo Magno regi præsentatum fuit, et ab eo delatum in Galliam Aquisgranum : postea quidem a Carolo Calvo translatum in pagum Pictaviensem, apud Carnosiam, in ecclesia, quam ibi in honorem Salvatoris construxit, et regiis bonis amplissimis sub monachali religione locupletavit, quod ex tunc usque modo ibi solemniter veneratur ipsa præsenti suo Jesus a matre sua præsentatus est, et receptus a beato Simone, dicente : *Nunc dimittis servum tuum, Domine* [20]. De templo ipso liberavit adulteram ab accusantibus eam, dicens : *Qui sine peccato est* [21], etc. Ista adultera fuit de tribu Nephtalim, filia Segor. In templo isto laudavit munus pauperculæ, quod in gazophylacio posuerat; quæ totum, quod habebat, attulerat. In templo isto, dum moraretur Jerusalem, docebat Judæos, licet eum æmulantes. Supra pinnaculum templi statuit Jesum diabolus, tentans eum, et dicens : *Si Filius Dei es* [22], etc. De templo præcipitatus fuit divus Jacobus, primus sub gratia pontifex in Jesusalem. In templo isto nuntiatum fuit, ab angelo, Zachariæ, natale filii sui Joannis Baptistæ, feria sexta, hora secunda. Inter templum et altare Zacharias, filius Barachiæ, martyr occubuit. Supra templum hoc in veteri Testamento sanctificare solebant turtures et columbas : quod a Saracenis postea immutatum est in horologium, et adhuc videri potest. Per Speciosam portam templi transiens Petrus cum Joanne, respondit petenti ab eis : *Quod autem habeo, hoc tibi do* [23]. In Jerusalem Probatica piscina; quam, tempore Jesu, certis temporibus movere angelus Domini solebat; quicunque infirmus autem post motionem intrabat, sanus fiebat, a quacunque detinebatur infirmitate. Probaton Græce, pecus Latine, eo quod in sacrificiis solebant inde ablui exta pecudum. Erat quippe rubea ex hostiis, quæ ibi immolabantur. In Probatica ista languentem sanitati restituit Jesus, dicens ei : *Tolle grabatum tuum* [24], etc. In medio Jerusalem, excitavit a morte puellam Jesus, sub Salomonis regia, in accubitu Sion. In Josaphat, natatoria Siloe : ad quam Christus cæcum, ab eo illuminatum, misit, ut ex ea lavaret oculos suos, qui abiens, lavit, et vidit. Siloe, missus interpretatur. Siloe, secundum traditionem majorum, ex Sion manare dicitur. Unde Isaias : Siloe cum silentio gurgitem suum ducit; quia subterraneum. Juxta Siloe exstitit quercus Regel; sub qua beatus Isaias sepultus quiescit. In valle Josaphat, sub acuta pyramide, rex idem Josaphat sepultus quiescit. In valle Josaphat sepultus est beatus Jacobus, indeque translatus Constantinopolin. Secundo milliario a Jerusalem, via, quæ ducit Sichem, mons Sabasth in tribu Benjamin. Milliario a Jerusalem, in accubitu montis Oliveti, contra Asphaltiten, Bethania : quæ collateralis est monti Oliveti. Mons Oliveti, mons offensionis, et continuus. Dividit autem eos via, quæ de Josaphat per Bethphage ducit. Dictus est autem mons offensionis, eo quod rex Salomon in eo idolum Moloch adoravit. Bethania est oppidum illud, in quo Simon leprosus sæpe Jesum recepit in hospitem; cui devote ministrabant Maria et Martha. Bethaniæ Maria cum lacrymis rigans pedes Jesu, suisque crinibus extergens, et ungens unguento, suorum veniam meruit peccatorum. Bethaniæ Christus Martham laudavit, et Mariam, Martham, in ministrando sollicitam; Mariam, in verbis ejus sollicitam : quarum precibus et lacrymis commotus, fratrem earum Lazarum in monumento jam quatriduanum, vitæ restituit. Bethania, *domus obedientiæ* interpretatur. Bethphage, quæ et *vitulus sacerdotum, domus buccæ* vel *maxillarum* interpretatur. Mons Oliveti, mons tribuaris, vel sanctificationis. Vallis Josaphat, vallis judicii. Jerusalem, visio pacis. Sion, speculum, vel speculatio. Per hunc tramitem ascendit Jesus Hierosolymam, sedens super asinam, die, qua celebratur ramus palmarum. Sic et quisque catholicus angeli summi consilii debet incedere, et adire præsentiam sacerdotum, qui Dei verbum ruminant; ut ab eis corrigatur, et instruatur, eoque consilio et doctrina se-

[20] *Luc.* II, 29. [21] Joan. VIII, 7. [22] Matth. IV, 3. [23] Act. III, 6. [24] Marc. II, 9.

bire vallem judicii, id est, contritionem sanæ compunctionis, in conspectu, ' videlicet qui se affligit, per portam Orientalem digne introiturus sanctam Jerusalem, cœlestem Sion, stola jucunditatis decorandus. Monte Sion lavit Jesus pedes discipulorum suorum, dicens eis : *Sic facite in meam commemorationem* [35]. Monte Sion cœnavit Jesus cum discipulis suis, dans eis in pane corpus suum ad manducandum, et in vino sanguinem suum ad bibendum : quod est viaticum nostræ redemptionis. Monte Sion, in cœna supra pectus Domini beatus Joannes recubuit, de fonte sapientiæ potans. Monte Sion, Judæ, proditori suo, in cœna Christus buccellam panis intulit. Monte Sion ait Jesus : *Mecum est in mensa, mecum intingit manum in paropside, qui me traditurus est* [36]. Cui Judas : *Numquid ego sum, Rabbi ?* Jesus respondet ei : *Tu dicis* [37]. Ad sinistram montis Sion, super agrum peregrinorum, qui et Haketdama, id est, ager sanguinis, secus viam, quæ ducit Ephrata. ' Mons Sion, in quo rex Salomon unctus, regni diadema recepit. In Jerusalem vendidit Jesum Judas hora vesperarum. In accubitu montis Oliveti contra orientem trans Cedron, jactu lapidis a Gethsemani, oravit Christus ad Patrem suum, dicens : *Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste* [38] ; ubi ex timore carnis, sudorem fudit quasi sanguinem ; ubi et ait Petro : *Non potuistis una hora vigilare mecum* [39] ? Deinde Gethsemani regressus est. Judas autem traditor, accepto jam pretio, ad id quod de Jesu Judæis spopondit, signum dederat cohorti : *Quemcunque osculatus fuero* [40], etc. Quem, cognitum fraudis osculo, vinctum ducunt in Sion, ad Pilati prætorium. Ubi et Petrus ter eum negavit : unde et, galli cantu pie reminiscens verbi Jesu, vere pœnituit, flevitque amare ; et fugiens in cavernam, quæ modo Galli cantus appellatur, vulgariterque Galilææ via, quæ descendit Josaphat, sub porta montis Sion. Monte Sion Jesum opprobriis afflictum, verberibus cæsum, catenis tentum, ac derisum, crucis suæ bajulum, Pilati jussu, Judæorum impulsu, in Golgotha, quod est Calvariæ locus, tunica exutum, felle et aceto potatum, crucis patibulo suspensum neci dederunt. Locus, inquam, Calvariæ dictus, eo quod in eo calvari, id est, damnari rei solebant. Calvariæ dum in cruce pateretur Jesus, Matrem suam amico suo commendavit ut virginem virgini Matri, dicens : *Ecce filius tuus* [41], etc. Calvariæ dum in cruce pateretur hostia mundi, latroni pendenti ad dexteram, ab eo petenti veniam, stolam immortalitatis promisit : crucis in patibulo, perforatus lancea, sanguinem emisit et aquam, ex quorum stilla aperti sunt oculi Longini, qui eum percusserat. Sub loco Calvariæ ad dexteram, in introitu Ecclesiæ, locus, in quo Joseph impetravit a Pilato corpus Jesu, sublatum de cruce lavit reverenter [A] liquoribus, et aromatibus condivit, involutumque in sindone munda, haud longe sepelivit in horto, in monumento, quod novum sibi de rupe sculpserat. Inde descendit ad inferos ad redimendum hominem : inde resurrexit, verus leo de tribu Juda, morte subacta ibi : et angelus Domini sanctis mulieribus apparuit, jam ab ostio monumenti lapide revoluto, et, Jesum vere resurrexisse nuntians, ai : *Ite, et dicite discipulis ejus, et Petro, quod præcedet vos in Galilæam* [42]. Sub loco Calvariæ, in capite Ecclesiæ, ab Helena crux Domini reperta est. Secundo milliario a Jerusalem, contra Jerusalem crevit arbor illa dignissima, in qua verus ille leo pependit, qui morte sua mortem delevit, vitam mundo reparans. Unde propheta : *O mors, ero mors tua* [43], [B] etc. De carcere vero, et medio mundi, fabulatorie prædicatur ; cum utriusque loci dignitas satis reverenda sit. Locus, inquam, qui modo Carcer Christi dicitur, in passione Jesu campestris erat ; sed in ea moram habuit, quandiu machinabantur ei crucis suspendium. Illo quidem loco, secundo manifestavit se Jesus Mariæ Magdalenæ, cum rediret ab inferis. Eadem die jam declinante ad vesperam, sub peregrini specie latitans, apparuit duobus discipulis in via, sub conquestu de morte illius tendentibus Nicopolin, id est, Emmaus oppidum, septimo milliario a Jerusalem : quem et ibi receptum in hospitem recognoverunt in fractione panis ; et statim disparuit ab eis. Monte Sion apparuit apostolis omnibus, absque Thoma, januis clausis, dicens eis : *Pax vobis* [44]. Monte Sion, octava die, Thomæ cum illis, januis clausis omnibus, vulnera sua palpanda obtulit. Cui ait Thomas : *Dominus meus, et Deus meus* [45]. In Galilæa secus mare, et in mari discipulis suis ter se manifestavit. Quadragesimo die, in monte Oliveti, susceptus a nube, manibus erectis, cœlos ascendit. Quadragesimo die, qui nobis jubileum annum, id est, æternam libertatem figurat, apostolorum corda suorum inflammantem, sanctum remisit Spiritum Paracletum. Monte Sion Virgo, Jesu Mater, translit de mundo, et in Josaphat ab apostolis sepulta fuit ; inde a Filio suo supra choros angelorum exaltata. Monte Sion David rex, et Salomon, aliique reges Hierosolymitani, [D] sepulti quiescunt. Ante portam Jerusalem, quæ respicit occasum ' urbs sancta Israel, saxis obrutus beatus Stephanus protomartyr obiit, inde translatus in Sion, et sepultus inter Nicodemum et Habilon, et Gamalielem ; postea Constantinopolin : Romæ ad ultimum beato Laurentio contumulatus. Unde et in tumulo scribitur : *Quæ Sion occidit nobis bis ' austra misit.* Ante portam Jerusalem, juxta locum qui respicit meridiem cavea illa, in qua leo quidam, jussu Dei omnipotentis, martyrum fere duodecim millia sub Cosrhoe perempta, una nocte delulit : unde et caverna leonis dicitur. Sexto

[35] Luc. xxii, 19. [36] Matth. xxvi, 23. [37] Ibid. 25. [38] Ibid. 39. [39] Ibid. 40. [40] Ibid. 48. [41] Joan. xix, 26. [42] Matth. xxviii, 7. [43] Osee xiii, 14. [44] Luc. xxiv, 36. [45] Joan. xx, 28.

milliario a Jerusalem, via, quæ ducit Ramatha, mons Modin ; ex quo Mathathias, pater Machabæorum; in quo sepulti quiescunt, eorum adhuc apparentibus tumulis. Octavo milliario a Modin, via quæ ducit Joppen, Lidda, quæ et Diospolis : in qua corpus beati Georgii sepultum fuisse manifestatur. Milliario a Ramatha, tertio milliario a Bethleem, Thecue oppidum, ex quo Amos propheta : qui et ibi sepultus quiescit. Quarto milliario a Jerusalem ad austrum, oppidum illud, in quo morabatur Zacharias tunc temporis, cum Mater Jesu Maria, festinans, jam habens in utero Filium Dei, venit ad salutandam Elisabeth, cognatam suam, quæ erat gravida Joanne Baptista ; quem ibi et natum fuisse perhibent. Decimo tertio milliario a Jerusalem contra boream, Jericho, ex qua Rahab meretrix, quæ hospitio suscepit et pavit celavitque quatuor exploratores terræ promissionis. Ex qua Zachæus statura pusillus, audiens Jesum, partes illas perambulantem, sycomorum arborem ascendit, et, ut Dominum videret, et cum eo loqueretur, se ludicavit, petens veniam; ex qua et pueri, qui beatum Elisæum, Hierosolymam ascendentem, deriserunt exclamantes : *Ascende calve, ascende calve* [36]. Secundo lapide a Jericho ad austrum, est desertum, quod Quarantena vocatur, in quo Jesus quadraginta diebus totidemque noctibus jejunavit, eumque ibi esurientem tentans diabolus, ait : *Dic, ut lapides isti panes fiant* [37]. Secundo milliario a Quarantena contra Galilæam, mons excelsus ille, in quo iterum diabolus tentavit Jesum, ostendens ei omnia regna mundi, et inquiens : *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me* [38]: Sub Quarantena, fontis illius rivulus, quem beatus Elisæus, ejus sanata sterilitate, de amaro potabilem reddidit. Ante Jericho, secus viam, cæcus mendicus, audiens quod Jesus transiret, clamans : *Jesu, fili David, miserere mei* [39], ab eo illuminari meruit, tam interius quam exterius. Tertio milliario a Jericho, secundo milliario a Bethagla, quod interpretatur *locus gyri*, eo quod ibi more plangentium circuissent funera Jacob, filii ejus et gens sua, referentes eum de Ægypto in Hebron. Engaddi in tribu Juda, ubi abscondit se David in solitudine, quæ est in aulone Jericho, hoc est, in regione illa campestri, de qua supra diximus. Vocatur vicus ille pergrandis Judæorum. In Gadda juxta mare Mortuum, balsamum afferri solebat et oriri. Unde et vineæ Engaddi nuncupantur. Octavo milliario a Nazareth contra Carmelum Cham mons; ad radicem cujus, juxta fontem, Lamech, pater Noe, sagitta spa peremit Cain, arcuque suo ducem suum. Unde furore repletus, et iratus, ait : *Occidi virum in vulnus meum, et adolescentulum in livorem meum* [40]. Tertio milliario a Cain monte, mons Carmeli, de quo in Canticis : *Collum tuum, ut Carmelus* [41]; in quo et per multum temporis spatium conversari voluit beatus Elias, ejusque discipulus cum eo, beatus Elisæus. Septimo milliario a Nazareth contra Genimium, Gaver, locus in quo Jehu rex Israel percussit Ochoziam regem Judææ. Decimo sexto milliario a Nazareth contra orientem supra mare Galilææ, Gergesa, viculus ille, in quo Salvator eos qui a dæmonibus vexabantur, sanitati restituit ; ex quo et in mari porci præcipitati obiere. Decimo sexto milliario monte Carmeli contra meridiem, Cæsarea, Palæstinæ metropolis, ex qua Cornelius centurio, quem in ea baptizavit beatus Petrus, et creavit in episcopum : in qua et turris Stratonis, quam Herodes contra adventum Augusti Cæsaris construxit de albo marmore; et turrim, quæ superemisset Hierosolymis, ipse Herodes, quæ et turris David dicitur, Josepho attestante, fabricavit eamque Antoniam vocavit.

[36] IV Reg. II, 23. [37] Matth. IV, 3. [38] Ibid. 9. [39] Matth. IX, 27. [40] Gen. IV, 23. [41] Cant. VII, 5.

POST MEDIUM SÆCULUM XII

THEODORUS PRODROMUS

NOTITIA

(Ex Leone Allatio *De Theodoris* num. CXVI, ap. Maium in *Bibl. Nov. Patr.* tom. VI.)

Theodorus Prodromus, sive Ptochoprodromus, ita enim sæpissime in manuscriptis exprimitur, Christianis parentibus ortus, bonis piisque disciplinis instruitur. Ipse enim de se dicit :

Ὃς πατέρων μὲν ἐξέφυν θεοφρόνων,
Καὶ πίστιν ἔκ τε πραγμάτων πιστουμένων
Καὶ κλήσεσι μάλιστα χριστωνυμίας·

Πάππου γὰρ εὐμοίρηκα Προδρομωνύμου,
Καὶ θεῖον ἔσχον Χριστὸν ὠνομασμένον
Γῆς ῥωσικῆς πρόεδρον, ἄβρὸν ἐν λόγοις,
Ὑφ' οἷς ἀναχθεὶς εὐσεβῶς ἀνετράφην.

Quibusdam non placet illud εὐσεβῶς, quod errori Græcorum de Spiritu sancto videatur addictissimus. Ipse ad Baream :

Ὁ μὲν Λόγος, νοῦ γέννα τοῦ παναιτίου,
Πανάγιος παῖς Πατρὸς ἐκ παναγίου,
Τὸ Πνεῦμα δ' ἐκπόρευμα, καὶ πρόβλημα νοῦ.

Alibique dicit de eodem, Πατρὸς ἐκ μόνου. Quinimo singulari opusculo hoc idem contra Latinos defendit, ut infra videbimus. Præpositum nomini Theodoro adjunctum τοῦ κυροῦ, qui ejus epigrammata ediderunt, *Cyri Theodori Prodromi*, interpretati sunt, nomen esse proprium arbitrati. Quos optime refellit Gilbertus Gaulminus in Adnot. ad eumdem Prodromum, cap. 1. Est enim κυρὸς nuperis Græciæ scriptoribus loco κύριος, ut Latinis eodem sæculo *domnus* pro dominus : quod etiam potius κὺρ, vel κύρις, corruptius extulerunt, probatque eamdem vocem sic perperam acceptam in omnibus linguis. Fuit variæ eruditionis vir, scripsitque varia in omni genere scientiarum. Illius edita sunt epigrammata Græca cum aliis quibusdam, quæ sunt : *Argumenta, seu capita utriusque Testamenti tetrastichis iambicis senariis, et heroicis, quæ ubique iambicis ejusdem sententiæ subnectuntur, non quidem in omnes libros, sed in Pentateuchum, Josue, Judices, et Reges. Item in quatuor Evangelia, et Acta apostolorum. Tetrasticha item iambica, et heroica, in tres sanctos hierarchas Gregorium, Chrysostomum, et Basilium. Elegi, quibus alloquitur Paulum apostolum. Pares ad Gregorium theologum, alii in magnum Basilium, alii in Gregorium Nyssenum, alii in sanctum Nicolaum. Exsilium amicitiæ senariis scriptum. In Providentiam. Versus expostulatorii in Baream, a quo temere nominatus fuerat hæreticus. In imaginem vitæ.* Basileæ apud Bebelium anno 1536. Hæc eadem omnia in manuscriptis Italicis habentur et correctiora, et ampliora, quibus non nemo suffultus novam editionem non inglorie moliri posset. Habentur quoque manuscripta in Bibliotheca regia Scoriaci. Illius epigrammata Græca, Joannes Ribissus in Latinam linguam transtulit, et Genevæ excudit Crispinus. Dialogus *De amicitia* iambicis trimetris scriptus, Græce et Latine interprete Conrado Gesnero editus est Basileæ post Joannis Stobæi *sententias* in fol. In his tamen quemadmodum et in reliquis aliis accuratior quantitatis syllabarum ratio desideratur.

Ejusdem dissertatio, qua veteris poetæ versiculum, quo paupertati sapientiam attribuebat, exagitat : nempe ἀνατροπὴ τοῦ, σοφὴν πενίη ἔλαχεν. *Refutatio argumenti : Paupertas sophiam nacta est*, ex regia bibliotheca deprompta, edita est Græce et Latine cum notis per Fredericum Morellium Lutetiæ in-8. An auctor hujusce dissertatiunculæ idem sit cum κυρῷ Prodromo ἐποποιῷ, cujus piorum carminum ἐκλογαὶ de oraculis utriusque Testamenti exstant, incertum sibi esse nec satis compertum fatetur idem Morellius. Et eumdem esse, fortasse aliquem collecturum, quod in exordio fateatur, se a pueris poetas amore ac reverentia prosecutum, exemplo Platonis. At cur pius poeta oratorem agens sola profanorum scriptorum auctoritate crebro usus, sanctorum auctorum, quos digitis callebat et aure, ne γρὺ quidem nominasset, hoc illi rem vertit in dubium. At sciat auctori contra profanos scriptores agenti, eosque exagitanti inopportunum visum fuisse ex sacris, quibus illi animum non advertunt, refellere, et præcipue nulla eum compellente necessitate. Scripsit ut libuit. Attamen epopœum et oratorem eumdem esse probant plane, quæ infra recensebimus illius opera ; necnon omnes manuscripti codices, qui hanc dissertatiunculam inter alia ejusdem monumenta accensent.

Ejusdem *Rhodanthes et Dosiclis amorum libri IX* Græce et Latine, Gilberto Gaulmino interprete editi sunt Parisiis apud Fussanum de Bray 1625, in-8. Ita tamen interpretatur Gaulminus, ut non ea quæ Prodromi sunt, sed sua et suo modo digesta comptaque reddat, additque in eumdem adnotationum librum. Adnexuit ejusdem dialogum *amarantium*, sive *senilem amorem*, soluta oratione scriptum Græce, et sua interpretatione Latinum. Græca amorum habuit ex bibliotheca Palatina descripta mann Salmasii ; quæ deerant, curante senatore Peirescio, ex Vaticano codice : septemque diebus, ut ipse tradit, Latina fecit. Amarantum ex Vaticana bibliotheca descriptum communicavit idem Peirescius. Et hæc quidem edita sunt. Multo plura inedita sunt, quæ suo ordine ut possumus, digeremus potissimum ex bibliothecis Italicis. Et primum quidem soluta oratione complura scripsit. Quæ ipse videre potui sunt. Ἐρωτήματα γραμματικὰ πρὸς τὴν σεβαστοκρατόρισσαν. *Erotemata grammatica ad sebastocratorissam.* P. Καθάπερ τὸ ἀνθρώπινον σῶμα, φιλολογωτάτη μοι βασιλίδων, ἀπὸ διαφόρων μερῶν. Hinc expiungitur error in indice manuscripto bibliothecæ regiæ Scoriaci, ubi scribitur : Θεοδώρου τοῦ Προδρόμου ἐξήγησις εἰς τὴν γραμματικὴν τοῦ Μοσχοπούλου. *Theodori Prodromi explicatio in grammaticam Moschopuli.* Moschopulus enim multo recentior est. Nisi alius nobis recentior Theodorus Prodromus ena scatur, vel Moschopolus Moschopulo Manuele antiquior. Παροιμίαι διάφοροι κατὰ ἀλφάβητον μετὰ τῆς ἑρμηνείας. *Proverbia varia alphabeti ordine digesta cum expositione.* P. Ἀδυνηνὸν ἐπιφώνημα τὸ ἀπ-

δές. Ἐπιστολαί, *epistolæ* I. Τῷ Ἐφόρῳ, *Ephoro.* P. Ἡμεῖς μὲν, ὀλβία μοι καὶ σοφωτάτη. II. Τῷ λογοθέτῃ κυρῷ Στεφάνῳ τῷ Μέλδῃ (1). *Logothetæ domno Stephano Meldæ.* P. Εἶτα σύ μοι λέγε τὸν Ὑμηττόν. III. Τῷ ὀρφανοτρόφῳ καὶ νομοφύλακι εἰς τὴν κατασχοῦσαν λοίμωξιν. *Orphanotropho, et nomophylaci de vexante eum canina fame.* P. Ἐκ κοιλίας ᾄδου τοῦτο δὴ τὸ προφητευόμενον. IV. *Eidem.* P. Πότε ἥξω, θαυμάσιε δέσποτα. V. *Eidem.* P. Τὴν χθὲς, θεοειδέστατε δέσποτα. VI. Τῷ μητροπολίτῃ Τραπεζοῦντος. *Trapezuntis metropolitæ.* P. Τίς εἰμὶ καὶ τίνων, ἱερέ μου καὶ θειότατε. VII. Θεοδώρῳ. *Theodoro.* P. Ὄφελον, ἀδελφική μου καὶ φίλη ψυχή. VIII. *Eidem.* P. Τοῦτ' ἐκεῖνο, φίλε Θεόδωρε, κἀπὶ σοὶ περιῆλθε. IX. *Lisici.* P. Οὐκ ἀγαθόν σε παῖδα. X. *Eidem.* P. Ὑπέρφευ, Λίζιξ, ἐξ ὅσης ἡμᾶς. XI. *Mytæ.* P. Φασὶν οἱ πεπειραμένοι, καὶ ἐγὼ πείθομαι. XII. *Eidem.* P. Τοῦτ' ἐκεῖνο γλῶσσα πνέουσα μένος Ἀθηναίου πυρός. XIII. *Eidem.* P. Σὺ μὲν ἡμῖν τὰς παρυπάτας καὶ τὰς ὑπάτας (2).

Πρὸς Γρηγόριον μοναχὸν καὶ καθηγούμενον τῆς ἐπὶ Ὀξείᾳ νήσῳ σεβασμίας μονῆς τῶν Βουλγάρων ὅτε ἦλθε πρὸς τὸ νησίον ὁ ἁγιώτατος ἡμῶν δεσπότης ἀπὸ τοῦ πατριαρχείου ἀρρωστήσας, καὶ παραιτησάμενος. *Ad Gregorium monachum et abbatem venerandi monasterii Bulgarorum, in Oxia insula siti, cum ad insulam venisset sanctissimus dominus noster ex patriarchio post morbum et abdicationem.* P. Οἶμοι θεσπέσιε καὶ σοφέ μου πάτερ.

Orationes et alii tractatus. I. Εἰσιτήριος τῷ ὀρφανοτρόφῳ, καὶ νομοφύλακι, καὶ (3) τὴν τοῦ ὀρφανοτρόφου ἀξίαν λαμβάνοντι. *In orphanotrophi et nomophylacis ingressu oratio, cum nomophylacis dignitatem acciperet.* P. Πότερος ποτέρῳ σοι, θειότατε δέσποτα, τὸν εἰσιτήριον ᾄσομαι. II. Εἰς τὸν Καίσαρα ἢ ὑπὲρ πρασίνου. *Ad Cæsarem pro prasini coloris factione.* P. Χρωμάτων πέρι καὶ φύσεως αὐτῶν, καὶ γενέσεως. III. Πρὸς τοὺς διὰ πενίαν βλασφημοῦντας τὴν Πρόνοιαν. *Ad eos qui propter paupertatem adversus Providentiam blasphemant.* P. Τιμολέων, ὁ Τιμοδήμου, Κορινθίων πολίτης. IV. Ἀμαθὴς, ἢ παρ' ἑαυτῷ γραμματικός. *Imperitus, aut apud se ipsum grammaticus.* P. Μαρσύαν δὲ εἴ τις ἥρετο τὸν αὐλητήν. V. Φιλοπλάτων, ἢ σκυτοδέψης. *Amicus Platonis, sive Coriarius.* P. Εἶεν, ὦ παῖ Ἀριστῶνος, καλὸς μὲν εἶ. VI. Δήμιος, ἢ ἰατρός. *Carnifex sive medicus.* P. Εἰ ἐν ἦν ἄνθρωπος οὐκ ἂν ἤλγεεν. VII. Βίων πρᾶσις πολιτικῶν καὶ ποιητικῶν. *Venditio vitarum hominum politicorum et poetarum.* P. Τὸν μὲν τόπον, ὦ Ἑρμῆ, καὶ τὰ βάθεια. VIII. Εἰς τὸν πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως Ἰωάννην. *In patriarcham Constantinopolitanum Joannem.* P. Πῶς πότε ὑπονοίας ἔχειν περὶ ἐμέ. IX. Λόγος εἰς τὸν Πορφυρογέννητον κυρὸν Ἰσαάκιον τὸν Κομνηνόν. *In Porphyrogennetam dominum Isaacium Comnenum.* P. Οὐ φθάνω σοι τοῦ ἐγκωμίου καρποφορῶν τὸ προοίμιον. X. Ἐπιθαλάμιος τοῖς τοῦ εὐτυχεστάτου Καίσαρος υἱοῖς. *Epithalamium felicissimi Cæsaris filiis.* P. Ἐδέησε καὶ τριχῶν αἰγείων τῇ πάλαι σκηνοπηγίᾳ. IX. Εὐχαριστήριος τῷ νομοφύλακι, πρωτεκδίκῳ καὶ ὀρφανοτρόφῳ κυρίῳ Ἀλεξίῳ τῷ Ἀριστηνῷ. *Gratiarum actio nomophylaci protecdico, et orphanotropho domino Alexio Aristeno.* P. Εἶτα τραγῳδοὶ μὲν καὶ διθυραμβοποιοὶ. XII. Ὑπὲρ τῆς γλώττης τοῦ ὀρφανοτρόφου καὶ νομοφύλακος Ἀλεξίου τοῦ Ἀριστηνοῦ. *De lingua orphanotrophi et nomophylacis Alexii Aristeni.* P. Ὑπὲρ τῆς τοῦ νομοφύλακος γλώσσης ὁ λόγος. XIII. Μονῳδία εἰς τὸν Πορφυρογέννητον καὶ σεβαστοκράτορα Ἀνδρόνικον τὸν Κομνηνόν. *Monodia in Porphyrogennetam et sebastocratorem Andronicum Comnenum.* P. Σκηναὶ καὶ γραφαὶ πενθήρεις. XIV. Μονῳδία εἰς σεβαστὸν καὶ λογοθέτην Γρηγόριον τὸν Καματηρόν. *Monodia in sebastum et logothetam Gregorium Camaterum.* P. Τίνι, ὦ παρόντες, ἀργασαίμην προτέρῳ τὴν μονῳδίαν. XV. Μονῳδία εἰς τὸν ἁγιοθεοδωρίτην Κωνσταντῖνον. *Monodia in sanctum a Deo datum Constantinum.* P. Εἰ τοὺς ἀγαθοὺς ἐφεῖται θρηνεῖν ἀπολιπόντας. XVI. Μονῳδία εἰς τὸν ἱερώτατον μητροπολίτην Τραπεζοῦντος κυρὸν Στέφανον τὸν Σκυλίτζην. *Monodia in sanctissimum metropolitam Trapezuntis dominum Stephanum Scylitzam.* P. Ἄρτι πρώτως ἠσθόμην φίλον ἀποβαλών.

Ἀπορίας ἀπὸ τῶν πέντε φωνῶν. Ξενόδημος ἢ φωναί. *Dubia ex quinque vocibus. Xenodemus sive voces.* P. Εἶεν, ὦ παῖ Ἀριστάνδρου, Θεοκλέο; δέ τινος φήμην.

Περὶ τοῦ μεγάλου, καὶ τοῦ μικροῦ, καὶ τοῦ πολλοῦ, καὶ του ὀλίγου, ὅτι οὐ τῶν πρός τί εἰσιν, ἀλλὰ τοῦ ποσοῦ. *Magnum et parvum, multum et paucum non pertinere ad relationem, sed ad quantitatem.* P. Τίνι δὲ ἄλλῳ ἢ λόγῳ τὰ λογιζόμενα.

Παράφρασις εἰς τὰ ὕστερα τῶν ὑστέρων ἀναλυτικῶν τοῦ Ἀριστοτέλους. *Paraphrasis in posteriora Analytica Aristotelis.* P. Οὔτε τῆς Ἀριστοτέλους μεγαλονοίας, οὔτε τῆς ἡμετέρας οὐθενείας. In bibliothecis regia Scoriaci, et imperatoria Vindobonæ. In eadem regia habetur ejusdem *Expositio in Psalmos.*

Περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος κατὰ Λατίνων. *De processione Spiritus sancti adversus Latinos.* P. Φανερόν ἐστι, ὅτι ὥσπερ ὁ Υἱὸς, οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οἴεται ἐκ τοῦ Πατρὸς μόνου ἔχειν.

Εἰς τὸ, Καὶ αὐτὸς προελεύσεται ἐνώπιον αὐτοῦ ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει Ἠλίου. *In illud: Et ille præcedet ante eum in spiritu et virtute Eliæ.* P. Τὴν ἀπορίαν ἀρχὴν, ὦ φιλότης εὐπορίας.

(1) Laz. Μέλητι.

(2) Petrus Lazzarus S. J. edidit has nonnullasque alias Prodromi epistolas in Miscellaneis ex bibl. *Coll. Rom. t. I, p. 18-81,* et t. II, p. 563 568. *Idem in Præf.* docte disserit de eodem Prodromo, et alia ejus scripta multa recensuit, quæ cum his apud Allatium conspirant, quanquam Allatius longe plura enumerat. A. M.

(3) Laz. δὶς pro καί.

Notre poëte nous apprend ici (*carm.* I, vers. 19) que ce *Constantin Camytzès* avait épousé *Marie Comnène*, princesse *porphyrogennète* (c'est-à dire appartenant à la famille impériale), mais seulement du côté maternel :

Τῆς πορφυρανθόπαιδος, ἀλλὰ μητρόθεν.

Dans la petite pièce suivante, il nous dira que cette *Marie Comnène*, épouse de *Constantin Camytzès*, avait pour mère *Théodora Comnène*, née elle-même de parents décorés de la pourpre (*carm.* II, vers. 4 et seqq.) :

Ἡ πορφυρανθόπαιδος ἐκ Θεοδώρας
Μητρὸς Κομνηνῆς Κομνηνὴ παῖς Μαρία,
Κωνσταντίνου δὲ σύζυγος Καμυτζίου.

Cependant je dois faire observer que du Cange (2) fait mention de *Théodora Comnène porphyrogennète*, quatrième fille de l'empereur Alexis Comnène Ier, mariée à *Constantin l'Ange*, noble philadelphien, et tige de la race des *Anges*, qui régnèrent après les Comnènes. De ce mariage, ajoute-t-il (3), naquirent, entre autres enfants, deux filles, dont l'une (qu'il ne nomme point, la désignant ainsi : *N. Comnena*) aurait, suivant l'historien Nicétas (4), été mariée dans la famille des *Camytzès*. Nicétas, il est

(1) Voyez l'article XXIV.
(2) Cang. *Fam. Aug. Byzantin.* p. 173.
(3) Id. pag. 202.
(4) Conf. Nic. in Isaac. lib. I, § 8; et lib. III, § 3. — Id. in Alex. lib. I, § 6; lib. II, § 5; et lib. III, § 2, 7.

(*a*) Sex primos versus edidit card. Ang. Mai in Biblioth. nov. PP., tom. VI, p. 414.
(*b*) Exstat infra.

vral, appelle l'époux de cette petite-fille d'Alexis Ier, *Manuel*, et non pas *Constantin Camytzès*; et, de plus, il le qualifie, non de *pansébaste-sébaste*, mais seulement de *protostrator*. Mais, malgré cette différence de dénomination, nous croyons que le personnage célébré par Théodore Prodrome est le même dont Nicétas a fait mention, et que son épouse, appelée par notre poëte *Marie Comnène, fille d'une mère porphyrogennète*, est précisément la princesse dont du Cange n'avait nulle part trouvé le nom.

II. *Vers* [*du même auteur*] *au nom de Marie Comnène, fille de Théodora Comnène, épouse de Constantin Camytzès, consacrant, sur la table de communion, son vêtement de pourpre, après son veuvage.*

ARTICLE LXXIII.

[Morceau commençant au fol. 129 *recto*, lin. 10, n. LXXXVI de l'Index grec.]

ΧΕΝΕΔΕΜΟΥΣ, *dialogue, composé par Théodore Prodrome. — Doutes sur* [*différents points du traité de Porphyre, intitulé*] LES CINQ VOIX.

Τοῦ αὐτοῦ Ξενέδημος, διάλογος · ἀπορίαι ἀπὸ ΤΩΝ Ε' ΦΩΝΩΝ.

A peine le petit traité de Porphyre, intitulé Εἰσαγωγή, ἢ, Περὶ τῶν ε' φωνῶν [dont le but est de servir d'introduction à la lecture des *Catégories* d'Aristote], eut-il été publié, qu'il devint, chez les Grecs, un ouvrage élémentaire et classique. C'est néanmoins de ce même traité que Théodore Prodrome, dans le dialogue intitulé *Xénédémus*, fait la critique.

La pièce est écrite dans le goût et même aussi dans le style des dialogues de Platon.

L'auteur n'y fait parler que deux interlocuteurs, qui sont censés converser dans Athènes, savoir : l'Athénien *Musæus*, et le Byzantin *Xénédémus*, fils d'*Aristander*. Mais *Xénédémus* se donne lui-même pour avoir été le disciple d'*Hermagoras*, et rapporte ce qu'il tenait de *Xénoclès*.

Musæus, *Xénédémus*, *Aristander*, *Hermagoras* et *Xénoclès* étaient ils autant de personnages fictifs, ou étaient-ce des personnes, sinon encore existantes, du moins connues au siècle de Théodore Prodrome? Voilà, je l'avoue sans détour, ce que j'ignore. A certains égards, il serait assez curieux, et peut-être serait-il, en même temps, assez aisé de résoudre ce doute. Mais je n'ai point le loisir d'entamer les recherches nécessaires. Je remarquerai seulement ici qu'en parlant d'un *Hermagoras*, dont l'interlocuteur *Xénédémus* se dit le disciple, notre auteur ne saurait avoir eu en vue le rhéteur *Hermagoras*, connu par les témoignages de Quintilien (1) comme aussi du Scholiaste d'Hermogène, et qui, par conséquent, fut de beaucoup antérieur à Porphyre. L'*Hermagoras* instituteur de *Xénédémus* était, au contraire, postérieur à Porphyre, puisqu'il avait expliqué à son disciple les écrits de ce philosophe.

Quant à *Xénoclès*, il nous est donné ici pour un littérateur philosophe, qui avait composé des ouvrages sans nombre et de tout genre, écrits partie en vers de différentes mesures, partie en prose. De ces ouvrages, les uns, s'adressant aux princes, traitaient tantôt de guerres et de conquêtes, tantôt de maladies et de morts; les autres étaient destinés à l'instruction des particuliers : et ce même *Xénoclès* n'était pas moins fécond en discours non préparés qu'en compositions réfléchies. Au premier coup d'œil, je ne vois mentionné dans l'Histoire littéraire du Bas-Empire, au XIIe siècle, aucun littérateur à qui un semblable portrait puisse se rapporter, si même qui ait simplement porté le nom de *Xénoclès*.

Le dialogue, s'il est véritablement de Théodore Prodrome, comme l'annonce le titre qu'il porte, non-seulement dans notre manuscrit, mais encore, suivant le témoignage du P. Lazeri (2), dans un autre manuscrit du Vatican, n° CCXLIII, pag. 37], doit avoir été un des premiers fruits de son application à l'étude de la rhétorique et de la philosophie. En effet, d'un côté l'auteur semble dire lui-même qu'il était encore fort jeune lorsqu'il essayait ainsi de réfuter Aristote (3) : Οὐχ οἷός τε ἐγενόμην ἐγκρατὴς γενέσθαι τῶν τῆς ψυχῆς κινημάτων· ΝΕΩΝ γὰρ φρένες οὐ μόνον, κατὰ τὸν αὐτὸν (4), καὶ τοῦτο σοφὸν, ἠρέθοντας, ἀλλὰ καὶ δύσκολοί εἰσι πρὸς τὰ δόξαντα καὶ πρὸς τὰς προλήψεις, ὅτι μάλιστα βιαιότατα. Et d'une autre part, nous voyons cette production dédiée à un personnage qui ne put guère paraître digne d'éloges et d'hommages, sinon dans les premières années du règne d'Alexis Ier, temps où Théodore Prodrome ne devait pas être fort avancé dans sa carrière. Je parle ici de cet *Italus*, sophiste et brouillon, sur qui l'habile historien du Bas Empire (5) donne à peu près tous les renseignements que peuvent fournir les écrivains originaux (6). Dans notre manuscrit, le Mécène à qui l'auteur s'adresse, est à la vérité nommé non pas

(1) Conf. *Instit. Orat* lib. III, cap. 1, edit. Rollin. tom. I. pag. 174.

(2) *Miscell. ex mss. lib.* etc. In epistolas Theod. Prodr. pag. 11.

(3) *Ms.* CCCV, f 134, v, lin. 20 et seq.

(4) Scilicet, τὸν Ὅμηρον, Conf. *Iliad.* lib. III, v. 108.

(5) L. LXXXI, § XLIX. tom. XVII, pag. 561 et seqq.

(6) On peut aussi recourir au texte même de l'*Alexiade* d'Anne Comnène, liv. v, depuis la p. 143 jusqu'à la p. 149 inclusivement. Selon du Cange [*not. in Alexiad. loc. cit.* pag. 304], Jean *Italus* est précisément le même que Jean *Hypatus*, dont Gesner [*in Bibl.*] cite quelques Traités de rhétorique et de philosophie. Cette dénomination d'*Hypatus* était, non pas un surnom, mais le titre d'une dignité que Jean *Italus* obtint, après que Psellus eut quitté Constantinople. La dignité dont nous voulons parler est marquée au nombre des emplois de la cour de Constantinople, dans l'ouvrage du moine Matthieu; mais Codin l'a omise. On en voit successivement revêtus Constans Vestarcha (*ap. Allat. De libr. ecclesias. Græcor Dissert.* II, p. 169); Mi-

Italus, comme M. le Beau l'appelle, mais *Italicus* (1): Φιλοσοφίαν δὲ ἅπασαν καὶ ῥητορικὴν καὶ συνδεδεμένως ἅμφω καὶ ἀσυνδέτως, καὶ πάντα λόγον, τόν τε ἡμεδαπὸν καὶ τὸν θύραθεν, τίνι ἂν ἄλλῳ ἢ ΙΤΑΛΙΚΩ γε κριτέον ; ὥσπερ ἀμέλει τὸν χρυσὸν τῇ Λυδίᾳ, καὶ τοὺς ἀετιδεῖς τῷ ἡλίῳ. . . . (2) Εἰς τὰς Δημοσθένους ὁρῶσα θυγατέρας, καὶ Πλάτωνός γε, καὶ Ἀριστείδου · προσθείην δ' ἂν καὶ ΙΤΑΛΙΚΟΥ. Mais je n'en reste pas moins porté à croire que ces louanges s'adressaient au même personnage qui, après en avoir imposé successivement à toute la cour des empereurs Michel Parapinace, Nicéphore Botoniate et Alexis I, fut enfin reconnu, vers la fin de l'année 1084, pour le plus hétérodoxe des théologiens et le plus vain des sophistes. Je regarde donc le dialogue qui fait le sujet de cet article, comme ayant été composé antérieurement à l'année 1085. Mais, sur tous ces différents points, je ne prétends donner ici que de pures conjectures, formées d'après une très-rapide lecture (3).

Au surplus, cette pièce qui, malgré l'inconsistance des raisonnements de l'auteur sur l'objet qu'il traite, ne laisse pas, comme je le montrerai peut-être ailleurs, d'être intéressante sous plusieurs points de vue, est l'avant-dernière qui, dans notre manuscrit, soit attribuée à Théodore Prodrome.

ARTICLE LXXIV.

[Morceau commençant au fol. 134, lin. 12, n. LXXXVII de l'Index grec.]

Ecrit [*de Théodore Prodrome*] *sur les qualifications de* GRAND *et de* PETIT, *de* BEAUCOUP *et de* PEU.

(L'auteur prétend établir contre Aristote qu'elles sont des qualifications, non pas *relatives*, mais *absolues*.)

Τοῦ αὐτοῦ περὶ τοῦ ΜΕΓΑΛΟΥ καὶ τοῦ ΜΙΚΡΟΥ, καὶ τοῦ ΠΟΛΛΟΥ, καὶ τοῦ ΟΛΙΓΟΥ · ὅτι οὐ τῶν πρός τι εἰσὶν, ἀλλὰ τοῦ ποσοῦ.

L'auteur de cet écrit polémique y cherche à détruire une partie de ce qu'Aristote établit dans le VIe chapitre de ses *Catégories* (4). Aristote dans ce chapitre énonce ceci : 18. Οὐδὲν τῷ ΠΟΣΩ ἐστιν ἐναντίον.. .. 19. Εἰ μὴ ἄρα τὸ ΠΟΛΥ τῷ ΟΛΙΓΩ φαίη τις εἶναι ἐναντίον, ἢ τὸ ΜΕΓΑ τῷ ΜΙΚΡΩ. 20. Τούτων δὲ οὐδέν ἐστιν ΠΟΣΟΝ, ἀλλὰ μᾶλλον τῶν ΠΡΟΣ τι. Οὐδὲν γὰρ αὐτὸ καθ' αὐτὸ ΜΕΓΑ λέγεται ἢ ΜΙΚΡΟΝ, ἀλλὰ τῷ ΠΡΟΣ ΕΤΕΡΟΝ ἀναφέρεσθαι (notre manuscrit porte ἀναφαίνεσθαι.) Οἷον, ὄρος μὲν ΜΙΚΡΟΝ λέγεται, κέγχρος δὲ ΜΕΛΑΛΗ, τῷ τὴν μὲν τῶν ὁμογενῶν μείζονα εἶναι, τὸ δὲ ἔλαττον τῶν ὁμογενῶν..... 22. Ἐάν τε τιθῇ τις ποσὰ εἶναι τὰ τοιαῦτα, ἐάν τε μὴ τιθῇ, οὐκ ἔστιν αὐτοῖς ἐναντίον οὐδέν. Ὃ γὰρ μὴ ἔστι λαβεῖν αὐτὸ καθ' αὐτὸ, ἀλλὰ πρὸς ἕτερον ἀναφέρεται (notre manuscrit porte ἀναφέροντα), πῶς ἂν εἴη τούτῳ τι ἐναντίον (ms. πῶς ἂν φαίη τις τούτῳ τι ἐναντίον) ; 23. Ἔτι δὲ, εἰ ἔστι (ms. ἔσται) τὸ ΜΕΓΑ καὶ τὸ ΜΙΚΡΟΝ ἐναντία, συμβήσεται τὸ αὐτὸ ἅμα τὰ ἐναντία ἐπιδέχεσθαι, καὶ αὐτὰ δὲ ἑαυτοῖς ἐναντία εἶναι.....

Notre auteur combat ces différentes propositions l'une après l'autre.

chel Psellus, sous le règne d'Alexis [Conf. *Scylitzem*] : Amyrneus, au temps de ce même prince [Conf. *Theophylact. Bulg. Arch. epist.* 40]; Michel d'Anchiale et Theodorus Irenicus Copas, patriarche de Constantinople [*Jur. Græco-Rom.* lib. IV, p. 303 et 304] ; et d'autres encore [*ap. Balsamon. ad canon. Apost.* pag. 621, 673]. Gesner dit que plusieurs des ouvrages de Jean *Hypatus* sont dédiés à l'empereur Andronic ; mais cette observation ne prouve point qu'ils ne soient pas de Jean *Italus* ; car il s'agit, non d'Andronic Comnène, mais d'Andronic le second fils de l'empereur Constantin *Ducas*, qui, comme on sait [*ex Zonar.* et *Scylitze*], avait déclaré empereurs ses trois fils, Michel, Andronic et Constantin.

Jean *Italus*, ajoute du Cange, florissait sous le règne de Michel *Ducas*, et, comme Anne Comnène l'atteste, avant le règne d'Alexis I. Ce même Jean *Italus*, poursuit-il, doit avoir été précisément le philosophe anonyme auquel Théophylactus [*Epist* 45] a adressé une lettre, pour l'exhorter à s'armer et de patience et de courage, afin de résister aux violents ennemis qui l'attaquaient.

(1) Fol. 131, r°. lin 16.

(2) Fol . 134, v° lin. 2.

(3) Le titre et la substance de ce qui nous reste d'ouvrages attribués à Jean *Italus*, semblent appuyer ma conjecture. La Bibliothèque impériale en possède deux, indiqués de cette manière dans le Catalogue imprimé :

In librum [περὶ ἑρμηνείας], *scholia Joannis* Itali, *inedita, in cod.* 1843, in-fol. *Incipiunt :* Ἡ λογικὴ πραγμάτεια [sic] τέλος ἔχει τὴν εὕρεσιν τῆς ἀποδείξεως. Part. II, p. 409.

Codex 2002, in-fol. *chartaceus, olim Mazarinæus. In eo continetur Joannis* Itali, *summi doctoris, Explicatio quæstionum sibi a nonnullis, præsertim vero ab imperatoribus Michaele, Andronico, propositarum. Illæ autem quæstiones ad logicam, physicam, ethicam, rhetoricam, grammaticam, theologiam, Aristotelem, Platonem, Homerum, Porphyrium et Hermogenem pertinent.* (*Ibid.* pag. 430.)

Au surplus, on peut consulter la *Bibliotheca græca* de Fabricius. lib. III, cap. V, § II, *edit. Harles* t. III, p. 213 ; — *It. ib.* § IV, pag. 215, not. *ffff* ; — *It. ibid.* pag. 217 ; — *It.* lib. IV, cap XXXIII, § VI, tom. VI, pag. 75.

(4) Edit. *Pacii*, tom. I, pp. 52 et 53.

PETRI LAZERI S. J.

PRÆFATIO

IN EPISTOLAS THEODORI PRODROMI

(Miscellanea ex mss. libris bibliothecæ Collegii Romani Societatis Jesu, in 8. tom. I. Romæ 1754.)

Theodori Prodromi epistolas Græcas cur vulgandas nunc primum censeam, facit primo ejus hominis apud viros doctos celebritas, deinde harum ipsarum raritas. Nam si nostrum codicem excipias et Vaticanum cccv, vix alium esse constat quo illæ totidem numero contineantur. Montfauconius quidem in recensione Bibliothecæ Vindobonensis (1) ponit Theodori Prodromi epistolas. Sed Lambecius unde Montfauconius illud sumpsit (2) epistolam unam tantum nominat Prodromi ad Gregorium. Non ignoro Caveum (Caveum (3) vero auctorem habent Fabricius (4) et Oudinus (5)) docere in Bibliotheca Bodleiana extare inter codices Baroccianos epistolas Theodori aliquot, sed eas quæ sint aut numerum illarum non docet. Facturum ergo me operæ pretium existimavi si epistolas quæ apud nos erant nec ita facile inveniebantur aliquando vulgarem et viri celeberrimi opus hoc a tenebris vindicarem. Quantum enim nomen famamque hic Theodorus obtineat testes sunt qui eum sæpe appellant Græci scriptores ; præterea Gretserus, Possevinus aliique qui celebriores scriptores numerant, in primis vero Leo Allatius. Itaque alia ipsius quædam jamdiu fuerunt edita a Ribisso, Gesnero, Morellio, Gaulmino. Codex bibliothecæ nostræ qui has epistolas continet est chartaceus non ita antiquæ scripturæ, imo recentioris, sed probæ plerumque et præter epistolas alia quædam continet ejusdem quæ hic commemorabimus, omissis iis quæ jam sunt edita vel Fabricius recenset.

Εὐχαριστήριος τῷ Νομοφύλακι Πρωτεκδίκῳ καὶ Ὀρφανοτρόφῳ κυρῷ Ἀλεξίῳ τῷ Ἀριστηνῷ : Gratiarum actio Nomophylaci, Protecdico et Orphanotropho Domino Alexio Aristeno. Prima verba sunt, Εἶτα τραγῳδοί.

Ὑπὲρ τῆς γλώττης τοῦ Ὀρφανοτρόφου καὶ Νομοφύλακος κυροῦ Ἀλεξίου τοῦ Ἀριστηνοῦ : De lingua Orphanotrophi et Nomophylacis D. Alexii Aristeni. Ὑπὲρ τῆς τοῦ Νομοφύλακος.

Εἰσιτήριος τῷ αὐτῷ Ὀρφανοτρόφῳ Πρωτεκδίκῳ καὶ Νομοφύλακι εἰς τὴν τοῦ Ὀρφανοτρόφου ἀξίαν λαμβάνοντι. Oratio in ingressu Orphanotrophi et Nomophylacis, cum iterum Orphanotrophi dignitatem adiret. Πότερα πρότερον.

Εἰς τὸν Καίσαρα ἢ ὑπὲρ πρασίνου : Ad Cæsarem sive pro prasini coloris factione. Χρωμάτων περι.

Πρὸς τοὺς διὰ πενίαν βλασφημοῦντας τὴν Πρόνοιαν. Ad eos qui propter paupertatem Providentiam blasphemant. Τιμολέων ὁ Τιμοθήμου.

Εἰς τό· Καὶ αὐτὸς προελεύσεται ἐνώπιον αὐτοῦ ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει Ἠλίου. In illud : Et ipse præibit coram illo in spiritu et veritate Eliæ. Τὴν ἀμορίαν ἀρχήν.

Ἀμαθὴς ἢ παρὰ ἑαυτῷ Γραμματικός. Imperitus sive apud se ipsum Grammaticus. Μαρσύαν εἴ τις.

Φιλοπλάτων ἢ Σκυτοδέφης : Amicus Platonis, sive Coriarius. Εἶεν ὦ παῖ.

Δήμιος ἢ Ἰατρός. Carnifex sive Medicus. Εἰ ἐν ἢ ὁ ἄνθρωπος.

Βίων πρᾶσις πολιτικῶν καὶ ποιητικῶν. Auctio vitarum hominum politicorum et poetarum. Τ'ν μὲν τόπον.

Εἰς τὸν πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως κύριν Ἰωάννην. In patriarcham Cpolis Dominum dominum. Πῶς πάτε.

Μονῳδία εἰς τὸν Πορφυρογέννητον καὶ σεβαστοκράτορα κῦριν Ἀνδρόνικον τὸν Κομνηνόν. Monodia in Porphyrogenitum et sebastocratorem Dominum Audronicum Comnenum. Σκηναὶ καὶ γραφαί.

Μονῳδία εἰς τὸν σεβαστὸν καὶ λογοθέτην κῦριν Γρηγόριον τὸν Καματηρόν. Monodia in sebastum et Logothetam Dominum Gregorium Camaterum. Τίνι, ὦ παρόντες.

Μονῳδία εἰς τὸν ἁγιοθεοδωρίτην κύριν Κωνσταντῖνον. Monodia in sanctum a Deo datum Dominum Constantinum. Εἰ τοὺς ἀγαθούς.

Ἐπιθαλάμιος τοῖς τοῦ εὐτυχεστάτου Καίσαρος υἱοῖς. Epithalamium felicissimi Cæsaris filiis. Ἐδέησε καὶ τριχῶν.

(1) *Bibl. biblioth.* pag. 550.
(2) Lib. v, pag. 233.
(3) Tom. II.
(4) Tom. VI *B. G.*, pag. 820.
(5) *Comm. de script. eccl.*, tom. II, p. 976.

Hactenus recensita opera, si cætera deessent omnia, tempus ostendunt quo Theodorus noster vixit ; præsertim Monodia illa quibus Porphyrogenito et sebastocratori Andronico Comneno parentat. Est enim Andronicus hic Comnenus Alexii Comneni et Irenes Ducenæ filius in bello contra Barbaros mortuus, ut Prodromus ibidem postea significat, paulo ante patris excessum, id est 1118, ut recte Du Cangius docuit (6). In codice Vaticano CCCV (7) exstant heroici versus ejusdem εἰς τὴν βασίλισσαν κυρὰν Εἰρήνην τὴν Δούκαιναν ἐπὶ τῷ θανάτῳ τοῦ σεβαστοκράτορος υἱοῦ αὐτῆς. *In imperatricem dominam Irenem Ducænam de morte sebastocratoris filii ipsius.* Idem conficitur ex eo quod scribit in patriarcham CPolis D. Joannem. Statuere omnino debemus hunc esse Joannem IX qui CPtanam sedem adivit anno 1111 tenuitque ad 1134, ut Gullielmus Cuperus (8) et Bandurius (9). Alia sunt quæ eidem Prodromo ascribuntur in mss. Vaticanis in quibus multa ejus carmina continentur ; cod. CCCV. Εἰσιτήριον ἐπὶ τῇ νυμφευθείσῃ ἐξ Ἀλαμανῶν τῷ Πορφυρογεννήτῳ κυρίῳ Μανουὴλ καὶ σεβαστοκράτορι. *In adventum sponsæ ex Alamannorum gente et Porphyrogenitum Dominum Manuelem sebastocratorem :* præsertim vero de bellis a Joanne Comneno contra Persas gestis et oppugnata debellataque Castamone ; ut εἰς τὴν ἐπὶ τῇ ἁλώσει τῆς Κασταμόνος ἐπινίκιον πρόοδον τοῦ κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Κομνηνοῦ δεκάστιχα πολιτικὰ τοῖς δήμοις : *In progressum D. Jo. Comneni post debellatam Castamonem decasticha politica, populis* (10). De his Cinnamus (11), Nicetas (12). Inveniuntur etiam versus in ipsius imperatoris sepulcrum (13). Εἰς τὸν τάφον τοῦ αὐτοκράτορος Ἰωάννου τοῦ Κομνηνοῦ. Sponsam illam ex Alamannorum gente, fuisse eam, quam Latini Bertham, Græci, nomine, ut moris erat, commutato, Irenem vocavere, omnino liquet. Itaque a Cinnamo (14) ἡ ἐξ Ἀλαμανῶν αὐτῷ ξυνοικήσασα dicitur. Eam Robertus de Monte (15) Friderici Sueviæ ducis filiam facit, sed Wilhelmus Tyrius, Gesta Ludovici VI (16), Godefridus Viterbiensis (17), Berengarii comitis Sultzpachensis in Bavaria. Ingressus ejus Constantinopolim et nuptiæ ex eodem Cinnamo (18) contigere Manuele jam imperatore circa ann. 1143. Quamobrem ad hunc an. ab an. 1118 floruit noster Prodromus. Ætatem hanc ex ejus scriptis confirmatam videtur dubiam facere quod illius pariter nomine legitur in eodem cod. Vaticano CCCV (19) : Εἰς τὴν σοφωτάτην Πορφυρογέννητον Καισάρισσαν κυρὰν Ἄνναν τὴν Δούκαιναν περὶ τῶν ἑαυτοῦ. *In sapientissimam Porphyrogennetam Cæsarissam D. Annam Ducænam de rebus suis.* Nam eo quidem tempore quod Prodromo assignavimus vixit Anna Ducæna, nupta Georgio Palæologo, Nicephori filio, ex Anna Comnena in *Alexiade* (20) (itaque lapsum puto memoria Du Cangium (21) dum Georgii Palæologi uxorem nominat Irenem Ducænam) , sed ea Porphyrogenita cum sit, Andronici Ducæ filia dici non potest nec Cæsarissa. Anna Ducæna, Constantini filia, nimis antiquior est quam ut huc transferri possit. Præterea quid illa laus sapientissimæ ? Arbitror ego pro Ducæna legendum *Comnena* ; atque esse Annam illam scriptis et historia sua nobilem, nisi Ducænam dictam mavis quod Constantino Ducæ Michaelis Ducæ imperatoris filio, eam adhuc puellam pater desponderat.

Est aliud Prodromi opus præcipuum in Vaticana, Barberina, Bibl. Reg. Scoriaci, etc. Ἐξήγησις εἰς τοὺς ἐν ταῖς ἱεραῖς Δεσποτικαῖς ἑορταῖς ἐκτεθέντας κανόνας παρὰ τῶν ἁγίων καὶ σοφῶν ποιητῶν Κοσμᾶ καὶ Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ. *Expositio in canones SS. et doctorum poetarum Cosmæ et Joannis Damasceni quos illi composuerunt in heriles sive præcipuos sacros et festos dies.* Hoc opus laudare putatur Eustathius Thessalonicensis (22), item Nicephorus Blemmida (23) ; a quo postremo Theodorus vocatur ὁ ἐξηγούμενος. . . τῶν ἱερῶν κανόνων πρῶτος σαφηνιστὴν, *qui primus sacros canones exposuit.* Sunt hi sacri canones, hymni in sacris Græcorum officiis decantari soliti qui novem odis constant ; graviterque lapsus est Petrus Possinus dum Theodorum dixit explicuisse Octateuchum Damasceni. Octoechum, opinor, dicere voluit, ecclesiasticum Græcorum librum qui troparia et canones continet a primis Vesperis Dominicæ ad missæ finem cani solitos et octo Dominicis pro tonorum numero finitur. Sed neque hunc librum qui alia aliorum continet, Metrophanis Smyrnæi, Anatolii CPni, Theodori Studitæ, interpretatus est Theodorus Prodromus, sed Joannes Zonaras. Gravius etiam imponere incautis posset quod ex Blemmida diximus ; primum canonum sacrorum interpretem fuisse Theodorum Prodromum. Nam conciliorum jurisque ecclesiastici canonum primus interpres dicitur Theodorus Prodromus, quem multi Græcorum laudant. Verum necesse est hunc alium a nostro fuisse si verum est quod Nicolaus Comnenus Papadopoli (24) affirmat, primum Græcorum aggressum esse canonum interpretationem ante nongentos annos. Hinc Theodori Prodromi nomine scriptorem hunc alium præter nostrum distinguit ex laudato Papadopoli Fabricius (25). Atque antiquior ille scripsit præterea de sacris Ecclesiæ synaxibus, quem librum idem Comnenus (26) nominavit.

(6) *Famil. Byzant.*, p. 176.
(7) pag. 91.
(8) In tract. de Patr. CPis.
(9) Tom II *Imp. or.*, pag. 915.
(10) Cod Vat 305, p. 105 ; cod. 306, p. 50; cod. 307, p. 221.
(11) Lib. I Hist. p. 7.
(12) P. 13.
(13) Cod. 305, p. 91.
(14) Lib. III, p. 57.
(15) Ad a. 1142.
(16) Cap. 10 t. IV, *Script. Fr.* Duchesn., p. 398.
(17) P. 17.
(18) Lib. II.
(19) P. 93.
(20) P. 55.
(21) In *Famil. Byzant.*, p. 230.
(22) In proœmio suæ Exposit. Canonis Jo. Damas. in Pentec.
(23) Orat. I de Process. Spirit. S. *Græc. orthod.*, tom. I, pag. 11.
(24) In *Prænot. Mystag.*, p. 409.
(25) Vol. IX, p. 251 et vol XI, p. 45.
(26) P. 73.

An vero tertius quidam Prodromi sive Ptochoprodromi cognomine inducendus est Theodorus? Habentur cod. Vaticano DLXXIX (27) Θεοδώρου τοῦ Πτωχοπροδρόμου στίχοι πρὸς τὸν βασιλέα κύριν Μανουὴλ τὸν Πορφυρογέννητον. Sunt autem Theodori hujus Ptochoprodromi carmina politica ad Emmanuelem Comnenum in mores monachorum sui temporis. Eumdem hunc ac Prodromum nostrum arbitratus est Du Cangius in indice quem Glossario mediæ et infimæ Latinitatis subjecit atque ex eo Oudinus; item Petrus Possinus qui Expositionem illam canonum sive hymnorum Prodromo pauperi, id est Ptochoprodromo, assignat. Contra alii eos distinguunt, ut Cave, qui annos etiam singulis diversos assignat. Sed vel unus vel plures fuerint, iisdem temporibus vixerunt.

Quid vero statuendum de Prodromo ejus libri auctore, qui in indice bibl. Reg. Scoriacensis ita proponitur: Θεοδώρου τοῦ Προδρόμου ἐξήγησις εἰς τὴν γραμματικὴν τοῦ Μοσχοπούλου: *Theodori Prodromi explicatio grammaticæ Moschopuli?* Hic pene tertius aut quartus enascitur Theodorus Prodromus ubi sit Moschopulus alius Moschopulo Manuele antiquior. Sed viri docti norunt, quam parum sit hujusmodi librorum titulis, sive eorum indicibus fidendum. Simile quidpiam, ut infinita taceam, factum est in Theodoro Lectore cujus historiæ exstant, Ἐκλογαὶ ἀπὸ φωνῆς Νικηφόρου, *Excepta ex ore Nicephori*. Miræus ita hunc titulum descripsit quasi ea ex Nicephori ore Theodorus exceperit; itaque Nicephoro Callisti recentiorem Theodorum fecit rejecitque ad sæc. XIV, atque ex eo hic error irrepsit in indicem gen. Bibl. editæ Lugduni an. 1677 et tom. XXVI. Atque ob hanc causam Sagittarius (28) collectanea hæc supposita esse judicavit.

Cæterum, ex his quæ ascribuntur Prodromo nostro operibus constat grammaticum eum fuisse, rhetorum facultate et dialecticæ mysteriis apprime eruditum. Grammaticum quidem ostendit opus quod modo descripsimus, sive ἐρωτήματα γραμματικὰ πρὸς τὴν βασίλισσαν, quæ cod. Vaticano XVI (29) habentur, atque aliis in bibliothecis, ut Montfauconius testis est (30). Joan. Meursius (31) laudat Theodori Lexicon et librum *De accentibus* (32) quæ forte idem sunt, nam exstat cod. Vat. 883 (33), Ἀξιτικὸν περὶ πνευμάτων. De dialectica testes sunt libri (34) Παράφρασις εἰς τὰ ὕστερα τῶν ὑστέρων Ἀναλυτικῶν τοῦ Ἀριστοτέλους. *Paraphrasis in posteriora Analytica Aristotelis*; item (35), Τοῦ αὐτοῦ καὶ Λέοντος τοῦ Μαργεντήνου ἐξήγησις εἰς τὰ ὕστερα Ἀναλυτικὰ τοῦ Ἀριστοτέλους. Denique (36), Περὶ τοῦ μεγάλου καὶ τοῦ μικροῦ καὶ τοῦ πολλοῦ καὶ τοῦ ὀλίγου ὅτι οὐ τῶν πρός τί εἰσιν, ἀλλὰ τοῦ ποσοῦ. *Magnum et parvum, multum et paucum non pertinere ad relationem, sed ad quantitatem.* Eloquentiam ejus demonstrant opuscula quæ prosa præsertim oratione scripsit; nam carmina plerumque invito Apolline eum scripsisse, præsertim heroica, neglecta etiam syllabarum ratione, fatentur quicunque legunt. Theologum erit qui non diffitestur quod expositionem Psalmorum scripserit quæ habetur in Regia Scoriacensi bibliotheca. Habetur etiam quod nollem ab eo scriptum, Περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος κατὰ Λατίνων. *De processione Spiritus sancti contra Latinos*; ubi primis continuo verbis errorem Græcorum schismaticorum defendendum suscepit, Φανερόν ἐστιν ὅτι ὥσπερ ὁ Υἱὸς οὕτω καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα εἶναι ἐκ τοῦ Πατρὸς μόνου ἔχειν ὕπαρξιν. *Manifestum est quia ut Filius sic et Spiritus sanctus patrem ex Patre solo habere substantiam.*

Sed quis præterea qualisque Prodromus fuerit aut quod vitæ genus sectatus sit difficile est ex illius aut aliorum scriptis extundere: CPoli tamen vixisse ex his ipsis quas vulgamus epistolis colligere potes; item Orphanotrophio addictum fuisse. Hoc enim indicare videntur epistolæ ejus et opuscula orphanotropho inscripta qui tunc quidem erat Alexius Aristenus, vir apud suos nobilis, cujus exstat collectio canonum in *Bibl. Juris Græco Romani* Justelli (37) atque in *Pandectis* Beveregii (38). Quin εἰσιτήριον, sive inauguralem orationem eidem Aristeno dictam quam supra appellavimus ita exorditur Prodromus ut aperte significet se ad orphanotrophium ejusque curam pertinere: Πότερα πρώτερόν σοι, Θειότατε δέσποτα, τὸν εἰσιτήριον ᾄσομαι καὶ παιανίσομαι τὸν ἐπιβατήριον ἢ ἐμαυτοῦ τὸν οὐκ ἐξιτήριον οὐδὲ ἐκβάτειρον μὴ ὄντι γε κἀμοὶ καὶ τῷ οἴκῳ τούτῳ σωτήριον. Nimirum, ut Anna Comnena orphanotrophium CPtanum describit (39), inerat litterarius ludus, in quo disciplinis omnibus, omnibusque doctrinæ partibus juvenes instituebantur; alebanturque cum discipulis magistri, ut Zonaras (40) quoque significat. Quin ex his magistris unum Theodorum nostrum facimus? Scholam rexisse indicare de se ipse videtur ad Lizicum scribens (41), ubi βῆμα illud suum extollit quod nos docentis cathedram interpretari maluimus. Notum est enim præter vulgatissimam illam partis in Ecclesia excelsioris sanctiorisque significationem alia significare. *Locum dicendi in concione et locum dicendi in judicio* in antiquiorum Græcorum scriptis interpretatus est Budæus, sed ad locum quemcumque alium excelsiorem transfertur; atque ita novimus Manichæos βῆμα appellasse festum diem quo Manes occisus est; quod excelsa sede posita, ad quam per

(27) P. 366.
(28) In Introd.
(29) P. 21.
(30 Bibl. biblioth. p. 432, 344, 346 etc.
(31) In Constantinum Porphyrog, *de administr. imp.* cap. 51.
(32) In Glossario v. Λίγνον.
(33) *P. 15.*
(34) Cod. Vat. 246, p. 92, et cod. 304, p. 1.
(35) Cod. 1378, p. 141.
(36) Cod. Vat. 243, p. 37 et cod. 305, p. 154.
(37) Tom. II, p. 673.
(38) Tom. II, post pag. 188.
(39) *Alex.* lib. XV, p. 482.
(40) Lib. VIII, num. 24.
(41) Epist. 3.

quinque gradus ascendebatur celebraretur. Alias apud Nostrum sedes sive potestas cum *regia* tum *ecclesiastica* hoc nomine venit. Atque ita in illa inaugurali oratione, Διχῇ γάρ, inquit, τῆς καθ' ἡμᾶς ἁπάσης διηρημένης ἀρχῆς καὶ δυσὶ συνδιανενεμημένης τοῖς βήμασι, τῷ ἱερατικῷ, φημὶ, καὶ βασιλικῷ· et in orat. ad Alexium Aristenum eidem nomophylaci et orphanotropho tribuit τὸ συγκλητικόν τε ἅμα καὶ ἱερατικὸν βῆμα.

Plerique monachum fuisse Theodorum nostrum volunt. Et profecto, si unum eumdemque facimus ac Prochoprodromum illum de quo diximus, non possumus aliud statuere. In iis enim versibus quos superius indicavimus id de se aperte narrat, ubi de aliorum elegantia scribendi dixit : Ἐγὼ δ' οὐχ οὕτω γράφω, καὶ γὰρ ἀγράμματός εἰμι καὶ νέος ῥακενδύτης καὶ μοναχὸς τῶν εὐτελῶν τῶν μηδὲν κεκτημένων. Congruere hæc satis videntur cum iis quæ ad Lizicem scribit (42), τὰ δ' ἡμέτερα ἀλουτοῦμεν, etc., et ep. 1 de solitudine sua. Ut enim horum temporum scriptor Nicetas (43), δέον ἐν τόποις δυσερεύνητοις καὶ χωρίοις πανερήμοις τοῖς μονάζουσιν ἀποτάξαι τὸ σκήνωμα. Quod si in orphanotrophio postea vixit, fuisse ibi καὶ μοναζόντων καὶ μοναζουσῶν καταγώγια, Zonaras et Anna locis allatis narrant. Contra vero, quid esset cur monachus de capillo tantopere quereretur, quod capite fluxisset, ut ipse facit epist. 10 ? aut qui monacho idem conveniret unguento delibutus, ut habet epist. 13 ? De monachorum tonsura his temporibus testis est Cedrenus, qui de Michaele Galephate a Zoe de imperio dejecto scribit, ἐν τῷ κατὰ τὴν νῆσον Πρώτην μοναστηρίῳ τὴν κοσμικὴν ἀποθέμενος τρίχα τὸν λοιπὸν τῆς ζωῆς διήνυσε χρόνον. *In insulæ Protes monasterio mundanum deponens capillum, reliquam vitam exegit.* Verum, cum nunc quoque Græcos monachos videamus capillo aliquanto longiore uti, et cum apud Latinos, non id facere ecclesiasticam tonsuram, ut crines resecandi omnino sint : rem plane apud me constituere non possum ; etsi, ut verum fatear, in eam partem inclinat animus, quæ ponit, a Prochoprodromo qui se etiam Hilarionem monastico nomine vocat, fuisse Prodromum nostrum diversum.

Versus quibus in Baream sive Baryn scribens, parentibus se ortum probis narrat optimisque disciplinis instructum et de avunculo episcopo loquitur, affert Fabricius. Mirum est Kœnigium Prodromum ipsum nostrum episcopum facere Cotyæi in Phrygia ; et scribere eumdem floruisse sæculo IV ; Fabricius quo auctore vel teste id ille dixerit, fatetur se ignorare. Arbitror tamen in errorem inductum a Cyri nomine quod nonnulli ei tribuerunt, quod legerunt κύρου Θεοδώρου τοῦ Προδρόμου ; Cyrum vero illum celebrem sub Theodosio juniore olim CPolis præfectum, postea Smyrnæorum episcopum sunt qui Cotyæi episcopum fuisse volunt, ut Baronius (44) tradit. Supervacaneum vero est admonere κύρου pro κυρίου dixisse maxime ævi sequioris Græcos, adeoque titulum honoris esse illud, non nomen in Theodoro nostro, uti animadverterunt jam multi, Barthius, Gaulminus, Fabricius, etc. Cæterum ætas Theodori, præter ea quæ superius diximus, confirmatur ex his epistolis nostris ; ex postrema scilicet quæ ad Gregorium scribitur, ὅτε ἦλθε πρὸς τὸ νησίον ὁ ἁγιώτατος ἡμῶν δεσπότης ἀπὸ τοῦ πατριαρχείου ἀῤῥωστήσας καὶ παραιτησάμενος· *quando ad insulam venit sanctissimus dominus noster e patriarchatu post morbum et abdicationem.* Nemo hic non agnoscet Michaelem II, Oxitem dictum, qui cum an. 1143 Leoni Styppiotæ successisset, post annos duos mensesque octo quos ejus sedi Philippus Cyprius atque omnes alii patriarcharum catalogi tribuunt, se patriarchatu abdicavit, ut Nicetas (45) et Cinnamus (46) scribunt. Atque hinc confirmatur quod erat ex aliis monumentis constitutum a nobis, floruisse Prodromum usque ad an. 1143 ; addere etiam possumus an. 1146. Hæc longius fortasse de scriptore nostro, de quo sunt ferme omnia ut vides obscurissima ; nec tamen nos aliquid non illustrare cupimus. Quod epistolas spectat sunt illæ numero 14, magnam partem officiosæ, quæque ab aliis acceptas epistolas laudant aut easdem expetunt non sine aliqua intermissionis earum querela. Eloquentia tamen hominis exstat plane singularis, quæ in eodem argumento eoque vulgari habet nihilominus semper aliquid quod delectat. Morosis præsertim hominibus qui genus illud fastidient redundantis et quasi lascivientis orationis, reputandum est, non aliter scribere hoc tempore consuevisse qui apud Græcos doctissimi atque eloquentissimi habebantur, imo historicos ipsos, ut ex Niceta, Anna Comnena aliisque constat. Restat ut de interpretatione mea dicam. Et primum cur Italice vertere has Prodromi litteras maluerim ? Verum hoc ex me qui molestissimum hoc tricosissimumque interpretandi negotium aliquando susceperunt, eos quæsituros non puto. Satis enim norunt quanto commodius Græcis Italica respondeant quam Latina. Cur igitur minus hoc mihi molestiæ non caperem ? minus etiam lectoribus, quos ferme Italici sermonis non imperitos obventuros mihi sperabam, exhiberem ? Postea tamen cum essent qui Latinam interpretationem flagitarent, totum id negotii amico dedi, qui nostram cum vidisset, e Græcis tamen suam adornavit. Itaque si hæc alicubi discrepat a mea, non recuso, quominus illi potius lector hæreat quam meæ. Ego in Græcis exprimendis paulo fortasse liberius versatus sum. Nolebam enim Italica legentem non tam Italica verba et sermonem nostrum invenire quam Græcum seu barbarum. Sed ut in cæteris ita hic multo magis sua cuique ratio et consilium placet. Ut Græca darem correctiora ad Vatic. cod. CCCV, quem superius descripsi, confugi : attulit etiam opem aliquam in nonnullis quæ continebat ejusdem Vat. bibl. Cod. Othobonianus. In variantibus lectionibus exhibendis sive emendandis nostris primum indicavi littera C sive cum Cod. Vat. præcis;

(42) Epist. 4.
(43) In Man. Comn. lib. VII, num. 2.
(44) Ad an. 446.
(45) Lib. II, num. 3.
(46) Lib. II, etc.

appellavi, alterum O id est Othobonianum. Admoneo tamen nonnulla adhuc videri corrupta in Græco textu, quæ ex codicibus nostris restitui ullo modo potuerunt et ex conjectura ipse mea sum interpretatus; in aliis etiam quæ sunt integra non assecutum me scriptorem meum aliquando, credo. Sed nimirum ignoscet hoc mihi qui recentiorum Græcorum libri, novis sæpe vocibus aspersi, exemplis, jocis, allusionibus quas appellant, aliisque hujusmodi referti, quam sint obscuri non ignorant; vel etiam credent affirmanti festinanter hæc, aliisque distractum, occupationibus scilicet quæ muneris mei sunt, veluti ἐν παρόδῳ scripsisse.

CARD. ANGELO MAI

MONITUM

THEODORI POEMATIBUS AB EO EDITIS PRÆFIXUM.

(Biblioth. nov. PP. tom. VI.)

De Theodoro Prodromo ejusque scriptis plurimis tum editis tum ineditis accurate disseruit Allatius in diatriba, n. CXVI. Cum autem multæ illius lucubrationes codice Vaticano 305 *continearitur, inpse codex superioribus annis Parisios translatus fuisset, oblata fuit occasio studiosissimis Gallis de eo ms. latius disserendi in voluminibus Excerptorum ex mss. regiæ bibliothecæ. Quin etiam a cl. Boissonado Anecd. Gr. T. IV, p.* 440, *editum Prodromi carmen video de SS. Trinitate. Item a cl. Cramero Anecd. Paris. T. IV, p.* 267, *carmen epitaphicum incipiens* ἐνταῦθα μοι στάς, *etc., quod etsi illic anonymum, attamen Prodromi esse, codices nostri docent. Et codex utique Vaticanus* 305 *postliminio Romam rediit; sed enim nos non hunc tantummodo, sed et alios in pontificia bibliotheca spectavimus Prodromi codices, præsertim vero Othobonianum* 324, *cujus indiculum novem poematum jamdiu exposuimus in Spic. Rom. T. V, p.* 396, *quæ nunc carmina prelo tradenda censuimus, aliis aliquot additis, quæ de priore recuperato Vat. codice sumpsimus, neque minoris æstimanda sunt. Et sane Allatius in diatriba p.* 185 *iambica et politica Prodromi carmina ab acumine etiam atque elegantia commendat; heroica non item, quæ nos quoque intacta in codice* 305 *reliquimus, nempe, præter alia, f.* 91 *ad Irenem Ducænam. F.* 93, *ad Annam item Ducænam. F.* 92, 101, 123, *ad Joannem imp. Denique etiam epithalamium ad Nicephorum Phorbenum, quanquam minime heroicum, nec non minutiora alia; et denique monodies prout oratione scriptas non magnopere inviti omisimus.*

Jam vero selectorum poematum publicandorum nobis hortatrix fuit, non tam Prodromi facultas poetica, etsi alioqui non contemnenda, quam egregia historiæ utilitas atque incrementum. Nam Comnenorum Alexii, et præsertim Joannis, illustrium imperatorum res gestæ, virtutes, et quidquid illorum vitam imperiique vices respicit, ubere vena depromuntur, perspicuoque nec insuavi eloquio scribuntur; itaque Prodromus inter Byzantinos historicos, quorum recens editio in Germania urgetur, non fortasse immerito reponendus videbitur. Ac sane voluissem, sicut Ephræmium poetam chronographum Græce simul Latineque edidi, sic etiam Prodromum Latina veste amicire, sed partim graviores occupationes, partim voluminis moles jam exaggerata, me deterruerunt. Cæteroqui Græca legentibus satis evidens erit Prodromus, recentibus autem non deerit aliquando interpres. Atque hæc causa fuit, cur exegeticis quoque scholiis scribendis abstinuerim, quorum vice historici alii Byzantini fruentur. Et quidem Ephræmius noster, jam in seriem Byzantinorum relatus, plurimam Prodromo in utriusque imperatoris historia lucem importet.

ΚΥΡΟΥ

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΠΡΟΔΡΟΜΟΥ

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ,

ΩΣ ΠΑΛΑΙΟΤΑΤΑ ΟΥΤΩ ΚΑΙ ΕΥΣΕΒΕΣΤΑΤΑ

ΕΝ ΟΙΣ

ΠΑΝΤΑ ΤΗΣ ΕΚΑΤΕΡΑΣ ΔΙΑΘΗΚΗΣ ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΩΣ ΟΛΒΙΩΤΑΤΑ ΣΥΛΛΑΜΒΑΝΟΝΤΑΙ.

—

DOMNI THEODORI PRODROMI

EPIGRAMMATA

UT VETUSTISSIMA ITA PIISSIMA,

IN QUIBUS

OMNIA UTRIUSQUE TESTAMENTI CAPITA FELICISSIME COMPREHENDUNTUR.

(Basileæ ap. Joannem Bebelium 1538. 8°.)

—

ΓΕΝΕΣΙΣ.

Εἰς τὸ ἑξαήμερον ἔργον τοῦ Θεοῦ.

Ἐν ἡμέραις ἓξ τὴν κτίσιν κτίζεις, Λόγε,
Οὐχ ὡς ῥιπῇ τὸν κόσμον ἀσθενῶν κτίσαι·
Ἀλλ' ἵνα, ταῖς ἓξ προστιθεὶς τὴν ἑβδόμην,
Τὸν σαββατισμὸν τὸν τελευταῖον μάθω.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἥματι μὲν πρώτῳ γῆ καὶ πόλος, ἐν δὲ χυτὸν φῶς,
Δευτέρῳ αὖ στερέωμα, τρίτῳ δ' ἅλς, καὶ φυτὰ πάντα,
Ἀστέρες ἐν τετάρτῳ δὲ, πετεινὰ δὲ νηκτά τε πέμ-
πτῳ,
Ἕκτῳ πεζὰ δὲ φῦλα, βροτὸς δ' ἐπὶ τοῖσι δομήθη.

Εἰς τὴν κτίσιν τοῦ κόσμου.

Ὦ καινὲ τέκτων οὐρανοῦ καὶ γῆς, Λόγε,
Πρῶτα στεγάζεις, εἶτα σαθρὰ πηγνύεις,
Καὶ δημιουργεῖς οὐρανοῦ γῆν δευτέραν,
Καὶ ταῦτα τῆς σῆς πανσόφου λεπτουργίας.

GENESIS.

In Dei opus sex diebus absolutum.

Sex tantum dies mundi opificio impendis, o Verbum, non quasi in oculi momento mundum creare non posses; sed ut ego senis diebus abjecta septima, Sabbatismum supremum edoccar.

In idem.

Die primo terra, et polus, sparsum præterea lumen; secundo vero firmamentum, tertio mare, plantæque omnes, stellæ quarto, volatilia, et natatilia quinto; sexto quadrupedum genera, post hæc omnium postremus homo conditus est.

In mundi creationem.

Stupende cœli et terræ opifex, o Verbum, primum tegis, infirma deinde stabilis, et terram a cœlo secundam procreas; idque tuæ sapientissimæ opus est, vel in tenuissimis rebus industriæ.

In idem.

Si Mosis oraculum tuis immissum auribus exaudivisses, o Aristoteles, forte cœlum circumducto tandem animo cognovisses, idque luculenter, opus esse præpotentis Dei, neque persuasione, qua mente falsus es, illud increatum dixisses, sed creatum.

In firmamenti creationem.

Heri Deum conspicatus es, o hospes, cœli conditorem, eumdem contemplare cœlos iterato condentem, quod hesternum vidisti cœlum, erat sine astris, quæ prima fuit formatio; quod vero secundo productum est, stellis illuminatur.

Εἰς τὸ αὐτό.

Μεσσηγὺς δύο πόντων οὐρανὸς ἀμφετανύσθη,
Ὃν μὲν ὑπερθε φέρων ἀπερείσιον, ὃν δ' ὑπένερθε.
Τῶν ἄρ' ἀποκριθέντων, θεσπεσίῳ τ' ἐνὶ φραγμῷ
Τὸν μὲν ἀνὴρ περᾷ, τὸν δ' ἄτερον οὔτι πω ἴδμεν.

Εἰς τὸ, Ἐξαγαγέτω ἡ γῆ βοτάνην καὶ ξύλα καρποφόρα.

Τῆς γῆς τὸ σῶμα γυμνὸν ἔκτισας, Λόγε,
Ἀλλ' ἐνδύεις νῦν, καὶ στολίζεις κοσμίως,
Χόρτοις, πόαις, ἅπαντι καρπίμῳ ξύλῳ,
Λόγῳ δὲ μικρῷ πάντα κηπεύεις τόπον.

Εἰς τὸ αὐτό.

Γῆ, φυτὰ πάντα πρόφυσον, ἔφη Θεός. Ἡ δ' ὑπάκουσε,
Καὶ πλάτανόν τε, κέδρον τε συκῆν τε φύσ', ἄλλα τε [δένδρα,
Ἐν δὲ ῥόδον τε, κρίνον τε καὶ ἀνθεμόεν θ' ὑάκινθον,
Καί σφιν † ἐνεστεφάνωτο, ἐῷ δ' ἐπεγάννυτο κάλλει.

Εἰς τὴν τῶν ἀστέρων δημιουργίαν.

Τὸ χθὲς χυτὸν φῶς σήμερον συνεστάλη,
Τὸν ἡλιακὸν δίσκον εὑρὸν οἰκίαν.
Τὸ δεύτερον δὲ τῶν δύο σφαιρωμάτων,
Τὸ μέχρι νῦν ἄναστρον, ἀστέρων γέμει.

Εἰς τὸ αὐτό.

Γαῖά τε καὶ στερέωμα ἀκαλλέα γέντο κατ' ἀρχὰς,
Ἀγλαὰ δ' ἀμφοτέροισι Θεὸς μετενείματο κάλλη·
Γῆν γὰρ χθὲς βοτάνῃσι, καὶ οὐρανὸν ἄστρασιν ἄρτι
Ῥήματι ἀμφὶ μόνῳ κατεκάλλυνεν. Ὦ μέγα ῥῆμα!

In idem.

Duo inter maria cœli circumquaque sunt extensi, Illud quidem interminatum superne continentes, hoc inferne. Cumque divino quodam septo discriminentur a se invicem, alterum quidem tranant homines, altero nobis nondum satis explorato.

In id: « Produxit terra herbam virentem, et ligna pomifera. »

Terræ nudum corpus et vacuum fabricatus es, o Verbum, sed nunc induis et decenter exornas graminibus, herbis, omnique pomifero ligno, modico verbo campos omnes in hortum serens.

In idem.

Terra omnigenas plantas effundat, dixit Deus; quæ obsecuta platanum, cedrum, ficum cæterasque produxit arbores. His adde rosam, lilium, et florentem hyacinthum, quibus coronata floribus suo lætata est ornatu.

In stellarum opificium.

Quod heri sparsum erat lumen, hodie collectum est et contractum, invento rotæ solaris habitaculo. Secundus vero duorum orbium cœlestium, hactenus sideribus expers, nunc eorum denso agmine refercitur.

In idem.

Terræ et firmamento, quæ de principio deformia erant, illustrem Deus utrisque pulchritudinem impertivit. Hesterna quippe herbarum productione terram, cœlum nunc astris exornat, idque unico verbo. *Quam stupenda* verbi efficacia!

Εἰς τὴν τῶν νηκτῶν καὶ πτηνῶν ζώων γένεσιν.

Ἄψυχον οὖσαν τὴν φύσιν τὴν ὑδάτων
Ψυχὰς κυΐσκειν πῇ ἐπιτρέπεις, Λόγε;
Τὰ πτηνὰ, φημὶ, καὶ τὰ νηκτὰ θηρία.
Πάντως καθ' οὓς σὺ μυστικοὺς οἶδας λόγους.

Εἰς τὸ αὐτό.

Νηκτὰ μὲν ἐξ ὑδάτων ὀρθῶς ἔφυ, τοῖς ἐνέντα·
Πτηνὰ δέ τ' ἐξ ὑδάτων πῶς ἄρ' ἔφυ ἠερόφοιτα;
Σῆς τάδε, παμμέγ' ἄνα, πολυμήχανα δήνεα τέχνης,
Ὅς ῥα καὶ ἐξ οὐκ ὄντος ἐδείμαο κόσμον ἅπαντα.

Εἰς τὴν πλάσιν τοῦ Ἀδάμ.

Γῆς υἱὸς Ἀδὰμ, γῆς ἄναξ, γῆς ἐργάτης·
Τὸ μὲν πεφυκὼς, ἐκ χοὸς γὰρ ἡ πλάσις,
Τὸ δ' ἀξιωθεὶς, ὡς Θεοῦ κατ' εἰκόνα,
Τὸ δὲ κριθεὶς, κόλασιν ἐνδικωτάτην.

Εἰς τὸ αὐτό.

Γῆ, πόλος, ἐν δὲ φόως, καὶ τείρεα, νηκτά τε πάντα,
Πτηνά τε, πεζά τε, πάντα Θεοῦ φαμένοιο τελέσθη.
Μοῦνος Ἀδὰμ παλάμῃσιν ὑπ' ἀθανάτῃσι δομήθη,
Πνοιὴν θεσπεσίην δὲ γέρας λάχεν ἔξοχον ἄλλων.

Εἰς τὴν τῆς Εὔας πλάσιν.

Ὑπνοῖ δ' ἐκεῖνος, ἢ νενέκρωται, ξένε;
Ὅς τὴν ὅλην γοῦν πλευρὰν ἀφῃρημένος
Κεῖται τανυσθείς, οὐδ' ἐπέγνω τὸ δρᾶμα.
Σίγα, Θεὸς δρᾶται γυναικὸς τὴν πλάσιν.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἐκ χθονὸς ἄνδρα τέτευχεν Ἀδὰμ Θεός; ἦ ῥα καὶ [Εὖαν

In natatilium et volatilium animantium productionem.

Cum inanima sit aquarum natura, quorsum ei eis gigni animata permittis, o Verbum? Volatilia, inquam, et natatilia animantia: omnino permittis per eas, quas nosti, mysticas et arcanas rationes.

In idem.

Natatilia, quæ in aquis insunt, convenienter ex aquis enata sunt, sed quæ per aera spatiantur volucres, quorsum ex aquis exortæ? Hæc tuæ sunt artis sapientissima consilia, quam maxime Rex, qui vel ex nihilo mundum universum architectatus es.

In Adami formationem.

Terræ filius Adam, terræ rex, terræ cultor fuit. Illud quidem natura, e limo enim terræ formatus est; hoc, Dei dignatione, ut ad ejus imaginem efformatus, tertium divina damnatione, quam meritissima pœna subiit.

In idem.

Terra, polus, præterea lumen, astra, volucres omnes, pisces, et quadrupedia, loquente Deo, perfecta sunt. Solus Adam manibus immortalis Dei creditus divinum Spiritum, præcellentis instar donarii, sortitus est.

In Evæ formationem.

An ille sopitus, an vero exstinctus est, o hospes, qui integra certe costa spoliatus jacet extentus, nec quid fiat interea persentiscit? Parce percontari, Deus mulieris formationem operatur.

In idem.

Num Deus Adamum e terra compegit in hominem?

Οὐχὶ θέλων ἂν ἔτευξεν ἀπὸ χθονός; Ἢ μάλα τοῦτο·
Νῦν δέ μιν ἐξ ἀνέρος πλευρῆς πλάσεν, ὄφρα μιγέντες
Ἄνέρες ἠδὲ γυναῖκες ὁμόφρονα θυμὸν ἔχωσιν.

Εἰς τὴν τοῦ ὄφεως ἀπάτην.

Δαίμων, φθόνος, γύναιον, ἡδονῆς ξύλον
Ἀπεκδύουσιν, ἐξ Ἐδὲμ πέμπ.υσί με.
Θεὸς, πόθος, γύναιον, ἔντιμον ξύλον
Ἐπενδύουσιν, εἰς Ἐδὲμ πέμψουσί με.

Εἰς τὸ αὐτό.

Τλῆμον Ἀδὰμ, τί παθὼν γυμνὸς περὶ δένδρεῖ κεύθῃ;
Κλεπτοσύνῃ μ' ἀπάτησεν ἐῇ δάμαρ, ἢ πόρε καρπὸν
Ἔδμεναι, οὐδ' ἀπίθησα· φαγὼν δέ ἑ, γυμνὸς ἐλεί-
[φθην.

Ὤφελον οἷος ἐὼν ἐνὶ κήπῳ τῷδε πολεύειν.

Εἰς τὴν ἐξορίαν καὶ τὴν γέννησιν Κάϊν.

Βλέπεις τὸν Ἀδάμ; Καὶ βλέπω, καὶ δακρύω·
Ἐκβάλλεται γὰρ τῆς τρυφῆς τοῦ † χωρίου.
Δέον δὲ μισεῖν τοῦ κακοῦ τὴν αἰτίαν,
Ὁ δ' ἀλλ' ἐπιγνοὺς παῖδα γεννᾷ τὸν Κάϊν.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἐξ ἀπόνου βιότοιο πόνον τ' ἐχέμεν καὶ ὀίζὺν,
Τλῆμον Ἀδὰμ, κέκρισαι, καὶ γηπόνον ἀντὶ Θεοῖο
Σατάν σε σχεδίασσε παραίφασις, ᾗ ῥα πιθήσας,
Πότμῳ ἑφυς ὑπόδικος, ἀναγκαίῃ τε, πόνῳ τε.

Εἰς τὴν σφαγὴν τοῦ Ἄβελ.

Ὦ μιαρὰ χεὶρ τοῦ Κάϊν καὶ καρδία,
Τί δρᾷς τὸν Ἄβελ; ἢ φόνευσας; Εἰπέ μοι,

A Ἔχεις ἀδελφὸν ἄλλον ἰδεῖν ἀντ' Ἄβελ
Ἢ πᾶς ὁ κόσμος οὐχὶ χωρεῖ τοὺς δύο;

Εἰς τὸ αὐτό.

Τέσσαρες ἀμφὶ ῥ ἄπασαν ἔσαν χθόνα ἐνναετῆρες,
Δοιοῖς πὰρ τοκέεσσιν, ἀδελφεὼ ἄρρενε δοιώ.
Καί ῥ' ὁ τὸν ἐξενάριξε, Κάϊν Ἄβελ, αἷμα δὲ νεκροῦ
Νέρθεν ἄϋσ', ὁ δ' ἄκουσε Θεὸς, καὶ τύψε φονῆα.

Εἰς τὴν μετάθεσιν Ἐνώχ.

Οὐ φθαρτὸς Ἀδὰμ ἦν γε τῇ πρώτῃ πλάσει,
Ἀλλὰ φθαρεὶς τέθνηκεν· οἶδας τὸν τρόπον.
Ἐνὼχ δὲ πλασθεὶς εἰς φθορὰν οὐκ ἐφθάρη,
Ἀλλ' εἰς ὅτι ζῇ· μανθάνεις τὴν αἰτίαν.

Εἰς τὸ αὐτό.

Τὸν Σὴθ Ἀδὰμ ἔφυσσεν, Ἐνὼς δ' ἐκυήσατο κεῖνος,
Αὐτὰρ Ἐνὼς Καϊνὰν, ὁ δὲ Μαλελεὴλ λάχεν υἷα,
B Ὃς δ' Ἰάρεδ γέννησεν, Ἐνὼχ δέ οἱ ἔπλετο πάϊς,
Ὃς καὶ ἀθανασίην λάχεν ἐξ Ἀδὰμ ἕβδομος ἀνήρ.

Εἰς τὸν ἐπὶ Νῶε κατακλυσμόν.

Ἡ τοῦ Θεοῦ μὲν αὐτάγαθος χρηστότης
Οἰκοῦσαν ὑπέστησε τὴν πᾶσαν κτίσιν·
Ὁ τῶν βροτῶν δὲ πλημμελέστατος βίος
Κατέκλυσε ξύμπασαν αὐτὴν ἀθρόον.

Εἰς τὸ αὐτό.

Νῶε σὺ σύν τε δάμαρτι, καὶ υἱέσιν, ἠδέ τε νυοῖς
Τήνδ' ἐπὶ κίστην εἴσδυτε, ῥίζα βίοιο νέοιο.
Αὐτὰρ ἐγὼ βροτέην ἀπὸ φύτλην γῆθεν ἀείρω
Πότμῳ λευγαλέῳ, ὑγρῷ δ' ὑπὸ σήματι κεύσω.

numquid et Evam e terra de industria non effinxit? Omnino sane, nunc enim eam ex viri costa formavit, ut una conjuncti viri, et mulieres concordem foveant animum.

In serpentis deceptionem.

Dæmon, invidia, mulier, et voluptatis lignum me extrudunt, et ex horto Edem amoliuntur: nunc vero Deus, amor, mulier, et pretiosissimum crucis lignum, me inferunt, et in Edem immittunt.

In idem.

Infelix Adam, quo terrore perculsus in arboreto delitescis? Vafritie me sua decepit uxor, quæ fructum porrexit edendum, nec renui; sed eo comesto relictus sum nudus: præclare mecum actum fuisset, si in hoc horto solus inhabitassem.

In Adami exsilium, et Caini natalem.

Adamum vides? nec video, et lacrymor, e vireto enim deliciarum extorris eliminatur; cumque oportuisset odisse mali causam, mulierem, ea tamen cognita, Cainum generat filium.

In idem.

Ex tranquillæ vitæ statu, laboribus ferendis, ac miseriis addictus es, infelix Adam, et pro eo quod Deum agere studebas agricolam, evestigio te fecit fraudulentum Satanæ consilium, cui obsequendo factus es obnoxius morti, necessitatis angustiis, ac laboribus.

In jugulationem Abelis.

O scelesta manus, o mens Caini longe nocentissima! quid Abelo facis? num jugulasti? mihi loquere, habes alterum, quem loco Abelis fratrem

videas; vel universus orbi utrumque non potest capere?

In idem.

Quatuor in universa terra coloni erant, præter geminum parentem duo germani fratres iique mares; quorum hic istum, Abelum Cainus interfecit, sanguinem vero demortui inferne clamantem Deus inaudivit, et fratricidam percussit.

In Enochi translationem.

Adamus, in innocentiæ statu creatus, non erat interitui obnoxius. sed peccati labe corruptus obiit; nosti modum. Enochus non est mortem perpessus, in quam formatus fuerat, sed adhuc vivit; probe item prorogatæ vitæ rationem percipis.

In idem.

Adamus Sethum, hic Enoem progenuit, Enos porro Cainam, qui Malaleelem nactus est filium; hic Jared in lucem edidit, cui Enochus in stirpem natus ab Adamo septimus immortalis vitæ sortem consecutus est.

In eluvionem aquarum temporibus Noe.

Ipsa quidem Dei primigenia bonitas quæ in terris inhabitant omnia, in rerum naturam produxit, mortalium vero flagitiosissima vita rerum universitatem de improviso aquis obruit.

In idem.

Tu, Noe, una cum uxore, liberis, et nuribus, qui novæ vitæ radix futuri estis, in arcam ingredimini; cæterum ego genus hominum e terra mox auferam perniciosa morte, eosque sub aqueo recondam sepulcro.

Εἰς τὴν μέθην Νῶε, καὶ τὴν ἀναίδειαν Χάμ.

Σημ, Χάμ, Ἰάφεθ τέκνα τῷ Νῶε τρία·
Τούτων ὁ μὲν Χὰμ εὐλόγως κατηράσθη,
Μὴ συγκαλύψας τοῦ πατρὸς τὴν αἰσχύνην.
Εὐχὴν δ' Ἰάφεθ ἅμα τῷ Σὴμ λαμβάνει.

Εἰς τὸ αὐτό.

Νῶε πρὸ κλῆμ' ἐφύτευσεν ἐριθρότερυ, θλίψε δὲ καρπὸν,
Καὶ πλεν ἀρπαλέως ζωρὸν μέθυ, ἐκ δὲ μεθύσθη,
Γυμνώθη δὲ πέπλοιο, καὶ ἀνδρομέην φάνεν αἰδῶ.
Οἰνοπόται, τρομέωμεν· ὁ γὰρ τύπος ἐγγύθι κεῖται.

Εἰς τὴν πυργοποιΐαν.

Ὁ πύργος οὐχὶ πύργος, ἀλλά τι ξένον·
Αὐτοῦ γὰρ ἄχρις οὐρανοῦ † σχεδὸν φθάνει·
Πλὴν βλέψον αὐτὸν, ὡς πεσὼν ἀνετράπη,
Τῶν πυργοποιῶν † συγχυθέντων τὴν φράσιν.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἄνδρες ἐκφρίαλοι κακὰ φρεσὶ μητιόωντο,
Πύργον ἀναστήσειν ἐπ' Ὀλύμπου πείρατα μακρά·
Τὴν δ' ἄρα μῆτιν ἔρξε κακὴν Θεὸς, ἀμφὶ δὲ γλῶσσαν
Σύγχεε τὴν δομέουσαν. Ὁ δ' οὐ τέλος ἔλλαβε πύργος.

Εἰς τὸν Ἀβρὰμ ἐξερχόμενον ἐκ τῆς γῆς αὐτοῦ.

Ὦ πίστις Ἄβραμ, πίστις ἀκραιφνεστάτη!
Ἔξελθε γῆς, ἠκουσε, σῆς, καὶ φύγε † ταχύς.
Ἐξῆλθεν εὐθὺς συλλαβὼν Λὼτ καὶ Σάραν,
Καὶ γῆν Χαναὰν ἔσχεν εἰς παροικίαν.

Εἰς τὸ αὐτό.

Χαλδαίην γενεὴν πολυπλανέα ἔκφυγεν Ἄβραμ,
Ἐκ δ' ἔβη ἀπιστίην δυσσεβέων γενετήρων·
Ἐκ δὲ Θεοῦ καλέοντος ἅμ' ἕσπετο σὺν τε ἄμαρτι,
Σύν θ' υἱωνῷ. Ἀτὰρ μιν ἀγάσσατο καὶ Θεὸς αὐτός.

Εἰς τὴν διὰ τὸν λιμὸν ἄφιξιν Ἄβραμ εἰς Αἴγυπτον.

Ὡς ἐκφύγοι πως † τοῦ λιμοῦ τὴν ἀγχόνην,
Ἰδίην † ἀδελφὴν, τὴν ὁμόζυγον λέγει
Ὁ πατριάρχης, καὶ προδιδοῖ τὴν Σάραν
Τοῖς ἀθέοις ἄρχουσι τῶν Αἰγυπτίων.

Εἰς τὸ αὐτό.

Κάλλιπε τήνδε ἄμαρτα καλὴν Ἄβραμ· οὐ γὰρ ἔοικε
Τήνδε τεῇς Φαραὼ ὑπ' ἀγκοίνῃσι δαμῆναι.
Ἦ γὰρ ἐγώ σ' ἐτάσαιμι βαρειῶν ἐξ ὀδυνάων,
Εἰ οἱ ἐπαυθάδεας περὶ κοίτον χεῖρας ἰήλῃς.

Εἰς τὴν μάχην ποιμένων Ἀβραὰμ καὶ Λὼτ, καὶ τὴν τούτων διαίρεσιν.

Ὦ πάντα δεινὴ τῆς φιλαυτίας νόσος!
Δι' ἣν ὁ Λὼτ παρῆκε τὴν ξυναυλίαν
Τοῦ πατραδέλφου, καὶ πρὸς Σώδομα τρέχει,
Ἐξ ὧν φυγῇ πρίαιτο τὴν σωτηρίαν.

Εἰς τὸ αὐτό.

Δοιῇς πὰρ ποίμνῃς δύο ποιμένες ἀντίοι ἔστην,
Λὼτ μὲν δς, αὐτὰρ ὁ γ' Ἄβραμ· ἐπὶ προβάτοις δ' ἐμάχοντο.
Ἐν δ' ἄρα δεσποσύνοισιν ἀεικέα ὥσαν ὀπ' ὀργὴν,
Καί τ' ἔριδα ξυνέηκαν, ἀπ' ἀλλήλων δ' ἐμέρισαν.

In temulentiam Noe et Chami impudentiam.

Sem, Cham, Japhet tres Noe filii erant, quorum Chamus imprecatione perculsus est, non cooperta patris verecundia, sed Japhetus una cum Sem patris apprecationem percipit.

In idem.

Noe primus onustum racemis palmitem sevit, et protrito fluctu meracum hausit avide, quo inebriatus est, nudatusque pallio virilem aperuit pudorem: nos, qui vino utimur, pertimescamus: nam proxime jacet bibaculorum exemplar.

In turris ædificationem.

Turris non amplius turris est, sed quid omnino stupendum; prope enim ad ipsum usque cœlum pervadit. Nihilo tamen secius dispice, ut ea cadendo prostrata fuerit, confusis eorum linguis, qui turrim excitare instituerant.

In idem.

Νούσῳ ἐν ἀργαλέῃ κακκείμενος ἥρεο Βάαλ
Εἴ κεν ἔτι ζωοῖσι μετέσσεαι, ἢ φθιμένοισι.
Πύθεο τοῦ Θέσβηθεν· ὃ γὰρ πρὸ μόρον τοι ἐνίσπῃ.

Εἰς τὴν ἀνάληψιν Ἠλιού.

Ὡς ἀνελήφθης εὖ γινώσκω, Θεσβῖτα,
Ποῦ δ' ἀνελήφθης οὐ γινώσκειν οὐκ ἔχω.
Ὅταν δ' ἀνέλθῃς καὶ σὺ πρὸς πυρὸς δίφρον,
Καὶ πλησιάσῃς τοῖς ἀνωτέρω, μάθῃς.

Εἰς τὸ αὐτό.

Τίς ποθ' ὃδ' ἐν νεφέλῃσι μετῴορος ἅρματι βαίνει,
Ἅρματι αἰθαλόεντι, καὶ ἀτρέμας ἡνιοχεύει;
Οὐδὲ πυρὸς τρομέῃσι μένος μέγα, μή μιν ὀλέσσῃς;
Ἠλίας ὅδ', ἑταῖρε, μετ' αἰθέρος αἶρετ' ἐς ὕψος.

Εἰς τὴν μηλωτὴν Ἠλιοὺ τέμνουσαν τὸν Ἰορδάνην.

Τῆς ἰσχύος σου! μανδύα τοῦ Θεσβίτου.
Διχῇ διαιρεῖς τὸν μέγαν Ἰορδάνην,
Βροτοῖς δὲ βατὸν τὸν τέως πλωτὸν τίθης,
Ἀπὸ προφήτου πρὸς προφήτην † ἰγμένη.

Εἰς τὸ αὐτό.

Βυσσὸν Ἐρυθραῖον μὲν εἰδέτο ἦλιος ἅπαξ,
Αὐτὰρ Ἰορδάνην καὶ πολλάκι βλέψε δι' ἄλλων,
Καὶ δ' Ἐλισσαίου δὲ θεήσατο ἄρτι † μετ' αὖον.
Μηλωτῆς τόδε ἔργον, ἡ Ἠλιοὺ ἔσκεπεν ὤμους.

Εἰς τὰ παιδάρια τὰ διὰ τὸ ἐνυβρίσαι τῇ φαλακρῷ Ἐλισσαίου βρωθέντα ἄρκτοις.

Μωκᾶσθε, παῖδες, τὴν Ἐλισσαίου κάραν
Φλαχρὰν οὖσαν καὶ κατεψιλωμένην,
Ὑμᾶς † δὲ πάντως αὐτὸς οὐ μωκήσεται,
Ἄρκτοις δὲ δώσει βρῶμα ταῖς δασυτρίχοις.

Εἰς τὸ αὐτό.

Διπλῆ τοι, Ἐλισαῖε, ἡ Ἠλιοὺ ἦντετο χάρις,
Διπλῆ, ἀτὰρ διπλοῦν καὶ τοι † ἰταμώτερον ἦθος·
Παισὶ γὰρ ἀφρονέουσι φάγους ἐπιώρινας ἄρκτους,
Οὕνεκα σὴν φαλάκρην κακῶς ἔφαν ἄφρονι θυμῷ.

Εἰς τὸν τῆς Σωμανίτιδος υἱὸν ἀπὸ Ἐλισσαίου ζωοποιούμενον.

Ἀντὶ ξενίας εὐτελοῦς Σωμανίτις
Κατηγγυήθης † ἐξ Ἐλισσαίου βρέφος,
Ὃ καὶ τεθνηκὸς ἐξανέστη σοι πάλιν,
Διπλῆν διδόντος τοῦ προφήτου τὴν χάριν.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ὑέϊ Σωμανίτιδος ἀπὸ πνοιὴν ὀλέσαντι
Ἀγχόθι κἰ' Ἐλισαῖος, ἀτὰρ στόματι στόμ ἔρεισε,
Καί τε κόρῃσι κόρας, καὶ παλάμας παλάμῃσι,
Καί οἱ δὸ' ἐξ Ἅιδου ἀναδέδρομεν ἡέλιόνδε.

Εἰς Γιεζῆ τὸ παιδάριον Ἐλισσαίου, ἅπως ἐκ Νεαμὰν τοῦ λαβέντος τὴν λέπραν, ἄργυρον λαβών, αὐτὸς ἀντελεπρώθη.

Πωλεῖς τὸ πνεῦμα, καὶ πικράσκεις τὴν χάριν,
Ἄφρον Γιεζῆ, πρὸς Νεαμὰν τὸν Σύρον.
Θάρρει· λάβῃς γὰρ οὐ τὸν ἄργυρον μόνον,
Ἀλλὰ ξὺν αὐτῷ καὶ Νεαμὰν τὴν λέπραν.

Εἰς τὸ αὐτό.

Δυσὶν ἐπ' ἀμπλακίῃσι, κλοπῇ τε ψευδοσύνῃ τε,
Ἐν τόδε τοι ἐπίχειρον ἐπ' ἄξιον ἦλθε, Γιεζῆ,
Λέπρα βροτοῖς μέγα πῆμα, νόσων ὀλοωτάτη ἄλλων,
Ἦ καὶ ὀβριζόμενος; μιμνήσκεο ἀμπλακιάων.

propudium, in gravi decumbens valetudine, Baalem interrogasti utrum deinceps viventibus, an mortuis annumerandus esses: Eliam scitare potius; te enim certo moriturum prædicet.

De Eliæ raptu in cœlum.

Quod sursum raptus sis probe teneo, Elia, sed ubi receptus fueris, quo sciam non habeo. Cum et tu, meo exemplo, ascenderis igneo curru devectus, et ad superna loca proxime accesseris, tunc disces.

In idem.

Quis ille sublimis inter nebulas graditur, ardenti curru subvectus, et habenas placide flectit, nec vehementissimam flammarum vim, ne se exstinguat, omnino metuit? ipse est Elias, o amice, qui per æthera in cœlum tollitur.

De pallio Eliæ ex ovina pelle contexto, quo Jordanem divisit.

Quantum in te potestatis situm est! o Eliæ pallium, in duas discernis partes patentissimum Jordanem; et quod antea navigiis, jam gressui pervium facis, ad Elysæum prophetam ab Elia traductum.

In idem.

Semel Erythræi maris profundum illuminavit sol; sæpe Jordanem vidit ab aliis sæpenumero prophetis, et nunc ab Elysæo tandem exsiccatum videt: idque pallii opus est, quod Eliæ texit humeros.

In pueros, quod Elisæi calvitio illuderent ab ursis cruenta laceratione haustos.

Elysæi caput deridiculo habetis, pueri, quod calvitie horridum pilis enudetur, sed vos omnino non deridebit, hirsutis enim ursis devorandos dabit.

In idem

Duplex in te supervenit Eliæ gratia, o Elysæe, sed duplo severior etiam tibi est indoles; in imprudentes enim pueros, voraces concitasti ursas, quod petulantioribus verbis calvæ tuæ inconsiderantes illusissent.

In Sun amitidis filium ab Elisæo vita donatum.

Prolixæ quidem hospitalitatis merito tibi ab Elisæo filius adpromissus fuerat, qui fato ereptus, denuo tibi in vitam revocatus est, propheta duplicem beneficiis gratiam rependente.

In idem.

Ad Sunamitidis filium, qui animam exhalaverat, prope accedens Elisæus, os ori incumbendo admovit, et oculos oculis applicuit, manus manibus; cui statim puer ex inferis in lucem iterato prosiliit.

De Giesi Elisæi puero, quemadmodum a Naaman lepra sanato pecuniis acceptis, et ipse vicissim lepra perfusus est.

Spiritum vendis, nundinaris gratiam Syrio Naamæ, o inconsulte Giesi; confide sis, nec enim solam pecuniam accipies, sed una cum ea, Naamæ lepram reportabis.

In idem.

In duplicis pinguli vindictam, fraudis et mendacii, hæc una tibi condigna merces obvenit, Giesi, lepra, perniciosum malum, nocentissimus omnium morbus; cujus infamia dehonestatus, noxæ tibi in mentem veniat.

Εἰς Ἰησοῦν τὸν ἀποκτείναντα τὸ πᾶν Ἀχαὰβ γένος καὶ αὐτὴν Ἰεζάβελ.

Χαίροις, Ἰησοῦ καρτερόστομε σπάθη,
Ἥτις τὸ σύμπαν Ἀχαὰβ φθείρας γένος,
Καὶ συγχαθαιρεῖς τοὺς προφήτας τοῦ Βάαλ,
Καὶ τὴν μιαρὰν κτιννύεις Ἰεζάβελ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἡλιοῦ ἦν ποτ' ἴδεισεν Ἰεζάβελ, ἦν ποτ' ἀπείδρα
Θηλυτέρην πικρόθυμον, ἀπηνέα, τέκνιον ἐχίδνης,
Ὑψόθεν ἐκκυλίσας χαμάδις βάλε, πέφνε δ' Ἰησοῦς,
Σῶμα δέ οἱ κύνεσσι καὶ οἰωνοῖς πόρε δεῖπνον.

Εἰς τὸν πλησιάσαντα τοῖς ὀστοῖς Ἐλισσαίου νεκρὸν, καὶ ἀναστάντα.

Νεκροὺς ἀνιστᾷ καὶ θανὼν Ἐλισσαῖος·
Πῶς οὖν ἑαυτὸν οὐκ ἀνιστᾷ τοῦ τάφου;
Οὐ γὰρ ἐκείνου, τοῦ Θεοῦ δὲ τὸ δρᾶμα,
Τιμῶντός, οἶμαι, καὶ προφητῶν ὀστέα.

In Jehum omne Achabi genus, una cum Jezabele, occidione occidentem.

Fortunatissimus esto, mucro Jehu acutissime, qui universam Achabi cognationem vastas; et una strage prophetis Baal exstinctis, Jezabeli vitam adimis, scelleratissimæ mulieri.

In idem.

Quam pertimuit Elias Jezabelem, et a cujus aliquando facie declinavit, mulierem morum acerbitate crudelem, genimen viperæ, de superiore loco deturbatam humi prostravit Jehu, cujus interfectæ corpus canibus, et volucribus in prædam dedit.

De cadavere, quod Elisæi ossibus proxime positum a morte revocatum est.

Mortuos vel ipse mortuus Elisæus ad vitam revocat; quid igitur causæ est cur se in deperditæ vitæ statum non asserat? non hoc illius, sed Dei solius opus est, qui prophetarum ossa, credo, miraculis honestat.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ὅς ποτε Σωμανίτιδος ἀπὸ χθονὸς ἤγαγεν υἱὸν,
Εἰς χθόνα νῦν ζοφερὴν καταπέμπεται. Ἀλλὰ καὶ ἔμπης
Νεκρὸν ἔνειρεν ἄγῃσι παρ' ὀστέα τοῦδε ταφέντα.
Θαῦμα μέγα! φθίμενος ζωοῖσιν ἐνώσατο νεκρόν.

Εἰς τὸν θρῆνον Ἐζεκίου, καὶ τὴν πρόσθεσιν τῆς αὐτοῦ ζωῆς.

Ὡς χαρμόσυνα † δακρύεις, Ἐζεκία!
Τὸ ζῆν γὰρ ἅπαν ἔσχες ἐκ τῶν δακρύων.
Ὀφθαλμέ μου, στάλαζε ῥεῖθρα δακρύων,
Ἐν τῇ τελευτῇ καὶ τάχα ζωῆς τύχω.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἐζεκίαν ποτ' ἄγριος ἐπῆλθε πότμος ἄναντα
Αὐτὰρ ὁ καὶ θανάτου πυλεώνεσιν ἴχνια βάπτων
Αἴσατο δακρυχίων· καὶ οἱ θεὸς ἔκλυεν αὐδῆς.
Πρόσθετο δ' οἱ βιότου λυκάβαντας σὺν δέκα πέντε.

In idem

Qui Sunamitæ filium ex inferis aliquando reduxerat, in tenebricosas nunc terras immittitur; sed tamen cadaver consepultum ejus ossibus e terris educit: grande miraculum! exanimum mortuus viventium societati restituit.

De luctu Ezechiæ, et accessione ad ejus vitam facta.

Quam feliciter, et auspicato lacrymaris, totum enim, quod vixisti deinceps, lacrymando promeritus es: o mei oculi, in lacrymarum fluvios inundate, quo forte in procinctu mortis vitam consequar.

In idem.

Feralis aliquando fati necessitas Ezechiam invasit; cumque jam mortis vestibulo pedes illaturus esset, Deum fusis lacrymis comprecatus est, ejusque vocem Deus exaudivit, et comploratæ vitæ quinque, supra decem adjecit annos.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΤΕΤΡΑΣΤΙΧΑ ΙΑΜΒΕΙΑ ΚΑΙ ΗΡΩΑ

ΕΙΣ

ΤΑ ΚΕΦΑΛΑΙΩΔΩΣ ΡΗΘΕΝΤΑ ΕΝ ΤΩ ΤΕΤΡΑΕΥΑΓΓΕΛΙΩ.

—

EJUSDEM

TETRASTICHA IAMBICA ET HEROICA,

QUIBUS

SUMMATIM PROSEQUITUR EA QUÆ DICTA SUNT IN QUATUOR EVANGELISTIS.

—

Εἰς τὴν γέννησιν τῆς Θεοτόκου.

ναὶ, λυχνία, πρόκεισο, καὶ παστὰς, πλέκου,
Καὶ, στάμνε, πλάττου, καὶ φύου, χρυσῆ βάτε·
Τὸ φῶς πάρεστιν, εὐπρεπὴς ὁ νυμφίος,
Ἐγγὺς τὸ μάννα, καὶ τὸ πῦρ ἤδη φθάνει.

In Deiparæ Natalitia.

ita sane apponantur candelabra; adornetur thalamus; vas efformetur; aureus procreetur rubus; nam in propinquo est lumen; speciosus forma sponsus præsto est, prope est manna, jamque præcet ignis.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἐκ πατέρων πάλαι σοι προήλυθεν εὐγενὲς εὖχος,
Ἠὼτ' ἀπὸ κρήνης κάλλος ποταμοῦ προχοῇσι.
Ἄννα δέ τ' ἀνάπαλιν κούρης ἀπὸ παιδὸς ἄγαται,
Ἣ Θεὸν ὑψιθόωκον ἐαῖς ἐνίδρυτο λαγόσιν.

Εἰς τὰ Ἅγια τῶν Ἁγίων.

Ὦτα † πρὸ φωτὸς, παρθένον πρὸ παρθένου,
ναοῦ πύλαι, δέξασθε τὴν Θεοῦ πύλην.

In idem.

Ex parentibus nobilis in filios gloria derivatur, sicut a scaturigine in profluentem limpitudo emanat; e contrario Anna puellæ filiæ merito gloriatur, quæ suis in visceribus cœlos inhabitantem Deum suscepit.

In Sancta sanctorum.

Lumen lumini, virginem virgini Christo prævium, templi portæ Dei portam excipite, ad ipsa usque A adyta introgredere, veneranda virgo, et cum ea o Propheta, ejus individuum famulum Gabrielem accipe.

Εἴσελθε, σεμνὴ, μέχρις αὐτῶν ἀδύτων,
Δέχου, προφῆτα, Γαβριὴλ ὑπηρέτην.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἔννομά τοι ταῦτα, Ζαχαρία, ἔννομα ταῦτα;
Τίς ποτε θηλυτέρην ἐν ἀδύτοις ἔδρακε παῖδα;
Παῖδα μὲν εἰσοράᾳς· αὐτὰρ ἀδυτώτατον οἶκον,
Τήνδε κόρην ἱερὴν, ἱεροῦ μάθε παμβασιλῆος.

In idem.

An isthuc legitime facis, an decenter, o Zacharia? quis unquam in sanctioribus templi partibus puellam introspexit? vides quidem puellam, sed arcanum esse domicilium sacratissimi omnium regis, hanc sacram virginem disce. B

ΜΑΤΘΑΙΟΣ

MATTHÆUS.

Εἰς τὸ, Βίβλος Γενέσεως.

Ὁρᾷς τελώνην, καὶ βλέπεις οἷα γράφει;
Ἀβραὰμ υἱὸν τὸν Λόγον δείκνυσί σοι,
Καὶ παῖδα Δαβὶδ τὸν Θεὸν Δαβὶδ λέγει
Ἐν τῇ πρὸς ἡμᾶς σαρκικῇ παρουσίᾳ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ὃς γενεὴν βροτέην τεκτήνατο ἄχρονος ἄναξ,
Νῦν γενεαλογίην κατεδέξατο· ἐν δέ οἱ ἦλθον
Ἀβραὰμ Ἰσαάκ τε προπάτορε, τοῖς δ' ἔπι Δαβὶδ,
Κούρη θ' ἁγνοτόκεια κυήσατο ἄῤῥενος ἄτερ.

Εἰς τὴν Χριστοῦ γέννησιν.

Ὑπὲρ λόγον τὸ θαῦμα παρθένος κύει.
Ὑπὲρ λόγον τὸ θαῦμα, πλὴν Θεοῦ κύει·
Τοῦτ' αὐτὸ καινὸν, εἰς Θεὸν βρέφος βλέπω,
Τοῦτ' αὐτὸ καινὸν, πλὴν φιλάνθρωπον βλέπω.

In hæc verba: Liber Generationis, etc.

Publicam vides, et qualia scriptis mandet intelligis? Verbum filium esse Abrahæ tibi demonstrat, et Deum Davidis, Davidis filium esse pronuntiat, puta in ea quam nobiscum habuit, carnis præsentia.

In idem.

Qui hominum genus architectatus est, Rex tempori non obnoxius, nunc prosapiæ ordinem subire dignatus est, cui obvenerunt in proavos, Abraham, et Isaac, et ab illis David, et intemerata tandem puella viri expers eum enixa est.

In Christi Natalem.

O miraculum, quod humanam transcendit mentem! virgo parit, rationem quidem superat, sed Spiritus sancti operatione concipit: hoc ipsum inauditum est, Deum infantem video, novum quidem est, sed minus mirum, Deum amantem homines intueor.

Εἰς τὸ αὐτό.

Παρθενικῆς Μαρίης υἱὸν Θεὸν ἔνδοθι φάτνης
Ἄγγελοι, ἀστρολόγοι βουθρέμμονες ἀμφεκύνησαν.
Μοῦνος ἄγριος ἄναξ δεινὰ φρεσὶ βυσσοδομεύων
Πέφνε βρέφη σύμπαντα, Θεὸν κτανεῖν μενεαίνων.

Εἰς τὴν εἰς Αἴγυπτον φυγὴν Ἰησοῦ.

Φεύγεις, Ἰησοῦ, τοὺς δὲ δυνάστας τρέμεις;
Φεύγω. Βροτὸς γάρ εἰμι, καὶ φεύγειν δέον,
Ἐνστάντος οὔπω τοῦ χρόνου μοι τοῦ πάθους.
Καὶ φεῦγε λοιπὸν, ἄχρις Ἡρῴδης θάνῃ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Αἴγυπτον σκοτόεσσαν ἐπέρχεαι, ὦ ἄνα Χριστὲ,
Ἀμπλακίης ὄφρα κεῖθεν ἀπὸ βροτὸν ἄνδρα σαώσῃς.

In idem

Mariæ Virginis divinum Filium, in stabuli tugurriolo repositum angeli, Magi, pastores reverenti adoratione prosecuti sunt: ferus solum tyrannus D profunda cogitatione crudelia molitus consilia infantulos victimariis ensibus demessuit, Deum occidere gestiens.

De Christi fuga in Ægyptum.

An tyrannorum insidiis exterritus solum vertis, o Jesu? fugio, cum mortalis sim conditionis, ac mihi fugere incumbat, hora nondum meæ passionis instante. Eia age de cætero lateas, quoad Herodes e vita decesserit.

In idem.

O rex Christe, in caliginosam te confers Ægyptum, ut illinc mortales a scelerum servitute re-

Κούφῃ δ' ἐν νεφέλῃφι καθίζεαι, ὡς μ' ἀναείρῃς,
Κούφῃ ἐν νεφέλῃ, σεμνοῦ τ' ἀνὰ πατέρος ἀγκάς.

Εἰς τὸ κήρυγμα καὶ τὴν στολὴν Ἰωάννου.

Ἐρημικὰ ξύμπαντα τῷ Ζαχαρίου·
Ἡ γὰρ στολὴ πέφυκε καμήλου τρίχες,
Τὸ ζῶμα † δέρμα, πλοχμὸς αὐχμηρὸς κόμης,
Βλέμμα βλοσυρὸν, καὶ μετάγνωσις λόγος.

Εἰς τὸ αὐτό.

Νηδύος ἐκ προμολῶν στειρεῆς κλυτὸς Ἰωάννης
Τὴν στερεὴν ὤκησεν, Ἰορδάνου ἀμφὶ δὲ ῥείθροις
Ὄχλον ἀπειρέσιον πλυνέσκει εἰς μετάνοιαν.
Δέρκεο θοιμάτιον καὶ τὴν τρίχα, θαῦμα ἰδέσθαι.

Εἰς τὴν βάπτισιν.

Τί δρᾷς, ποταμέ; ποῦ τὰ ῥεῖθρά σου στρέφεις;
Οὐκ οἶδα τί δρῶ, πλὴν τὸν ἑστῶτα τρέμω·
Οὐχ εἷς γε μὴν ἕστηκεν, εἷς δέ με στρέφει·
Ὁποῖος οὗτος; τὴν περιστερὰν σκόπει.

Εἰς τὸ αὐτό.

Τίς πόθεν εἶς, αὐχμῆεν, ὀρέστερε, ἄγριε ἀνερ,
Οὔρεος ἐξ ἀβάτοιο Ἰορδάνου ἀμφὶ ῥέεθρα;
Εἰμὶ Θεοῖο Λόγοιο διήκονος, οὗ ἐνὶ κάρῃ
Δεξιτερὴν ἀνάειρα, φόβος δέ με γυῖα ὑπῆλθεν.

Εἰς Χριστὸν πειραζόμενον ὑπὸ τοῦ διαβόλου.

Αἰτεῖς, μιαρὲ, προσκυνεῖν σοι τὸν Λόγον,
Τὸν προσκυνητὸν ταῖς ἄνω στρατηγίαις·
Κατεγνυῷς δὲ, πτωχὲ, τῆς γῆς τὰ κράτη
Τῷ παμβασιλεῖ. Τῆς ἀναιδείας ὅσης!

trahas sedes item in nube levi, ut me sursum attollas, inter adorandi Patris ulnas admittendum.

De Joannis prædicatione ac vestitu.

Omnia, quæ in Zachariæ filio sunt meram solitudinem redolent; vestis enim ex pilis cameli contexta est, ex pelle zona; horrent impexi capillorum flocci, severus oculus, sermo denique pœnitentiam resonat.

In idem.

Ex sterili egressus utero famosissimus Joannes steriles incoluit terras, quas Jordanis fluentum intercipit, ubi numerosissimam populi turbam in pœnitentiam lavit: vestitum e pilis et hirsutiem considera; ipso aspectu miraculum excitat.

In baptismum.

Quid rei est, o flumen? quo fluenta tua retrorsum convertis? quid a me flat sum nescius, sed virum prope astantem vereor: nec unus quidem astat, sed unus me retrocedere cogit: qualis porro iste? columbam obtuere: tum rescies.

In idem.

Quis unde te pedes, o agrestis et squallide monticola, e desertis advenientem collibus, quos Jordanis sinus interlabitur? Sum divini verbi minister, in cujus caput, inter baptizandum, manus extuli; mecoque subiit actus formido.

In Christum a dæmone tentatum.

Ambis, o sceleste, ab ipso adorari divino Verbo, qui militiæ cœlesti adorandus est; et qui tute indignus es, universæ terræ ditionem policeris omnium regi: proh! quantum temeritatis et impru- dentiæ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἄδαμον ἀρχιγένεθλον ἑῇ ἐνὶ κάββαλε πάλῃ
Δαίμων. Αὐτὰρ ὁ μὲν τρισσῇσι παλαισμοσύνῃσι
Λοῖσθος Ἀδὰμ ἐνάριξε, καὶ ἔννομον ἥρατο κάρτος·
Τρισσοῖς γάρ τ' ἀέθλοισι παλαιστρικὸς ἔμμορε νί-
[κης.

Εἰς τὸν λαθέντα ὑπὸ τῆς ἀρχῆς Χριστοῦ λεπρόν.

Τὸν λεπρὸν ἀκάθαρτον ὄντα τῷ νόμῳ
Χειρὶ κρατεῖς σὺ, καὶ θεραπεύεις, Λόγε.
Οὐ γὰρ κατῆλθες τῷ καθαρισμένῳ,
Τῇ δ' ἐθνικῇ, μάλιστα λέπρᾳ, καρδίᾳ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Νῦν μὲν ἑνὰ Χριστοῖο καθήρατο δάκτυλα λεπρόν·
Ἀλλ' ὅτ' ἐπὶ σταυροῖο τεθήσεται, οὐχ ἕνα μοῦνον,
Φύσιν ὅλην δ' ἰήσεθ' ὅλην λέπρην περ ἐοῦσαν.
Ἄψαι κἀμοῦ, Χριστὲ, νοὸς δ' ἀπὸ λέπραν ἄειρον.

Εἰς τὸ κατὰ τὴν πενθερὰν τοῦ Πέτρου θαῦμα.

Ἦλθες βαλεῖν πῦρ, ὡς ἔφης, εἰς τὸν βίον,
Ἀλλ' ὡς ὁρῶ, πῦρ μᾶλλον ἐκβάλλεις, Λόγε,
Τὸ πυρεταῖνον ὑγιάζων σαρκίον.
Ὄναιο ταῦτα τῆς μαθητείας, Πέτρε.

Εἰς τὸ αὐτό.

Νῦν μὲν Χριστὸν ἄνακτα, Πέτρε, προκαλίζευ ἰη-
[τρὸν,
Πυρετὸν ὄφρα δάΐον ἐσαύοι φύξιμος αὔρα·
Σκιὰ δέ † σου μετόπισθε τροπώσεται ἔθνεα νούσων,
Ἐν δὲ χιτῶν νεκύεσσι πόροι βιοθρέμμονα πνοιήν.

In idem.

Antiquum Adamum unius luctæ congressu prostravit dæmon; sed tribus eum dimicationibus novus debellavit Adam legitimam, ut in palæstra, victoriam sortitus; tribus enim præliis generosus pugil palmam consecutus est.

In leprosum ex sola Christi attrectatione convalescentem.

Eum, qui pollutus lege ipsa judicatus est, manu prehensum sanitati restituis, o Verbum; nec eum eorum, qui mundi sunt, gratia, in terras descendisti, sed pro animabus idololatria, quæ tota lue est, infectis.

In idem.

Hunc quidem Christi manus unum mundavit leprosum; sed ubi ligno configetur, non uni soli, verum toti naturæ medicabitur, quæ tota lepra perfusa est. meetiam, Christe, tangito, et a mea anima lepram erade.

De miraculo erga socrum Petri.

Ignem missurus in vitam venisti, uti dicebas; sed, ut video, ignem potius amoliris, o Verbum, dum inardescentem febri cuticulam sanas: et hæc disciplina macte esto virtutibus, o Petre.

In idem.

Nunc quidem Christum regem in medicum evocas, o Petre, quo depellendi ardoris vim habeat aura vehementem febrim refrigeret: tua vero umbra non ita multo post morborum tangere multitudinem, tunaque tunica vitalem conferre spiritum poterit.

Εἰς τὸ, Αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσιν, ὁ δὲ Υἱὸς ἀνθρώπου οὐκ ἔχει ποῦ τὴν κεφαλὴν κλῖναι.

Φῆς οὐκ ἔχειν ποῦ τὴν κάραν, Χριστέ, κλίνῃς,
Σαφὲς τὸ ῥητόν· ἡ γὰρ ἔνθεος φῦσις,
Ἵπ σὴ κεφαλὴ τοῦ Θεανθρώπου Λόγου
Οὐκ ἂν κλιθῇ που· καὶ γὰρ ἀκλινεστάτη.

Εἰς τὸ αὐτό.

Φωλεὸν ἄμφι μένουσιν ἀλώπεκες, ἐν δὲ πετεινῶν
Οὐρανίων γενέθλη· Χριστὸς δ' ἵνα πῆχυν ἀρούρης
Ἐς δόμον οὐ φορέει. Τί πρὸς τάδε φαίεν ἐκεῖνοι,
Οἳ χρυσοῦν δομέουσιν ὑπείροχον ὕψιον οἶκον;

Εἰς τὸν ἐν θαλάσσῃ ὕπνον Χριστοῦ.

Ὁ δεσποτικὸς ὕπνος ἀῤῥήτῳ λόγῳ
Ὑπνοῦσαν ἐξύπνισε τὴν ἅλμην τότε·
Ἡ δ' ἐξέγερσις ἔμπαλιν τοῦ Δεσπότου
Τὸ τῆς θαλάσσης ἐξεκοίμισε πλάτος.

Εἰς τὸ αὐτό.

Χριστὸς μὲν παλάμῃσιν ἐῤῥάτο πάντα· ἀήτας·
Τοῦ δ' ἴτ' ἐνὶ βλεφάροισι γλυκὺς περιχύμενος ὕπνος
Πεῖσ' ἐλθεῖν βορέην· ὁ δ' ἀπέπτατο, καδδ' ἅλα τύψε·
Χριστοῦ δ' ἐγρομένου κεῖνος πάλιν ἔνδον ἐῤῥάθη.

Εἰς τὸ ἐν Γαδάροις θαῦμα.

Τὴν τοῦ Σατὰν, ἄνθρωπε, μανίαν βλέπε.
Ὁ γὰρ ἀπάγχων τῶν συῶν τὰς ἀγέλας
Τί λοιπὸν ἂν δράσειεν εἰς βροτοὺς ἢ βλάβῃ;
Ὦ; χοῖρος οὖν ζῶν σωφρονίζου τῷ τύπῳ.

In id : Vulpes foveas habent. Filius autem hominis non habet ubi caput reclinet.

Ais te non habere ubi caput reclines, o Christe, manifesto loquaris; natura enim divina, quæ tuum incarnati Verbi caput est, nusquam reclinari sustinet; est enim immota.

In idem.

In lustris diversantur vulpes, in loculamentis præterea suis habitat aerea volucrum turba; sed Christus ne unum quidem terræ cubitum in domicilium possidet. Ad hæc quid dicere habeant illi, qui auro superbas et editissimas domos exædificant?

De Christo super mare dormiente.

Domini somnus, inenarrabili quidem, et arcano jussu, torpens et quietum mare statim expergefecit; rursum vero Domini expergefactio maris æquora somno sopivit.

In idem.

Christus omnes elata manu procellas compescuerat; somnus vero, qui in ejus oculos suavissimus irrepsit, excivit boream, qui imolans mare turbinibus pulsavit; sed expergefacto rursum Christo in antra sua retrusus est.

De miraculo apud Gerasenos edito.

Satanæ quanta sit rabies expende, o homo! Qui enim vel ipsos porcorum greges excruciat, quid, quo dispendium mortalibus inferat, de cætero moliturus est? Tu igitur, qui porcorum more vivis, hoc exemplo resipisce.

Εἰς τὸ αὐτό.

Συβῶται, ποῦ φεύγετε, τοὺς δὲ σύας λίπετ' αὐτοῦ,
Τὸν λεγεὼ δεδίαμεν, ἀτάσθαλός ἐστι γενέθλη·
Ἄγγετο συβόσιον, καδδ' ἔρχετο πυθμένα λίμνης.
Οὐδ' οὕπω λεγεῶνα κορέσσετε, ἀγχόμενοί περ.

Εἰς Ματθαίου κλῆσιν.

Τί τοῦτο, Χριστέ; τοῖς τελώναις συγκάθῃ,
Τί τοῦτο καινόν; ἀλλὰ καὶ συνεσθίω·
Ματθαῖος οὗτος οὐ τελώνης ἐστί σοι;
Ἐμοὶ δὲ πολλῶν βελτίων γραμματέων.

Εἰς τὸ αὐτό.

Χαίρετε, ἀμπλακόεργοι, θαρσεῖτ', ἔνθε' ἁλιτρῶν·
Χριστὸς ἁλιτροβίοισι μεθίζεται, ἠδέ τε δειπνεῖ.
Ματθαῖον καταθρεῖτε· ἓν πάρος ἀμφὶ τελώναις,
Νῦν δὲ Χριστὸν ἄνακτα συνέστιον ἔσχεν ἐν οἴκῳ.

Εἰς Χριστὸν ἀναστῶντα τὴν θυγατέρα τοῦ ἀρχισυναγώγου.

Σὺ καὶ θανατοῖς, καὶ πάλιν ζωοῖς λόγῳ.
Ζωοῖς δὲ μᾶλλον ἢ θανατοῖς, Χριστέ μου.
Ὁ δ' ἀρχισυνάγωγος εἰς μαρτυρίαν,
Βιοῦν τὸ θυγάτριον ἔμπαλιν βλέπων.

Εἰς τὸ αὐτό.

Μὴ θρηνεῖτε, γυναῖκες, ὑπνοῖ τὸ κοράσιον· ὑπνοῖ,
Ὕπνοι, οὐδέ τ' ἴλωλεν. Ὑμεῖς χαυεῶς δὲ γελᾶτε.
Ἔγρεό μοι, κόριον, καὶ αἰθέρα δέρκεο δῖον.
Ἀρχισυναγώγοιο πατρὸς σέο πίστις ἀμύμων.

In idem.

Quo, porculatores, relictis ibi suibus, aufugitis? Dæmonum legionem pertimescimus, exitiale genus est; grex ovium suffocatus in marinæ paludis fundum præceps datus est. Quamvis et ipsa vos enecet, nondum tamen legionem saturabitis.

De Matthæi vocatione.

Quid isthuc est, o Christe, una cum publicanis accumbis? Quid hoc novi est? imo et illis convescor. At Matthæus ipse numquid tibi publicani instar est? Imo pluribus eum scribis meliorem censeo.

In idem.

Gaudete, nefarii, confidite, nocentum multitudo, nunc una cum peccatoribus assidet et epulatur Christus: Matthæum conspicite, antehac publicanorum numero accensum, Christum nunc Regem dom! convivantem excepit.

De Christo principis Synagogæ filiam in vitam revocante.

Ad unum verbum vitam aufers ac revocas, Christe mi, sed in vitam proclivius, quam in mortem traducis; fidem mihi testis astruat Synagogæ princeps qui vivantis denuo filiæ conspectu fruitur.

In idem.

Parcite lacrymari, mulieres, puella dormit. Dormit? Quasi vero: ita dormit, nec obiit, et vos perperam quidem ridetis. Exsurge, puella, divinum æthera contemplare, ob Synagogæ principis, parentis tui, fidem laudabilem

Εἰς τὴν αἱμόῤῥουν.

Ὦ πίστις ὀρθὴ, πίστις ἀκραιφνεστάτη !
Δι' ἧς βροτοὶ κλέπτουσι τὴν σωτηρίαν.
Ἀλλ' οὐ λέληθας, κἂν λαθεῖν δοκῇς, γύναι·
Τὸν γὰρ πανόπτην πῶς λαθεῖν δύναιτό τις ;

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἀσθενὲς ἦσθα γύναιον, ἀτὰρ κρατερὸν κατὰ πίστιν,
Καὶ δοιοὶ προχέοντο ῥόοι σέθεν ἐκπιδύοντες,
Αἵματος εἷς, ἄλλος δέ τε πίστιος ἐς πολὺ μείζων·
Ἔνθεν ὁ κεῖνον ξήρανε, καὶ λάβεν οὔνομα δῖον.

Εἰς τὴν διαγωγὴν τῶν ἀποστόλων, καὶ τὴν τούτων ἀποστολήν.

Καινοὺς στρατηγοὺς, καὶ βασιλέα βλέπε·
Ὁ μὲν κλῖναί που τὴν κεφαλὴν οὐκ ἔχει·
Οἱ δ' εἰς μάχην ὁρμῶσι γυμνῷ σαρκίῳ.
Ἔπειτα τί ; ζωγροῦσι τὴν οἰκουμένην.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἵπποις μὲν καὶ ὄχεσφι, καὶ ἀσπίσιν ὁμφαλοέσσαις,
Χαλκῷ τε, χρυσῷ τε, καὶ ἀνδράσιν ἱπποχορυσταῖς,
Στρατηγοὺς κοσμοῦσιν ἐπιχθόνιοι βασιλῆες·
Γυμνὸς δὲ Χριστοῖο λάβε στρατὸς ἔθνεα πάντα.

Εἰς τὸ κατὰ τὸν ξηρόχειρα θαῦμα.

Ὢ ἐξανιστᾷς ἐκ τάφων νεκροὺς ὅλους,
Οὕτως ἀνιστᾷς καὶ νεκρὰ βροτῶν μέλη.
Ὁ ξηρόχειρ δὲ μάρτυς ἐστί μοι, Λόγε,
Γὴν νεκρὰν αὖθις εὐπετῶς κινῶν χέρα.

Εἰς τὸ αὐτό.

Χεῖλεος ἐξ ἁγίου προθορὼν λόγος οἷα κελεύει·

A Χεὶρ ξηρὰ, προτάθητι, καὶ ἅπτεο, πάντα δ' ἐνίργει.
Ἡ δ' εὐθὺς προτέτατο, καὶ ἥπτετο, πάντα δ' ἐνήργει.
Ἦ ῥα καὶ ἀμφὶ χέρεσσιν ὑπ' οὖατα, Χριστὲ, φυ-
[τεύεις

Εἰς τὸ, Ὅτι ἐν Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια.

Ὁ φυγαδευτὴς δαιμόνων, γραμματέες,
Ὑμῖν καλεῖται δαιμονῶν; Θεῦ τοῦ λόγου !
Καὶ τίς γ' ἂν ὁμῶν δαιμονίζοιτο πλέον,
Τὰ δαιμονώδη ταῦτα τολμώντων λέγειν ;

Εἰς τὸ αὐτό.

Δαιμονίων λεγεῶνας ἀπήλασε τηλόθι Χριστὸς
Ἐν Γαδάροις ἐπιτάξην, χοίροφι δ' ὦρσε φυγόντας·
Δαιμονιῶντα δ' ἴφαν γραμματέες αὐτὸν ἐκεῖνον.
Ἦρ' οὐχί σφιν ἐμήνισεν ἄγριος, ὦ ξένε, δαίμων;

Εἰς τοὺς αἰτοῦντας σημεῖον.

B Σημεῖον αἰτεῖς, γραμματεῦ, τὸν Δεσπότην.
Ὁ τυφλὸς οὐ σημεῖον ἐμβλέψας πάλιν ;
Ὁ κωφὸς οὐ σημεῖον ἀκούσας πάλιν ;
Οὕτως φθόνος τὸ πρᾶγμα, καὶ φθόνου λόγος.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἡλίοιο φόως καὶ αἰθέρα δέρκετο τυφλός·
Ἐν δέ τε κωφὸς ἄκουσε· ῥόος δ' ἐπὶ αἵματος ἔστη·
Καὶ λεγεὼν ἔπτηξε, νεκρὸς δ' ἀναέκθορε τύμβου.
Γραμματέες, τί πλέον σημῆνον ἄμμιν ἀρέσσει;

Εἰς τὸ, Μήτηρ μου, καὶ ἀδελφοί μου, οἱ ποιοῦντες τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ.

Ὦ δυστυχὴς ἄνθρωπε, καὶ φαύλου γένους,
Θέλεις ἀνυψώσω σε πρὸς λαμπρὸν γένος ;

In Hæmorrhoissam.

O recta fides, fides sincerissima ! qua mortales salutem furtive rapiunt : sed quæ sis Christum non latet, quamvis eum latere credas, o mulier, eum enim qui oculatissime lustrat omnia, quid prætterire potest ?

In idem.

Eras valetudine infirma, mulier, sed fide valentissima, duoque ex te scaturientes exundabant rivuli, sanguinis alter, alter fidei longe nobilior ; exinde, sanguinis fluxum fides exsiccavit, a Deo laudem promerita.

De vitæ instituto, et missione apostolorum.

Novos intuere duces, et novum Regem : hic quidem non habet ubi caput reclinet, illi inermi corpore in pugnam prodeunt. Quid tum postea ? Terræ habitabilis animas invadunt.

In idem.

Et equis et curribus, et clypeis umbilicatis, et ære, et auro, galeatis denique militibus suos instruunt duces terreni imperatores ; sed nudus Christi exercitus infinitas gentes expugnavit.

De miraculo in hominem manu aridum præstito.

Sicut integra cadavera e monumentis excitas, sic et exanima mortalium membra restauras ; is, cui manus aruerat, mihi testis est, o Verbum, non ægre ac movens manum, omni prius sensu defectam.

In idem.

Ex divino prosiliens ore sermo sic imperat : Ex-

C tenditor, arida manus, et sensus operationisque potens efficitor ; quæ statim porrecta, necnon et tactu, et omni operatione functa est. Num et sanitas etiam manus efficis, o Christe ?

In illud : Quoniam in Beelzebub dæmonia ejicit.

Qui fugat dæmones, o scribæ, væ ! quid dicitis ? a vobis dæmonio correptus dicitur ; quis vobis magis lymphatus insaniat, qui hæc diabolica audeat efutire ?

In idem.

Dæmonum legiones procul exegit Christus apud Gerasenos, et jussu suo in porcorum gregem prolegos intulit ; sed ipsum a dæmone arreptum garriebant Scribæ : Annon magis, o hospes, ferus illis Satanas erat infensus ?

D *In eos qui signum petebant.*

A Domino signum quæris, o Scriba ; annon is cæco deintegro videnti signum est ? annon item is surdo rursum audiente signum est ? omnino quod facitis, ac dicitis, invidentiam præ se fert.

In idem.

Lumine solis ac ætheris aspectu donatus est cæcus ; audivit præterea surdus ; sanguinis item fluxus stetit ; inhorruit dæmonum legio ; e tumulo prorupit mortuus ; quod amplius signum probatum esse, o Scribæ ?

In id : Mater mea, et fratres mei, qui faciunt voluntatem Patris mei.

O infelix homuncio, et ex vili origine procreatus, te ad illustre genus provehamus ? Dei sic voluit

Τὸ τοῦ Θεοῦ θέλημα πρᾶττε γνησίως,
Καὶ τοῦ Θεοῦ, γίνωσκε, συγγενὴς γένῃ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Οὐ γενεῆθεν ἀνὴρ παρὰ Χριστῷ ἔμμορε † τιμῆς ;
Οὐδέ τε θηλυτέρη μέγα πότνια ἔνθεν ἐδείχθη ;
Κεῖνος ἀδελφεός ἐστι Θεοῦ, γενέτις δέ τε κείνη,
Οἳ † σφε λόγους τελέουσι, καὶ ἔνδικα † θεσμὰ ποιοῦσιν.

Εἰς τὸν Χριστὸν ἀπὸ τοῦ πλοίου διδάσκοντα τοὺς ἐν τῷ αἰγιαλῷ.

Ἐφ' ὑδάτων, λέγουσι, φωνὴ Κυρίου·
Τὸ πλοῖον ἀθρεῖς, τὸν διδάσκαλον βλέπεις·
Τὸν αἰγιαλὸν τοιγαροῦν δραμὼν φθάσον,
Καὶ τῆς σοφῆς ἄκουε διδασκαλίας.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ὦ πέλεκυς μακάριος, ὦ οὖρεος ἔνθεος ὕλη !
Εὐτυχίες δρυτόμοι ! ναυπηγῶν δάκτυλα κεδνά !
Οἳ τόδε † λέμβος ἔθεσθε θαλασσοπόρον καλίγομφον,
Ὃς Θεὸς ἐμβεβαὼς διδάσκαλος ὤπασε γῆρυν.

Εἰς τὴν ἀποτομὴν Ἰωάννου.

Ὦ κοῦφος ἄναξ, μιαρᾶς δοῦλος κόρης !
Ὦ μωρὸς ὅρκος συμμερίζων τὸ κράτος !
Ὦ δεῖπνον αἰσχρὸν αἵματος χλωροῦ πνέον !
Ὦ νεκρὸς ἔμπνους, καὶ τὸ μῦσος δεικνύων !

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἡ γένεσις βιότου καὶ ζωῆς ἔπλετο ῥίζα,
Πρᾶξε φόνον δ' Ἡρώδης ἐν τελετῇ γενεσίων·
Οἴνου δὲ κρητῆρα κεράσσατο αἵματι θερμῷ.

A Οὐχ ὁ θανὼν ἐσίγησε· λυγίζεο, μαχλὰς ἀσελγής.

Εἰς τὸ κατὰ τοὺς πέντε ἄρτους θαῦμα.

Ὁ μάννα τὸ πρὶν εἰς Ἰουδαίους βρέχων
Νῦν ἐκ μόνης ἔθρεψεν ἄρτων πεντάδος
Τὴν πεντακισχίλιον ἀνδρῶν ἀγέλην·
Καὶ τοὺς κοφίνους τῆς περισσείας ὅρα.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἔντερα οὐκ ἐπέδησε τροφὴν, τάπερ ἔνδοθι κεύθει
Χριστὸς, ὅτε βραχέεσσιν ἀπείρονας ἔτρεφεν ἄρτοις,
Τὰς δὲ τροφὰς αὔξησε· τὰ δ' ἄγγεα ἔπλετο μάρτυς,
Οἷς τά γε λείψαν' ἔερκτο, πέλεν δέ τε δώδεκα πάντα.

Εἰς τὸν ἐν θαλάσσῃ περίπατον Χριστοῦ καὶ Πέτρου.

Ἦλθες καθ' ὑγρῶν, θαυματουργία μία·
B Συνῆλθέ σοι καὶ Πέτρος, αὕτη δευτέρα·
Ἔσωσας αὐτὸν ἐκ βυθῶν, αὕτη τρίτη·
Τοὺς ἀνέμους ἔπαυσας, αὕτη λοισθία.

Εἰς τὸ αὐτό.

Πέτρος ὑπὲρ νώτοιο θαλάσσης, Πέτρε, πορεύῃ ;
Πεζός. Ἀτὰρ τίς τοι πτέρ' ἐνάρσια θῆκε ποδοῖιν,
Ἢ τίς ἀπ' οὐρανόθεν δολιχὴν σειρὴν προπετάσσας
Ἐκ κεφαλῆς ἀνίχει σε ; Τὸν ἐγγύθι δέρκεο Χριστόν.

Εἰς τὴν Χαναναίαν.

Ὁ Χριστὸς ἄρτος· Ἰσραὴλ παῖς Κυρίου·
Ἡ δ' ἐθνικὴ σύμπασα πατριὰ κύων.
Ὁ παῖς τὸν ἄρτον ἀφρόνως ἀπεστράφη·
Ὁ δ' οὖν κύων βέβρωκεν αὐτὸν ἀσμένως.

tatem exsequere, ac scito te consanguineum Dei evasurum.

In idem.

Annon qui ex cognatione Christi erat, ab eo gloriam consequebatur ? annon et ejus mater impendio venerabilis inde ostensa est ? Est ita sane ; sed ille verus Dei frater, et illa mater est, qui ejus sermonibus obsecuti, justa Dei decreta exsequuntur.

In Christum eos, qui stabant in ripa, e navigio docentem.

Vox Domini super aquas, inquiunt Psalmi : Navicellam vides, præceptorem intueris, quare auctor sum, ut ripam currendo prior occupes, et sapientissimas docentis præceptiones auscultes.

In idem.

O perbeata securis ! o divina montis silva ! o fabri D lignarii felices ! o naupagorum gloriosæ manus ! qui hunc lembum, maria sulcantem, clavis pulchre compactum ædificastis, in quem conscendens Deus, præceptoris instar vocem extulit.

In Joannem collo truncatum.

O levissime princeps, scelestæ puellæ nequiter inserviens ! heu stolidum sacramentum, imperii potestatem dispertiens ! heu convivii fœditatem ! quo decolor anhelatur sanguis, hei spirans cadaver ! Herodis scelus arguens.

In idem.

Dies vitæ natalis et primordium erat, cum Herodes in solemnibus natalium cæremoniis cædem

C commisit, vinique pateram calido libavit sanguine ; nec occisus tacuit, unde impudica meretrix contorquebatur.

De miraculo quinque panum.

Qui prius in Judæos manna depluebat, nunc ex quinis tantum refecit panibus quinque millium hominum turbam : residuos e convivio cophinos intuere.

In idem.

Populi viscera omne non continuerunt alimentum, quod intus ingerebat Christus, cum paucis panibus innumeros pavit homines, multiplicatione alimenti facta ; testes mihi sunt cophini duodecim numero, quibus prandii reliquiæ sunt repositæ.

De Christi et Petri super mare ambulatione.

Per mare deambulasti, primum miraculum ; tecum D ambulavit et Petrus, hoc secundum ; eum ex imo maris eripuisti gurgite, hoc tertium ; quodque postremum est, ventorum turbines sedasti.

In idem.

Pedes in suprema unda gradum facis, o Petre ? quis porro commodas tuis pedibus alas aptavit ? vel quis prolixam e cœlo catenam protendens, te capite sustentat ? proxime juvantem Christum intuere.

In Chananæam.

Panis Christus est ; populus Israelita filius familias ; universa ethnicorum familia canis, jam vero filius panem fastidiosissime aversatus est ; quo factum, ut libentissime tandem canis comederit.

Εἰς τὸ αὐτό.

Οἱ κύνες εὐνοίουσιν ἀγαθοῖς ἀρτοδότῃσι,
Μνημοσύνην κεύθουσιν ἐνὶ στήθεσσι φίλοισι.
Καὶ σύ ῥα, Χανανίτις, διὰ ταῦτ' ὀνομάζεο κύων,
Ἐν δὲ τὸν ἄρτον ἅπαντα κατέσθιε πιστὴ ἐοῦσα.

Εἰς τὸ, Τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι; καὶ εἰς τὴν Πέτρου ἀπόκρισιν.

Μακάριος εἶ Πέτρε, συλλαβῶν τόσων
Ὠνούμενος τὴν κλεῖδα τῆς ἄνω πύλης,
Καλούμενος δὲ Πέτρος, ὃς πρώην Σίμων,
Τὸ πᾶν δὲ δεσμῶν, καὶ τὸ πᾶν λύων πάλιν.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἄνθρωποί σε χαμαίφρονες Ἠλιοῦ οἱ μὲν ἔφασαν,
Οἱ δέ τ' Ἰωάννην, οἱ δ' ἔμπαλιν Ἱερεμίαν·
Αὐτὰρ ὁ Χριστὸν ἔλεξε Θεοῦ Πατρὸς Υἱέα Πέτρος.
Κλῃδας ἔνθεν ἕδεκτο, ταὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν.

Εἰς τὴν μεταμόρφωσιν.

Ὁρᾷς τὸ Θαβώρ; Οὐχ ὁρῶ. Τίνα τρόπον;
Τοῦ φωτὸς ἡ χύσις με κωλύει βλέπειν.
Ὀρθῶς ἔλεξας· οὐδὲ γὰρ Ἰωάννης
Τὸ εἶν ἐκαρτέρησεν, ἀλλ' ὑπεστάλη.

Εἰς τὸ αὐτό.

Τρεῖς μὲν ἄνω λαλέουσι Θαβὼρ ἀνὰ ἄκρα κόρυμβα·
Ἐκ δ' ἄρα τοῦ μεσάτοιο φόως ἀναδίδρομε θεῖον.
Τρεῖς δὲ πέσον πρανέες ποτὶ πέζαν οὔρεος ἄκρην·
Ἐν δ' ἄρα τῷ μεσάτῳ πλείων χύτο φωτὸς ἀπορρώξ.

Εἰς τὸ κατὰ τὸν σεληνιαζόμενον θαῦμα.

Ἄνθρωπε, μὴ κέκραχθι. Ναὶ κράξω μέγα·

In idem.

Canes grata sunt erga eos indole, a quibus sibi præbitus est panis, beneficii memoriam fideliter retinent; eapropter, o Chananæa, canis appelleris, cumque Domino fidelissima sis, panem comedas.

In id : Quem me esse dicunt homines? deque Petri responsione.

Ob paucula, quæ respondisti verba, perbeatus es, o Petre, quibus cœlestis januæ clavem mercatus es, Petri nomine, paulo ante vocatus Simon, indigitatus; cujus virtute ligas ac solvis universa.

In idem.

Hominum, qui terrena sapiunt, te quidem alii Eliam, alii Joannem, alii denique Jeremiam dixerunt, o Christe : sed te Dei Patris Filium pronuntiavit Petrus; inde claves, quæ immensos continent cœlos, accepit.

De transfiguratione.

Montem Thabor oculorum sensu assequeris? nequaquam. Quid ita? Luminis effusio videre me prohibet. Rite loqueris, nec ipse Joannes in monte videre sustinuit, sed præ formidine refugit.

In idem.

Tres quidem in summo Thaboris fastigio sermones conserunt; et a Christo, qui medius est, divinus prosilit fulgor : tres item proni ceciderunt in extrema montis crepidine; inque Petrum, qui medius, major luminis emanatio transfusa est.

De miraculo erga lunaticum facto.

Ne vociferator, o homo. Imo comitius vociferabor; nec enim laboras tantum a dæmone pati filium

A Πάσχεις γὰρ οἷα δαιμονᾷ μοι τὸ βρέφος.
Καὶ ψηλαφᾷς τί τὸν διδάσκαλον, ξένε;
Ἔχεις ὃν αἰτεῖς ἐγγὺς ἡ σωτηρία.

Εἰς τὸ αὐτό.

Τίπτε, Σατὰν κακόμητι, τὸν ἄθλιον εἰς πυρὶ βάλλεις
Εἰς πυρὰ καὶ ὕδατα κρυόεντα, ὅπως μιν ὀλέσσῃς;
Κληρονόμος δαΐης σὺ καμίνου ἔπλεο, λῃστά,
Αὐτὰρ ὁ κληρονόμος βασιλείας ἔπλετο θείας.

Εἰς τὴν τοῦ κήτους ἀπόδοσιν.

Ἰχθὺς τὸ φασκώλιόν ἐστι τῷ Λόγῳ.
Ἄγκιστρον αἱ κλεῖς, εἷς στατὴρ τὸ χρυσίον·
Ἔμβαλλε τὰς κλεῖς, Πέτρε, τὴν γάζαν λύε,
Ἔκβαλλε τὸν στατῆρα, τὸν κῆνσον δίδου.

Εἰς τὸ αὐτό.

B Ἦ ῥ' ὅγ' ὑπὸ σπλάγχνοισιν ἐκεύθετο ἰχθύϊ κῆνσος,
Καί μιν ἔειδες ἄνω διὰ μακροῦ βένθεος ἅλμης;
Ἦ σύ μιν ἀμφιχάραξας ἅμα προστάγματι θείῳ
Ὑγρῷ ἐνὶ σπλάγχνῳ ἁλιθρέμμονος ἰχθύος, ἄναξ;

Εἰς τὸν νομικὸν πλούσιον.

Ὦ χρυσὲ, κακὸν ἅμαχον, κακὸν μέγα!
Δι' ὃν κεκινδύνευκε τὴν σωτηρίαν
Ὁ τῶν νομικῶν ἐντολῶν πασῶν φύλαξ.
Μή μοι γένοιτο πλοῦτος, ἂν στερῇ Θεοῦ!

Εἰς τὸ αὐτό.

Ὄφελες, ὦ πλούσιε, πενίστερος ἔμμεν ἁπάντων·
Ὄφελες ἐνδεέεσσι συνιζέμεν ἀνθρώποισι,
Μηδὲ κομᾷν χρυσοῖο ταλέντεσσιν, ὃς σε κολούει
Χριστῷ ἅμ' ἐλθέμεναι, σταυρὸν δ' ἀνὰ ὦμον ἄραντα.

C meum. Quid te obtrudendo præceptorem vexas, o peregrine? Votorum tuorum compos factus es, in proximo salus affulget.

In idem.

Quorsum, versute dæmon, in ignes miserrime præcipitas, et in aquas frigore horrentes? Quo eum conficias scilicet : tu ardentissimæ fornacis hunc factus es, o trifurcifer; iste regni cœlestis possionem inlit.

In tributi solutionem.

Piscis marsupii instar est Verbo Christo, nummus instar clavium, siclus instar auri; hamum, quæ tua sunt claves, immitte, o Petre, solve marsupium, staterem producito, ac tandem tributum præbe.

D *In idem.*

An in piscis interaneis hic delitescebat nummus, et eum desursum in maris profundo deprehendit? an a te, divino mandato, insertus est, o Rex Christe, sub humidis piscis marini visceribus?

In divitem legis observatorem.

O malum ingens et ineluctabile, auri tenacitas! quo in salutis suæ discrimen vocatus est, qui ipse omnes præceptiones rite observaverat : ne mihi affluant divitiæ, siquidem Dei privent aspectu.

In idem.

Bene tecum actum foret, si omnium pauperrimus fuisses; debuisses in plebeiorum hominum serie recenseri, nec auri talentis superbire, quæ tibi sunt impedimento, quo minus Christum sequaris, et humeris crucem bajules.

Εἰς τὴν βαϊοφόρον.

Ναὶ, παῖδες, εἰς ἔλεγχον ἀνδρῶν ἀφρόνων
Κλάδῃ φοροῦντες † εὐλογεῖτε τὸν Λόγον·
Ναὶ στρώννυτε ξύμπαντα τοῖς πέπλοις τόπον,
Ὡς μηδὲ γῆς ὁ πῶλος αὐτῆς θιγγάνοι.

Εἰς τὸ αὐτό.

Οὔποτ' ἄνακτα δέδορκας ὑπὲρ πώλου ἀδμῆτος
Κέλητα, βρεφέεσσι κροτούμενον ἀρτιγενέεσσι,
Πτορθία χερσὶν ἔχουσιν ἐλαίης ἠδὲ κυπείρου;
Χριστὸν ἄνακτα θέασαι ὑπὲρ ὄνου ἄρτι βεβῶτα.

Εἰς τὸν Χριστὸν ἐξελαύνοντα τοὺς θεοκαπήλους τοῦ ἱεροῦ.

Ναὶ τύπτε, ναὶ κόλαζε τῷ φραγγελίῳ
Τοὺς κολλυβιστὰς τοὺς περιστερεμπόρους·
Τοῦ γὰρ Πατρός σου καὶ Θεοῦ τὴν οἰκίαν
Ποιοῦσιν εἶκον ἐμπορίου, Χριστέ μου.

Εἰς τὸ αὐτό.

Οὐ προβάτων τε, βοῶν τε, πελειάδων τ' ἐρατεινῶν
Οἶκος δ', ἀλλά τ' ἄνακτος ἐμοῦ Πατρὸς, ἔμπορoι,
[οἶκος·
Ἔξιτε, ἢ ῥ' ὑμέων περὶ ὤμους τύμμα βαλοίμην
Σχοίνῳ ἐνὶ πλοκερῇ, κατὰ δὲ χρόα καλὸν ἰάψω.

Εἰς τὴν ἐξ ἐπιταγῆς Χριστοῦ ξηρανθεῖσαν συκῆν.

Πεινᾷ Θεός σου, λῷστε, τὴν σωτηρίαν,
Φαγεῖν δὲ καρπὸν ἀρετῆς ἐκ σοῦ θέλει·
Σὺ γοῦν συκῆ γένοιο καρπιμωτάτη,
Μὴ καταραθῇς, καὶ ψαγῇς παραυτίκα.

Εἰς τὸ αὐτό.

Τίπτε συκῆν ἀρήσαο, σύνεχ' οἱ ὤλετο καρπός;
Οὐδὲ γὰρ ἐν στελίχεσφι συκῆς πύκα θυμὸς ἀρήρει.
Ἦ ῥα φυτῶν περὶ μὲν σέο, Σῶτερ, φρονεῖς ὀλίγη,
Ἐς μερόπων δέ τ' ἀνειαρὲς ἀπείρονα μήχεα ῥάπτεις.

Εἰς τοὺς καλουμένους εἰς τοὺς γάμους.

Θεοῦ γάμος τὸ πρᾶγμα, καὶ καλοῦσί σε·
Σὺ δὲ προβάλλῃ τὴν γυναῖκα, τοὺς βόας,
Τὸν ἀγρὸν, ἰὸν τῆς φρενῶν ἐλαφρίας,
Οὐδ' εἰς τὸ δεῖπνον ὡς ποδῶν ἔχεις τρίχεις.

Εἰς τὸ αὐτό.

Νύμφα Θεοῦ, μέγα χαῖρ', Ἐκκλησία ὀλβιόγαμε·
Νυμφίε, χαῖρε, Λόγε, προτὶ δ' ἡμέας ἄρτι καλίζευ·
Δεῖπνον ἐπ' ἀμβρόσιον, τό σοι ἐς γάμον ἄρτυνε Πα-
[τήρ.
Ζεύγεα δ' ἄμμιν ἔερρε, δάμαρ θάνοι, ἀγρὸς ὄλοιτο.

Εἰς τὰς δέκα παρθένους.

Ἂν παρθένους ἔκκλεισε † τοῦ θείου γάμου
Ἔλαιον ἀπὸν καὶ σκοτισθέντες λύχνοι,
Τί λοιπὸν ἐργάσαιο, πόρνη καρδία,
Καὶ μαχλὰς οὖσα, καὶ λύχνου στερουμένη;

Εἰς τὸ αὐτό.

Παρθενικῶν δαῖδες, μέγα λάμπετε, λάμπετε, πᾶσαι
Νυμφίου † ποτιδέγμεναι ἱμερόεσσαν ἐρωήν
Νύκτα δι' ὀρφναίην· ἀθρῶ δέ μιν ἐγγὺς ἰόντα.
Ἢ παρεοῦσα πρόσελθε, θύρας κλεῖσον δ' ἀπεούσαις.

Εἰς τὴν μυροφόρον πόρνην.

Κίρνα τὸ μῦρον τῇ ῥοῇ τῶν δακρύων·
Ποιεῖς γὰρ αὐτὸ τιμιώτερον, γύναι.

In Ramorum diem.

Eia, pueri, ad coarguenda male cordatorum hominum flagitia, oblatis ramis Deo gratias agite; heus! omnem vestimentis viam sternite, ut ne pullus quidem asini terræ solum attingat.

In idem.

Numquamne regem vidisti super pullo indomito sedentem, recens natorum infantium plausu exceptum, præ manibus oleæ ramos et junci marini circumferentium? Christum regem contemplare asino nunc insidentem.

De Christo sacrilegos e templo nundinatores ejiciente.

Age cædito, eia flagellis animadverte in nummularios qui columbas distrahunt; Dei enim, tuique Parentis domum, Christe mi, in forum negotiationis immutant.

In idem.

Non hic ovium, boum, aut amabilium columbarum emporium est, institores, sed Regis Patris mei domicilium; hinc vos auferte, vel in humeros vestros immittam verbera funiculo textili quo cuti vestræ vibices imprimam.

In ficum imperante Christo exarescentem.

Tuam Deus salutem esurit, o bone amice, et virtutis ex te fructus esitare impense desiderat. Esto igitur ficus uberrimis onusta fructibus, ne diris devotus extemplo reprobere.

In idem.

Quidnam ficui male precatus es, quod fructuum laboraret inopia, cum in ejus trunco non apposite conformatus esset animus? de fructibus sane perparum tibi curæ est, o Servator, sed circa hominum utilitatem sollicitior invigilas.

De invitatis ad nuptias.

Deus epulum nuptiale parat, ad quod invitatus es; tu vero conjugem, boves interea causaris, et agrum (quæ mentis tuæ rubigo est, ac levitas), nec in cœnam, quantum pedibus contendere potes, curriculo te confers.

In idem.

Salve plurimum, o sponsa feliciter Ecclesia; salve, Sponse Dei Verbum, nosque nunc tandem voca in immortale convivium, quod tibi in nuptias instruxit Pater: quo ut intromittamur, facessant objices, pereant agri ac mulierea.

De decem virginibus.

Si virgines ipsas divinis exclusit nuptiis olei penuria, et lucernæ exstinctio, quid deinceps de te fiet, o anima meretrix, cum sis et adultera et olei indiga?

In idem.

Virginum faces, iqculenter elucete, ut advenientem præpropere amabilem Sponsum accipiatis concubia nocte. Hunc proxime venientem cerno. Quæ adestis intro pedem ponite, et absentibus postes occludite.

In mulierem peccatricem, quæ unguentum attulit.

Undante lacrymarum fluxu unguentum misce, illud

Ἔκμασσε Χριστοῦ τοὺς πέδας ταῖς θριξί σου,
Κἂν τὴν Ἰούδα ταῦτα κεντῇ κακίαν.

Εἰς τὸ αὐτό.

Καὶ τὸ μύρον βαρύτιμον ἦν, γύναι, ὃ πρὸ ποδοῖιν
Χεῦε; δεσποσύνοισι, κόμῃ δ' ἀπομόργνυς ἄνακτα·
Ναι τὸ μύρον βαρύτιμον, ἀτὰρ τιμιώτερον ἔσχες·
Λύτρα γὰρ ἀμπλακίης πολυτρήμονος ἀντεκομίσσω.

Εἰς τὸ μυστικὸν δεῖπνον.

Θύεις τὸ θῦμα, καὶ τὸ δεῖπνον ἐσθίεις,
Καὶ κλᾷς τὸν ἄρτον, ἄρτε, καὶ κρατῆρ, πίνεις·
Ἄμφω γὰρ εἶ σὺ, καὶ θυτὴρ καὶ θυσία·
Ὁ δὲ προδώσων ἐσθίει σε μὴ τρέμων.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἀέρκεο τὸν θρασύχειρα, τὸν αὐθάδη ἦ βά γε κεῖνον,
Ὃς βάλεν ἐν κανέῳ προπετῆ χεῖρ'. Οὗτος ἐκεῖνος
Δείπνου ἀνεγρόμενος φιλίης λελάθοιτο, καὶ ἄρτου,
Καδδὲ προδῷ λῃσταῖσι διδάσκαλον, ὡς ἀπόλοιτο.

Εἰς τὸ, Πάτερ, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο.

Μή μου κατεύχου, Χριστὲ, πρὸς τὸν Πατέρα,
Λέγων· *Παρελθέτω με θανάτου πόμα·*
Ἦ πῶς ἐγὼ τύχοιμι τῆς ἀφθαρσίας,
Εἰ μὴ σὺ τούτου τοῦ ποτηρίου σπάσεις;

Εἰς τὸ αὐτό.

Ὤφελες, ὦ κακότεχνε, καθευδίμεν, Ἰσκαριῶτα,
Ἡὔτε Πέτρος, ἀεί τε καὶ ἀμφὶ μιν οἱ Ζεβεδαίου.
Μηδ' ἐπὶ νύκτα πρόπασαν ἐγρήγορας, ὄφρα προδοίης
Χριστὸν ἄνακτα Λόγον κακογνώμοσιν ἀρχιερεῦσιν.

Εἰς τὴν προδοσίαν.

Φιλεῖς, Ἰούδα, τὸν διδάσκαλον; Φίλει·
Οὐδὲν φιλεῖν κώλυμα. Πῶλεῖς ἀργύρου,
Παραφρονοῦντος τοῦτο· τὸν γὰρ Δεσπότην,
Καὶ τὸν λυτρωτὴν πῶς ἂν αἰχμαλωτίσῃς;

Εἰς τὸ αὐτό.

Τίπτε φιλεῖς, δολομῆτα, διδάσκαλον ἐσθλὸν, Ἰούδα;
Τίπτε φίλον, κακοεργὲ, μαχαιροφόρος ποτὶ ἄρνα
Ἔρχεαι οὐκ ἐρίσοντα; Ἐκὼν τοι ἕσπεται οἷος.
Θῦσον, ὄφρ' αἷμα λαβὼν ψυχῆς φλιὰν ἀμφιχρισαίμην.

Εἰς τὴν ἐκκοπὴν τοῦ ὠτὸς Μάλχου.

Ζηλῶ σε, Πέτρε, τοῦ πολυζήλου πόθου
Στεροῦντα Μάλχον ἀτέρου τῶν ὠτίων·
Ἀλλ' εἰ παρῆμην, καὶ παρῆν μάχαιρά μοι,
Ἀμφοῖν ἂν ἐστέρησα τοῦτον ὠτίων.

Εἰς τὸ αὐτό.

Χριστομάχων ὑπότεμνε μαχαίρῃ οὔατα, Πέτρε·
Οὐ γὰρ ἄκουσαν ἄνακτος ἐφετμάων ἐρατεινῶν·
Μὴ φείδου μηδὲ γλώσσης, μηδ' ὄμμ' ἐλέαιρε·
Πάντας ὁμῶς ἐνίριζε, Χριστοφονεῖς περ ἐόντας.

Εἰς τὸν ἐμπτύσαντα τῷ Σωτῆρι.

Ἀεῖλαιε, τί δρᾷς; ἐμπτύεις τῷ Δεσπότῃ,
Οὗ καὶ μόνον τὸ πτύσμα τυφλοὺς ὠμμάτου;
Ὁ Σατανᾶς σου τοῖς προσώποις ἐμπτύσοι,
Ὦ μυρίων ἄξια τῶν ἐμπτυσμάτων.

A

B

C

D

ipsum longe pretiosius factura : Christi pedes tuis capillis absterge, tametsi Judæ malignitatem res ipsa pungat.

In idem.

Utique pretiosum erat unguentum, o mulier, quo pedes Domini perfudisti, rege crinibus tuis absterso; nec pretiosum erat, verum multo pretiosius adepta es, nempe, quam formidabilis peccati reportasti gratiam.

In cœnam mysticam.

Tu, qui sacrificium es, sacrificas; qui cœna, comedis; qui panis es, panem frangis; qui calix es, bibis: utrumque enim es, et sacerdos, et hostia; quam tamen, qui te traditurus est Judas, tui non metuens, epulatur.

In idem.

Hunc oppido præfractum et audacem animadverte, qui in paropsidem temerarias manus immittit, ille ipse cœna exsurgens, charitatis et alimenti oblitus, magistrum, quo pereat, jamjam proditurus est.

In id : Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste.

Ne precibus ad Patrem effusis, Christe mi, dicas: *Transeat a me, si potest, mortis poculum.* Qui, enim immortalitatis dotes assequar, nisi hunc passionis calicem hauriam?

In idem.

Bene tecum actum foret, o Iscariota, si dormisses perpetim, quemadmodum Petrus, et cum eo *duo Zebedæi* filii, nec utinam pernox vigilasses, ut traderes Christum Regem, Dei Verbum, malevolis sacerdotibus.

De proditione Judæ.

Magistrum oscularis, o Juda? quo suaviari possis nihil obstat; at vero vendis argento? hoc desipientis est animi; Dominum enim qui alios redimit, quomodo captivum agere sustines?

In idem.

Bene meritum Præceptorem quid oscularis, versute Juda? Cur, o malorum artifex, ad mitissimum Agnum cataphractus accedis, eumque non decenturum? libens, desertus a suis sequitur. Age occide, ut, ejus accepto sanguine, animæ meæ poris illinam.

De abscisso Malchi auricula.

Te beatum quidem, o Petre, ob zeli plenissimum amorem prædico, cujus amore incensus auricularem alteram Malcho præscidisti: sed si præsto fuissem, et e meo gladius latere pependisset, utraque ejus auricula minuissem.

In idem.

Eorum, qui Christum adoriuntur, aures gladio demete, o Petre; nec enim Regis amabiles audierunt præceptiones; ne parce vel os ipsum attingere, nec misereris oculis; omnes una strage Christicidas interfice.

De eo qui in Servatoris faciem inspuit.

Misell., quid agis? in Dominum excreas, cujus vel solum sputum cæcos in lumen asseruit? etenim! Satanas tuos in vultus inspuat, infulis digne sacratibus aspergi!

Εἰς τὸ αὐτό.

Οὐρανὸν ἀμφέπτυσσας, ἀδέλτερε, ἦ πρός ῥα Θεοῖο
Θεῖα πρόσωπα πτύσας, ἃ φωσφόρος ἦϋτε λάμψεν
Ὄρεος ἀμφὶ κόρυμβα Θαβωρίου· ἦ ῥ ὄγε βάλλεις
Πτύτμα σοι ἐς τὸ πρόσωπον ἐλεύσεται ἄντα κατελθόν.

Εἰς τὸν ῥαπίσαντα τὸν Χριστόν.

Τί γὰρ τοσοῦτον, Ὄζαν, ἐξαμαρτάνεις,
Ὡς ἐκθανεῖσθαι τῆς κιβωτοῦ θιγγάνων;
Τί δ' οὐ τοσοῦτον πλημμελεῖς, ὑπηρέτα,
Ὡς μὴ θανεῖσθαι, φεῦ! ῥαπίζων ἦ τὸν Λόγον,

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἄνστρεφε τολμήεσσαν, ἀτάσθαλε, χεῖρα, θεράπον,
Ἄνστρεφε, μηδ' ἐπίσειε παρηΐδι παμβασιλῆος,
Φρίξον, ὁ γὰρ κρατέῃσι κεραυνοφόρων νεφελάων,
Μή σε βάλῃ πρηστῆρι, καὶ ἄγρια δάκτυλα καύσῃ.

Εἰς τὴν ἄρνησιν Πέτρου.

Οὐ Πέτρος οὗτος, ὃς χθὲς ἐθρασυστόμει
Ὦ; οὐκ ἂν ἀρνήσαιτο τὸν διδάσκαλον;
Νῦν βλέψον αὐτὸν ὡς ἀπαρνεῖται τρίτον.
Φωνεῖ δ' ἀλέκτωρ, γνοὺς δὲ Πέτρος δακρύει.

Εἰς τὸ αὐτό.

Δισσὰ μὲν ἔκ σ' ἐφόβησε κοράσσια, δλβιε Πέτρε,
Ἀρνήσω δὲ διδάσκαλον, ὃν πέρι φίλαο πάντων·
Αὐτὰρ ἅπαξ οἱ ἅπαντες ἐπιχθονίων βασιλῆες
Δεινά σε πολλὰ δράσαιεν, ἀνήνεαι οὐδ' ἅρ' ἐκεῖνον.

Εἰς τὸ, Τίνα ἀπολύσω, Βαραββᾶν ἢ Χριστόν;

Ἄφες, Πιλάτε, τὸν Βαραββᾶν ἐν βίῳ·
Ἴσως μεταγνῷ, καὶ τύχῃ σωτηρίας·

A Σταυροῦν δὲ τὸν Σωτῆρα μὴ φειδὼ λάβῃς,
Σταυροῖς γὰρ οὕτω τὴν ἐμὴν ἁμαρτίαν.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ὦ φθόνος, ἀνθρώποισι πάθος μέγα, νοῦσε κακίστη,
Πῦρ ὀλοὸν, πτολέμοιο φάγον στόμα, τέκνον Ἐχίδνης!
Ὃν δία γραμματέες Χριστὸν μὲν ἔπεφνον Ἰησοῦν,
Βαραββᾶν δ' ἀπέλυσαν, ἀτάσθαλον ἄνδρα, φονῆα.

Εἰς τὴν σταύρωσιν.

Εἶρχθης, ἐπαίχθης, ἐῤῥαπίσθης, Χριστέ μου·
Ὁ σταυρὸς ἤρθη· δεῦρο γοῦν, Σῶτερ, πάθε,
Κεντοῦ, προπηγοῦ τῷ ξύλῳ, χολὴν πίνε,
Καὶ θνῆσκε τοῦ θανόντος ἀνθρώπου χάριν.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ποῦ σέλας; ἠελίοιο διῴχετο, ἠδὲ σελήνης;
Τίς δέ τε λατομίῃ πολιοὺς ἐτμήξατο πέτρους;
B Τίς δὲ καταφθιμένοισιν ἐκέκλετο, Ἄμπνυτε, νεκροί;
Χριστοῦ κατανοτόμησεν ἀγνὸν πάθος; ὦ ξένε, ταῦτα.

Εἰς τὸν ἐνταφιασμόν.

Τί δακρύεις θάπτουσα Χριστὸν, Παρθένε,
Πάλαι λαβοῦσα τῆς χαρᾶς τὰς ἐγγύας;
Οἰμωζέτω θάνατος, Ἅδης κλαιέτω·
Σὺ δὲ τριταῖον τὸν σὸν Υἱὸν ἐκδέχου.

Εἰς τὸ αὐτό.

Τύμβον ἐνὶ σφραγίδεσσι, δυσίεροι ἀρχιερῆες,
Κλείετε, καὶ πολέας περιίστατε ἀσπιδιώτας·
Οὐ σχήσουσιν ἄνακτος ἀνεγρομένοιο ἐρωὴν,
Ἀλλ' Ἅδου τε τάφου τε μοχλοὺς καταθραύσει
[ἀναστάς.

In idem.

In cœlum, vesane, conspuebas, tu qui Christi C divinam faciem sputis dehonestabas, quæ ceu lucifer inclaruit in summo Thaboris montis apice. Certe, quod immittis, ex adverso rediens sputum, tuas in cervices refundetur.

De eo, qui Christum in faciem percussit.

Quod tantum scelus admittis, o Oza, ut vel ex solo arcæ contactu moriaris? Quid tantum mali non admisisti, vile mancipium, ut in Verbum alapas infligens, malum, non intereas?

In idem.

Temerarias manus retro converte, impium et infame servitium, neque late regnantis Dei maxillis colaphos impinge, sed exhorresce (nebulis enim fulgurigeris imperat); ne te turbinibus igneis permittat, et præferoces exurat manus. D

De Petri negatione.

An ille Petrus, qui heri fidenter loquebatur, futurum nunquam, ut præceptoris nomen abjuraret? nunc ut eum tertio perneget, animadverte; sed, canente gallo, ad se reversus Petrus amare flevit.

In idem.

Duæ te puellæ conterruerunt, beate Petre, et præceptorem, quem eximie præ omnibus amabas, ejurasti: sed cum omnes omnino mortalium reges in te atrocissime sævient, eum non negaturus es.

In illud: Quem vobis dimittam, Barabbam an Christum?

Dimitte Barabbam, ut vivat, o Pilate; fors est ut

pœnitudine ductus salutem consequatur; cruci vero Servatorem configere ne detrectes; sic enim peccata mea cruci affigis.

In idem.

O invidia, mortalibus ingens animi dolor, exitialis morbus, ignis omnia devastans, os discordiæ vorax, genimen viperæ, cujus instinctu Christo Jesu vitam ademerunt Scribæ, Barabba, qui pessimus erat parricida, liberato.

In crucifixionem.

In carcerem compactus, illusus, alapis affectus es, Christe mi; crux modo elata est; age igitur, o Redemptor; patere, stimulare, ligno affigitor, fel bibe, et mortui hominis causa mortem oppete.

In idem.

Quo solis et lunæ jubar evanuit? Quis albicantes e saxifodina lapides secuit? Quis vita functis edixit, Respirate, mortui? Hæc intemerata Christi passio recenter operata est, o hospes.

De tumulatione Christi.

Quid in sepeliendo Filio lacrymaris, Virgo, cum pridem gaudii promissiones acceperis? mors ingemat potius, tristentur inferi; tuque tertio die Filium tuum lætabunda excipe.

In idem.

Sacrilegi sacerdotes, annulo sepulcrum obsignate, et scutatorum militum cohortem circumdate; resurgentis Regis eruptionem non cohibebunt, sed emergens inferos et sepulcri repagula perfringet.

Εἰς τὴν ἀνάστασιν.

Ναὶ λὰξ ἐνάλλου τῷ θανάτῳ, Χριστέ μου,
Ναὶ πλῆττε τὴν ἄπληστον Ἅιδου γαστέρα,
Ἕως ἂν οὓς πέπωκεν ἐξαναπτύσῃ·
Καὶ λύε τοὺς σχεθέντας αὐτῷ δεσμίους.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἔγρεο, πρωτόπλαστε, παλαιγενὲς, ἔγρεο τύμβου·
Κἀμὲ, Λόγε, ξυνάειρον, ἐμὸς δέ κεν υἷις ἐτύχθης.
Κἀμὲ δὲ, παμμεδέων· μηδ' ἡμέες ὧδε μενοῦμεν.
Πανσυδὶ πάντα φόως ποτιδέρκεσθ' ἔθνεα νεκρῶν.

Εἰς τὰς μυροφόρους.

Ἰωάννα, ποῦ, ποῦ, Σαλώμη, συντρέχεις
Φλῃ Μαριάμ; Εἰς Ἰησοῦ τὸν τάφον.
Κἀγὼ σὺν ὑμῖν. Ποῦ δ' ὁ νεκρὸς ἐκλάπη;
Οὐκ ἐκλάπη, γυναῖκες, ἀλλὰ ζῶν μένει.

In resurrectionem.

Eia, Christe mi, pedibus insultans mortem proculca; eia inexplebilem inferorum voraginem corripe, donec ipsa, quos hianti rictu exhausit, revomat; et detentos ibi captivos in libertatem assere.

In idem.

Annose Adam, qui prior formatus es, exsurge tumulo; et me, o Verbum, excita, mea item fulsti soboles; me etiam, potentissime Rex; hic non diutius morabimur; quantum mortuorum estis uno omnes impetu lucem aspicite.

De mulieribus unguentum ferentibus.

Quo, Joanna, quo, Salome, citatim curritis una cum comite Maria? In Christi sepulcrum. Et ego me vobis adjungam. Quo vero subductum est cadaver? Nequaquam raptum est, mulieres; sed vivit.

A *Εἰς τὸ αὐτό.*

Τίς λᾶαν μετάειρεν, ὑπέρμεγα πῶμα τάφοιο;
Τίς δέ τε νεκρὸν ἄνακτα συλήσατο τύμβου ὀρύξας;
Σῶμα νεκρὸν συλάει τυμβωρύχος. Αὐτὰρ Ἰησοῦς
Ἔγρετ', ἐπεὶ θεός ἐστι· Πέτρῳ φάτε ταῦτα, γυναῖ-
[κες.

Εἰς τὸ, Χαίρετε.

Τὸ χαῖρε καὶ πρὶν ἐρρέθη τῇ Παρθένῳ·
Τὸ χαῖρε καὶ νῦν ταῖς γυναιξὶν ἐρρέθη.
Ἡ μὲν δέδεκτο τὴν χαρὰν τὴν ὑφόθεν,
Αἱ δὲ κροτοῦσι τὴν χαρὰν τὴν ἐκ τάφου.

Εἰς τὸ αὐτό.

Θηλυτέρῃς προτέρῃσι παλαιγενὲς ἔπλετο πένθος·
Θηλυτέρῃς προτέρῃσι χαρὰν ἔδοτο Χριστὸς ἀναστάς.
Γήθεο, † κόσμος ἅπας, χειρῶν δ' ἐπὶ κύμβαλα παίζε,
B Ὅττι σ' ἄναξ ἀνέγειρεν Ἀΐδαο ἐκ πυλεώνων.

In idem.

Quis ingentem lapidem, quo monumentum constitur, alio traduxit? Quis item sepulcrorum effractor mortuum Regem sacrilege tulit? soli mortuorum prædatores cadavera violant: imo Jesus suapte virtute cum sit Deus, a mortuis surrexit; id quod Petro edisserite, mulieres.

In id: Avete.

Prius quidem Virgini Ave prænuntiatum fuerat; nunc porro eadem mulieribus salutatio replicatur; illa quidem lætitia cœlitus perfusa est, istæ hilaritudinem e tumulo cum plausu reportant.

In idem.

C Omnium primæ mulieres patientem Christum elexerunt; omnium primas item mulieres resurgens Christus exsultatione perfudit: gaudiis exsulta, o orbis, cymbala manibus pulsato, quod te rex Christus ab inferorum vestibulis extulerit.

ΜΑΡΚΟΣ.

MARCUS.

Εἰς τὸν μογιλάλον.

Ἰατρὸν εὑρὼν, μογγιλάλε, τὸν Λόγον,
Τὴν γλῶσσαν ὑγίαινε, καὶ τρανῶς λέγε·
Τοῦ γὰρ Λόγου παρόντος, οὐ φθέγξαιτό † τις;
Καὶ τοῦ ἰατροῦ μογγιλαλήσειέ τις;

Εἰς τὸ αὐτό.

Μογγιλάλου γλῶσσάν ποθ' ὑγίασας, ὦ ἄνα Χριστὲ,

In eum qui impedita erat lingua.

Tu, qui ægre loqueris, invento medico Dei Verbo, lingua belle te habeas, expedite loquere; num enim possit fieri, ut quis præsente Verbo non loquatur? aut coram medico num quis balbutire potest?

In idem.

Balbutientis hominis linguam quondam sanasti,

D Καὶ μετά οἱ χείλεσφι λόγον πόρες ἀγλαόφωνον·
Αὐτὰρ ἐμὸν βραδύγλωσσον ἐπὶ στόμα γῆρυν ὀπάσσαι
Κραιπνοβάτιν, ταχέεσσιν ἐϊσκομένην πετεηνοῖς.

Εἰς τὴν τὰ δύο λεπτὰ προσενέγκασαν χήρα.

Ψυχὴ, παθῶν χήρευε τῶν ὁμοζύγων,
Καὶ λεπτὰ προσκόμιζε τῷ Δόγῳ δύο,

Christe Rex, transmissa ejus labiis articulata voce, mihi vero nunc ore tardiloquo laboranti voces præbeas, ita expeditam, ut pernicibus aliitibus similima sit.

De vidua binos teruntios offerente.

Intimis affectibus, tibique natura conjunctissima o anima, esto vidua, duobusque minutis assibus

Γὸν νοῦν τε λεπτύνουσα, καὶ τὸ σαρκίον,
Ὡς εὐλογηθῇς τῶν πολυχρύσων πλέον.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ὦ ψυχὴ βασίλεια μέγ' ὀλβίη, ἀμφὶ γυναικὶ
Κήρῃ δυστυχέϊ ζάπλουτον ἄρ' ἐσσὶ γύναιον.
Ἦ, δύο λεπτὰ βίοιο ἐχέγγυον οἷον ἔχουσα,
Ταῦτα Θεῷ προδέδωκας, ἀτὰρ σ' ἀπεδέξατο κεῖνος.

Εἰς τὴν ἀνάληψιν.

Ἄνελθε, Παράκλητε, πρὸς τὸν Πατέρα,

Christo litare satagito, mente et corpore suppliciter coram Deo demissis, quo supra locupletissimos bonorum benedictionibus exuberes.

In idem.

O regalis ac perquam felix anima, cum antea fores ærumnosa vidua, næ nunc in opulentissimam mulierem evasisti; quæ duos minutos obolos, quos vitæ tuæ pignus unicum asservabas, Deo præsentasti; hos enim ille faventer accepit.

A Καὶ πέμπε Παράκλητον ἄλλον τοῖς κάτω,
Ἄλλον προσώπῳ· μὴ γὰρ εἴποιμεν φύσει,
Οἷς ταυτότης ἄτμητος, ἡ τῆς οὐσίας.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἄγγελοι, ἀμπετάνυτε ἐπ' οὐρανίους πυλεῶνας,
Χριστὸς ἄναξ ἀνάεισιν, ἐρυθρά τε † πέπλα Θεοῖο·
Καὶ τάδε γὰρ περίχρωσεν ἁλουργίδι αἵματος ἁγνοῦ,
Ῥύσιον ὃ βροτέης ἐπὶ πάσης χεύατο φύτλης.

De ascensione.

Ascende ad Patrem, consolator hominum, Christe; quibus alium mitte Paracletum, alium persona; nec enim natura dixerimus, quibus substantiæ identitas indivisibilis est.

In idem.

B In cœlorum vestibulum evolate, angeli, Christus rex cum veste purpurea conscendit; illam enim intemerati sanguinis coloravit purpura, quem fudit, universi generis humani pretium futurum.

ΛΟΥΚΑΣ.

LUCAS.

Εἰς τὸν Εὐαγγελισμόν.

Ὦ, χαῖρε, σεμνὴ τῆς ξένης ὀπτασίας,
Θεὸν κυήσεις· τοῦ τερατείου λόγου!
Πίστευε τὴν κύησιν ἄῤῥενος δίχα·
Ναὶ, τοῦ Θεοῦ θέλοντος, ὢ; γένοιτό μοι.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἄγγελος αἰγλήεις Γαβριὴλ ἐξ Οὐλύμποιο
Ναζαρὲτ ἀμφιάϊξεν ἐπηράτου ἀγχόθι κούρης,
Χαῖρε δὲ προσέειπε, τέκῃς Θεόν. Ἡ δὲ μετείπεν·
Ὢ; φῂς, ὢ; δὲ γένοιτο, Θεοῦ δ' ἐγὼ εὔχομαι εἶναι.

Εἰς τὴν ὑπαπαντήν.

Ὅρα, γεραιὲ, μὴ πέσηται τὸ βρέφος
Ὑποτρεμούσης τῷ χρόνῳ τῆς ἀγκάλης·
Θεὸς πατὴρ αἰῶνος, ὃ βλέπεις βρέφος,

De Annuntiatione.

Gaude, venerabilis Virgo, novi spectaculi gratia, Deum paries; proh quam stupenda oratio! sed conceptum iri Filium citra viri copulam existima. Omnino quemadmodum decrevit Deus, sic mihi fiat.

In idem.

Splendens angelus Gabrielis nomine, e cœlo Nazareth, ad desideratissimam Virginem celeriter advenit, eique salutem dixit. Paries inquit, Filium; cui respondit illa: Fiat mihi secundum verbum tuum, me Dei ancillam esse glorior.

In diem Hypapantes.

Caveas, annose Simeon, ne cadat infans ulnis tuis præ senio vacillantibus. Quem vides Infantem, pater sæculorum Deus est. Quare non cadet, sed meas potius manus firmaverit.

C Ὥστ' οὐ πεσεῖται, τὰς δὲ χεῖρας ἐδράσαι.

Εἰς τὸ αὐτό.

Παρθένος ἀγνοτόκεια νόμοιο κέλευθα περῶσα
Υἷα νεῷ πρόφερεν, Συμεώνου θῆκε δ' ἐπ' ἀγκὰς,
Ὃς κύκλα πόλλ' ἐμέτρησεν ἀπειρεσίων λυκαβάντων,
Τοῦτο βρέφος προάναρχον ἰδεῖν ποτιδέγμενος αἰεί.

Εἰς τὴν ἐν Ἱερουσαλὴμ ὑπομονὴν δωδεκαέτους Ἰησοῦ.

Ἢ μὴ φθονοῦντες ἀκροᾶσθε γνησίως,
Φαρισαϊκὴ δύσθεος γερουσία·
Ἢ τι φθονοῦντες ἀκροᾶσθε τῶν λόγων,
Ὧν παῖς ὁ παμπάλαιος Ἰησοῦς λέγει.

Εἰς τὸ αὐτό.

Τίς ποτε παῖς ὁ κάθισεν ἐφ' ὑψηλοῖο θοώκου;

D *In idem.*

Legis tramitibus insistens intemerata Virgo, oblatum templo Filium inter Simeonis ulnas reposuit; qui permultorum annorum circulum permensus fuerat, infantem ante ipsa rerum principia genitum videre præstolans.

De duodecennis Christi apud Jerusalem remansione.

Sive livoris nihil habeatis, attentas aures præbete, o impii Pharisæorum senatus assessores, sive quid invideatis, sermones auscultate, quos antiquissimus dierum Jesus effatur.

In idem.

Quis ille puer, qui in sublimi suggestu sedet, ac senilem præterea concionem convocat? Quanta

Ἐν δ' ἀγορὴν συνάγειρε γεραιήν; Οἷα δὲ βάσκει;
Λεῦρο περιστάντες μιν, ἀκουσόμεθ' ὅ τι κελεύει.
Ἡ ῥ' ὄγε παῖς Θεός ἐστι, Θεοῦ δέ τε ῥήματα φαίνει.

Εἰς τὸ κατὰ τὸν δοῦλον τοῦ ἑκατοντάρχου θαῦμα.

Ἔχει;, ἑκατόνταρχε, τὸν δοῦλον πάλιν,
Ἐν ζῶσι τὸν θανόντα· μὴ τοίνυν θλίβου·
Γοῦ ζωοπαρόχου γὰρ ἐλθόντος Λόγου,
Πόσους ἂν ἐχρῆν δραπετεῦσαι θανάτους;

Εἰς τὸ αὐτό.

Ὀρφνα νυκτεσίφοιτος ἀπήλυθεν, οὐδέ θ' ὑπέστη
Ἀντίον ἠελίου, δεινὴ δέ μιν ἔλλαβε φύζα,
Καὶ θάνατος δραπέτευσεν, ἐπεὶ πέλας εἶδετο Χρι-
[στόν
Ζωὴ γὰρ τελέθῃσι, θανῆς δέ κεν ἔπλετο λυτήρ.

Εἰς τὴν Μάρθαν καὶ τὴν Μαρίαν.

Ἡ Μάρθα, ναὶ † πύκτευε, καὶ διακόνει,
Καλὸν ξενίζειν τὸν Θεὸν, μὴ διστάσῃς·
Ἡ Μαριὰμ, ἄκουε τοῦ διδασκάλου·
Θεοῦ λόγοι γὰρ ὡς γλυκεῖς ὑπὲρ μέλι.

Εἰς τὸ αὐτό.

Οὓς πόδας ἀμφέπτηξεν Ἀδάμ, περὶ δ' † ἔτρεεν Εὔα
Δειελινῷ προτὶ κῆπον ὁδοιπορέοντος ἄνακτος,
Νῦν Μαριὰμ κατέχει, καὶ ἐν σφίσι χείλεα βάπτει,
Ἐν δέ τε δεσποσύνους ὑπὸ λέξεις οὖασι βάλλει.

Εἰς τὸν οὗ εὐφόρησεν ἡ χώρα πλούσιον.

Γί ταῦτά σοι, πλούσιε, καὶ φρενῶν πένης;
Ἀμᾷς μὲν ἀδρὰν εὔφορον γεωργίαν,
Κτίζεις δὲ μείζου; ἀποθήκας. Ἀλλ', ἄφρον,

A Τὴν ἀποθήκην κτίζε τῶν σῶν ὀστέων.

Εἰς τὸ αὐτό.

Δέρκεο τὸν δομέοντα νεοδμήτους ἀποθήκας
Πλούσιον, ὃς πολὺ τραχὺ τὸ λήϊον οἷον ἀμᾶται·
Οὗτος ἀθανάτοις μὲν ἐέλπεται ἔμμεν' ὁμοῖος,
Ἀλλά ἑ νὺξ ἐπίκηρον ἐλέγξεται ἡ παρεοῦσα.

Εἰς τὴν συγκύπτουσαν.

Ὦ γραῦς, χρεώστει τῇ ῥάχει μακρὴν χάριν.
Ὡς αὐτοφυῶς προσκυνεῖς τῷ Δεσπότῃ.
Τοίνυν σὺ μὲν λύθητι τοῦ πάθους, γύναι,
Ὁ δ' ἀρχισυνάγωγος ἀντιπασχέτω.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἄνθρωπόν σ' ἐδόμησε Θεὸς, γύναι, ὁρθὰ βεβῶσαν,
Ζωοδίην δέ σε πάθος ἐδείματο ἐς χθόνα κάμψαν·
B Ἀλλά γ' ἄναξ ὤρθωσε Θεὸς πάλιν, αἰθέρα δὲ πρὸ
Δερκομένην ἐποίησε, ῥάχιν δ' ἀπάμερσε κύφωνος.

Εἰς τὸν ὑδρωπικόν.

Ὑδρωπικὲ, πρόσελθε τῷ Θεῷ Λόγῳ,
Πίστευσον αὐτῷ, καὶ ποταμοὶ κοιλίας
Τῆς σῆς ἀπορρεύουσιν, ὡς αὐτὸς λέγει·
Οὐ ψεύσεται γὰρ τῆς ἀληθείας στόμα.

Εἰς τὸ αὐτό.

Κύμασιν ἀμφ' ὑδάτων μὲν Ἰωνᾶς εὗρετο τύμβον·
Πλὴν καὶ ὁ ὑδροπικὸς ποτὶ γαστέρι ὕδατα θάψε.
Πρῶτα μὲν οὖν ἐσάωζε νεκρὸν Θεὸς, ἐκ δ' ἄγε τύμ-
[βου·
Ἄρτι δὲ τύμβον ἔσωσε, νεκρὸν δ' ἀπέωσε φονῆα.

porro loquitur? heus adeste circumstantes, quidquid C præceperit, inaudiamus. Sane enim puer iste Deus est, et Dei sermones explanat.

De miraculo erga centurionis famulum.

Habes iterato servum tuum, o centurio, redivivum, qui diem obierat; quare ne tristitia conficiaris; cum enim, qui vitam præbet, Deus Verbum in terram venerit, quot mortis genera fugari æquum est?

In idem.

Caligo nocturna evanuit, subsistere non valens coram sole, quo rutilante, vehemens eam fuga invasit. Mors aufugit ipsa, cum prope Christum persensit, qui vita est, et a morte homines eripuit.

De Martha et Maria.

Ita sane sollicita circa plurima labores ac ser- D vias, o Martha; honorificum est Deum excipere, ne dubites; tu vero, Maria, Christo loquenti aures intende; nam Dei verba dulciora sunt super mel et favum.

In idem.

Cujus metuebat pedes Adamus et Eva, ad meridiem deambulantis in horto Regis Dei, nunc Maria amplectitur, quibus figit oscula, ejus præterea heriles sermones auribus immittit.

De divite, cujus ager uberrimas fruges afferebat.

Quid istæc prosunt, o fortunis affluens et mentis inops? Metis amplas et fecundas segetes, et vasta condis horrea; sed, o stolide, fabricare potius *ossium tuorum* sandapilam.

In idem.

Hunc contuere nova construentem horrea divitem, qui anhelans multiplices colligebat fruges; hic se immortalium consortem futurum confidebat, quem morti obnoxium nox proxima convincet.

In mulierem incurvam.

Dorsi tui vertebris ingentem debes gratiam, o vetula; quippe quæ sine arte, sed ipso corporis habitu Deum adores: eapropter morbo soluta esto mulier, crumpatur licet ac reluctetur Synagogæ princeps.

In idem.

Deus, ut erecta incederes, fecit, o mulier; sed te morbus vitam cum labore trahentem in terram incurvavit. Deus vero late imperans te denuo erexit, et cœlum posse tueri gratificatus, spinam dorsi gibbo liberavit.

In hydropicum.

Ad Deum Verbum accedesis, o hydropice, in eum fidem adjice; tum fluvii de ventre tuo defluent, ut ipsemet loquitur; nec enim veritatis os verba dare consuevit.

In idem.

Inter undarum fluctus sepultus est Jonas, sed hydropicus in suo ventre undas sepelivit: ac prius quidem Deus Jonæ corpus tumulo suo extractum servavit; jam vero sepulcrum ipsum servat, aquis homicidia vita carentibus extractis.

Εἰς τὸν ἄσωτον.

Τὴν σὴν δαπανήσαντα, Σῶτερ, οὐσίαν,
Καὶ χοιροβοσκήσαντα, πλὴν στραφέντα με
Φιλεῖς ὑπαντῶν, καὶ κρατεῖς ὑπ' ἀγκάλην.
Ὦ σπλάγχνα πατρός! τίς φρονῶν ἀπελπίσει;

Εἰς τὸ αὐτό.

Δεξιτερὴν παλάμην μοι ἐπ' αὐχένι, τέκνον, ἀνάρτα,
Ἵζεο, τὸν δακτύλιον ἀμφ' ἁ δάκτυλα βάλλευ.
Δμῶες ἐμοὶ, τὸν ἄριστον ἐκρίοφι θύσατε μόσχον·
Νεκρὸς ὁ παῖς ποτ' ἦην καὶ ἄμπνυτο· χαίρετε πάν-
[τες

Εἰς τὸν πλούσιον, καὶ τὸν Λάζαρον.

Ὁ πλούσιος ζῶν, καὶ τελευτήσας πένης,
Τὸν ζῶντα μὲν πένητα μέχρι καὶ τρύφους,
Θανόντα δὲ πλούσιον, αἰτήσεις ὕδωρ,
Ἀλλ' οὐ λάβῃς· τὸ χάσμα καὶ γὰρ ὡς μέγα.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἥλουσιε τῷδε πένητι δίδου τρύφος· ἔσσεται ἦμαρ
Ὁππότε κέν μιν ἀρήσῃ ὑγρῷ περὶ χείλος ἀλεῖψαι
Ὕδατι, καιομένην δὲ πυρὶ δροσίσασθαι γλῶσσαν.
Ἀλλά ἑ χάσμα κολούσει ὑπέρμεγα ἐγγὺς ἰκέσθαι.

Εἰς ἰαθέντας δέκα λεπρούς.

Ὁ Σαμαρείτης εὐχαριστεῖ τῷ Λόγῳ,
Ὁ Σαμαρείτης, τοὺς δὲ λοιποὺς ἐννέα
Δεινὴ συνέσχεν ἀχαριστίας νόσος·
Ὅλοιντο κακῶς καὶ λεπρωθεῖεν πάλιν.

Εἰς τὸ, Χαίρετε.

Δώδεκα μὲν Χριστοῖο μαθητῶν ἔπλετ' ἀριθμὸς,

A Εἷς δ' ἄρα τῶν ἐξώλετ' ἀθέλτερος Ἰσκαριώτης·
Λεπρούς δ' αὖτε δέκα Χριστοῦ χέρες ἰήσαντο,
Εἷς δέ οἱ αὖτε προσῆλθ', οἱ δ' ἐννέα πάντες ἀπέσταν.

Εἰς τὸν φαρισσαῖον, καὶ τὸν τελώνην.

Ὦ χρῆμα σεπτὸν πανσθενὴς ταπεινότης!
Σὺ καὶ μόνη παροῦσα σώζειν ἰσχύεις,
Καὶ μὴ παροῦσα πάλιν ὀλλύεις μόνη·
Τὰ τοῦ τελώνου καὶ Φαρισσαίου λέγω.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἄνδρε δύο προτὶ σηκὸν ἀμείβετον ἴχνια ταρσῶν·
Χὠ μὲν ἦην ἀρετῇσιν ἐπ' ὀφρύας ὑψόσ' ἀείρων,
Αὐτὰρ ὅγ' ἀμπλακίῃσι κατὰ χθονὸς ὄμματα πῆγε·
Καί ῥ' ὁ κακὸς νόστησε δικαιότερος καὶ ἀρείων.

Εἰς τὸν Ζακχαῖον.

Ζακχαῖε μικρὲ, μικρὸς ὢν τὸ σαρκίον,
B Ὑψηλὸς εἶ τὸ πνεῦμα καὶ κίδρου πλέον·
Ἀνελθε λοιπὸν τὴν συκῆν τάχος τάχος,
Τὴν ἄμπελον δὲ τὴν ἀληθινὴν βλέπε.

Εἰς τὸ αὐτό.

Εἴ σοι ἐνὶ στήθεσφι πόθος πέσε Χριστὸν ἰδέσθαι,
Ἀμπλακίης πολύφυλλον ὑπέρβαθι συκομοραίην·
Ἐν χθονὶ γὰρ στείχοντα ἀμήχανόν ἐστιν ἰδέσθαι
Εἶδος θειότερον, κεκαλυμμένον ἠέρι πολλῇ.

Εἰς τὴν ἐξαίτησιν τοῦ Σατανᾶ.

Αἰτεῖς, Σατανᾶ, σινιάζειν τὸν Πέτρον
Ὡς σῖτον; Αἰτῶ, φησὶν· εἶτ' οὐκ αἰσχύνῃ,
Κακὴ κεφαλὴ, τὸν δὲ Πέτρον οὐ τρέμεις;
Μὴ σινιασθῇς μᾶλλον ἢ σινιάσῃς;

C leprosis manus Christi medicatæ sunt, quorum unus gratulaturus accessit, cæteris omnibus abscedentibus.

De Pharisæo et Publicano.

O res perquam pretiosa, fortissima humilitas! in te vel sola præsente, servari posse situm est; cumque vel abes, sola perdere potes: id quod ex iis intelligo, quæ Pharisæo et publicano contigerunt.

In idem.

Duo viri pedum glomerantes vestigia in templum se conferebant; quorum altero præ virtutibus in cœlum supercilia tollente, alter ob piacula, oculos humi defigebat; quique malus venerat, melior ac justior regressus est.

De Zachæo.

D Pusille Zachæe, corpore quidem brevis, sed cujus vel cedro sublimior est animus, ascende quam citissime potes sycomorum, Christum, qui vera vitis est, spectaturus.

In idem.

Si tibi in mentem Christi videndi cupido venerit, umbrosam malignitatis sycomorum supergredere; nec enim ei, qui per terram graditur, datur cernere divinam faciem, multa caligine circumfusam.

De Satanæ postulato.

Petis, Satan, Petrum cribrare, ceu triticum? Peto, inquam. Annon vero te pudet deterrimum caput? nec Petrum ipsum formidas, ne tu te cribrere potius, quam eum cribrea?

Εἰς τὸ αὐτό.

Τίπτε, Σατὰν κακοεργέ, λυγρὸν περὶ σῖνος ὀπάζειν
Πέτρῳ ἀμφαφάᾳς, ὥστε ὄρνιχες † ἠεριφοῖται
Σῖτον ἐδηλήσαντο; σὲ μὲν πλέον οὔτος ἄγαγε
Σῖνος ἐς ἀργαλέον, τόθεν οὔπω φύξις ἐσεῖται.

Εἰς τὸν δικαιωθέντα ληστήν.

Μακάριοι μὲν καὶ παλαισμοὶ μαρτύρων,
Μακάριοι δὲ καὶ μονοτρόπων πόνοι,
Σώζοντες αὐτούς· ἀλλὰ τὸ *Μνήσθητί μου*,
Ὦ πιστὲ ληστά, σύντομος σωτηρία.

Εἰς τὸ αὐτό.

Δοιοῖς ἀνδροφόνοις ἐπιτίμιον ἴσον ἐτύχθη
Σταυρὸς, ἀνισοτάτη δὲ προαίρεσις ἔπλετο τοῖσιν·
Ὅς μὲν ἄνακτι Λόγῳ παροίνεεν ἄφρονα ῥέζων,
Ὅς δέ μιν ἐκ σταυροῖο λιτάζετο, *Μνώεο* φάσκων.

Εἰς τὸ κατὰ Κλεόπαν, καὶ Λουκᾶν.

Ἔκλας τὸν ἄρτον καὶ πρὸ τοῦ πάθους, Λόγε,
Κλᾷς καὶ πάλιν τὸν ἄρτον ἐξηγερμένος·
Ἐκεῖ σεαυτὸν ἱερούργεις τῇ κλάσει,
Ἐνταῦθα σαυτὸν ἐμφανίζεις τοῖς φίλοις.

Εἰς τὸ αὐτό.

Τίς ποθ' ὁ νῦν, Κλεόπα φιλαίτατε, ἔκλασεν ἄρτον,
Ἀγνὼς ἄμμιν ἀνήρ; Ὁ διδάσκαλος. Ἦ ῥ' ὄγε Χρε-
[στός;
Ἦ μὰν ἀλλά ἑ δέρκες; ἐπεὶ ἀμὸν ἔκφυγεν ὄμμα.
Οὐχ ὁρόω. Προμόλει, φίλοις δέ τε ταῦτα λαλῶμεν.

In idem.

Curnam, malorum architecte Satana, feralem inferre perniciem Petro moliris, eumque perdere, ceu, quæ aera frequentant, volucres frumenta populantur? videsis ne te quidem certius intrudat horrendas in miserias, unde nullum pateat aufugium.

De latrone justificato.

Martyrum luctæ perbeatæ sunt; sunt item felicissimi confessorum labores, quibus salutem sunt assecuti; sed unum *Memento mei*, latro fidelissime, tibi compendiaria fuit ad salutem via.

In idem.

Duobus homicidis æqualis infligebatur pœna, crux; sed non par utriusque fuit sententia: hic quidem petulantiora in Christum regem convitia debiaterabat; ille vero de cruce pendens interpellabat, *Memento* inquiens.

In id quod Lucæ et Cleophæ accidit.

Pridie passionis tuæ panem fregisti, o Verbum, et revocatus a mortuis secundo panem fregisti; ibi per fractionem Deo te sacrum feceras, hic te tuis amicis manifestum facis.

In idem

Quis tandem ille, qui nunc panem fregit, amice Cleopha, vir nobis ignotus? Magister. Itane Christus ipse? Anne eum cognoscebas? quod obtenebratam oculorum aciem subterfugiebat, non cognovi. Heus festina, charissimis hæc discipulis renuntiemus.

ΙΩΑΝΝΗΣ.

JOANNES.

Εἰς τὸ, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος.

Βροντὴ ξένη κτυπεῖ με· φεῦ! τίς ὁ κτύπος;
Μηδὲν πτοηθῇς, ὁ Ζεβεδαίου γράφει.
Γράφει δὲ τί; Πρόκυψον αὐτὸς, καὶ μάθε.
Ὦ νοῦς! *Ἐν ἀρχῇ φησιν τὸν Λόγον.*

Εἰς τὸ αὐτό.

Πνεύματος ἐξ ἁγίου κλύων κλυτὸς Ἰωάννης,
Ὅσσα κλύεσκεν ἔφα· πρόχορος † δ' ἀνὰ δέλτον
[ἐλύξας
Μελιγράφοις δονάκεσσιν Ἰωάννου γράφε φωνάς·
Ἦν ὁ λόγος γὰρ ἐν ἀρχῇ, ἐγήρυσεν ὁ Ζεβεδαίου.

In id : In principio erat Verbum.

Nova tonitrua meas feriunt aures; heu! quantus fragor? Nihil paveas, tantum Joannes Zebedæi filius scribit. Quid vero scribit? Tu ipse immitte oculos, ac disce; quænam sena, qui conceptus! *In principio* inquit, *erat Verbum.*

In idem.

A Spiritu sancto multa edoctus est inclytus Joannes, a quo quæcunque accepit evulgavit: quæ in volumen cogens Prochorus eloquentibus calamis *Joannis* exaravit oracula; has enim ei dictabat voces : *In principio erat Verbum.*

Εἰς τὸν ἐν Κανᾷ γάμον.

Ἐκ παρθένου προῆλθες, ἐνδημεῖς γάμῳ·
Ἄμφω γὰρ ἐν σοὶ, Σῶτερ, εὐλογημένα,
Καὶ θαυματουργεῖς θαῦμα τῷ καιρῷ πρέπον,
Φύειν τρέπων ὕδατος εἰς οἶνου φύτιν.

Εἰς τὸ αὐτό.

Οἰνοχόοι, φορέοιτε καλὸν δέπας ἀμφικύπελλον,
Καδδὲ μέθυ γλυκάζον ἀφύσσετε· ἄγγυς ὁ πίθος
Ἄμπελον ἄμμι φύτευσε Θεοῦ Λόγος οἰνοδότειραν,
Ἄμπελον αὐτομάτην, σχεδίην δ' ἐδομήσατο ληνόν.

De nuptiis in Cana Galilææ.

E Virgine orlundus interesse nuptiis non dedignaris; utrumque enim, virginitas et matrimonium in te gratiam sunt consecuta; jamque miraculum operaris temporis opportunitati convenientissimum, saturam vini in aquæ naturam immutans.

In idem.

Pocillatores intro undique flexum cymbium aferte, ac dulce haurite merum, in proximo est amphora; vitem vini largitricem nobis Dei Verbum procreavit, eamque sponte provenientem, necnon et extemporaneum torcular fabricatus est.

Εἰς τὸν νυκτερικὸν μαθητὴν Νικόδημον.

Τῆς ἡμέρας τὸ δόγμα νυκτὶ μανθάνει
Ὁ Νικόδημος καὶ φυγὼν νύκτα πλάνης
Τὸν ὄρθρον εἶδε τῆς νοητῆς ἡμέρας.
Ὡς εἴθε Νικόδημος ἦμην, Χριστέ μου.

Εἰς τὸ αὐτό.

Νύκτα δι' ἀμβροσίην Νικόδημός γ' ἠέρα δῖαν
Εἰσιδε, Χριστὸν ἄνακτα φόως μέγα Πατρὸς ἀνάρχου,
Καδδ' ἔμαθε σκοτόεντα πλάνης ζόφον, ἐν δὲ μυήθη
Ἥμαρ ἀπ' ἠελίοιο προτιδύον ἀρχεσιφώτου.

Εἰς τὴν Σαμαρεῖτιν.

Γύναι, τί μέλλεις, ῥίπτε σου τὴν ὑδρίαν,
Καὶ συνδραμοῦσα τὴν Σαμάρειαν κάλει
Ὕδωρ πιεῖν ζῶν ἐκ φρέατος ἐνθένου,
Κἀν ταῖς γυναιξὶ πρωταπόστολος γίνου.

Εἰς τὸ αὐτό.

Θηλυτέρῃς πόρνῃσι, Θεοῦ Λόγε πρὸς λόγον ἔρχῃ.
Ἐν δέ θ' ὕδωρ πιέμεν ζητεῖς σφέας, ἄφθονε πηγή·
Οὐδὲ γὰρ ἀμφὶ μόνοισι κατήλυθες ἄρσεσι Σωτὴρ,
Οὐδ' ἐσθλοῖσι βροτοῖσιν, ἀτὰρ φλαύροισι μάλιστα.

Εἰς τὸν παράλυτον.

Σφίγχθητι, παράλυτε, πᾶν τὸ σαρκίον,
Ὡς ἐκ τάφου δὲ τῆς στοᾶς ἀνηγμένος,
Γῆν βαστάσασαν βαστάσας κλίνην, τρέχε.
Τῆς ἰσχύος σου, Χριστὲ, τῆς ἀμηχάνου!

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἄρθρα παρ' ἄρθρα δέθητε, καὶ ἐς βίον αὖτε μο-
[λεῖτε,

A Ἔν δέ τε, νεῦρα, τάθητε, καὶ ὀστέα, ἔκβητε ἰσχὺν,
Ἔν δ', ὑμένες, προχύθητε, δέμας δὲ καλύψατε τοῦτο.
Ἔγρεό μοι, παράλυτε, κλίνην δ' ἀνὰ ἔρχευ ἀείρας.

Εἰς τὸν τυφλόν.

Ὁ πηλὸς οὗτος πηλὸς ὀμματεργάτης,
Οὐχ ὡς φύσιν σχὼν δημιουργὸν ὀμμάτων,
Ἀλλ' ὡς ὑπουργῶν τῇ κελεύσει τοῦ Λόγου·
Ὡς ἐμπτύσαις μοι, Χριστὲ, ταῖς ψυχῆς κόραις.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἄσμενος ἠελίου σε βλέπω σέλας, ἠδὲ σελήνης,
Οὐρανὸν ἀστερόεντα, πυρὸς φύσιν, ἠέρα δῖον,
Καὶ ποταμοὺς, ψάμμον τε παράλιον, ἠδέ τε γαῖαν.
Ὄμματα γάρ μοι πλάσσε Θεοῦ Λόγος οὐ περὶν
[ἐόντα.

Εἰς τὸν Λάζαρον.

B Εἰ μακρὰν ἐστὼς Χριστὸς ἐσκύλευσέ σε,
Ζωῶν λόγῳ, θάνατε, Λαζάρους ὅλους,
Ὁποῖα, κατάρατε, λοιπόν σε δράσει
Ἐλθὼν ἐπ' αὐτὸν τὸν βαθύν σου πυθμένα;

Εἰς τὸ αὐτό.

Λύσατε, λύσατέ μοι σκολιὰ προτιπλέγματα σαρ-
[κὸς,
Ἐκ δὲ καλύπτραν ἕλεσθε καρήατος, ὦ κασίγνητοι.
Ὄφρα κόρας πετάσω καὶ ἄμπνυμι, ἠδέ τε μέλψω
Χριστὸν, ὃς ἐκ μ' ἐσάωσε τανηλεγέος θανάτοιο.

Εἰς τὸν νιπτῆρα.

Ὦ, δεῦρο, Πέτρε, νίψομαί σου τοὺς πόδας
Οὐ μή με νίψεις εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον.

De Nicomedo nocturno discipulo.

Diei disciplinam noctu audit Nicomedus, et relicta erroris nocte, spiritalis diei crepusculum videt. O utinam Nicomedus fuissem, Christe mi!

In idem.

Divina illa nocte divinam auroram Nicodemus aspexit, regem Christum, lumen ejus qui sine principio Pater est; a quo tenebricosam cognovi erroris caliginem, præterea diem condoce factus est procedentem a Sole Christo, omnis luminis archetypo.

In Samaritanam.

Quid cunctaris, mulier? mitte manibus hydriam, totamque Samariam propere currendo evoca; quo ex divino exhaustam puteo aquam bibat: sic esto tandem prima inter mulieres apostola.

In idem.

Cum mulieribus adulteris in colloquium venis, o Verbum; ab illis deinde potum postulas, qui, fons perennis es et exuberans; scilicet non ad solos tantum salvandos viros descendisti, nec justorum, sed nocentum imprimis hominum gratia passus es.

In paralyticum.

Artus tui constringantur ac coalescant, o paralytice. Deque porticu tanquam de sepulcro progrediens, et grabatum tollens, qui te tulerat, prosili. O incomparabilis tuæ virtutis immensitas! Christe.

In idem.

Junctures commissæ et colligatæ junoturæ, in

C vitam egredimini, præterea nervi, extensi estote, ossa roboramini, cutis extendere, et hoc corpus insterne; surge, paralytice, et sublato grabato ambula.

In cæcum.

Hoc lutum novos architectatur oculos; non perinde quasi naturam habeat oculorum effectricem, sed ut Verbi mandatis obsequenter ancillans. Sic mihi in mentis palpebras inspuere velis, Christe mi!

In idem.

Te, o solis et lunæ jubar, alacris intueor, stellatos cœlos, ignis elementum, divinum aera, et fluvios, et maritimas arenas ipsamque præterea terram: oculos enim, quibus carebam prius, mihi Verbum Dei formavit.

D *In Lazarum.*

Si porro ab inferis stans Christus te tamen spoliavit, o mors, Lazarum, et si qui se obtulissent alii, in vitam revocans; quid, o omni imprecatione digna, de cætero te facturus est dum in profundas abyssi tuæ regiones devenerit?

In idem.

Circumplexas mihi corporis fascias exsolvite, ipsius integumenta capitis auferte, fratres, ut oculos explicem, ac respirem, necnon et celebrem Christum, qui me prolixi somni effectrice morte liberavit.

De pedum ablutione.

Adesdum, Petre, tuos lavabo pedes. Non mihi lavabis pedes in æternum. Nisi te lavero, a meis

Εἰ μή σε νίψω, τῶν ἐμῶν ξενοῖς φίλων.
Καὶ τὴν κεφαλὴν, καὶ τὸ λοιπὸν σαρκίον.

Εἰς τὸ αὐτό.

Νίπτεο τοῖσι πόδεσσιν, ἀτὰρ κραδίηφιν ἀνιπτος·
Ὡς ὄφελον πεπάλαξο πρόπαν δέμας αἴσχεϊ πηλοῦ,
Μηδὲ θεοκτονίης ἐνὶ τέλματι ἔχρανας ἦτορ,
Χριστὸν ὅταν προδέδωκας Ἰουδαίοις, ὦ Ἰούδα.

Εἰς Ἰωάννην ἐμπίπτοντα τῷ στήθει τοῦ Χριστοῦ.

Εἰς στῆθος ἀγνὸν ἐμπεσὼν τοῦ Δεσπότου,
Ἰωάννη, ῥύακας ἠρύσω πόσους;
Ὡς παμμυρίους, ναὶ μὰ τὸ στῆθος τόδε,
Δι' ὧν πολὺς ῥεῖς εἰς ὅλην οἰκουμένην.

Εἰς τὸ αὐτό.

Χριστοῦ ἐνὶ στήθεσφι λελαθότας ἐς πυλεῶνας
Κύψεν Ἰωάννης, καὶ ἐσείδετο δόγματα θεῖα·
Ἄσσα δ' ἐσιδὲν ἔειπε, καὶ ἔκφορα θήκατο θνητοῖς·
Εἶν ἀρχῇ γὰρ ἦν ὁ Λόγος, φάτο, θαῦμα διδάσκων.

Εἰς τὴν ἀποκαθήλωσιν.

Τολμηρὲ Νικόδημε, ῥίψον τὴν σφύραν,
Μὴ συντριβῇ τι δεσποταῖον ὀστέον·
Ἡ λαβὶς ἀρκεῖ, καὶ τὸν ἥλον ἑλκέτω·
Εὖ τῶν χειρῶν ἰμέτελθε λοιπὸν τοὺς πόδας.

Εἰς τὸ αὐτό.

Δάκτυλά τοι, Νικόδημε, προήλυθε, δάκτυλα Θωμᾶ·

amicis eris extraneus. Igitur et caput, et totum corpus.

In idem.

Tu, qui corde illotus eras, lotus es pedibus; o utinam luti sordibus integro fuisses corpore fœdatus; nec eo, quo Christi cædem machinatus es, cœno cor tuum maculasses, tum cum Judæis Christum vendidisti, Juda.

De Joanne supra pectus Christi recumbente.

In purum Domini pectus incumbens, Joannes, quot gratiarum in te derivasti latices? Næ infinitos (ipsummet Christi pectus attestor), quibus per universam terram jugiter fluis.

In idem.

Supra pectus Christi decumbens, in latentes ejus aditus dispexit Joannes, ubi divinam doctrinam intellexit, et quæcunque vidit, quæ vulgari fas erat, in medium posuit. *In principio erat Verbum*, inquiens, mira prorsus edocuit.

De Christo e cruce sublato

O animi fidens Nicomede, malleum projice, ne forte Domini ossa confringantur; abunde erit forceps, qua clavos extrahito: quam bonam operam navarunt manus! ad pedes transi.

In idem.

Tuæ manus, o Nicomede, Thomæ digitos ante-

A Θωμᾶς γὰρ μετόπ. σθε καὶ εἰς τύπον ἔβλεπεν ἥλων,
Αὐτὰρ σὺ πρότερός τε καὶ αὐτοὺς ἔδραξες ἥλους,
Ἐν δ' ἱερὴν ἐδίφησας ὑγρὴν ἔτι πλευρὰν ἄνακτος.

Εἰς τὸ κατὰ Θωμᾶν.

Πῶς ἦλθες ἐντὸς τῶν θυρῶν κεκλεισμένων;
Καθὼς ἀπῆλθον τοῦ τάφου φρουρουμένου.
Καὶ πῶς ἐκεῖθεν ἐξελήλυθας, λόγε;
Ὡς πρὶν προῆλθον ἐκ πύλης κεκλεισμένης.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἅπτου τῆς ῥωθείσης λόγχῃ, Δίδυμε, πλευρᾶς,
Ἅπτου, καὶ πίστευε, ἐμὴν δ' ἐπιδέχνυσο θέσπιν·
Ἔσσεται ἦμαρ, ὅταν ποτὲ καὶ τεὰ πλευρὰ νυγῶσι
Σιδαρέῃς λόγχῃσι διαμπερὲς Αἰθιοπῆες.

B *Εἰς τὴν κοίμησιν τὴν Θεοτόκου.*

Μυστηριώδη τὴν πανήγυριν βλέπω·
Μήτηρ τελευτᾷ τοῦ γ' Ἰησοῦ Μαρία,
Θεὸς δὲ λαμβάνει τὸ πνεῦμα ῥητέρος,
Καὶ καινὸν ἄνθεϊ τοῖς ἀποστόλοις πτίλον.

Εἰς τὸ αὐτό.

Πεζὸς ἔφυς, Πέτρε, γῆς γὰρ ἔφυς, τίς ἀναίνεται ἰμφρων;
Ἀλλά γε κῦμα πόδεσσι περήσαο, θαῦμα ἰδέσθαι·
Ἠέρα νῦν δὲ πέτω βιοθρέμμονα, πνοιοδοτῆρα·
Ὕστερον αὖτ' ὀλίγον καὶ ἐς πόλον αὐτὸν ἀνέλθῃς.

verterunt; postea quidem Thomas in impressionem
C clavorum introspexit, sed tu prior ipsosmet vidisti clavos, et adhuc humentis Christi lateris adyta scrutatus es.

In id quod Thomæ accidit.

Quonam modo clausis januis, intro pedem posuisti? Quemadmodum e circumvallato sepulcro sum egressus. At quomodo inde egressus es, o Verbum? Ut obsignata prius janua prodii.

In idem.

Lancea transfixum latus tange, Didyme, palpa, et esto fidelis, meumque vaticinium excipe; erit tempus, cum tua tandem latera transadigent ferreis utrinque lanceis Æthiopes.

De dormitione Virginis.

D Mysticam hominum frequentiam intueor; Maria, Jesu Mater, animam exhalat, quam corporeis solutam vinclis Deus excipit; jamque novæ, quibus advolent, plumæ apostolis enascuntur.

In idem.

Pedes incedebas, Petre, ut qui terrenus; quis eat inficias? nihilo tamen secius pedibus æquor tranasti (visu mirabile), nunc et aerem, almum vitæ largitorem, transvolas, intra paucos tandem dies in cœlum ipsum iturus.

ΠΡΑΞΕΙΣ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ.

ACTUS APOSTOLORUM.

Εἰς τὴν Πεντηκοστήν.

Περιστερὰ τὸ Πνεῦμα τῷ διδασκάλῳ,
Γλῶσσαι πυρὸς τὸ Πνεῦμα τοῖς ἀποστόλοις·
Κατέρχεται γὰρ εἰς ὑπηρέτας Λόγου,
Καὶ συμφλέγειν μέλλοντας εἰδώλων πλάνην.

Εἰς τὸ αὐτό.

Πέρσαι πυρσολάτραι, πυρὸς ἄλλου τίσατε φύσιν,
Ὁ πρὸ διὰ στομάτων ὑποφήταις ἔρχετ' Ἰησοῦ,
Τίσατε, ὄφρα φάος μηδὲ φλόγα ἔνθεν ἄροιτε,
Δυσσεβέας πρήθουσαν, ἀγρώστιδος ἠΰτε χόρτον.

Εἰς Ματθίαν τὸν Ἰούδα τόπον ἀναπληροῦντα.

Ἰοῦστε, καὶ σὺ καλὸς, ἀλλ' ὁ Ματθίας
Τὸν κύκλον ἐπλήρωσε τῶν ἀποστόλων·
Τὴν ἀξίαν γὰρ λαμβάνει καὶ τὴν χάριν
Ἀφ' ἧς Ἰούδας ἀφρόνως ἀπερράγη.

Εἰς τὸ αὐτό.

Μωϋσέως παλάμῃσι τροπάσκετο ἔθνεα πάλαι,
Νῦν δὲ Πέτρου παλάμῃσι θεουδέος ἕλκετ' ἄνωθεν
Πνεῦμα μέγας Παράκλητος ἐπ' ἀνδρομέῃσι κεφαλῇς·
Ματθίου ἀμφὶ κόρυμβα κόρας βαλεῦ, ὡς κε δαείης.

Εἰς τὴν κατήχησιν Πέτρου.

Πέτρος κατηχεῖ, καὶ τίς ἀπειθὴς μένει;

A Πέτρος διδάσκει, καὶ τίς οὐ τρέμει κλύδ
Τοῦ Πνεύματος λαλοῦντος ἐν γλώσσῃ Πέτρου;
Ὦ γλῶσσα σεπτὴ, πῦρ λαλεῖς τε καὶ πνέεις.

Εἰς τὸ αὐτό.

Πέτρος δδ' ἀτρεκέεσσιν ὑπὸ στομάτεσσι δ:δάσκει
Χριστὸν, ἄθρει δ' ἀΐδηλον ἀπὸ φλόγα, λῷστε, κιοῦ-
σαν
Γλώσσης, ἣ μιν ἀνήνατ' ἐπὶ σταυροῖο βεβῶτα.
Κέκλυτε τῶνδε λόγων ἁλιῆος, κέκλυτε πάντες.

Εἰς τὸν ὑπὸ Πέτρου καὶ Ἰωάννου ἰαθέντα χωλόν.

Χωλὲ, προσαίτει, Πέτρος ἐγγύς ἐστί σου·
Ἀργύριον μὲν οὐ λάβῃς, ἢ χρυσίον,
Ἀνάργυρον δὲ τὴν ἰατρείαν λάβῃς·
B Λόγῳ γὰρ ἄρτι σῶσαι δείξει καὶ μόνῳ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Χωλὸς ἀνὴρ ἀνὰ σηκὸν ἐβήσατο, ἐκ δ' ἄρα σηκοῦ
Ἀρτίπος ἦλθε· Πέτρος γὰρ ἐκέκλετο ὀρθὰ βαδίζειν·
Ἀτὰρ ἀτασθαλίῃ κακομήχανος ἀρχιερήων
Ἐν κραδίῃ χώλευσε, καὶ ἔμπαλι βήσατο † χωλοῦ.

Εἰς τὰ κατὰ Ἀνανίαν καὶ Σάπφειραν.

Τί ταῦτα; Πέτρε, θανατοῖς Ἀνανίαν
Ἄπαξ ἁμαρτήσαντα; Καὶ μὴν οὐχ ἅπαξ,

De die Pentecostes.

Columba Christo magistro advenientis Spiritus symbolum fuit, apostolis vero ignese linguæ Spiritum sanctum demonstrant, qui in Verbi ministros e cœlo descendit, apostolos, inquam, idolorum concrematuros errorem.

In idem.

Qui flammas adoratis, o Persæ, alium ignem colite qui per interpretum Christi ora progreditur, colite, ut inde lumen, non candentes prunas reportetis, quæ impios, graminis instar aut feni, comburunt.

De Mathia in Judæ locum suffecto.

Sanctimoniæ merito celebris eras, o juste Joseph, Mathias tamen apostolorum numerum supplevit; acrepta dignitate et gratia, a qua Judas per inconsultam temeritatem deciderat.

In idem.

Gentes olim Mosis manibus in fugam dabantur; nunc autem religiosi Petri manibus cœlitus extrahitur in hominum cervices magnus consolator Spiritus; in Mathiæ verticem oculos intende, quo resciscas.

In Petri catechesim.

Dicente Petro, quis contumaciter incredulus perseveret? docente Petro, quis vel auditione non tremit, cum ejus eloquatur lingua Spiritus sanctus? O veneranda lingua! Ignem loqueris, et ignem inspiras.

In idem.

C En ipse Petrus ore intrepido Christi fidem docet; considera, vir bone, perstringentem oculos flammam e lingua prosilientem, quæ ipsum de ligno pendentem negaverat: piscatoris audite sermones, omnes auscultate.

In claudum a Petro et Joanne sanatum.

Stipem pete, loripes, tibi præsto est Petrus; argentum quidem aut aurum non es acceptarus, sed nullo redemptam argento medicinam; nunc enim manifestum faciet se vel solo posse verbo sanare.

In idem.

Homo claudus in templum ingressus, e templo pedibus valens regressus est, nam eum Petrus rectum ire jusserat, sed ad malum ingeniosa sacerdotum pravitas, animo claudicantium, contra quam iret hic claudus, ambulabat. D

De iis, quæ Ananiæ et Sapphiræ acciderunt.

Quid isthuc, Petre? Ananiam morte multas, qui semel offenderat? Næ non tantum semel, sed iuli-

Ἀπειράκις δὲ συμπαθεῖν ἐπετράπης.
Ναὶ, τοῦ κακοῦ δὲ τὴν ἀπαρχὴν κωλύω.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἀννανίην ποτ' ἔπεφνε Πέτρου λόγος, οὕνεκα [Πνεῦμα
Ψεύσατο παμμεδέοντα βασιλέα, τῆς δέ κεν ὠνῆς
Κλέψεν ἑῶν κτεάνων, ἀπὸ δ' εἵλετο μοῖραν ἐκεῖθεν.
Ψευδολόγοι τρομέωμεν· ὁ γὰρ τύπος ἐγγύθι κεῖται.

Εἰς τοὺς ὑπὸ τῆς σκιᾶς Πέτρου ἰωμένους.

Ἂν σκιὰ Πέτρου τὰς νόσους ἄρδην λύῃ,
Τί λοιπὸν ἐργάσαιτο ταύτας; εἰπέ μοι·
Ὁ Πέτρος αὐτὸς, καὶ τὸ τοῦ Πέτρου στόμα;
Πάντως πλέον σχῇ τῆς Πέτρου σκιᾶς Πέτρος.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἡ σκιὰ οὐκ ἀτρέκεια. Πέτρου δέ τε καὶ σκιὰ αὐτὴ
Ἀτρεκέως νοσέοντας ἰήσατο, θαῦμα ἰδέσθαι·
Τοῖος ἐπισκιάοις με, μακάρτατε Πέτρε, νοσεῦντα,
Μηδέ τε τοῖος ἔῃς, οἷός ποτε ἀμφ' Ἀνανίην.

Εἰς τὴν φυλακὴν Πέτρου, καὶ τὴν ὑπ' ἀγγέλου λύσιν.

Ὁ δυνατὸς τὰ πάντα δεσμεῖν καὶ λύειν
Δεσμεύεται νῦν, καὶ καθείργνυται Πέτρος·
Ἀλλ' ἄγγελος τὰ κλεῖθρα, τὰ κλοιὰ κλάσας,
Ἐωθινὸν κήρυκα πέμπει τοῖς ὄχλοις.

Εἰς τὸ αὐτό.

Εἴρξατε Πέτρον ὑμεῖς, Χριστὸς δ' ἀπέλυσ', ἱερῆες,
Χριστὸς Πέτρον ἔλυσε, καὶ ἀμφαδὰ πέμπε διδάσ- [σκειν·

A Χριστὸν δ' οὐκ ἂν ἔλυσε, μόρου δ', ἀνεσώσατο Χρι- [τός.
Δυσσεβέες, πείσθητε· νεκρῶν γὰρ ἀπέγρετ' Ἰησοῦς.

Εἰς τὴν συμβουλὴν Γαμαλιὴλ, ὅτι δεῖ μὴ κωλύειν τὸ κήρυγμα.

Ἄφες, πονηρὲ, τοὺς ἀποστόλους λέγειν.
Γλῶσσας πυρὸς φέρουσι· φρίξον, ἐφρύγης·
Θεῷ γὰρ οὐκ ἂν ἀντιπράξειν ἰσχύσῃς,
Ὁ σὸς Γαμαλιὴλ σε πειθέτω λέγων.

Εἰς τὸ αὐτό.

Τίς ποθ' ὁ πρεσβυτέροισι καλὴν ἀρτύνατο βουλὴν
Ἐσθλὸς ἀνὴρ, μεθέμεν θεοκήρυκας ὄρθ' ἀγορεύειν;
Μηδὲ Θεοῦ προπάροιθεν ἀτάσθαλα δάκτυλα τείνειν;
B Γαμαλιὴλ δ', ἄριστε, φαρισσαῖος νομομαθής.

Εἰς τὴν ἐκλογὴν τῶν ἑπτὰ διακόνων.

Ἥλιος ἀναξ ἑπτὰ τῶν πλανωμένων·
Στέφανος ἀναξ ἑπτὰ τῶν διακόνων·
Ὁ μὲν τριῶν ὑπερθε, καὶ τριῶν κάτω,
Ὁ δὲ πρὸ τῶν ἓξ εὐλόγως τεταγμένος.

Εἰς τὸ αὐτό.

Νικάνορα, Πρόχορόν τε, Τίμωνά τε, Νικόλεών τε
Παρμενᾶν τε, Φίλιππόν τε, Στέφανόν τε θεουδῆ,
Τούσδε Πέτρος προέταξε διακριδὸν, ὄφρα τραπέζης
Πιστοῖς ἀρτυνέωσι διήκονοι ἐσθλοὶ ἐόντες.

Εἰς τὸν λιθασμὸν Στεφάνου.

Χρυσοῦν ὁ μάρτυς καὶ πρὸ τῶν λίθων στέφος·
Ἡ λαμπρότης γὰρ μαρτυρεῖ τῆς ἰδέας·

C

tiles veniam jussus es misericorditer indulgere: verum id quidem est, sed mali primitias anteverto.

In idem.

Petri increpatio quondam Ananiæ mortem intulit, quod Spiritui late regnantis Dei mentitus, de pretio facultatum suarum, parte inde ablata, suffuratus fuerat. Nos mendaciorum tremamus artifices: hoc enim nobis propositum est exemplar.

De iis qui Petri umbra sanati sunt.

Si Petri umbra omnes prorsus ægritudines discussit, quid in eas de cætero facturus est, mihi loquere, Petrus ipse, et ejus oris imperium? Plus omnino Petrus, quam Petri umbra consequi poterit.

In idem.

Umbra non est veritas; tamen vel sola Petri umbra (visu mirabile) male affectos vere curavit. Talis me invalidum inumbres, o beatissime Petre; nec quemadmodum olim in Ananiam, sic in me sævias.

De Petri custodia, ejusque liberatione.

Penes quem ligare omnia situm est, necnon et solvere, vincitur nunc Petrus ac detinetur: sed eum angelus, vectibus ac numellis perfractis, matutinum multitudini præconem mittit.

In idem.

Vos Petrum conclusistis, sacerdotes; Christus eripuit, et ereptum, propalam ut doceret, allegavit; *ipsemet* vero Christus non seipsum vinclis, sed morte; credite tandem, aliquando perfidi; surrexit Christus.

De Gamalielis consilio, non prohibendam esse prædicationem suadentis.

Sine loqui apostolos, o nefarie, igneas circumferunt linguas; horresce, illo igne tostus es; nec enim unquam Deo reluctari possis: qui e tuo collegio est Gamaliel, suo te sermone persuadeat.

In idem.

Quis decentem senioribus proposuit sententiam vir probus, ut divinos ad rite prædicandum dimittant interpretes, neque sacrilego contra Deum nisu contendant? Ille ipse Pharisæus est Gamaliel, sprime legum peritus, optime amice.

D

De septem diaconorum electione.

Sol septenos inter planetas principem locum tenet, Stephanus inter septem diaconos primas occupat; ille quidem tres superne habet, totidem inferne; hic vero supra sex diaconos merito collocatus est.

In idem.

Nicanorem, Prochorum, Timonem et Nicolaum, Parmenam, Philippum et pium Stephanum, hos a populo secretos prædordinavit Petrus, quo mensæ, in ministerium diaconatus electi, fidelibus apparent.

De Stephani lapidatione.

Stephanus prius erat aurea corona, quam lapidibus impeteretur; id quod ex ejus præsilicus aspectu

Βληθεὶς δὲ λοιπὸν ὕστερον καὶ τοῖς λίθοις,
Χριστῷ προσήχθη λεθοκόλλητον στέφος.

Εἰς τὸ αὐτό.

Οὔρεος ἀμφὶ κόρυμβα Θαβὼρ ἀνέλαμψεν Ἰησοῦς,
Καί μιν ἄφρων κατέπεφνε καὶ ἄγριος οἶκος Ἰούδα.
Λάμψε δὲ καὶ Στέφανος κατὰ φῶς μέγα ἠελίοιο,
Καὶ πολίοισι πέτροισι κατέκτανεν αὐτὸν ἐκεῖνος.

Εἰς τὴν ἐπὶ Σίμωνι τῷ Μάγῳ ζητοῦντι ὠνήσασθαι τὸ Πνεῦμα ἀπόφασιν Πέτρου.

Τὸ χρυσίον σου συναποιχήσαιτό σοι,
Ἄπιστε, πιστὲ δοῦλε χρημάτων Σίμων,
Τοῦ Πνεύματος γὰρ οὐ πιπράσκω τὴν χάριν·
Σίμων ὁ Πέτρος πρὸς Σίμωνα τὸν Μάγον.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ὦνιον ἀργυρίοιο δοκεῖς, μάγε, τὸν Παράκλητον,
Ὦνιον, ὃς με λέλυκεν ὑπηρεσίας Βελίαο·
Δοῦλος ἄρ' εἶ Βελίαο, καὶ ἀργύρου ἀργοχρῶτος,
Οἷς μετὰ λοίσθον ὄλεθρον ἐφίξαι, ἄθλιε Σίμων.

Εἰς τὰ κατὰ Φίλιππον καὶ Κανδάκην.

Ὕδωρ ἰδού, Φίλιππε, φησὶ Κανδάκης,
Τί κωλύει με τὴν Θεοῦ λαβεῖν χάριν;
Φίλιππος, Οὐδέν, καὶ τὸν ἄνδρα βαπτίσας
Ἐκεῖ, παρῆκεν ἁρπαγεὶς ὑπ' ἀγγέλου.

Εἰς τὸ αὐτό.

Καί σοι μέν, Τομίη, ὠκύτατον ἕρπετο ἅρμα
Ἠμιόνοισι νέοισι φορεύμενος Αἰθιοπεὶης·
Ἅρμα δὲ Φιλίπποιο ταχύτερον, ἐξ ἅμα Γάζης
Εἰς Ἄζωτον ἰὸν, τάχα πώλους ζεύξατ' ἀμείνους.

A *Εἰς τὴν τοῦ Παύλου κλῆσιν.*

Θεὸς καλεῖ σε, Παῦλε, καὶ Θεὸς χρίει·
Οὐκ ἦν γὰρ εἰκὸς οὐδὲ τούτῳ τῷ τρόπῳ
Καθυστερεῖν αὐτοῦ κορυφαίου Πέτρου,
Οὗ μηδ' ἐν αὐτοῖς ὑστερίζεις τοῖς θρόνοις.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἀννανίην ποτ' ἔπεφνε Πέτρος μέγας ἀφρονέοντα,
Ἀννανίης δ' ἐσάωσε φρονῶν μέγαν ἔμπαλι Παῦλον·
Δέρκεο, Παῦλε, φόως, καὶ ἠελίου, καὶ Ἰησοῦ,
Δέρκεό, καὶ κήρυσσε κατὰ χθόνα πᾶσαν ὀρούων.

Εἰς τὴν ἀπὸ Δαμασκοῦ διὰ σαργάνης φυγὴν Παύλου.

Ἀναπνέω σε, Παῦλε, προσκέχηνά σοι,
Ἀλλ' οὐχ ὁρῶ σε· νῦν πρὸς οὐρανοὺς τρέχεις,
Βυθοδρομεῖς νῦν, νῦν σε κρύπτει Σαργάνη.
B Ὦ πτηνὲ πεζὲ, ποῦ σέ τις δραμὼν φθάσει;

Εἰς τὸ αὐτό.

Παῦλος δδ', ἐν σπυρίδι προφυγὼν παλάμας ἁ-
[πτους,
Ἀαθριδίως ἵσταται διὰ τείχεος ὑψικορύμβου·
Ἀλλά γε μικρὸν ὅσον τρίτον οὐρανὸν ἀμφιπολεύσει,
Αὐτόν τ' εἰς παράδεισον ἀΐξεται ἔνθεν ἀερθείς.

Εἰς τὰ κατὰ Αἰνέαν καὶ Ταβιθὰ θαύματα Πέτρου.

Τὸν Αἰνέαν ἤγειρεν ἐν Λύδᾳ Πέτρος,
Ἐν Ἰόπῃ δὲ τὴν Ταβιθὰ δορκάδα·
Τὸν μὲν τὸ σῶμα παντελῶς παρειμένον,
Τὴν δ' εἰσιοῖσαν τοῦ θανάτου τὰς πύλας.

contestatur fulgor; postremo denique saxis obrutus distincta lapillis corona Christo appositus est.

In idem.

In Thaboris montis apice radios ejaculabatur Christus, quem domus Judæ crudelissima inconsideranter occidit; solaris item luminis instar inclaruit Stephanus, eumque domus Judæ albicantibus saxis interfecit.

In Petrum Simoni Mago Spiritum sanctum mercari cupienti renuentem.

Tecum in malam rem abeat aurum tuum, infidelis Simon, fidelissime pecuniarum famule; nec enim Spiritus sancti gratiam vendo ego Simon Petrus, Simoni Mago.

In idem.

Venalem putas argento Paracletum, o Mage, venalem, qui sime a Beliæ ministerio vindicavit; tu quidem Beliæ, et albicantis argenti servus es; quibuscum ad extremas tandem miserias devenies.

De Philippo et eunucho reginæ Candaces.

Ecce aquam, Philippe, Candaces ait eunuchus, quid, quo minus divinæ gratiæ particeps fiam, prohibet? Nihil, inquit Philippus. Dictum factum, viro eo loci baptizato, Philippus raptus ab angelo prætervectus est.

In idem

Tibi quidem, eunuche, citissimus volvebatur currus, qui mulis junioribus ex Æthiopia trahebatur; sed longe celerior Philippi rheda, quæ Gaza in Asotum progrediens levioribus erat juncta jugalibus.

C *De Pauli vocatione.*

Deus te vocat, et oleo gratiæ inungit, Paule; nec enim par erat ipsa vocatione et unctione, a Petro apostolorum principe te deterioris esse conditionis, cui ne quidem in ipso concessu decedis.

In idem.

Magnus quondam Petrus desipientem Ananiam morte multavit; at, qui sapiens fuit Ananias maximum e contra Paulum servavit: lumine et solis, et Jesu fruere, Paule, fruere, et in universas irrumpens terras Christum prædica.

In Paulum Damasco per sportam evadentem.

D Te respiro, Paule, ad te anhelo, sed meos fugis oculos, nunc sublimis in cœlum abis, nunc per altum curris, modo sporta te contegit. O qui modo volas, modo pedes incedis, quis te currendo assequatur?

In idem.

Manus ad comprehendendum perperam acciactas eluctans Paulus, in corbe per editissimas murorum pinnas furtim se proripit; qui paulo post tertium lustrabit cœlum, inque ipsum paradisum hinc raptus evolabit.

De miraculis circa Æneam et Tabitham.

Dum Lydæ ageret Petrus, Æneam lecto suscitavit, in Joppe vero Tabitham, quæ Dorcas dicta; illum integro quidem corpore paralyticum, hanc mortis ingredientem januas.

Εἰς τὸ αὐτό.

Χαλκέου ἐξ ὕπνοιο, μαθήτρια δορκὰς, ἀνίστω·
Πέτρος ὅδ' ἄγχι πάρεστι· τάχος τάχος ἔγρεο, κούρη·
Χήρῃς δ' ἀμφὶ γυναιξὶ παρηΐδα μόρξον ἀφ' ὑγρὴν,
Αἳ σε περικλαίουσιν ἀγαθουργόν περ ἐοῦσαν.

Εἰς τὴν ἀπ' οὐρανοῦ δειχθεῖσαν Πέτρῳ σαγήνην.

Φεῦ τῆς σαγήνης! οὐρανοῦ πλουτεῖ πλάτος,
Τὰ πάντα συσφίγγουσα τῶν ζώων γένη,
Ἃ, Πέτρε, θύσας ἀνυποστόλως φάγε·
Οὐδὲν γὰρ ἀκάθαρτον ὁ Χριστὸς λέγει.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἔθνεα πάντα δέχνυσο, καὶ ἔγγραφε παισὶ Θεοῖο,
Πέτρε, τὰ γάρ σοι κέλλετ' ἀφ' αἱθέρος ἔργα σαγήνη·
Πάντα Θεοῦ τελέθῃσι καὶ εἰς Θεὸν αὖτε μολεῖτω·
Κληρονόμον δ' ἐθνέων Χριστὸν φάτο καί τις ὁρώντων.

Εἰς τὴν σφαγὴν Ἰακώβου.

Τέθνηκεν ὁ πρώταθλος ἐκ πολλῶν λίθων,
Ὁ δεύτερος δὲ μάρτυς ἐξ ἑνὸς ξίφους
Ἴσοκλεὴς δὲ τοῦ Στεφάνου τοῖς λίθοις
Τὸ κτεῖναν Ἰάκωβον Ἡρῴδου ξίφος.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ὁ κλυτὸς Ἰάκωβος ὀλύμενος ἀμφὶ μαχαίρῃ,
Ἰδοὺ, ἔειπε, πίνω τὸ ποτήριον, ὃ προπέπωκας,
Χριστὲ, σὺ, καὶ βαπτίζομαι, ὡς προβεβάπτισαι αὐτός,
Αἵματος ἐξ ἰδιοιο λελουμένος, ἀλλά με δέξαι.

In idem.

Ex æreo somno exsurge, Dorcas discipula, Petrus prope adest; quamprimum excitare, mulier, humentes viduarum mulierum genas absterge, quæ te bonis incumbentem operibus mœste desiderant.

De sagena Petro ostensa.

Proh quæ sagena! qua cœli locupletatur amplitudo, omnia complectens animantium genera, quibus immolatis secure vescitor, o Petre, nam Christus impurum nihil esse pronuntiat.

In idem.

Omnes admitte gentes, et in filiorum Dei censum ascribe, Petre, sic enim, cœlitus sagena palam facta, fieri jubetur: Dei sunt omnia, et ad Deum redire oportet; sed et Christo datum iri gentes in hæreditatem prophetarum quispiam prædixit.

De Jacobi obtruncatione.

Protomartyr Stephanus incussis lapidum grandinibus exstinctus est, secundus vero martyr Jacobus mucronis ictu fuit confossus; Stephani tamen lapidibus æqualem habet gloriam, qui Jacobum occidit, Herodis gladius.

In idem.

Cum magnus Jacobus gladio confossus exspiraret: Ecce bibo, inquit, calicem, quem prælibasti, Christe, et eo baptismo baptizor, quo primo baptizatus es proprio lotus sanguine; me igitur morientem *excipe.*

Εἰς τὴν δευτέραν φυλακὴν Πέτρου, καὶ τὴν ὑπ' ἀγγέλου λύσιν.

Κἀνταῦθα πάλιν φυλακίζεται Πέτρος,
Φορεῖ δὲ δεσμὰ καὶ σιδηρᾶς ἁλύσεις·
Κἀνταῦθα πάλιν ἄγγελος Πέτρον λύει,
Καὶ κλᾷ τὰ δεσμὰ, καὶ ποδηγεῖ κοτρίχων.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἄγγελος αἰγλήεις περὶ Πέτρῳ ἕσπερος ἦλθεν
Εἱρκτὴν ἀμφιμένοντι, ὕπνος δέ οἱ ὄμματα κάμπτε·
Σεῖε δ' ἴδε, λὰξ δ' ἐπάταξεν, ὁ δ' ἤλατο, αἱ δ' ἀρ' ἁλύσεις
Ἔκπεσον αὐτόματοι, καὶ ἐκτοθεν ἦλυθε Πέτρος.

Εἰς τὴν τελευτὴν Ἡρῴδου

Ὁρᾷς ἐκεῖνον τὸν μέγαν, τὸν ἔνθρονον,
Οὗ τοὺς λόγους σέβουσιν ὡς Θεοῦ λόγους;
Ἐκεῖνος οὗτος, ἀγγέλῳ πεπληγμένος,
Σκώληξι βρωθῇ καὶ παρέλθῃ τὸν βίον.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἡρῴδη, τί γέγηθας ἐφ' εἱμασι βασιλικοῖσι;
Τίπτε δέ σε πλανάουσιν ἀλέστορες ἀνέρες, ἄφρον;
Ῥήματά σου γερέθοντες θείους ἠῦτε χρησμούς;
Ἄγγελος ἄγχι πάρεστι, ταλάντατε, ὃς σ' ἀπολέσει.

Εἰς τὴν δημηγορίαν Παύλου.

Ὅπου πάρεστι Παῦλος, ἡ χάρις πόση!
Ὅπου διδάσκει Παῦλος, ἡ πειθὼ πόση!
Ἄκουε Παύλου τῶν μελισταγῶν λόγων,
Σίμβλων δ' ἀπορράγηθι τῶν ἡμετέρων.

Εἰς τὸ αὐτό.

Παῦλος ἔφα, στόμα Χριστοῦ ἔφα, Πρόσιτ' ἔθνεα πάντα,
Ἔθνεα πάντα, πρόσιτε, Θεοῦ δὲ κλύοιτε λαλοῦντος·

De secunda Petri custodia, unde ab angelo liberatus est.

Iti rursum Petrus egrastulo detinetur, vinculis et ferreis gravatus catenis, et inde rursum angelus Petrum eximit, fractisque vinculis, prævius iter facientem ducit.

In idem.

Splendens angelus serotinus ad Petrum venit in carcere constrictum, cui somnus inclinarat oculos, stansque rectus calces pulsavit, unde Petrus exiliit, catenis sponte cadentibus et foras excessit.

De morte Herodis.

Hunc sublimi throno fastosum intueris homines, cujus verba ceu Dei responsa veneranter audiunt! Ille ipse percussus ab angelo, corrosus vermibus, vitam agere desinet.

In idem.

Quid regia trabea petulantius exsultas, Herodes! Quidve te pestiferi seducunt homines, imprudens, tuos sermones divina ut oracula venerati? In proximo est angelus, o infelix, qui te conficiet.

De Pauli concione.

Ubicunque gentium fuerit Paulus, quanta gratia! Ubicunque docuerit Paulus, quanta persuasio! Mellifluos Pauli sermones ausculta, et vel morum versuum alvearia relinque.

In idem.

Loquente Paulo Christus loquitur, omnes adeste gentes; accedite omnes, et Deo loquenti audiens

Παύλου ἐνὶ στομάτεσσιν ὅλοι Παράκλητοι ἔασιν,
Ἀμφὶ δέ οἱ παλάμαις σημήϊα πάντα τελεῖται.

Εἰς τὸν ἐν Λύστροις ἰαθέντα ὑπὸ Παύλου καὶ Βαρνάβα χωλὸν, καὶ ὅπως ἔδοξαν τοῖς ἐκεῖ θεοί.

Ἑρμῆς ἔδοξας, Παῦλε, καὶ Ζεὺς, Βαρνάβα,
Τοῖς ἀμφὶ Λύστροις δεισιδαιμονεστέροις,
Χωλὸν θεραπεύσαντες· ἀλλ' ὑμῖν τότε
Τὸ δοῦλον ὑμῶν οὐκ ἀπηρνήθη γένος.

Εἰς τὸ αὐτό.

Εἰ Θεὸν ᾠήθητε, κακόφρονα ἔθνεα, Παῦλον
Χωλὸν ἰησάμενον, τί νομίσσετε λοιπὸν ἐκεῖνον,
Ἡμος ἐπ' αἰθερίην κουφίζεται ἄντυγα τρίτην
Ζωὸς ἐών; τάχα γὰρ καὶ ὑπέρθεος ὔμμι φανεῖται.

Εἰς τὸν ἐν Λύστρᾳ λιθασμὸν Παύλου.

Ἐβάλλετε Στέφανον ἀδροῖς τοῖς λίθοις,
Καὶ Παῦλος αὐτοῦ τῶν λιθαστῶν ἦν μέρος·
Νῦν βάλλεται καὶ Παῦλος ἀδροῖς τοῖς λίθοις,
Καὶ τὸν στέφανον ἐκ Θεοῦ λαβὼν ἔχει.

Εἰς τὸ αὐτό.

Παῦλε, σὺ Χριστὸν ἄνακτα μιμήσαο ἀμφὶ λιθασ-
[μοῖς,
Βάλλεο γὰρ λίθοισι, φόνου δ' ἀλέεινας ἀνάγκην.
Λύστρα πόλις κακοεργὲ, Θεὸν χθὲς Παῦλον ἐσέφθης,
Καὶ νῦν πετροβολεῦσα κατακτανεῖν μενεαίνεις.

Εἰς τὴν ἀπὸ τῆς δούλης ἐξέλασιν τοῦ Πυθωνικοῦ πνεύματος, καὶ τὴν τῶν δεσποτῶν αὐτῆς κατὰ Παύλου μανίαν, καὶ τὰς πληγάς.

Τὸ πνεῦμα τοῦ Πύθωνος ὡς πύθοιτό σου.

A Ἐλθόντος ἐγγὺς, Παῦλε, φεύγει μακρόθεν·
Ἢ πῶς ἰδεῖν ἔστερξε τὴν φωτὸς θέαν
Τὸ τοῦ σκότους πρόσωπον, ἡ νυκτὸς θέα;

Εἰς τὸ αὐτό.

Πνεῦμα Πύθωνος ἔωσας ὑπέρμεγα, Παῦλε, κορίσκης
Παιδὸς ἀπ' οἰκέτιδος, μῆνιν δέ τε δεσποσύνοισι
Τηλόθεν οὐκ ἀπέωσας· ἦ ἀμφὶ σὲ δύσνοα δρῶσα
Σῶμα ὑπὸ πληγῆσιν ἀεικελίῃσι δάμασσεν.

Εἰς τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ διάλεξιν Παύλου, ὅτε καὶ Διονύσιος, καὶ Δάμαρις, καὶ ἄλλοι ἐπίστευσαν.

Ἄρειε πάγε, καὶ σὺ τὸν Παῦλον δέχου·
Ἀνάξιον γὰρ μὴ τὸ τοῦ Χριστοῦ στόμα
Καὶ ταῖς Ἀθήναις ἐκλαλῆσαι τὸν λόγον.
Μωροὶ σοφοὶ, πείσθητε τῷ σοφωτάτῳ.

Εἰς τὸ αὐτό.

B Ἄρεος ἀμφὶ πάγον μαχήσατο Παῦλος Ἀθήναις,
Ἀάβε Διονυσίου ἐνὶ προμάχοισιν ἐόντα,
Καὶ Δάμαριν ζώγρησε, καὶ ἄλλους τρέψατο φῶτας·
Οἷος εἰὼν δὲ φάλαγγα τόσην σχίσε, θαῦμα ἰδέσθαι.

Εἰς Παῦλον ἄχρι μεσονυκτίου διδάσκοντα, ὅτε καὶ τὸν ἀπὸ τοῦ τριστέγου πεσόντα παῖδα, καὶ θανόντα, ἀνέστησεν.

Ἄϋπνε Παῦλε, καὶ μέσων νυκτῶν λίγειας,
Ὦ ζῆλος, ὦ πῦρ, ὦ πολὺς Θεοῦ πόθος!
Ἰδοὺ δὲ παῖς πέπτωκεν ἐκ τοῦ τριστέγου·
Ζώωσον αὐτὸν πρῶτα, καὶ πάλιν λέγε.

Εἰς τὸ αὐτό.

Καρτερὸς ἐσσὶ, μέγιστε καὶ ὄλβιε Παῦλε, διδάσκων

incumbite. In ore Pauli omnes Spiritus sancti gratiæ repositæ sunt; perque manus ejus omnigena C patrantur miracula.

In claudum Lystris a Paulo et Barnaba sanatum et quemadmodum inde creditl sint dii.

Pro Mercurio habitus es, Paule, tuque Barnaba pro Jove ab oppidanis, qui Lystris habitabant, religioni deditissimis, eo quod claudum curastis, neque tum a vobis negatum est vos esse homines, non deos, sed Dei ministros.

In idem.

Si, o male consultæ gentes, Paulum Deum esse credidistis, eo quod claudum consanasset, quid deinceps eum credetis, tum, cum ad tertium cœli orbem attolletur adhuc mortalis? forte vobis supra Numen apparebit.

In Paulum Lystris lapidatum.

Denso lapidum nimbo Stephanum obrulistis, deque eorum numero, qui eum lapidabant erat Paulus; nunc et crebris lapidibus Paulus impetitur, et a Deo victoriæ coronam accipit.

In idem.

Christi æmulatus es exemplum, Paule, cum lapidarere; saxis enim impetitus, lethi necessitatem declinasti; o Lystra, scelerata civitas, heri Paulo divinos honores attribuebas, nunc eum jactis lapidibus interficere moliris.

De ancilla ex qua spiritus Pythonicus ejectus est, deque dominorum ejus in Paulum furore, cui plagas arcessiverunt.

Pythonicus spiritus, ubi primum tui advenientis rumorem percepit, longe aufugit, Paule; sane vero an ullo modo desiderasset lucis aspectum ipsa tenebrarum facies, noctis spectaculum?

In idem.

Immanem Pythonis spiritum e puella ejecisti, Paule, ancilla domestica; nec tamen herilem potuisti furorem procul abigere, qui in te infense debacchatus corpus tuum fœdis subjecit verberibus.

De Pauli in Areopago disputatione cum et Dionysius et Damaris et alii crediderunt

Excipe et tu Paulum ipsum, Areopage; nec enim Christi os indignum est, quod Athenis sermones eloquatur; stulti sapientes, sapientissimo tandem credite.

In idem.

D Athenis in Areopago contentius disputavit Paulus et Dionysio inter contentionis primipilos certanti potitus est, vivam cepit Damarim, aliisque ad Deum vocatis hominibus, solus ipse tot adversariorum cuneos (visu mirabile!) dissolvit.

De Paulo ad mediam usque noctem docente cum et puerum ex tertio tabulato præcipitem datum mortuum suscitavit.

Insomnis Paule, ad intempestam usque noctem prædicas, o zelus! o ignis! o plurimum Dei desiderium! Sed ecce puer ex tertia contignatione decidit, hunc primum in vitam revoca, dein ad tuos redi sermones.

In idem.

Laboris in docendo tolerans es, magne ac bea-

Νύκτεσιν ἐν μεσάτῃσιν, ἀτὰρ κρατερὸς καὶ ὁ δῆμος
Σὴν διδαχὴν προπάροιθεν ἄγων νυκτός τε καὶ [ὕπνου·
Σειρήν σοι τάχα, Παῦλε, κατὰ στόμα θεῖον ἀείδει.

Εἰς τὰ ὑπὸ Δημητρίου ἐπενεχθέντα Παύλῳ δεινά.

Τίς οὗτος ὁ θροῦς οὐρανοῦ μέχρι φθάνων;
Δημήτριος κέκραγεν, ὁ σκόλοψ Παύλου.
Τὸν τοῦ Σατὰν φὴς ἄγγελον; Τοῦτον λέγω,
Ὃς ἐμφραγείη τῷ μιαρῷ τὸ στόμα.

Εἰς τὸ αὐτό.

Χριστὸν μὲν Σατανᾶς πειράζετο, ὦ μέγ' ἀναιδής!
Νῦν δὲ Θεοῦ θεράποντι Σατὰν θεράπων πολεμίζει.
Δέρκεο τὸν Δημήτριον, ἄγγελός ἐστι Βελίου,
Παύλῳ ὑπὸ ζαθέῳ πολλὴν κακότητα τιταίνων.

Εἰς τὴν Ἀγάβου πρόρρησιν Παύλῳ.

Εἴ σοι προεῖπον ἐν Σιὼν τινες φόνον,
Οὐκ ἂν ἔφευγες τὴν Σιὼν τάχος τάχος,
Ἀλλ' οὐχ ὁ Παῦλος. Ἀλλὰ τί σπεύδει πλέον;
Ἐπείγεται γὰρ τοῦ Θεοῦ θανεῖν χάριν.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἀγάβε, μάντι κακῶν, ἀνιάων ἄγγελε, Παύλῳ
Εἰδότι ταῦτα λέγεις; πρὸ γὰρ αὐτὸς Χριστὸς ἔειπε·
Δεσμά σε ἀμφὶ Σόλυμα μένει καὶ τραύματα, Παῦλε.

tissime Paule, sermones ad concubiam noctem proferens; sed et patientissimus est populus, nocturnæ quieti doctrinam præferens, o Paule; forte siren in tuo divino ore cantillat.

De malis quæ Paulo a Demetrio illata sunt.

Quinam hic ad cœlos usque pervadens tumultuarius clamor? vociferatus est Demetrius, qui Paulo stimulus est carnis. An eum angelum Satanæ intelligis? Eum intelligo; scelerato utinam os obstruatur.

In idem.

Christum tentavit Satanas, o perquam impudens; nunc Christi famulum Satanæ famulus oppugnat, Demetrium conspice, Beliæ angelus est, multas divino Paulo calamitates intentans.

De vaticinio Agabi ad Paulum.

Si qui tibi in Sion prædixissent necem, annon quoad citissime posses, aufugisses? Non sic Paulus. Sed quid ita currere festinat? Dei gratia mori festinus compellitur.

In idem.

Malorum vates, Agabe, mœroris nuntie, quorsum Paulo isthæc scienti loqueris? Ei quippe Christus prænuntiavit: Te Solymis vincla manent et vul-

Ἀλλ' οὐδέν ποθ' ὁ Παῦλος ὑπέτρεσεν οὐδ' ὑποτρέσει.

Εἰς τὰς ὑπ' Ἱεροσολύμοις πληγὰς Παύλῳ, ὅτε καὶ Ῥωμαῖον ἑαυτὸν ἐκάλει.

Ταρσὸς πατρίς σοι, Παῦλε, τῆς Κιλικίας,
Καὶ πῶς σὺ σαυτὸν παῖδα τῆς Ῥώμης λέγεις;
Τὸν καιρὸν οὕτως ἐξεώνημαι, ξένε,
Τῶν ἡμερῶν γὰρ οἶδα τὴν σωτηρίαν.

Εἰς τὸ αὐτό.

Παῦλε, σὲ μὲν ἀδάμαντα θεὸς πλάσεν, εἴ τε τίν [ἄλλην
Φύσιν θειοτέρην ἀπαθέα, οὐδέ τε σαρκὸς
Ἀμφί σε φόρτον ἔθηκε. Κακόσχολοι ἀρχιερῆες,
Παίεθ', ὑμεῖς πωέοιτε, ἀπηνέες, οὐδέ τε Παῦλος.

Εἰς τὸν ἐπὶ Ῥώμην ἀποπλοῦν Παύλου.

Δέδεξο, Ῥώμη, Παῦλον, εἰς σὲ γὰρ πλέει,
Τὸν κύκλον ἐν σοὶ τερματώσων τοῦ λόγου·
Δέδεξο, καὶ δὸς τῶν μακρῶν παῦλαν πόνων·
Δώσεις δὲ πάντως τὸν διὰ ξίφους μόρον.

Εἰς τὸ αὐτό.

Εὐτυχὲς ἔσσι τὸ λέμβος, ἐπεὶ καλὸν ἔνδοθι φόρτον
Τὸν Παῦλον φορέεις, τὸ Θεοῦ στόμα, εὐτυχὲς ἔσσι·
Ἀθλίη ἔσσι, Σιών, ὅλβον τὸν οὕνεκα Ῥώμῃ
Πέμπεις, καὶ σὺ πένησσα πέλεις, πόλις ἀθλίη ἔσσι.

nera, Paule. Sed nec trepidavit unquam Paulus, nec trepidabit.

De plagis quas Hierosolymis accepit Paulus cum se civem Romanum se dixit.

E Tarso Ciliciæ civitate natus es, Paule. Qui fit igitur ut te civem Romanum voces? Sic ego redemi tempus, o hospes; nec enim sum nescius dierum dilationem salutiferam esse.

In idem.

Te quidem Deus ex adamante formavit, o Paule, sive qua alia diviniore natura sensus experte, nec carnis in te onus reposuit. Male feriati sacerdotum principes, hunc vos percutite; ipsi laborabitis, nec Paulus angetur.

De Paulo Romam navigante.

Paulum accipe, Roma; ad te quippe navigat, in te prædicationis suæ curriculum circumscripturus. Eum accipe, longorumque laborum intermissionem indulge; sed ei omnino mortem gladio irrogabis.

In idem.

Felix es, navigium, cum pretiosum onus latus Paulum feras, Dei interpretem, felix es; at tu, infelix Sion, quod opes tuas Romam mittas, paupercula es et infortunata civitas.

THEODORI PRODROMI

CARMINA

Aperite portas antiquas, reges Italiæ, ut imperator cum gloria per eas introeat. Quod si quæratis quisnam ille sit, scitote Comnenum esse victorem, purpuræ ornamentum, quem Galatia metuit, quem Scytha pertimescit, quem gens Celtica adorat et Arabum filii; qui regionibus superatis vectigalia imperat; coram quo Halys non retrocedit, sed a Romanis impune trajicitur. Ei igitur portas repandite gloriose ut ingrediatur.

Aspice, Roma, servos recens acquisitos, nulla tamen multitudinis ratione habita, quæ minime numeratur; sed satrapas præsertim et electam legionem considera; secerne a cæteris Amasenum Togerilen, Alpsarum, a Gangris oriundum, Prachimum adilem, Elelden, Elpencum, Tzycen, Inalen observa, præ sexcentis aliis Callinoclen, Aitougden, Ausararin. Tu autem ipsa, omissis captivis, captorem Joannem hymnis celebra.

Adeste, senatores, divinum tribunal, cives omnes, cælibes, pueri, adolescentes, juvenes, senes, omnis ætatis candidati, mathematici, milites, opifices, cives urbani et alienigenæ, advenæ, in choro vos sistite et circo, victorias Comneni carmine perlustrantes.

Urbs imperatoria si certamina tua ac victorias rite vellet celebrare, vias auro sternere universas et terræ faciem vestibus sericis induere deberet; te super quadriga splendida positum ab Homero, si fieri possit, decemlingui cantari oporteret. Sed quia hisce non valuit urbs te celebrare, potestatem tuam hymnis, pæane, processionibus, precibusque supplicatoriis ad cælum extulisse satagit.

Accense, felicissima Roma, finibus tuis omnes regiones usque ad Halyn, ipsum Halyn et quod regnum ultra id flumen acquisisti. Annumera urbibus tuis Castamonem totam; adjice præter cætera quæ tibi obediunt castella, Almon novam urbem, adde Alazon, Balzon, quas jamjam possides urbibus novas adjiciendo. Quod si in posterum contra hostes exercitum dures, noli oblivisci, monarchiam te exspectare. Quis enim cum Comneno manus conserere ausus fuerit?

O victoriæ Laodicenæ, Sozopolitana, Scythica, Dalmatica, Amoriana, Lemnica, et quotquot terra marique et circa insulas, Orientem et Occidentem versus, a Comneno reportatæ sunt! vobis adjungo novam illam Castamonensem. Adeste igitur omnes et chorum ducentes teneris digitis consertum dignos imperatore

Καὶ μέλψατε τῷ βασιλεῖ τοὺς πρὸς ἀξίαν ὕμνους·
Ἢ κἂν τοὺς κατὰ δύναμιν· ποῦ γὰρ οἱ πρὸς [ἀξίαν;
Ὦ μέγα χάρισμα Θεῷ ταύτῃ τῇ πολιτείᾳ,
Ζώης αἰῶνας εἰς μακροὺς, ἀπείρους εἰς ἡλίους,
Νικῶν, ζωγρῶν, τροπαιουχῶν, σκυλεύων, ἀρι- [στεύων,
Καὶ πάντας σοι ὑποσπόνδους τιθεὶς τοὺς πολεμίους·
Πρέσβεις ἐκ τῆς εὐδαίμονος; ἦλθοιεν Ἀράβιας·
Κολάσεις δὲ τὴν Αἴγυπτον, οὐ βρόχοις καὶ χαλάζαις,
Ἀλλὰ μαχαίρας στόματι καὶ φόνῳ πρωτοτόκων·
Καὶ γεφυρώσεις Τίγρητας, καὶ μεταβάψαις Νεί- [λους,
Οὓς μὲν ὀστέοις ἐθνικοῖς, οὓς δὲ βαρβάρων λύ- [θροις,
Καὶ πάντα; ἄξαις ὑπὸ σὲ καὶ μονοκρατορήσαις.

ΙΑ'. *Τοῦ αὐτοῦ ὡς ἀπὸ τῆς πόλεως δεκάστιχα παρακλητικὰ τῷ αὐτοκράτορι πρὸς τὸ καθίσαι ἐφ' ἅρματος, τοῖς δήμοις.*

Ἕκαστον ἔτος, βασιλεῦ, τοῦ κράτους σου τοῦ [θείου
Εὐεργετεῖ με καὶ τιμᾷ τὴν δούλην νέαν Ῥώμην.
Ἕκαστον ἔτος ὅλας μοι καθυποτάττει πόλεις,
Ἔθνη δουλοῦται βάρβαρα, νίκαις συνάπτει νίκας·
Ὁ νῦν δὲ χρόνος, βασιλεῦ, ὑπερπλούτισέ με.
Ἐξήπλωσας τοὺς ὅρους μου καὶ τὰ σχοινίσματά [μου·
Ἐπηύξησας τὰ κράτη μου καὶ τὰς περιοχάς μου·
Οὐκ ἔχει μέτρον τὸ καλὸν οὐδ' ἀριθμὸν ἡ νίκη·
Ἀνθ' ὧν εὐχαί σοι παρ' ἡμῶν, ἀνθ' ὧν εὐχαριστίαι·
Καὶ δίφρος; οὗτος ὁ χρυσοῦς ἐν ᾧ διφρηλατήσαις.

Λέγουσι, θεῖε βασιλεῦ, τὸν ἥλιον οἱ λόγοι
Ἐφ' ἅρματος καθήμενον περιπολεῖν τὴν κτίσιν·
Σὺ δ', αὐτοκράτορ Κομνηνὲ, τὸ δὲ, πορφύρας ἄνθος,
Ἥλιος ὢν φαιδρότερος τούτου τοῦ φαινομένου.
Καὶ δαδουχῶν τοὺς ὑπὸ σὲ καὶ φλέγων τοὺς ἐχθρούς [σου.
Καὶ καθαρὰν τῇ πόλει σου βραβεύων τὴν ἡμέραν,
Ἅρματος δίχα πρὸς ἡμᾶς ἐξανατέλλειν θέλεις;
Μὴ τοῦτο δράσῃς, ἥλιε, μὴ πρὸς τῶν σῶν ἀκτίνων,
Ἃς ἐπαφῆκας πανταχοῦ γῆς ἅμα καὶ θαλάσσης·
Ἀλλ' ἐξανάτειλον ἡμῖν λαμπρὸς ἁρματηλάτης.
Φέρε μετρήσω, βασιλεῦ, ἀπὸ τῶν σῶν τροπαίων
Ὁπόσων ἴδει σε λαμπρῶν ἁρμάτων ἐπιβῆναι·
Ἑάλω Λαοδίκεια, μετρήσω σοι δίφρον ἕνα·
Κεχείρωται Σωζόπολις, ἰδού σοι δίφρα δύο·
Γένος ἠφάνισται Σκυθῶν, τρεῖς ἀριθμῶ σοι δίφρους·
Δαλμάτης ἠνδραπόδισται, τέταρτος οὗτος δίφρος·
Ἔθνος ἡττήθη Δακικὸν, πέντε μετρήσω δίφρους·
Καὶ καταλείπω τὴν πολλὴν Κασταμόνα κρατῆσαι.
Ἅλυς περᾶται, καὶ πληθὺς δουλαγωγεῖται τόση,
Καὶ κἂν τὸν ἕνα, βασιλεῦ, τούτων οὐ δέχῃ δίφρον;
Οὐκ ἀγνοοῦμεν, βασιλεῦ, καὶ τὴν ταπείνωσίν σου
Ἐν ᾗ βαρβάρων ἑκάμψας αὐχένας ἐπῃρμένους·
Ὅσον γὰρ πράττεις ὑψηλὰς καὶ τερατείας νίκας,
Τοσοῦτον ταπεινοφρονεῖς, τοσοῦτον νεύεις κάτω.
Ἀλλὰ τὸ νῦν γινόμενον, οὐκ ἔστιν ἔργον τύφου,
Εὐχαριστία δ' εἰς Θεὸν καὶ τὴν αὐτοῦ Μητέρα,
Τιμὴ τοῦ δημοῦ, τῆς βουλῆς, δόξα τῆς πολιτείας·
Εἰ τοίνυν ἐφευρήκαμεν χάριν ἐνώπιόν σου
Οἱ παῖδες τῆς δουλίδος σου, τῆς νέας ταύτης Ῥώμης,
Ἐπὶ τῆς ἄντυγος γενοῦ, καὶ πρόσελθε σὺν δόξῃ.

canite hymnos aut saltem vobis ipsis haud indignos occinite.

O donum cœleste huicce imperio additum, vivas per sæcula infinita, semper victor, triumphator, domitor, et quoscunque habes hostes tibi subde. Tibi legati e longinqua veniant Arabia; Ægyptum autem non inundationibus, non grandine, sed primogenitorum clade castigabis. Tigridem deinde pontibus jungens, Nilum rebaptizabis isthinc ossibus inimicorum, hinc barbarorum sacrificiis; et cum omnia tibi subjecceris, tum solus impera.

XI. — Ejusdem versus decastichi imperatori currum conscendenti a civitate oblati.

Quilibet annus, imperator auguste, potestatis tuæ divinæ specimina edendo novam hanc Romam illustrat. Quivis annus alias post alias mihi subdit urbes gentes barbaras subjugat, victorias cumulat. Præsens autem annus maximopere me ditavit: fines ac terminos dominii nostri protulisti, potestatem nostram mire auxisti. Beneficia ac victoriæ tuæ terminum non habent; quare preces et animi grati testimonia et hasce bigas aureas acceptare digneris.

In scriptis legimus, solem currui insidentem totum mundum circumvectum esse; tu autem, Comnene potentissime, purpuræ decus, hoc quem oculis videmus sole illustrior, hostes tuos flamma comburis; tu felices nobis dies adducens sine curru super capita nostra oriris? Absit! per radios tuos te adjuramus, quos in terras ac maria effundere non desistis: imo cum maximo splendore ac curru vectus nobis appareas!

Age, imperator, triumphorum quos egisti numerus currum quos meruisti conscendere numerum indicabit. Pro Laodicea capta unus tibi stat currus; expugnata Sozopolis duos addit; quatuor Scythis et Dalmatis in servitutem redactis offerimus; quinque e Dacica gente pariter subacta refers. Quid erit quando Castamonem munitam expugnaveris? Halys quoque trajectus et natio tota victa gloriam tuam auget; et tu non unum saltem hunce currum acceptaveris?

Non fugit nos, imperator, moderatio qua barbaros superbos subegisti. Quo enim splendidiores, quo admirabiliores tuæ sunt victoriæ, eo humaniorem mitioremque geris animum. Id ipsum quod nunc facimus nequaquam vanitatis opus est, imo ex animi gratitudine. Deum ejusque Matrem revereri volumus et ipsi et juxta nos omnis populus, senatus, civitas. Si igitur gratiam in oculis tuis invenimus nos filii hujus novæ Romæ quam dominaris, conscende jam hunc currum, in splendore me te commonstraturus.

Τί τοῦτο πράττεις, βασιλεῦ, ἐπὶ χαρᾶς ἡμέρᾳ;
Περιορᾷς με κλαίουσαν τὴν θρέπτειραν σοῦ Ῥώμην;
Ἐπὶ καιρῷ χαρμοσύνης θρηνοῦσαν παραβλέπῃ;
Ἤμελλον χαίρειν, καὶ πενθῶ· κροτεῖν, καὶ σκυθρω-
[πάζω·
Πλέκειν παιᾶνα μουσικὸν, καὶ πλέκω παρακλήσεις·
Τί μου συντέμνεις τὴν χαρὰν, τὴν ἡδονὴν σμικρύ-
[νεις;
Ἔτι γυμνὸν τὸ τέτρωρον, καὶ σὺ πεζεύεις ἔτι;
Οὐκ ἐπιβῇς τῆς ἄντυγος, οὐ δέξῃ τὰς ἡνίας;
Οὐκ ἐπιδίφριος ἀρθῇς; οὐχ ἁρματηλατήσεις;
Ἄδικόν ἐστιν, ἄδικον· οὐκ ἔχει τοῦτο φύσιν.
Εἰσάκουσόν μου, βασιλεῦ, τῆς δούλης νέας Ῥώ-
[μης·
Εἰσάκουσόν μου τῆς κραυγῆς, ἐπίβηθι τοῦ δίφρου·
Καὶ λάμπρυνόν μου τὰς ὁδοὺς τῇ θείᾳ σου προόδῳ·
Ἔχεις μὲν ἕτερον ἐντὸς ἅρμα λαμπρὸν καὶ θεῖον
Τὰς τέσσαρας τῶν ἀρετῶν τὰς γενικὰς καὶ πρώτας,
Δικαιοσύνην, φρόνησιν, ἀνδρείαν, σωφροσύνην,
Δι' ὧν καὶ μέχρις οὐρανῶν αὐτῶν ἐπελαφρίζῃ.
Καὶ φθάνεις εἰς τὰς ἄντυγας τὰς ὑπερουρανίους·
Ἀλλὰ καὶ τούτου, βασιλεῦ, ἐπίβηθι τοῦ δίφρου
Καὶ φαίδρυνόν μου τὰς ὁδοὺς, καὶ λάμψον μου ταῖς
[τρίβοις.
Οὐκ ἀθεεὶ σὸν, βασιλεῦ, ἐσκεύασα τὸν δίφρον,
Οὐκ ἀθεεὶ τοὺς ἵππους τούτου ὑπεζευξάμην·
Οὐκ ἀθεεὶ τοὺς χαλινοὺς τούτους εὐηρμοσάμην·
Οὐκ ἀθεεὶ τὴν ἄντυγα ταύτην ἐγυρωσάμην·
Τῶν ἐσομένων ἄθλων σου μάντις ὁ δίφρος οὗτος·
Τὰ τέσσαρα γὰρ κλίματα τῆς ὅλης περιγείου
Ὡς πώλους γαύρους τέσσαρας, ὡς δυσηνίους ἵπ-
[πους
Τῆς ζεύγλης τῆς Ῥωμαϊκῆς καθυποστρώσας τύχης

A Ἄγξαις κημῷ καὶ χαλινῷ τὰς τούτων σιαγόνας,
Καὶ πᾶσαν τὴν περίγειον καθυποτάξαις λῆξιν.
Ξέρξης ὁ Πέρσης, βασιλεῦ, ὁ τὰ πολλὰ κομπάσας,
Κοτύλην μίαν ὕδατος καὶ χώματος ἑτέραν
Αἰτήσας ἐκ τῆς καθ' ἡμᾶς οὐκ ἔλαβεν Ἑλλάδος·
Σὺ δὲ, μεγαλουργότατε τῶν πάλαι βασιλέων,
Τὴν ὕβριν ἀμειβόμενος τῆς ἀσελγοῦς Περσίδος,
Ἀντὶ κοτύλης ὕδατος ὅλον λαμβάνεις Ἅλυν·
Ἀντὶ μικροῦ δὲ χώματος, ἀπειροπλήθους χώρους·
Τοσαύτας δὲ τετελεκὼς λαμπρὰς ἀνδραγαθίας,
Ἔτι τὸ τέθριππον ἀρνῇς καὶ τὴν διφρηλασίαν;
Μὴ τοῦτο δράσῃς, βασιλεῦ, μὴ πρὸς τῶν σῶν τρο-
[παίων.
Τὸ θεῖον ἅρμα, βασιλεῦ, ἡ νοουμένη κτίσις,
Ὃ καὶ μυριοπλάσιόν φησιν ὁ Ψαλμογράφος,
B Συνεστρατεῦσαν μετὰ σοῦ καὶ συναποδημῆσαν,
Ἐβύθισέν σοι τὴν πληθὺν τῶν Περσικῶν ἁρμάτων,
Ἐπόντωσέ σοι τοὺς ἵππους τῆς Ἄγαρ καὶ τριστά-
[τας
Οὐκ Ἐρυθρὰν εἰς θάλασσαν, ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν
[Ἅλυν·
Καὶ νῦν συνεπιβῆναί σοι τούτου τοῦ δίφρου θέλει·
Μὴ γοῦν πεζεύουσαν αὐτὴν, σκηπτοῦχε, παραλίπῃς·
Ἔχει μὲν, οἶδα, τὰ πτερὰ δίκην πτηνοῦ τεθρίππου,
Ἀλλ' ἀποδέχεται σὺν σοὶ χαμαὶ διφρηλατῆσαι.
Ἐνδέχεταί σου, βασιλεῦ, τὸ σῶμα τὸ γενναῖον,
Τὴν σάρκα τὴν πολύμοχθον καὶ τὴν ἀδαμαντίνην,
Πολλοῖς παλαίσασαν κρυμοῖς καὶ θάλπεσι μυρίοις,
Ὄμβροις, χιόσι, νιφετοῖς, χαλάζαις, πάχναις, δρό-
C [σοις,
Ἀέρων ἀλλοιώσεσι, καὶ τόπων δυσχωρίαις·
Τοσαῦτα κοπιάσασαν ἐν μάχαις καὶ πολέμοις·
Τοσαῦτα φῦλα βάρβαρα καταδουλωσαμένην.

Cur hoc facis, imperator, hocce die gaudii? siccisne oculis me, Romam quæ te nutrio, plorantem sustines? nihil ad te quod tempore lætitiæ sola gemo? In animo erat lætari, et ecce lugeo; plausum dare, et ecce mœreo; cantum texere volebam, et mœrori indulgeo. Ut quid gaudium meum destruis, lætitiam deles? Quadriga stat nuda, tu enim pedibus incedis; quippe tu ascendere, habenas regere, in curru sublimis cerni recusas. Summa hæc injuria, pessimum hoc exemplum.

Exaudi me, imperator, servam, novam Romam; exaudi clamorem meum, et currum tandem conscende, et vias meas processu tuo divino illustra. Tibi sunt pro curru in præcordiis quatuor virtutes cardinales, justitia, intelligentia, fortitudo, prudentia, quæ te ad cœlum usque evehunt, plagas cœlestes peragraturum. Sed huncce quoque conscende, imperator, et vias et quadrivia lumine tuo collustra.

Non sine deorum auspicio currum paravi tuum, equos subegi, frena composui, machinam orbitis adaptavi: victoriarum quas reportabis in posterum, hic currus felix augur exsistit. Tu quatuor mundi plagas ut quatuor pullos equinos freni impatientes fortunæ Romanæ machinæ substernis et ora eorum refrenabis donec regionem vicinam totam tuæ ditionis feceris.

Xerxes Persa, famosus jactatione sua, a Græcia nostra paululum aquæ et glebam postulans non accepit; tu autem qui majora hisce priscis regibus fecisti, a Persis superbis non vas aqua plenum, sed totum Halyn extorsisti, et pro gleba plurimas regiones tibi subjecisti. Qui igitur res tantas fecisti, quadrigam conscendere pernegas? Bona verba quæso, imperator; per triumphos tuos te obtestamur.

D *Currus divinus, imperator, creatio intellectualis, quem Psalmista multiplicem describit, quique tecum in bello et apud alienigenas fuit, curruum Persicorum prægrandem numerum in mare præcipitavit, Agaris autem equos et megistanes non in Rubrum mare, sed in ipsum Halyn projecit. Nunc vero te decet sellam occupare, Cæsar, neque pedibus incedere. Viden' machinam? quatuor, ut quadriga alas habet; sed, te duce, iter terrestre non recusabit.*

Corpus tuum nobile in hocce curru paululum repone, quod ærumnas plurimas perpessum, cum frigore, æstu, imbre, nive, grandine, omnibus denique cœli et aeris vicissitudinibus et locorum asperitate colluctavit; quod in præliis ac bellis tot barbarorum agmina subegit, totam Persiam in ictu oculi vicit.

Καὶ πᾶσαν ὑποτάξασαν ἐν ἀκραῖ Περσίδα,
Ἀνάπαυσαι πρὸς μικρόν τι ἐπὶ τοῦ δίφρου τούτου
Καὶ προελθεῖν νικητικῶς εἰς δόξαν τῶν Ῥωμαίων.

IB'. *Τοῦ αὐτοῦ ὕμνος τῷ βασιλεῖ Ἰωάννῃ τῷ Κομνηνῷ ἐπὶ τῇ Χριστοῦ γεννήσει, τοῖς δήμοις.*

Πάλιν γενέθλιον Χριστοῦ καὶ νίκη βασιλέως,
Φρικῶδες τὸ γενέθλιον, ἀπρόσμαχος ἡ νίκη·
Πάλιν θεὸς ἀπὸ Θαιμὰν ὡράθη σαρκοφόρος,
Καὶ βασιλεὺς ἀπὸ Θαιμὰν εἰσῆλθε νικηφόρος·
Ἀστὴρ Θεοῦ τὴν ἔλευσιν τοῖς Μάγοις καταγγέλλει,
Τὸν δ' ἄνακτα μηνύουσιν ἄστρα πολλὰ τροπαίων·
Τὸν μὲν ἐν φάτνῃ κείμενον τρεῖς προσκυνοῦσι Πέρ-
[σαι,
Τοῦ δ' ὑπὸ πόδας κλίνουσιν πᾶσα Περσὶς αὐχένα·
Ὁ μὲν ἐκφεύγει μάχαιραν βρεφοκτόνον,
Ὁ δ' ἐκδιδράσκει τὸ πικρὸν τοῦ κλέπτου Πέρσου βέ-
[λος·
Ἀμφότεροι τὴν ἅπασαν ἀναγεννῶσι κτίσιν,
Εἷς ὕψος ἀναβαίνουσιν, ἔθνη κληρονομοῦσι,
Τροποῦνται πᾶν τὸ βάρβαρον, καὶ πόλεις καθαιροῦσι,
Καὶ τοὺς τῆς Ῥώμης σχοινισμοὺς αὐξάνουσι τῆς
[νέας,
Καὶ σωτηρία γίνονται τῷ χριστωνύμῳ κλήρῳ.
Ἀλλ', ὦ γενάρχα τοῦ παντὸς, παντάναξ, παντοκρά-
[τωρ,
Ὃ πρὶν ἀμήτωρ ἐκ πατρὸς, νῦν δ' ἐκ μητρὸς ἀπά-
[τωρ,
Φρούρησον, σῶσον, σκέπασον εἰς πλείστους κύκλους
[χρόνων
Τὸν νικητὴν τὸν Κομνηνὸν δεσπότην Ἰωάννην,
Καὶ τὸν τοῦ στέφους κοινωνὸν Ἀλέξιον δεσπότην (1),
Καὶ τοὺς σεβαστοκράτορας καὶ πορφυρογεννήτους,

Requiesce paulum in hoc curru, donec denuo, hostibus superatis, in honorem et gloriam Romanorum victores rediturus.

XII. Ejusdem hymnus in Christi natalitiis imp. Joanni Comneno dedicatus.

Natalitia Christi et cum iis imperatoris victoria redit. Natalia tremefaciunt; victoria citra contestationem. Rursus Deus carnem a Theman induisse et inde, parta victoria, reversus esse visus est. Sidus cœleste adventum ejus Magis annuntiavit, imperatorem autem multa sidera sub tropæorum specie declarant. Unum quidem in præsepi jacentem tres Magi adorant, sub alterius pede tota Persia cervicem flectit. Unus ferrum infanticidum fugit, alter acre telum Persæ rapacis evitat : ambo universam naturam reficiunt, sursum ascendunt, gentes sortiuntur, vires barbaricas omnes delent, urbes solo æquant, et Romæ novæ fines augmentant, et clero Christiano salutem afferunt. Sed, o Creator omnium, Rex regum, quondam sine matre e patre, nunc sine patre a matre, custodi, serva in plurimos annos Comnenum Joannem victorem, et Alexium throni consortem, unaque augustos Porphyrogenitos, miram triada. Pater igitur de talibus filiis jubilet, filii autem de patre triumphatore exsultent!

Τὸ τῶν ἡλίκων ἄγαλμα, τὴν θαυμαστὴν τριάδα·
Ὡς καὶ πατὴρ σὺν τοῖς παισὶν ἀγάλληται τοιούτοις,
Καὶ παῖδες ἐπιχαίρωσι πατρὶ τροπαιοφόρῳ.

IΓ'. *Εἰς τὸ αὐτό.*

Εὐχαριστῶ μου τῷ Θεῷ, σκηπτοῦχε, τροπαιοῦχε,
Ἡ τέξασά σε Ῥωμαὶς καὶ μήτηρ σου καὶ δούλη,
Ὅτι κἂν νῦν ἐώρακα τὸ κράτος σου τὸ θεῖον
Ἐκ τῶν πολέμων ἀνεθὲν καὶ τῶν ἀπείρων πόνων.
Ἀλλὰ φοβοῦμαι, βασιλεῦ, τὸ ταχυκίνητόν σου,
Καὶ δυσωπῶ, περίμεινον, μὴ πάλιν ἐκστρατεύσῃς.
Κεκόρεσταί σου τῆς μορφῆς Ἀνατολὴ καὶ Δύσις,
Ἀπήλαυσέ σου Δανούβιος, Ἅλυς ἐώρακέ σε·
Εἶδέ σε γῆ Κασταμονὶς, Γάγγρα προσέβλεψέ σοι.
Ἐγὼ δ' ἐκ μόνου λόγου σε καὶ μόνης φήμης βλέπω.
Δίκαια ταῦτα, βασιλεῦ; Τί μου λυπεῖς τὸ γῆρας;
Στῆθι μικρὸν, καὶ βλέψω σου τὴν σελασφόρον θέαν·
Κορέσομαί σου τῆς μορφῆς, τοῦ κάλλους ἀπολαύσω·
Ἀνάμεινον, περίμεινον, οὐκ ἔχεις πολεμίους·
Τὰ γὰρ πρὸς Ἕω καὶ Δυσμὰς ἔθνη δουλεύουσί σοι,
Καὶ πᾶσα βάρβαρος ἰσχὺς ἐξηνδραπόδισταί σοι.
Στῆθι μικρὸν, καὶ πλύνου σου τοὺς πανωραίους πό-
[δας,
Στῆθι μικρὸν, καὶ νίψω σου τὰς αἱμοχθείσας χεῖρας,
Καὶ λούσω τὴν δι' ἐμέ σου κακουχηθεῖσαν σάρκα.
Μὴ λίπῃς με τὴν πόλιν σου καὶ δούλην καὶ μητέρα·
Τὸν βρεφουργούμενον Χριστὸν πρέσβυν προσάλλομαί
[σοι,
Δι' οὗ καὶ πολυχρόνιος Ῥωμαίων βασιλεύοις·
Καὶ τῷ παιδὶ καὶ βασιλεῖ συγχαίροις Ἀλεξίῳ,
Καὶ τοῖς σεβαστοκράτορσι καὶ πορφυρογεννήτοις.

IΔ'. *Εἰς τὸ αὐτό.*

Ἀφ' οὗ θεός σοι, βασιλεῦ, ἐβράβευσε τὸ κράτος,

XIII. In eodem festo.

Ego Romais, mater eadem et serva tua, gratias ago Deo meo, o Cæsar sceptriger, quod inpræsentiarum maxime majestatem tuam divinam vidi e bellis innumerisque aliis rebus effulgentem. Sed timeo, imperator, velocitatem tuam, ne denuo in castra proficiscaris. Jam Oriens atque Occidens satis vultum tuum admiratus est; Danubius te tenuit, Halys te vidit, Castamon, Gangra, et ego te non nisi auribus ac fama noverim? Hoccine justum? cur senectutem meam dolore afficis? Sta paululum et splendidum tuum vultum aspiciendum mihi præbe, donec ad satietatem perspexerim formam tuam. Siste igitur, nec time hostes qui tibi nulli sunt, siquidem gentes Orientem et Occidentem colentes tibi serviunt et omnes barbarorum copiæ sub jugo tuo gemunt. Sta paulisper et pedes tuos pulchros lava ut et manus sanguinolentas, et ego corpus tuum languens lavabo. Ne me deseras civitatem tuam servam et matrem; Christum tibi infantem deputo, per quem per multos annos Romanis præsis. Gaude igitur cum filio et imper. Alexio, et cum augustis Porphyrogenitis collætare.

XIV. Idem festum.

Ex quo tibi Deus potestatem impertivit, solis instar

(1) Non de avo Alexio, sed de hoc Joannis filio Alexio, loquitur etiam primum Prodromi *poema.*

Κύκλῳ κυκλοῖς ὡς ἥλιος τὴν ὅλην οἰκουμένην,
Τοὺς πρὸς τὴν Ἕω πυρπολῶν καὶ πρὸς δυσμὴν βαρ-
[βάρους.
Ἐγὼ δ' ἡ τεξαμένη σε καὶ θρεψαμένη Ῥώμη
Τὰς νίκας μὲν κομίζομαι, τὸν νικητὴν δ' οὐκ ἔχω·
Καὶ τὰ μὲν σκύλα δέχομαι, τὸν σκυλευτὴν δ' οὐ
[βλέπω·
Καὶ τὰ μὲν τρόπαια λαμπρὰ κληροῦμαι καθ' ἡμέραν,
Τὸν τροπαιοῦχον δ' οὐχ ὁρῶ. Καὶ τίς μοι τούτων χά-
[ρις;
Τρισευτυχὴς ἡ Κασταμών, τρισευκλεὴς ἡ Γάγγρα,
Ὅτι τῶν σῶν ἀπήλαυσαν βασιλικῶν ἀκτίνων.
Ἀλλὰ κἂν νῦν ἠρέμηται, ὃς ἄνεσιν ταῖς μάχαις,
Στῆθι μικρὸν καὶ κόπασον, ἀνάψυξον τὸ σῶμα,
Καὶ δὸς κατατρυφῆσαί μοι τῆς αἴγλης σου τῆς θείας.
Καλὴ τυγχάνω, βασιλεῦ· πάσης κατάρχω χώρας·
Καλὸς τυγχάνεις, καὶ παντὸς ὑπερέξαρχεις κράτους·
Λοιπὸν κατατρυφήσωμεν τῆς καλλονῆς ἀλλήλων.
Οὐχ εὕρῃς λαμπροτέραν μου πόλιν εἰς οἰκουμένην,
Οὐχ εὕρω σου λαμπρότερον ἐν βίῳ βασιλέα.
Ἀλλήλων ἀπολαύσωμεν, ἀλλήλων κορεσθῶμεν.
Ἀλλ' ὁ τικτόμενος Χριστὸς ὑπὸ Μητρὸς Παρθένου,
Ῥωμαίων ἥλιε λαμπρὲ, Δέσποτα τροπαιοῦχε,
Φρουρήσαι σὲ καὶ τὸν ἐκ σοῦ τὸν κοινωνὸν τοῦ κρά-
[τους,
Μετὰ τῶν παρηλίων σου τῶν σεβαστοκρατόρων,
Καὶ πολυχρόνιον ζωὴν βραβεύσαι σου τῷ κράτει

Hic addere lubet, speciminis ergo, Byzantii suprascriptis laudibus pulchrum heroici carminis initium Prodromi nostri (cod. f. 128) cujus titulus: Συντακτήριοι Βυζαντίοις.

ΙΕ'.

Χαῖρε, πόλις μεγάπυργε, νεηγενὲς, εὔπολι Ῥώμη,
Εὔκορε, καλλιάνειρα, περίδρομε τείχεσι μακροῖς,
Εὐκρατὲς, εὐολέτειρα, φυτοτρόφε, εὐπαράδεισε,
Εὐκίων, εὐρύταφρε, ἁλιστεφὲς ὅμμα πολήων,
Ἀμφιβίη, χέρσος τε, καὶ οἵδματι κάρβυτε νῆσος,
Δυσμῆς τ' Ἀντολίης τε τελευτοσύνη τε καὶ ἀρχή εἰς.

ΙϚ'. *Τοῦ αὐτοῦ ὕμνος τῷ βασιλεῖ κυρῷ Ἰωάννῃ τῷ Κομνηνῷ ἐπὶ τῇ βαπτίσει Χριστοῦ, τοῖς δήμοις.*

Ἰδοὺ διπλῆ πανήγυρις, διπλη χαρὰ Ῥωμαίοις,
Λουτρὰ Χριστοῦ, καὶ τρόπαια λαμπρὰ τοῦ βασι-
[λέως
Χριστὸς ἐλούθη δι' ἡμᾶς λουτρῷ τῷ τῶν ὑδάτων,
Ἄναξ ἐπλύνθη δι' ἡμᾶς λουτρῷ τῷ τῶν ἱδρώτων·
Ὁ μὲν συντρίβει κεφαλὰς ἐν ὕδατι δρακόντων,
Ὁ δὲ συγκλίνει κεφαλὰς ἐπὶ τῆς γῆς βαρβάρων·
Ὁ μὲν τοὺς ἐκφωλεύοντας ὄφεις ἀποκτεννύει,
Ὁ δὲ συγκλείει φωλεοὺς τοὺς πρὶν ἀνέτους Πέρσας·
Τὸν μὲν τὸ Πνεῦμα μαρτυρεῖ περιστερᾶς ἐν εἴδει,
Τὸν δ' ἡ λευκὴ περιστερὰ τῆς νίκης καταγγέλλει·
Τὸν μὲν φωνὴ παρὰ Πατρὸς Υἱὸν ἀνακηρύττει,
Τὸν δὲ Περσῶν ὀλοθρευτὴν τὰ πράγματα βοῶσι.
Δοκῶ φωνῆς ἐξ οὐρανοῦ δευτέρας ἐπακούειν
Βοώσης πάλιν τοῖς λαοῖς· Οὗτος ὁ βασιλεύς μου·
Οὗτος εἰς ὃν εὐδόκησα, τούτῳ καὶ πειθαρχεῖτε.
Ἀμφότεροι καθαίρουσι τὴν βασιλίδα πόλιν
Λουτροῖς ἀναγεννήσεως καὶ παλιγγενεσίας,
Ἀμφότεροι τὴν κοσμικὴν ἄλωνα διιστῶσι·
Καὶ πᾶν μὲν ἔθνος ἄπιστον ὡς ἄχυρα πιμπρῶσι,
Φρουροῦσι δὲ τοὺς εὐσεβεῖς δίκην εὐχρήστου σίτου.
Ἀλλ' ὦ τὸν ῥύπον τὸν ἐμὸν ἐν Ἰορδάνῃ πλύνων
Σκέπτοις τὸν μέγαν νικητὴν δεσπότην Ἰωάννην,
Σὺν τῷ παιδὶ τῷ κοινωνῷ τοῦ στέφους Ἀλεξίῳ,
Καὶ τοῖς σεβαστοκράτορσι καὶ πορφυρογεννήτοις.

omnem terrarum orbem circumis, barbaros Orientem atque Occidentem versus habitantes ferro et igne destruens. Ego Roma deinde quæ mater et nutrix tibi sum, victoriis quidem fruor, victorem nusquam video; spolia quidem sorte mihi obveniunt, cui debentur is se abscondit; tropæa singulis diebus fulgent, triumphator non prodit. Quid inde boni? Ter fortunata urbs Castamon, celeberrima Gangra cui radiis tuis imperatoriis perfrui licuit. Nunc igitur, ubi per pacem licet, prœliis finem impone; corpus recrea, teque mihi aspiciendum præbe. Pulchra equidem, Cæsar; totam regionem dominor; tu quoque, corpore formosus maximam potestatem tenes; quid plura? mutua pulchritudine fruamur. Me pulchriorem non invenies urbem; te pulchriorem imperatorem dubito me inventuram esse; fruamur igitur invicem. Christus autem de virgine matre genitus, o sol Romanorum, triumphator, te et regni consortem custodiat cum Augustis, et dignitati tuæ plurimos annos impertiat!

XV.

Salve urbs nova, altis munita turribus, quæ puellas et viros forma insignes nutris; magnis mœnibus circumdata, bene temperata, plantis et hortis et columnis magnificis ornata; quæ latis temet fossis tueris; oculus maritimus urbium, continens simul et insula, Occidentis atque Orientis principium ac finis, etc.

XVI. Ejusdem hymnus domino Joanni Comneno in baptismali festo Christi.

En duplicem panegyrim, duplex gaudium Romanis: lavacrum Christi, tropæa splendida imperatoris: Christus propter nos aquæ lavacro purgatur; imperator sudoris lavacro purificatur. Unus quidem in aqua draconis caput conterit, alter caput in barbarorum terras portat; unus serpentes occidit, alter Persas membris dissolutos in speluncis recludit. Unum quidem Spiritus sub columbæ specie testatur, alterum alba victoriæ columba annuntiat; unum quidem vox paterna Filium proclamat, alterum res bello gestæ Persarum destructorem probant. Secundam mihi e cœlo vocem audire videor iterum gentibus clamantem: Hic est imperator meus; hic est in quo mihi bene placui; huic obedite! Uterque urbem imperialem lavacro regenerationis purgat; uterque mundi aream distinguit, omnem populum incredulum ceu stipulam comburens, pios autem ut frumentum utile observant. Sed o qui sordes meas in Jordane lavas, Joannem nostrum, victorem illustrem cum filio regni con-

ΙΖ'. *Εἰς τὸ αὐτό.*

Ἐβάπτισάς με, βασιλεῦ, τὴν δούλην νέαν Ῥώμην
Θαλάσσης ὅλης ἀγαθῶν καὶ ὅλαις πηγαῖς τροπαίων·
Τῷ κράτει συνεργούμενος τοῦ νῦν βαπτιζομένου,
Ἐνέπλησάς με σκυλευμάτων, ἐνέπλησας λαφύρων,
Πολλάς μοι καθυπέταξας πόλεις ἐθνῶν καὶ χώρας,
Τὰς νίκας ἀνεβίβασας ὑπὲρ τὴν κορυφήν μου.
Ἐκπέπλησμαί σου τῶν καλῶν, ἀρκεῖ μοι μέχρι τι-
[νός.
Πάσης κεκράτηκα Δυσμῆς, τῆς Ἑῴας κυριεύω.
Σκύθης μοι κλίνει τράχηλον, καὶ Πέρσης με προσκυνεῖ,
Καὶ πᾶσα γλῶσσα καὶ φυλὴ προσπίπτει τοῖς ποσί
[μου.
Ταῦτά μοι πάντα δέδωκας, ὁμολογῶ τὴν χάριν,
Νῦν χάρισαί μοι καὶ σαυτὸν, ὃς καὶ τὴν σὴν ἐβάπτισα.
Τοὺς σκυλευθέντας ἔδλεψα καὶ νικηθέντας Πέρσας,
Βλέψω καὶ τὸν σκυλεύσαντα καὶ νικητὴν δεσπότην.
Στῆθί μοι κατὰ πρόσωπον, πλῆσον τοὺς ὀφθαλμούς
[μου.
Ἐβάπτισάς με χαρμονῆς, μὴ λύπῃ με βαπτίσῃς.
Ἰδρῶσι Ἕλουσάς με σοῖς, μὴ δάκρυσί με λούσῃς.
Κατάθου σου τὸν θώρακα, καὶ τὴν στολὴν τῆς μά-
[χης,
Καὶ τὸν πρεπώδη νικητὴν ἐνδύθητι χιτῶνα·
Καί μοι φυλάττου, βασιλεῦ, μέχρι παντὸς αἰῶνος·
Τῷ βασιλεῖ καὶ τέκνῳ σου συγχαίρων Ἀλεξίῳ,
Καὶ τοῖς σεβαστοκράτορσι καὶ τοῖς πορφυρογεννή-
[τοις,
Τοῖς ἀριθμῷ τρισσεύουσιν ἄξια μονουμένοις·
Μεθ' ὧν φυλάττου γεγηθὼς εὐρώστως, ἀκυνδύνως.

ΙΗ'. *Εἰς τὸ αὐτό.*

Φωτίζου, πόλις Ῥωμαΐς, πάλιν ἐρῶ, φωτίζου·
Διπλαῖς αὐγάζου ταῖς αὐγαῖς ἐκ δύο τῶν ἡλίων.

sorte Alexio protegas una cum Augustis familiæ et Purpuratis.

XVII. Item.

Baptizasti, imperator, me Romam novam tuam ancillam in omnibus maris bonis et tropæis; dein spoliis ac præda me locupletasti, multasque urbes ac regiones inimicas antea mihi subjecisti, in caputque victoriarum pondus cumulasti, ac plus quam opus erat divitiarum contulisti. Totus Occidens, totus Oriens mihi paret. Scytha cervicem reclinat, Persa genua flectit; quævis tribus, quælibet gens ante pedes meos provolvitur. Hæc omnia tu mihi dedisti, gratanter refero; sed te ipsum dein mihi gratifica, vultum tuum monstra. Persas equidem armis nudatos vidi victosque, fac ut deinceps victorem ac spoliatorem videam. E regione, quæso, sistas, oculos tui plenos redde.

Baptizasti me gaudio, ne mœrore me baptizes; sudore tu me tuo lavasti, ne lacrymis me laves. Thoracem et paludamentum depone et victoris ornatum circumpone. Habeas, imperator, vitam cum Alexio consorte, omnibus Augustis et purpuratis, cum quibus vivas læto cum animo, valetudine, securitate.

XVIII. Item.

Iluminare, urbs Roma, iterum dico, illuminare

A Ἔχεις ἐκεῖθεν ἥλιον τὸν τῆς δικαιοσύνης,
Τὸ τοῦ Πατρὸς ἀπαύγασμα γυμνὸν ἐν Ἰορδάνῃ·
Ἔχεις ἐντεῦθεν ἥλιον τὸν τῆς μονοκρατίας,
Τὸν τοῦ πατρὸς διάδοχον λαμπρὸν ἐν ἀνακτόροις.
Ὢ πόσα φῶτα σήμερον τὴν Ῥώμην φρυκτωροῦσιν!
Ὢ πόσαι τὸ περίγειον ἀκτῖνες ἀδουχοῦσιν!
Ἀλλ' ὁ Χριστὸς μὲν ἥλιος καὶ ποιητὴς ἡλίου·
Σὲ δ' ἥλιον τὰ πράγματα, σκηπτοῦχε, μαρτυροῦσι·
Κυκλοῖς γὰρ ὄντως κατ' αὐτὸν ἀπὸ βορρᾶ πρὸς νότον·
Ἐξ ἑῴου στρέφῃ πρὸς δυσμὰς, ἀπὸ δυσμῶν πρὸς ἑῷον·
Τρέφεις, πυρσεύεις, ζωπυρεῖς, θάλπεις τοὺς ὑπ-
[ηκόους·
Φλέγεις, ξηραίνεις, πυρπολεῖς, τεφροῖς τοὺς ἀναν-
[τίους·
Καὶ τρέχων δρόμον ἄπαυστον, ἀκάμας πάλιν μένεις.
B Ἀλλ' ἄφες, ἄναξ ἥλιε, μικρὸν τὴν ἱππασίαν,
Ἀνάπαυσον τοὺς ἵππους σου, λῦσον τοὺς χαλινούς
[σου,
Καὶ δὸς τῇ πόλει σου τῶν σῶν ἀκτίνων κορεσθῆναι,
Πλὴν ἐν συμμέτρῳ τῷ φωτὶ μὴ πηρωθῇ τὰς ὄψεις.
Ἀλλ' ὁ γυμνὸς ἱστάμενος ἐν Ἰορδάνῃ Λέγος,
Ἔνδυσαι κράτος ἄμαχον καὶ ζῶσαι δυναστείαν
Σὲ, Περσολέτα, βασιλεῦ Ῥωμαίων Ἰωάννη,
Μετὰ τοῦ συμμετόχου σοι τοῦ κράτους Ἀλεξίου,
Καὶ τῆς τριάδος τῆς σεπτῆς τῶν σεβαστοκρατόρων.

ΙΘ'. *Στίχοι ἐπιτάφιοι τῷ μεγαλονίκῳ πορφυρογεννήτῳ καὶ βασιλεῖ κυρῷ Ἰωάννῃ τῷ Κομνηνῷ, ὡς ἀπὸ κειμένου.*

C Ὄφρὺς βροτῶν καὶ τῦφος ἀρχικοῦ κράτους
Καὶ κοσμικῆς φύσημα λαμπρᾶς ἀξίας,
Ἐκ τῶν ἐμῶν μαθόντα τὰς θνητῶν τύχας,
Χαμαὶ φρονεῖτε· πᾶς γὰρ ἐξίσου νέκυς,
Καὶ πάντες υἱοὶ τῆς ῥοώδους οὐσίας.

bissolari splendore, habens una ex parte patris nitorem circa Jordanem, ex altera solem monarchismi, patris, inquam, celebrem in regno successorem. O lumina pretiosa quæ Romam hoc die illustratis! O radii orbem solemniter collustrantes! Est Christus quidem ipse sol et solis conditor; te autem, Cæsar, opera tua ut solem declamant: a septentrione enim usque ad austrum, ab oriente ad occidentem circumterraneus iter tuum perficis; terræ incolas nutris, calefacis, inspiras; comburis, exsiccas, in cinerem redigis adversarios, nec cursu continuo fatigaris. Sed, o rex sol, aliquantisper equitationem cessa, frena inhibe et da urbi tuæ a radiis tuis demulceri, ita tamen ut præ illorum fulgore ne cæcutiamus. Quod in Jordane stitit Verbum purum, potestate jam circumdetur, et robore cinctum per te, imperator Romanorum Joannes, una cum Alexio, regni socio, et tribus Augustis, Persarum imperio denique finem imponat.

XIX. Epitaphium in honorem domini Joannis Comneni, victoris augustissimi, Porphyrogeniti.

Vos qui superbitis reges, magistratus et quotquot dignitate aliqua vestiti estis, ex me fortunæ vicissitudines edocti, humiles jam spiritus induite, morituri et rerum humanarum caducitatis victimæ

Ἐμὲ πρεῖσχει σκῆπτρα Ῥωμαίων δύο,
Πολλοὺς γεναρχήσαντα τοὺς βασιλέας·
Κομνηνόθεν γὰρ ἐξέφυν καὶ Δουκόθεν·
Γεννᾷ δέ με κράτιστος Αὐσόνων ἄναξ
Κομνηνὸς Ἀλέξιος ἀνὴρ ἰσχυρὸς,
Κελτῶν διώκτης καὶ Σκυθῶν καὶ Περσίδος.
Ἡ κοσμία δὲ σπαργανοῖ με πορφύρα,
Τὰ τῆς ὅλης δὲ σύμβολα σκηπτουχίας
Ἐξ ἁπαλῆς κοσμεῖ με τῆς ἡλικίας·
Ἔρως δὲ νίκης ἐμπεσὼν τῇ καρδίᾳ,
Ἐν ἱππικῇ με πρῶτα καὶ τόξῳ τρέφει·
Ἔπειτά μοι δοὺς ἀμφιθηγῆ τὴν σπάθην
Τοῖς θηριακοῖς καταγυμνάζει πόνοις,
Ἄρκτον βαλὼν δόρατι συνακοντίσαι,
Τὴν ἀρκτικὴν πάρδαλιν τῷ τόξῳ φθάσαι·
Ἐν οἷς τελεσθεὶς τῶν μαχητῶν τοὺς νόμους,
Εὐθὺς κατ' αὐτῶν ὁπλοδυτῶν βαρβάρων.
Καὶ τῦφος οὐδείς, εὐτυχῶ πᾶσαν μάχην·
Σῇ γὰρ προμάχῳ παλάμῃ κεχρημένος
Ἐν ταῖς κατ' ἐχθρῶν συμβολαῖς, παντοκράτορ,
Περσῶν καθαιρῶ μυριανθρώπους πόλεις·
Αὐτοὺς ἁλίσκω τοὺς ἀορνίδας λόφους
Ὀφρῦν κατασπῶν σατραπῶν ἀλαζόνα.
Ὑπὲρ τὸν Ἅλυν ἐξαπλῶ μου τὸ κράτος,
Ἦν μοι σπάθην δίδωκας ἐν κύκλῳ στρέφων.
Ἐμὴν ὁ θὴρ ἔφριξε Γαζῆς παλάμην,
Ἡ Περαικὴ φλὸξ, ὁ θρασὺ βρύχων λέων,
Καὶ πᾶς ἑῷος Ἰσμαηλίτης λύκος
Ἐμῷ παταγμῷ τὰς γνάθους συνετρίβη·
Ἡ δυσμικὴ δὲ τῶν Γετῶν πανσπερμία,
Ἡ Σκυθικὴ χίμαιρα τὸ ξύνθρουν γένος
Ἐμῇ μαχαίρᾳ παγγενεὶ διεφθάρη·
Σὺ γὰρ κατ' αὐτοῦ τοὔμὸν ἔστιλβες ξίφος.

A Ἐμοῖς Δάκης ἔκαμψε ταρσοῖς αὐχένα
Ἐμὴν ἀπειλὴν Δαλμάτης ὑπεστάλη·
Ἥπλωσεν Ἴστρος ὑπτιάσας τὴν ῥάχιν
Καὶ τοῖς ἐμοῖς πλώϊμος ὤφθη ναυμάχοις,
Καὶ τοῦτο, Χριστὲ, σῆς παναλκοῦς ἰσχύος.

Οὐκ εἶδεν ἡμέρα με καμάτων δίχα·
Οὐκ ἔσχε νὺξ μία με χωρὶς φροντίδων·
Οὐ τὰς φλογώδεις τοῦ θέρους ὑπεστάλην,
Οὐ τὰς πιλήσεις τοῦ κρύους, οὐ τὰς βίας·
Ὡς Ἀχάμας δὲ πάντα τῆς ζωῆς χρόνον
Κυκλῶν ἐκύκλουν τὴν ὅλην οἰκουμένην·
Καὶ νῦν πρὸς ἄρκτον, νῦν δὲ πρὸς νότον κλίνων,
Νῦν δ' εἰς ἕω τε καὶ δύσιν μετακλίνων,
Τοὺς ταραχῇ σύμπαντας ἐχθροὺς ἐκλόνουν,
B Αὔξων ἑκάστης τοὺς ὅρους τῶν Αὐσόνων.
Καὶ ταγματαρχῶν καὶ στρατηγῶν ἐν μάχῃ·
Τὸν στρατιώτην οὐκ ἀπηρνούμην ὅμως,
Ἀλλὰ πρὸ πάντων, συρραγείσης τῆς μάχης,
Ἐγὼ κατ' ἐχθρῶν ἐξεγύμνουν τὴν σπάθην·
Θᾶττον πρὸς ἀνίσχοντος ἡλίου σέλας
Ὀφθαλμὸς ἀνδρὸς ἀντιβλέψειν ἰσχύσοι,
Καὶ μᾶλλον ἄν τις ἀστραπῆς στέξοι φλόγα
Ἢ τοὺς κεραυνοὺς τῆς ἐμῆς στρατηγίας
Ἤνεγκεν ἡ σύμπασα βάρβαρος φάλαγξ.
Πᾶσαν μετῆλθον τακτικὴν ἐν ταῖς μάχαις,
Ἐπεζομάχουν, ναυστολῶν ἐναυμάχουν,
Τεῖχη καθῄρουν καὶ κατῄρειπον, πόλεις
Ἔργοις χελωνῶν, χωστρίδων, ὀρυκτίδων.
C Καὶ μαρτυρείτω ταῦτα Κασταμὼν πόλις
Εὔτειχος, ὑψίπυργος, ἀρραγεστάτη·
Καὶ Γάγγρα μέχρι καὶ νεφῶν ἐκνουμένη
Καὶ Παρνησῷ πρὸς ὕψος ἀμιλλωμένη,

Duo mihi Romanorum sceptra obtigerunt, qui multis regibus ortum dedi. Comnena me ac Ducæna familia satum glorior, qui patrem habui Alexium Comnenum virum nulli secundum, Italiæ strenuissimum rectorem, qui Celtis, Scythis ac Persis bellum intulit. Me purpura, imperii insigne, inde a tenera ætate ornavit. Me amor in bello vincendi ad equos et pharetram adduxit. Ense deinde bicipiti usus feras venatus ursum hastili domui, pantheram telis subegi. Inde de barbaris triumphos egi bene armatis. Nec de victoriis superbio meis; te duce, cum hostibus congressus multas Persarum capio urbes; loca editissima expugno, altos satraparum spiritus deprimens. Ultra Halyn ipsum potestatem meam extendo ense, quem mihi dederas, stricto. Meam bestia Gazæ manum pertimuit, ut et flamma Persica, ut leo formidolose rugiens, ut lupus tribus Ismaeliticæ incola. Ego ferro maxillas contudi; et Scytharum totum genus exitio tradidi. Tu enim, Christe, ensem direxisti. Meis Dacus pedibus collum substravit; meas Dalmata minas quamvis invitus sustinuit; Ister tergum præbuit victori, et naves meas leni fluxu portavit. Quæ omnia cui nisi tibi, Christe, debeo?

Nulla mihi dies sine ærumna præteriit; nulla nox sine mœstitia me habuit; æstivos calores perpessus sum, nivem et glaciem expertus, indefessis pedibus per totum vitam terras percucurri, modo ad australes plagas tendens, orientem et occidentem obiens. Sæpe in bello militum dux Italiæ imperium nunquam non augere studui. Sed nec gregarii militis munere fungi recusavi, sed ubi maximum discrimen, ego tela in hostes misi. Facilius solis aliquis jubar irretorto oculo aspiceret, quam barbarus miles rerum a me gestarum splendorem metiretur. Omnes D *artis bellicæ machinationes atque operationes expertus terra marique pugnavi, muros dirui, urbes solo æquavi, testudine, fossis subegi. Testis mihi erit Castamon, bene munita, turrita, fortissima urbs; testis erit Gangra, cujus mœnia nubes, imo Parnassum ipsum attingunt; cujus muri ærei et ferrei machinis meis ligneis resistere ausi sunt. Sed quid pluribus eloquar? Solo nominis terrore integras phalangas in fugam verti, tuis, Verbum, auspiciis confisus. Quid? solo Comneni nomine audito metus ingens ad inferos quasi turbine abreptos præcipitavit. Sic ego omnes labores et conamina ad regii patris exemplum dirigens nunquam superbus inventus sum. Cur enim quod verum est non dicam? Recenti quoque tempore Romæ hujus novæ fines orientem versus ultra Halym*

Αἱ χαλκότειχοι καὶ σιδηραῖ τῇ πλάσει,
Ἐμαῖς ξυλίναις μηχαναῖς ἠρειμμέναι.
Τί μοι τὰ πολλά; καὶ τί μοι μακρὸς λόγος;
Φήμη μόνη φάλαγγας ἐκλόνουν ὅλας,
Ὑπὸ στρατηγῷ σοι τεταγμένος, Λόγε·
Καὶ τὴν Κομνηνὴν κλῆσιν ἠκουτισμένοι
Ἐτάρταρουν πάντες ἐχθροὶ τῷ φόβῳ,
Ὥσπερ τυφῶνι τῷ λόγῳ βεβλημένοι·
Τοῖς τοῦ πατρὸς δὲ καὶ βασιλέως ἄθλοις
Ὡς ἀρχετύποις ἐγγράφοις τῇ καρδίᾳ
Ὅλους ἐμαυτοῦ τοὺς πόνους ἀπευθύνων,
Οὐχ ὕβρις αὐτοῦ τοῖς καμάτοις εὑρέθην·
Τί μὴ γὰρ εἰπεῖν εὐλαβοῦμαι τὸν λόγον;
Καὶ νῦν πρὸς ἀνίσχοντα μὲν τὸν φωσφόρον
Ὑπὲρ τὸν Ἅλυν τὸν βαθὺν καὶ τὸν μέγαν,
Τὴν γλυκερὰν θάλασσαν, ὡς ἄν τις λέγοι,
Ἐπῆρα τὸ σχοίνισμα Ῥώμης τῆς νέας,
Ὑπὲρ δὲ τὸν Δάνουβιν εἰς τὴν ἑσπέραν.
Τόσους ἐκαινούργησα τοὺς ἄθλους, ξένε,
Ὁ κείμενος χοῦς, ἡ κοτυλαία κόνις·
Καὶ δόξα τῷ πλάσαντι καὶ στέψαντί με,
Καὶ τοῖς ἐμοῖς σώσαντι τὴν Ῥώμην πόνοις.
Τὰ δ' εἰς λέχος νόμιμα εἰς εὐτεκνίαν
Οὐκ ἔστιν οὐδεὶς ὅστις ἀντάροιτό μοι·
Ἐκ γὰρ ἀνάσσης δυσμικοῦ παντὸς γένους
Διπλῆν ἐτεκνούργησα σεμνὴν τετράδα,
Τέτταρας υἱοὺς ἀλκίμους καὶ μαχίμους
Ἐκ τῆς πατρικῆς πορφύρας προηγμένους·
Καὶ τέτταρας δὲ κοσμίας θυγατέρας.
Νῦν δ' ἀλλ' ὁ γῆς ἄμετρα πλέθρα ξηρδάρου
Τῷ ῥωμαϊκῷ καθυποστρώσας κράτει
Ψυχρῷ καλυφθεὶς καὶ βραχεῖ κεῖμαι λίθῳ·
Ὁ κοινὸς ἀναξ δύσεως καὶ τῆς ἕω
Αὐτὴν ὑπῆλθον τὴν ἀνήλιον δύσιν·
Ἡ λαμπρότης δὲ τῆς καλῆς ἀλουργίδος
Ὤνησεν οὐδὲν εἰς τὸ μὴ τεθνηκέναι.
Σὺ δ' ἀλλ' ἐπιγνοὺς τὴν ἐμὴν κόνιν, ξένε,

A Εἰ μὴ περιφύχουσαν εἰργάσθης φλόγα,
Εὐχαῖς ἀλήκτοις δεξιοῦ μου τοὺς ἄθλους.
Ἰωάννης σοι ταῦτα πορφύρας γόνος
Κομνηνιάδης εὐσεβὴς αὐτοκράτωρ.

K'. *Ἐπιτάφιος τῇ μακαρίτιδι βασιλίσσῃ Ῥωμαίων Εἰρήνῃ, ὡς ἀπὸ τῆς κειμένης.*

Εἴ τις νόμος δίδωσι καὶ νεκροῖς λέγειν,
Ἴδοὺ βοὴν πέμψασα κἀγὼ τυμβόθεν
Τὰ κατ' ἐμαυτὴν ἐκδιδάξω σε, ξένε.
Ἐγὼ προῆλθον εὐτυχῶν προπατόρων
Ἀρχῆς ἁπάσης δυσμικῆς βασιλέων,
Ἰούλιοι Καίσαρες ἐθρέψαντό με,
Καὶ καλλονῆς χάριτες ἐστέψαντό με.
B Ῥώμης δ' ἀναξ κράτιστος Ἀλεξιάδης
Πορφυρογεννὴς εὐτυχὴς Ἰωάννης,
Ὄρπηξ Κομνηνῶν, εὐθαλὴς Δουκῶν κλάδος,
Πάσης διώκτης ἐθνικῆς φυλαρχίας,
Εἰς ἐννομίαν ζεύξας ἡρμόσατό με·
ὯΙ καὶ συνάρξασα τῆς γῆς Αὐσόνων
Εἰς φῶς προῆσχω τέτταρας μὲν υἱέας
Τῆς πατρογενοῦς ἐκφύντας πορφύρας,
Ἰδεῖν ἀγαθοὺς, πῦρ πνέοντας εἰς μάχην·
Καὶ τέτταρας δὲ κοσμίας θυγατέρας.
Ὁρῶ δὲ λαμπρὰ τὰ κράτη τοῦ συζύγου,
Νίκας πρὸς αὐγὴν ἡλίου καὶ πρὸς δύσιν,
Νίκας πρὸς ἄρκτον καὶ νότου θερμὸν κλίμα.
Τέλος λιποῦσα τὸ στέφος τὴν πορφύραν,
Τὸ βύσσινον πόρπημα τὴν ἀλουργίδα,
C Τὸ τῶν μοναστῶν ἐνδιδύσκομαι ῥάκος·
Θνήσκω δ' ἐπ' αὐτῆς Βιθυνῶν ἐπαρχίας
Ἄποικος ἐκ τῆς Αὐσόνων βασιλίδος·
Κομίζομαι δὲ ναυστολουμένη πάλιν,
Καὶ τὴν ἐμὴν ἐνταῦθα πιστεύω κόνιν
Ἀλλ' ὦ πλάσας με καὶ μεταπλάσας πάλιν,
Ὁ τὴν κάτω δοὺς κοσμικὴν ἐξουσίαν,
Καὶ τὴν ἄνω δὸς οὐρανῶν κληρουχίαν.

protuli, ultra mare, ultra Danubium occidentem versus promovi.

En, viator, quæ vivus feci, nunc pulvis et umbra factus, unde gloriam Creatori meo qui me coronavit, retribui, Romam vero servavi. Quod ad legitimam matrimonii prolem spectat, nemo facile mecum comparandus venerit. Ex uxore enim ab Occidente oriunda, bis quatuor suscepi, quatuor quidem filios robustos, manu fortes e toro imperatorio ortos, totidemque egregias filias. Postquam autem regiones innumeras Romano imperio subjeci, sub pusillo ac frigido saxo hic positus jaceo. Rex olim Orientis atque Occidentis jam in tumuli noctem descendi, nec purpura mortem ab oculis avertere valuit. Tu, quisquis es, ubi cineres meos conspexeris, si aliud solatium non offers, in precibus tuis mei memento.

XX. Inscriptio sepulcralis ad memoriam imperatricis Romanorum, Irenæ, defunctæ. (Ipsa loquitur.)

Si fas est mortuos loqui, ego quidem vocem e tumulo ad te dirigam qui transis, quæ fuerim narratura.

Orta sum majoribus fortunatis, qui totum Occidentem gubernarunt; a Cæsaribus educata Gratiæ ipsæ coronarunt. Romæ imperator fortissimus Alexiadum e prosapia, Joannes Porphyrogenitus felicissimus, Comnenæ familiæ filius, et Ducænus virens ramus, qui omni gentilitati bellum intulit, legitimam me uxorem duxit. Ex hoc matrimonio, dum Italiæ imperitabam, quatuor filios omnes purpura natos in lucem edidi, pulchra corpora et ad pugnandum cum hoste maxime idonea; postea totidem filiæ prognatæ sunt. Vidi conjugis res præclare gestas, vidi victorias in quatuor mundi plagis reportatas. Postremo diademate ac purpura relictis, vile vestimentum monasterii indui. Mortua sum Bithyniæ regina, longe ab Ausoniæ finibus. Per mare translata hic cinis jaceo. Tu autem qui me creasti et regenerasti, post mundanum regnum, cœlum sortiri mihi tribuas.

D

Ut Prodromi nostri sit aliquod in hoc volumine monumentum prosæ quoque orationis, en subtexi-mus ineditum ejusdem sermonem epithalamicum, satis elegantem, de quo docte ante hos annos prælocutus fuit apud Gallos cl. Theilius in Excerptis manuscriptorum bibl. reg. T. VIII, part. 2, p. 157 (supra col. 1060). Nuptiæ fuerunt duorum Cæsaris Nicephori Bryennii et Annæ Comnenæ filiorum, Alexii et Joannis (Χαριτωνύμου.) *Videtur autem hoc pariter Prodromi scriptum Byzantinæ historiæ non inutile incrementum.* Mai.

ΚΑ'. *Τοῦ αὐτοῦ φιλοσοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυρίου Θεοδώρου τοῦ Προδρόμου ἐπιθαλάμιος τοῖς τοῦ εὐτυχεστάτου Καίσαρος υἱοῖς* (Cod. Ottob. Vat. 466, f. 90, a).

α'. Ἐδέησε καὶ τριχῶν αἰγίων τῇ πάλαι σκηνοπηγίᾳ, Καῖσαρ σοφέ· ἄλλοι μὲν γὰρ ἄλλοις τῶν ὀνομάτων τοὺς ἑαυτῶν γνωριζέτωσαν Καίσαρας, καὶ οὓς μὲν τοῖς Ἰουλίοις, οὓς δὲ τοῖς Αὐγούστοις, καὶ ἄλλους ἄλλοις ἀποσαφείτωσαν· ἐγὼ δὲ τὸν ἐμὸν θεσπέσιον Καίσαρα μυρίοις καὶ ἄλλοις ἀποσεμνύειν ἔχων ὀνόμασι, μὴ τοῦ καλλίστου τούτου καὶ οἰκειοτάτου ἀλλοτριώσαιμι τοῦ σοφοῦ. Δεήσαις οἶμαι καὶ τῆς ἐμῆς τοῦ λόγου συνεισφορᾶς τῇ τῆς ἱεροῦ σου τῶν υἱῶν συνωρίδος γαμηλίῳ παστοπηγίᾳ. Ἀλλ' ἐκεῖ μὲν συνετέλουν τι καὶ αἱ τρίχες, καὶ κόσμοι ἦσαν οὐκ ἀγενεῖς τῷ δημιουργήματι· ἐνταῦθα δὲ οὔτε συντελείας ἕνεκα ἡ συνεισφορά, οὔτε κόσμου τῶν ἐφ' οἷς συνεισφέρεται· τίς μὲν γὰρ τοῖς αὐτοκόσμοις κόσμος γένοιτο καὶ αὐτοκάλοις; τίς δὲ τοῖς ἀνενδεέσι συντέλεια; ἀλλ' εἰς ἔνδειξιν τῆς τῶν συνεισφερόντων εὐνοίας· εἰ δὲ μὴ κατὰ τὴν κυρίαν τῆς τελετῆς ἀπηντήκοιμεν, ἀλλ' ὑπερήμερος ἡμῖν ἡ συνεισφορά, θαυμάζειν οὐ χρή· οὔτε γὰρ ὑπ' ἀγνωμοσύνης τὴν τελετὴν κατεσιωπήσαμεν· ἢ τίσιν ἄλλοις, εἰ μὴ τοῖς κοινῇ τε πάντων καὶ ἡμῶν αὐτῶν ἰδίᾳ δεσπόταις καὶ εὐεργέταις εὐγνωμονοίημεν; οὐδὲ τῷ νομίζειν ἄλλον μὲν γάμοις, λογογραφίαις δὲ ἄλλον ἀπονενεμῆσθαι καιρὸν περὶ σοί, ὡς παντὶ μὲν ἄλλῳ καιρὸν εἶναι τίθης ἁρμοδιώτατον, Σολομῶντι πειθόμενος, ὁ σοφὸς τῷ σοφῷ, λόγῳ δὲ μόνῳ τὸν ἅπαντα, ὡς μηδὲ ἀντεμέτωπος ἱστάμενος τοῖς ἐχθροῖς, καὶ τὸν ἀέρα πυέων τῶν ἑρμαϊκῶν χαρίτων ὑπερορᾷν. Ἀλλὰ πρῶτα μὲν τὴν εὐαγγελικὴν ὑποστέλλομεν παραβολήν· καὶ φόβος μέ τις ἐντεῦθεν ὑπέρεχεν οὐκ ἀνεύλογος, μή που συμβῇ μου τὸν λόγον· ὀκνῶ γὰρ εἰπεῖν καὶ τὸν τοῦ λόγου πατέρα, διὰ τὸ μὴ κατὰ γάμον ἐστάλθαι πολυτελῶς, χεῖρας δὲ θέντα καὶ πόδας, ἄστινάς ποτε χεῖρα; οἰητέον εἶναι λόγου, καὶ πόδας ἔξω ῥιφῆναι τῆς πανηγύρεως· ἔπειτα δὲ γὰρ ἀποκρύψω τὸ πάθος, καὶ τῷ μεγέθει τῆς ἡδονῆς ὑφηρούμην λάθρα τοῦ λόγου τὴν δύναμιν· φιλεῖ δὲ πάντως ὥσπερ λύπη βαθεῖα, οὕτως ἀμέλει καὶ ἡδονὴ ψυχὴν ἀνθρωπίνην περιχυθεῖσα ταῖς ἐν αὐτῇ λογικαῖς ἐπηρεάζειν δυνάμεσι.

β'. Ταῦτά μοι τῆς ὑπερημερίας τὰ αἴτια· τούτοις ἐγὼ τὸν ἄχρι νῦν ἐσίγησα χρόνον· καίτοι οὐδὲ οὕτω πάνυ ἔξωρος ἥκω τῇ πανηγύρει· καθάπερ γὰρ ἐπὶ τοῦ αἰσθητοῦ ἡλίου εἰσὶ μὲν αἵ τῶν ἀκτίνων ἀνατέλλειν μέλλοντος αὐτοῦ προεξάλλονται, καὶ τῶν ὡρῶν ὑπερφαίνονται, καὶ οἷον παραγγέλουσι τὸν ἀνατελούμενον· καὶ καταδυομένου πάλιν, οὐχ ἅμα πᾶσαι συγκαταδύονται, ἀλλ' ἔστιν ὅσαι καὶ ὑπὲρ γῆς ὑπολείπονται· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν βασιλικῶν τουτωνὶ πανηγύρεων, εἰσὶ μὲν καὶ προπανηγύρεις τινὲς, καὶ προτελεστίαι, καὶ τῶν ἑορτῶν, ὥσπερ εἰπεῖν, προεξάλματα· εἰσὶ δὲ ὅμως τούτων καὶ ὑπολείμματα, ὧν οὐ πάνυ πόρρω καὶ ὁ ἡμέτερος ἀπήντηκε λόγος· καὶ ἀπαντήσας τί ποτ' ἄρα καὶ χρήσαιτο ἑαυτῷ, ἀμφαγνοεῖ, καὶ διαπορεῖται, πότερα τὸν γάμον αὐτὸν ὀρχαιολογήσας ὑμνήσεται, ἢ πρότερον τοὺς νυμφίους πρὸ τοῦ γάμου προεἰπῇ· καὶ ἄμεινόν γε κρίνει τὸ δεύτερον· τὸ μὲν γὰρ καὶ μεῖζονος ἢ κατὰ τὸ παρὸν

XXI. Theodori Prodromi, philosophi doctissimi, Epithalamium, fortunatissimis imperatoris filiis dictum.

1. *Ad constructionem antiqui tabernaculi pilis caprinis opus habebant, imperator doctissime. Et sane expedit ut Cæsarum modo Juliorum, modo Augustorum nomina innotescant. Ego autem qui venerandum meum imperatorem plurimis novis celebrandum habeo nominibus, nunquam tamen ab eo quod sapientis typum significat abscedam, id agens ut vocis meæ organo filiorum tuorum sponsalia ac nuptias consolidem; quo in loco pili aliquid significabant neque ornamento aliquo carebant. Hoc autem loco verbis non opus est ad perfectionem proclamandam. Quomodo enim ornamentum ipsum ornatu opus habeat aut ipsa pulchritudo pulchrefacienda sit? Ad quid ergo perfectio iis quibus nihil deest? Sed unice benevolentia contribulium æstimanda est. Nil mirum deinde si non intet mysteriorum initia edsumus; non enim ob ignorantiam ejus rei obli-i sumus. Cui porro faveamus nisi dominatoribus publicis ac benefactoribus? Si deinde cum Salomone aliud tempus uxori ducendæ, aliud libris scribendis tribuis, concordiæ quoque rationem habebis quæ paci sacrificare et arma deponere jubet. Sed ante omnia evangelicam statuamus parabolam, quæ vereor ne plane inteligam. Pœnitet enim patrem rationis citare quia nuptiæ non solemniter sunt factæ, ut manus ac pedes quasi rationis putati ob epithalamio abjicerentur. Hinc enim morbum celabo et effuso gaudio rationis vim declarabo. Scito autem quod voluptas qua anima imbuta est, æque ac mœror logices vinculis disturbatur.*

2. *Habes causam quæ fecit ut tardior essem in præstandis officiis. Hucusque silui quidem, attamen haud adeo intempestivus ad panegyrin accedo. Sicut enim cum sol hic visibilis in eo est ut oriatur, radii antesignani illum præcedunt; ubi autem occasum versus vergit, radii in superficie terræ remanent; sic in festivitatibus regiis proœmia festivalia magnam panegyrin antecedunt et quasi sultim introducunt; sed etiam postæmia (sit venia verbo) sequuntur, id quod de nostra oratione dici potest, quæ diu hæsitabat utrum nuptias antiquo more carmine perlustraret, aut sponsos ante nuptiarum festum alloqueretur, quod quidem posterius etiam fecit. Unum enim*

πραγματείας· καὶ ἄλλως οὐκ ἀναγκαῖον πρᾶγμα συνιστᾷν πειρᾶσθαι τὸν γάμον, καὶ φύσει, καὶ νόμῳ, καὶ χρόνῳ κεκυρωμένον· τὸ δὲ, καὶ τοῦτο μὲν ὑψηλότερον ἢ κατὰ τὸν ἡμέτερον λόγον· ἀναγκαῖον δὲ ὅμως καὶ τῆς ὅλης· ὡς εἰπεῖν ἑορτῆς τὸ κεφάλαιον.

γ'. Προσφωνῶ σε τοίνυν, ζεῦγος ὀφ' ἑνὶ μὲν προὔπεζευγμένον ζυγῷ τῷ τῆς ἀδελφότητος· ὑπὸ δυσὶ δὲ ἅρτι τοῖς γαμηλίοις μεταζυγὲν, καλῆς καλλιελαίου καλὰ νεόφυτα, οὐ μᾶλλον ἀδελφοὶ τὴν φύσιν ἢ τὸ ἦθος, οὐδὲ μᾶλλον τὸ ἦθος ἢ τὰς λοιπὰς χάριτας· τῶν ὧν ἐξώρμησθε σκήπτρων εὐφυεῖς μερισταὶ, καὶ τὸ οἰκεῖον λάχος ἑκάτερος οὐχ ἧττον τοῖ; τρόποις ἢ ταῖ; ἐπωνυμίαις πιστούμενοι· σὺ δὲ ὁ δραστήριος νοῦ;, Ἀλέξιε, ἡ καλὴ νεότη;, ἡ πολιὰ σύνεσι;, τὸ τῆς τῶν προγόνων τύχης ἄξιον ὄντως κατάστημα, ὁ τὸν πάππον ὅλον καὶ βασιλέα τοῖ; ἤθεσι μᾶλλον ἢ τῷ Κομνηνῷ καὶ τῷ Ἀλεξίῳ ζῶντα παριστάνων ἐν ἑαυτῷ, καὶ πιστούμενος ἐκ τῶν κατὰ σὲ τῆς τῶν ἐθνῶν διαδοχῆς τὸ μυστήριον· εἰ γάρ τις καὶ ταῦτα συγχωρήσει τῷ μύθῳ ἀνθρώπους ποτὲ γενέσθαι τὰ μὲν μέλη τοῦ σώματος κα... ἕτερον δὲ τῶν ὤμων ἐλεφαντίνα, καὶ προγόνου πόθεν φυσιωθῆναι τοῖς ἐξ αὐτοῦ τῇ διαδοχῇ, καὶ οὕτω πάλιν τὰ καθ' ἡμᾶ; τῶν μυθευομένων πολλῷ τῷ περιόντι θαυμασιώτερα, ὅσον οὐκ ἐκ μέρους ἑνὸ; καὶ τούτου σωματικοῦ τὸ γένος πιστούμεθα, ἀλλ' ἔκ τε ὅλου τοῦ σώματος, ἔκ τε τῶν ψυχικῶν ἁπασῶν διαθέσεων. Καὶ σὺ δὲ ὁ τῆς Δουκικῆς ῥίζης ὅρπηξ ὁ Χαριτώνυμος, τὸ τῆς ὥρας ἄνθος, τὸ τῆς νεότητος ἄγαλμα, ὃν οὐκ ἔστιν ὅτε ἰδὼν οὐκ ἐκείνου τοῦ ἀμέτρου κατὰ νοῦν ἐβαλόμην, τὸ, ποῖον ἐρεῖς τὸ πρῶτον εἶδο; ἄξιον τυραννίδο; ἀποκρινοῦμαι; Χαίρετε καὶ κοινῶς ἄμφω καὶ ἰδίᾳ ἑκάτερος οἱ τὴν πολυθρύλλητον εὐδαιμονίαν

A ὅλην πλουτήσαντες, καὶ τὸ μέχρι νῦν ἐν ἀπίστῳ κείμενον, εἰς ἓν τὰ πάντα συνελθεῖν ἀγαθὰ, τοῖς καθ' ἑαυτοῖς πιστωσάμενοι.

δ'. Καὶ εἰ βούλοιτό τις, ἀπ' ἐνίων γοῦν παχυμερῶ; καὶ ἐπιδρομάδην τὸ εὔδαιμον ἐπιδείξομαι τῶν νυμφίων· ὡ; εἰ μὴ πόῤῥω τῆς γαμηλιακῆς τὸ πρᾶγμα ἦν πανηγύρεως· οὐδ' ἂν τῶν ἁπάντων ὡ; οἷός τε ἦν ἐφεισάμην. Δύο μὲν οὖν ἦστην σκῆπτρα Ῥωμαίοις ἀλλήλοις καλὸν ἀνταυγάζοντα· τὸ μὲν μικρῷ πρότερον τὸ Κομνηνῶν, τὸ δ' εὐθὺ; παρὰ πόδας ἐκείνου τὸ Δουκικὸν, ἄμφω εὐτυχῆ καὶ περιφανῆ καὶ κοσμικῆ; ἀρετῆ; οὐκ ἀνάξια· κἄτα ὥσπερ ἐκ συμφωνίας συνελήλυθέτην εἰς ἓν πολλῷ φανότερον καὶ λαμπρότερον τοῦτο δὴ τὸ Κομνηνοδουκικὸν καὶ παππικὸν τοῖν νυμφοῖν. Ἀναμνήσθητε, ὦ παρόντε;, τῆ; Ἀλεξιακῆ; ἐξουσία;· πλὴν ἀλλ' ὅπως μὴ τοῦ γάμου καταδακρύσητε, ἐνθυμήθητε τὴν ἐν εἰρήνῃ εὐνομίαν ἐκείνην, τὰ; ἐν μάχαις ἀνδραγαθίας, ἀστεναχτὶ μὲν, ὦ ἱεραὶ βασιλίδε;, ἀστεναχτὶ φειδοὶ τῆ; καλῆ; πανηγύρεως· ὑπομνήσθητε τῆ; πραότητο; ἐκείνη;, τῆ; εὐσταθείας, τῆ; λοιπῆ; χάριτο;. Ἀλλὰ τί τοῦτο; σκυθρωπὴν ἐπὶ τούτοι; τὴν τερουσίαν ὁρῶ· ἀνάμεινον οὖν κόσμον ἄλλον ἀεῖσαι, καὶ ἤδη ἀείδομεν. Ἴδετέ μοι τὴν ἱερὰν ταυτηνὶ βασιλίδα τὴν φιρώνυμον Εἰρήνην, τὸν Δουκικὸν ὅρπηκα, τὴν οὐδὲν ἧττον τῶν ὅλων Ῥωμαίων κρατήσασαν· εὖγε, διεχέθη γάρ μοι πάλιν τὰ; ψυχὰ; τὸ ἀκροάτερον. Ἴδετε τὴν χεῖρα ταύτην, ἧ; ἀεὶ πειρᾶσθε, καὶ πειρώμεθα πλουτοδότιδο; τὴν φιλοθεΐαν, τὸν οἶκτον, τὴν ἄλλην ἅπασαν ἀρετήν. Ἐκ τοιούτων ἡμῖν τῶν πάππων οἱ εὐπρεπεῖ; οὗτοι νυμφίοι προβέβληνται· ἐκ τηλικούτων ἡμῖν τῶν ῥιζῶν οἱ ὡραῖοι καρποὶ οὗτοι ἀνατετράφηνται.

B

C

genus superius est conversationi nostræ; ne dicam quod nuptiæ natura, lege, conditione proclamatæ defensione opus non habent; alterum vocis nostræ statum superat; sed de totius festi summa aliqua dicere in promptu est.

3. Ad vos igitur, par nobile fratrum, qui fraternitatis jugo et connubii vinculis utrique vincti estis, rami olivæ novelli, fratres non magis sanguine quam moribus ac reliquis indolis dotibus, quæ vos solio regio et illa quæ familias honestas decet, domestica prosperitate dignos reddit. Et tu quidem, Alexi, adolescens corporis pulchritudine, vir ingenii maturitate, nepos majorum dignissime fortuna, qui avum imperatoremque Alexium Comnenum vivus repræsentas quique tot populorum in regno successor dignus haberis, salveto. Si fabulæ fidem habere voluimus quæ homines narrat fuisse quorum alter humerus elephantinus fuerit, corporeum quid hoc habet; tu autem virtutis majorum hæres majorem eo ipso admirationem excitas, quod spirituale quid hoc præ se fert et animos movet. Te quoque salvum esse jubeo, Ducænæ familiæ soboles, Charitonyme, venustatis flos, adolescentiæ typus, cujus sola forma celsam suam vocationem annuntiat et ad thronum evectionem justificat! Salvete ambo qui pro sua quisque parte et in commune naturæ ac fortunæ favore fruimini omnibus numeris absoluto, quippe in quos eorum copiæ totum est effusum.

D

